INSTITVTIONES THEOLOGICÆ,

Seu

LOCORVM COMMVNIVM CHRISTIANÆ RELIGIONIS, EX DEI VERBO, ET præſtantiſsimorum Theologorum Orthodoxo conſenſu expoſitorum,

ANALYSIS:

AD LEGES METHODI DIDASCALICÆ,
Quæſtionibus & Reſponſionibus conformata: atque in
vſum Miniſterij Sacri Candidatorum, qui ſe
ad EXAMEN *Doctrinæ ſubeundum*
parant, accommodata.

GVLIELMI BVCANI S.S. Theologiæ in Academia LAVSANNENSI
Doctiſsimi Profeſſoris

Operâ & ſtudio.

Editio altera, auctior & emendatior. Tres indices. 1. Locorum communium Theologicorum. 2. Teſtimoniorum Scripturæ, quæ citantur & explicantur. 3. Rerum.

Excudebant Ioannes & Iſaïas le Preux.

ANNO CIↃ IↃCIV.

Sum Reinhardi Nordeci, emptg ex bibliothecâ Theodori Scalichii. Ao 1627

INSTITVTIONES THEOLOGICÆ,

Seu

LOCORVM COMMVNIVM CHRISTIANÆ RELIGIONIS, EX DEI VERBO, ET præſtantiſsimorum Theologorum Orthodoxo conſenſu expoſitorum,

ANALYSIS:

AD LEGES METHODI DIDASCALICÆ,
Quæſtionibus & Reſponſionibus conformata: atque in
uſum Miniſterij Sacri Candidatorum, qui ſe
ad EXAMEN *Doctrinæ ſubeundum*
parant, accommodata.

GVLIELMI BVCANI S.S. Theologiæ in Academia LAVSANNENSI
Doctiſsimi Profeſſoris

Operâ & ſtudio.

Editio altera, auctior & emendatior. Tres indices. 1. Locorum communium Theologicorum. 2. Teſtimoniorum Scripturæ, quæ citantur & explicantur. 3. Rerum.

Excudebant Ioannes & Iſaïas le Preux.

ANNO CIƆ IƆCIV.

Sum Reinhardi Nordeci, emptꝰ ex bibliothecâ Theodori Scalichii. Ao 1627

Institutiones hae in Anglia ab Academia Cantabrigiensi sollicite conquisitae & publice, iussu regio Londini cIↄIↄcXXII. sunt combustae. Vide Gerh. Joh. Vossii et cl. Virorum Epistolas, f. 33. Schelhornii amoenitates tom. VIII. p. 491. Vogt catal. librorum rariorum p. 149.

MAGNIFICENTISSIMIS, HONORATISSIMIS ET AMPLISSIMIS DOMINIS, NOBILITATE, VIRTVTE, Sapientia, Potentia, Dignitate, & Auctoritate eminentiſsimis,

D. ALBERTO MANVELI,
D. IOH. RODOLPHO SAGERO,
ALTERNIS CONSVLIBVS:

TOTIQ. SENATVI AVGVSTISS.
Illuſtris & Præpotentis Reipub.
BERNENSIS,

DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS.

AGITVR annus vndecimus, ILLVSTRISSIMI DOMINI CONSVLES ET SENATORES, ex quo me ab Eccleſiæ YVERDVNENSIS, multis eius officiis meîſque mutuis trium & viginti annorum neceſſitudine confirmata non mediocriter dilectæ, Sacro Miniſterio reuocatum, huic Academiæ LAVSANNENSI veluti poſtliminiò reddere, & Theologico muneri præficere VESTRIS EXCELLENTIIS viſum. Ex illo verò nihil mihi antiquius, quā vt veſtræ de me conceptę expectationi, pro donis

interpoſita temporis mora, abſolui ea nequeat: facilè in hanc eius ſententiam conceſſi: Adiungendam eſſe illi, quā dixi, Exegeſi, Methodicam & continuā præcipuorum ſacræ Doctrinæ capitum Inſtitutionem, quæ certa periodo, veluti cancellis quibuſdam circunſcripta, contineatur.

Enimuerò, ſi Iuriſprudentiæ, Medicinæ, & reliquarum Diſciplinarum ſtudioſos, non tantùm partium quarundam eius artis quam profiteri volunt, palantes quaſi tabulas, nec mancum, ſed integrum corpus, membris ſuis ſymmetria concinnè diſpoſitisconſtans, habere in promptu decet, ne ipſis accidat idem, quod illis, de quibus Phœnix ille Germaniæ, MELANCHTON, dicere ſolebat: ſcire ipſos IN OMNIBVS, ALIQVID, ET IN TOTO NIHIL: Quãtò ęquius eſt, Scientiarum omnium principis Theologiæ Syntagma quoddam mente tenere, & ceu præclarum depoſitum fideliter conſeruare Paſtores: ex quo, quum vſus poſtulat, tanquam ex promptuario, docendi materiam minore negotio repoſcant, eiúſque membra quotidiana lectione foueant, & ſuis locis tantiſper augeant, dum integrum corpus doctrinę ſuis coagmētatum partibus, in iuſtam & vtilem magnitudinem exurgat.

Prorſum etiam, vt, qui viam certiſsimam tenent, minore compendio quò aſpirant perueniunt, quàm qui per aquas, montes, ſaltus, nemora, & prærupta loca, nullo obſeruato itinere, magno & difficili labore eódem loci contendunt: ſic non minùs in Sacris quàm Humanioribus ſtudiis, faciliùs peritiam conſequuntur, qui Methodum tenent, quàm qui ſumma opera citra ordinis rationem in lectione Bibliorum & commentariorum, ignari quò quidque referant, defatigantur. Methodica verò Dogmatū cognitione delibata, vtiliùs Scripturæ ſacræ enarrationem productiorem percipi, res ipſa oſtendit.

à Deo conceſſis, reſponderem : hoc eſt, in id totus incumberem, vt ex meis Scholis, Candidati Theologiæ, limpidiſſimis diuinitus inſpiratæ Scripturæ fontibus imbuti, Eccleſiis IESV CHRISTI, quarum Deus ſingulari beneficio vos Nutritios & Tutores conſtituit, ſanum & ſalutare verbi ipſius pabulum dextrè & orthodoxè deprompturi, prodirent.

Ad hanc rem autem, etſi, quod ad meas quidem partes attinet, accurata ſacri textus Exegeſis, quã, adhibitis doctrinarum obſeruationibus, ſuſceperã, ſufficere poſſe videbatur : quando hic ſcopus in ſacra Schola docenti propoſitus eſſe debet, vt Canonicorum librorum textus tum ſibi, tum auditoribus familiaribus notus fiat: tamen cùm in familiari colloquio Clariſſimi viri, & de Eccleſia CHRISTI præclarè meriti, D. SIMONIS GOVLARTII, quem ſemper animaduerti Honori Veſtro, Veſtrorúmque commodis impensè ſtudere, de Tyronum ſtudiis Theologicis formandis ſermonem audiuiſſem, quo aperiebat; Doctoribus id etiam curæ eſſe debere, vt ſuæ fidei crediti, ſanorum Dogmatum nõ diſiecta quędam & veluti truncata membra, prout illa in textus ſacri enarratione ſeſe offerunt: ſed hypotypoſin integram, continua partium coniũctarum ſerie conſtantem, in promptu habeant, vt ſic Theologię curriculum quoddam emenſi, ad Examen Theologicum de ſingulis doctrinę cœleſtis capitibus ſuſtinendum paratiores, & ad Miniſterium promoti, ſibi commiſſum gregem ſolidiùs paſcere, ad quæſita verò interrogati promptius & firmius reſpondere poſſint. Quod certè ex ſola Textus explicatione conſequi ipſis non ita obuium, qui nec ſingulorum dogmatum materiã prębeat : nec ſi vnius aut alterius Loci communis integram Didaſcaliam inſtituendi anſam det, aliter quàm longiore interrationem iudicauit conuenientem ſequutis, conflatos, auditoribus meis faciliore docendi & diſcendi Methodo explicarem.

Illa autem, ſaluo aliorum iudicio, rudiorum captui magis conuenire viſa, quàm in Scholis Didaſcalicam vocant, qua non ſolùm totius corporis alicuius veluti Anatome inſtituitur, membra aptè diſtinguūtur, & ſingula ſuis locis collocantur: Sed eius Rei cuius cognitio quæritur, Nomē, Definitio, Diuiſio, Cauſæ, Effecta, Adiuncta, Cognata, Proprietates, Teſtimonia, Exempla, Vſus, Repugnantia indagantur & explanantur. His enim probè cognitis, Res ipſa his ferè circumſtantiis expoſita manifeſta eſt. Quæ ratio, quum in omnibus Diſciplinis primas teneat, profectò in Theologia potiſſimum laude excellit, & Tyronum ingeniis accommodata vberes & multiplices fructus parit; ſic enim eorum lactatur ingenium, memoria iuuatur, iudicium acuitur. Idea denique cuiuſque Doctrinæ in animo formatur, & animus ſic præparatus in quas Claſſes & veluti cellas, quæcunque vel audit, vel legit in Bibliis aut aliis prolixioribus ſcriptis, ſint referenda, faciliùs percipit.

Nec propterea Rerum Diuinarum Doctrinam humano iudicio ſubiici exiſtimandum: Sed tantùm cœleſtem ſcientiam, de cuius certitudine ex Scripturis ſanctis abundè nobis conſtat, ſcienter ex artis præceptis explicari. Cùm enim Logica, ex dono Dei, organum commune tractandarum artium ſit: non minus ad res diuinas, quàm ad humanas exponendas eam adhiberi fas eſt.

Sed inſuper quum ea docendi & diſcendi ratio optima ſit in inſtitutione rudiorum, vt in Sophiſta & Menone monet Plato, quæ methodicis interrogationibus & reſponſionibus conſtat, quæ ſummā rerum, quæ declarantur, comprehendunt, (ſic e-

Ac extant quidem, fateor, luculentiſſima huius generis noſtrorum hominum ſcripta: quales ſunt PHIL. MELANCHTONIS: VVOLF. MVSCVLI: PET. MARTYRIS, ſummorum Theologorũ, LOCI COMMVNES Theologici: illáque ſanè aurea IOH. CALVINI Chriſtianæ Religionis INSTITVTIO, de qua veriſſimè Paulus Thurius,

Præter Apoſtolicas, poſt Chriſti tempora, chartas,
Huic peperêre libro ſæcula nulla parem.

ſed quæ prolixiora & grauiora, priuatis & domeſticis ſtudiis magis conueniant, quàm vt definito & accommodato Tyronibus tempore, niſi in Epitomen redacta, in Scholis explicari poſſint: Quum Scripturæ ſit Interpretis, plana & perſpicua breuitate arctare ſe, &, Mercurialis ſtatuæ inſtar, intenſo ad rem digito, viam, eámque expeditiſſimam auditoribus monſtrare, non, properantes æquo diutiùs remorari. Quicquid enim diſtinctè, clarè, compendiosè traditur, citiùs à tenuioribus ingeniis, quorũ ratio etiam habenda eſt, percipi, perfectiùs cognoſci, meliùs retineri, & ſuauiùs recoli certum. Contrà quicquid docetur, ſi vel confuſa vel prolixa continet, moleſtum & inutile euadat, neceſſe eſt. Nec propterea compendiaria hac via ſcripta illa ampliora ex Iuniorum manibus excutiuntur: ſed horum memoriæ conſulitur, & ſimul ipſis calcar additur, vt perceptis & deguſtatis Doctrinæ capitibus & ſummis, illorum, maximè verò Sacrorum, lectionem adeant, & ex iis, tanquam ex fontibus vberioribus, quam ſitiunt, copiam affatim hauriant.

Hac occaſione, MAGNIFICENTISSIMI DOMINI, conſilium cępi, non tam Nouos locos Communes Theologiæ condendi, quàm experiundi, qua ratione, ab aliis, diuerſam, quam quiſq; inſtituto ſuo ratio-

Hungaria, Gallia, Anglia luminum, quorum memoriam grata mente veneror, eruditiſſimis ſcriptis in adornandis Reſponſionibus meis magnoperè adiutum.

Neque eſt propterea, quòd quiſquam me falcem in alienam miſiſſe meſſem, & aliena pro meis nundinari queratur. Omnia quippe noſtra ſunt, inquit Apoſtolus, & Paulus & Apollos & Cephas, omnia, 1.Cor.3. 22. inquam noſtra ſunt, & adminicula, vt ad Chriſtum adducamur, nobis deſtinata. Nam vt gratum viatoribus eſſe ſolet, eorũ veſtigia terere, qui rectè ambulauerunt: ſic mihi Sanctorum & Magnorum virorum exempla hac in parte ſequi iucundum. Poſteriores ſanè, tum Prophetas tum Euangeliſtas, plurima, quæ ad ſuam rem facere videbantur, totidem penè verbis appoſitiſſimè ex prioribus ſcriptis repetiiſſe, Deuteronomij, Paralipomenon, Euangeliorum libri teſtantur. Paulus ad Philippenſes, Eadem ſcribere vobis, me quidem haud piget, Phil.3.1. inquit, vobis autem tutum eſt. Iudę Apoſtoli, fratris Iacobi, epiſtolam catholicam ex altera B. Petri in compendium contractam, notum: vt nonnullorum Patrum Eccleſiæ, Oecumenij, Theophylacti, & aliorum tum veterum, tum recentium commemoratione ſuperſedeam, qui anteceſſorum vberiora monimenta in breuia quædam & ſumma capita apto ordine redegerunt, vt & rudiorum ſtudiis conſulerẽt, & ſe, credo equidem, non aliud Doctrinæ genus quàm anteceſſores ſuos profiteri reipſa comprobarent: quale meum cõſilium fuit. Nam vt Æſchylum Poëtam dicere ſolitum fuiſſe narrat Athenæus, Tragœdias ſuas, particulas eſſe de magni cœnis Homeri: ſic me ex inſtructiſſimis optimorũ authorũ menſis ſelectiores particulas decerpſiſſe nõ inficior. Sed in hoc ſingulari ſtudio mihi elaborandum duxi, vt quæ fuſius explicarant alij, nim breuiter, ac ſine & nudè materiæ integrę oculis quaſi ſpectandę ſubiiciuntur) Theſei filum illud ſequutus, præcipua Chriſtianæ Religionis capita, ad quæſtiones methodicas reuocaui. ac per ampliſſima ſcripta tam Canonica quàm Eccleſiaſtica expatiatus, ſingula, quæ ad inſtitutum facerent, mihíque conuenirent, conquirens, notans, decerpens, Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant, reſponſiones adornaui: cauens præcipuè, ne in ἑτεροδιδασκαλίαν impingerem, ſed ταὐτὰ ἀεὶ ταὐτῶν, eadem de iiſdem, (quod in Sacris maximè fieri oportet) cum Scriptura & Orthodoxis Doctoribus ordine à me inſtituto dicerem.

Tantum enim abeſt, vt ſenſui meo addictus, doctorum hominum iudicia, ſententias & expoſitiones, in hac concinnāda Theologię Methodo, ſpreuerim, vt potius ingenuè profitear, me illorum monimenta quàm ſtudioſsimè conſuluiſſe, & in omnibus ſequutum eſſe. Neque enim moror iſtos αὐτοδιδάκτους, ſui ipſorum Magiſtros, Diſcipulos & Admiratores, quibus nihil, niſi quod ſuum eſt, ſapit, quique non ſemper feliciter docti, ne videātur ab aliis didiciſſe, nouis ſuis commentis Eccleſias turbant, vel in alios virgulam cenſoriam ſumunt: ſibi verò indulgēt, grauiori ipſi cenſuræ obnoxij. Nec etiam Diſſimulatores illos imitari lubet, qui, quæ ab aliis didicerunt, cùm proferunt, ſibi adſcribūnt, & ſe eorum potiùs quàm alios authores eſſe prædicant. Sed placet illud Exoterici dictum: Ingenui pudoris eſt, fateri per quem profeceris.

Fateor, inquam, me ex eorum, quos antè dixi, tum ex Clariſsimorum virorum, BEZÆ, HEMMINGII, ZANCHII, ARETII, ZEGEDINI, SADEELIS, GRYNÆI, DANÆI, VVITTAKERI, & aliorum recentiorum (quorum nomina recenſere longum) Eccleſiarum in Germania, Heluetia, Dania, Hundere ſtudui, alia verò Tyronum diligentiæ reliqui. In iis tamen, in quibus Aduerſarij hodie arcem & propugnaculum totius certaminis aduerſus Eccleſias Euangelicas conſtituũt, vt in diſputatione de Iuſtificatione, de Eccleſia, de Sacramẽtis, & locis cognatis, de quibus acriùs controuertitur, illorũ pręcipuis obiectionibus vel occurri, vel paulò prolixius reſpõdi. Qua ratione factum, vt capitum pręcipuorum Doctrinæ Chriſtianæ integram tractationem, DEO annuente, non ſine, vt ſpero, auditorum fructu, quod à nemine ante me in hac Schola præſtitum, ad finem optatum perduxerim.

Hæc cùm ab auditoribus excepta multorum ſubiiſſet oculos, cœperunt mecum agere, tum honorandi Symmiſtæ, qui me dictantem frequenter audierant, tum viciniarum Eccleſiarum Paſtores hortari, præ cæteris ſummus vir, D. BEZA, poſtquam non pauca quædam dictata mea perluſtraſſet, per literas monere, (qui iudicaret laborem hunc, ſi ederetur, aliis etiam profuturum) vti per Dei gratiam bene cœptum abſoluerem: quæ ſententia quoque præſtantiſſimi D. GOVLARTII fuit, aſcribentis inſuper fore, ni anteuerterem, vt ab aliis, hæc Collectanea, me inſcio, vulgarentur. Ceſſi igitur illorum monitis. ſic tamen vt hæc mea prius ab eodem D. GOVLARTIO perlegi, & ſicubi opus eſſet, emendari, intimè peterem: quam quidem operam mihi officioſè commodauit, imò verò ea non leui induſtria expoliuit. Sic factum, vt quod pręcipuè noſtris comparatum erat, ſapientiſſimorum hominum conſilio & authoritate non contemnenda motus, ad alios etiam peruenire paſſus ſimul ratus nonnullis aliis placere poſſe quod tantis viris placeret.

Nec enim, opinor, ab iſtarum lucubrationum editione deterreri debui ſiniſtris illorum iudiciis, quę contraherem,&,de quo illos non vſquequaque ſollicitos fuiſſe apparet,ordinem Methodi Didaſcalicæ in capitum Doctrinæ explicatione,prout cuiuſque natura ferret,obſeruarem.

Hanc autem in conferendis diuerſorum authorum ſententiis,rerum neceſſariarum delectu inſtituendo,illuſtrandis obſcuris,quæ videntur mutila complendis , quæ latiùs expoſita ſunt contrahendis,hinc inde ſparſa ſuis locis & quæſtionibus conuenientibus reſtituendis: Denique Gemmis optimarum explicationum colligendis , & compagine quadam ad amœnum aſpectum & iucundum vſum in venuſtam ſeriem diſtinguendis & connectendis,non exigui precij induſtriam & attentionem,fortè,vt habet vetus adagium , μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται:hoc eſt,carpet citiùs aliquis , quàm imitabitur:quàm fœliciter verò præſtiterim,candidus Lector animaduertet. Nec tamē de ſingulorum Locorum & Quæſtionum cōglutinatione anxiè laboraui,cū,vt peritiſſimus ordinis inſtituendi artifex tradit , Theoremata ſiue Problemata non ſemper ita cohæreant , vt vnum ex alio pendeat: ſed etiam ſæpè diſcreta ſint,quæ ad eandem Diſciplinam pertinent.

Ariſtot. Analyt. poſter. l.1.c.9.

Ne vlli verò contentionis anſam prębere,curioſas,inutiles, & à veræ Theologiæ finibus remotas quæſtiones prætermiſi,cognitu dignis tantùm intentus. In quibuſdam locis,argumenta confirmationis dogmatum proferre,ſat habui. Minus cùm ſit , inquit Athenagoras , falſitatem redarguere,quàm veritatem ſtabilire,& poſtquam de immota Dei veritate nobis conſtat ; non ſit admodum quòd Aduerſariorum obiectiones moremur. Breuiùs quædam dixi , quia inſeruiendum inſtituto: cùm aliàs mihi præter mentem Quæſtionum multitudo creuerit. Itaque paucis multa comprehen-

De Reſur. mor.

dere

men ne quis ſcrupus ſupereſſet, & quàm conſentanea Heluetiæ Reformatæ in verbo DEI ſcripto Canonico fundatæ Confeſſioni hîc, Diuina gratia doceantur, palàm fieret, de huius libri editione piorum virorum ſententiæ ſubſcripſi.

Mihi autem cogitanti, quo tectus clypeo, quóue ſplendore commendatus in lucem prodiret, ſtatim occurrit, AVGVSTISSIMI D.D. Coss. & SENATORES, Celeberrimo Veſtro Nomini inſcribendum eſſe, nec alios ei Patronos ſecundum DEVM quærendos, quàm eos, ſub quorum dulciſſimo præſidio exaratus fuit. Quin imò Splendidiſſimi Nominis Veſtri robore ac fulgore, tutiùs quicquam aut illuſtriùs nihil illi accedere poſſe iudicaui. Sed & quanta animi veneratione & gratitudine EXCELL. V. colam, non modò ob Veſtram erga me Gratiam, ſed ob ingentes dotes, quibus prępotentem REMPVBLICAM Veſtram BERNENSEM abundè cumulauit, publicè teſtari æquiſſimum.

Quis enim Vrbi BERNÆ politica à DEO OPT. MAX. collata decora & ornamenta, vt par eſt, dignè ſatis æſtimet? Taceo quòd à laudatiſſimo æui ſui Principe, BERCHTOLDO vltimo Zaringiæ DVCE, anno 1191. bono omine condita, libertate donata, Imperij ordinibus aſcripta, ſuíque iuris facta, libertate aucta à Cæſare FRIDERICO II. paucis ſeculis opum & potentiæ capeſſiuit incrementa: inter potentes caput extulit: infeſtiſſimorum Tyrannorum colla DEI virtute ſub iugum duxit: libertatem ſuam valida manu vindicauit. Heroicos viros (inter quos VLRICI & RODOLFI AB ERLACH nomen inclytum) Bellica & Togata fortitudine, prudentia, æquitate excellentes ſemper habuit. Et etiamnum ædificiorum pulchritudine, ſtructura, ſerie, & vicorum deſcriptione eleganti: ciuium multi

Faſcic. temp.

Chamęleontis inſtar, omnem colorem præterquàm candidum imitantis, nihil non in alienis ſcriptis obſeruant, vt videlicet habeant quod carpant Zoili, reliqua quæ meritò laudari poſſunt, cum faſtidio reiiciunt. Etſi namque illis Iliada poſt Homerum ſcripſiſſe videbor, qui poſt tot erudita præſtantiſſimorum Theologorum ſcripta aliquid in iſto genere tentare, ſeu actum agere, voluerim: Eſt tamen quod reſpondeam, me commeritæ ſanè laudi inſignium illorum virorum nihil officere, ſed potiùs ad illorum lectionem viam ſternere: falli autem eos, qui illos ſic omnia & quidem plana & accurata Methodo tradidiſſe, vt aliis poſt ſe quicquam addendi, aut explicitiùs tractandi anſam omnem præciderint, arbitrantur. Quæ non eò dico quaſi mihi plus cæteris arrogem, ſed vt ſignificem Anteceſſorum præclaris ingenij monimentis inhiberi neminem, quò minùs ſuum quodcunque ſtudium ad Sacræ Doctrinæ explanationem conferat, & ſiquid tale per Dei gratiam habeat, quod Bonis & peritis probetur, haud grauatè aliis impertiat.

Et quidem huic conſilio eò libentiùs conſenſi, quòd monerent amici, eádem opera me liberaturũ prorſus hanc Academiam veſtram, AMPLISSIMI DOMINI, à ſuſpicione ἑτεροδιδασκαλίας, qua apud nonnullos, immeritò ſanè, laborauit. Neque enim, ſi vnus aliquis non tam imaginatione priuata, quàm quorundam huius ſeculi ſapientum, ridiculo planè, Religioni Sicyonios cothurnos induere, hoc eſt, Veritatem cũ Mẽdacio, Lucem cum Tenebris conciliare vafrè meditantium, conſilio deluſus, controuerſiam de Iuſtitia inhærente mouit, Veſtra mox Authoritate, & Paſtorũ orthodoxo conſenſu in herba repreſſam, propterea hæc Schola, nédum Eccleſia illius ſuſpicionis culpam præſtare debuit. Attamen bis præcipit Spiritus Sanctus: Et nunc, Reges, prudenter agite: erudimini Iudices terræ. Pſa. 2. 10. & 1.12. Seruite Iehouæ in timore: & exultate ei in tremore. Oſculamini FILIVM, ne quando iraſcatur, & pereatis de via. Pſ.24.7.8. Et alibi ipſa huius Orbis Imperia & Principatus hortatur: Attollite, ô portæ, capita veſtra, & eleuamini, Portæ Mundi, vt ingrediatur Rex Gloriæ. Quis eſt iſte Rex Gloriæ? IEHOVAH fortis & potens, iſte eſt Rex Gloriæ. Nec alia de cauſa Magiſtratus in tantum Potentiæ & Maieſtatis faſtigium euexit, & Capita, Deos, Eccleſiæ Nutritios, & Scuta terræ, Pſa.81.8. & 46.10. à quibus ipſe vehementer exaltetur, appellat, quàm vt de primario hoc ſuo munere moneantur, atque ad verum Dei cultum inter homines promouendum & propagandum excitentur.

Id, inquam, ſi ita eſt, Maximum profectò Veſtrum eſt ornamentum, PII PRINCIPES, quòd præclarum illud Euangelij Depoſitum ab Excelſis Maioribus Veſtris acceptum, Heroica virtute tuemini: magna liberalitate, & ſumma fide, fouetis Eccleſias & Scholas: curatis vt in iis ſonet vera Doctrina, ſit Docentium & Diſcentium Deo grata concordia: Iuuentus in Scholis Veſtris, præſertim BERNENSI, & LAVSANNENSI, tãquam pietatis, linguarum & artium vtiliſſimarum officinis, à viris pietate, eloquentia, eruditione præſtantiſſimis fideliter, quod res ipſa probat, inſtituatur. Nam ex iis quotidie prodeũt, qui literis liberaliter exculti, patriam à barbarie vindicãt, Eccleſiæ, Scholis & Reipublicæ, magna cum ſua laude, fidelem operam præſtant. Sed &, quod ſine ſcelere præteriri non poteſt, ardenti promouendi Regni Chriſti Zelo exteris Eccleſiis & reformatis & reformandis Paſtores fidos ſubminiſtratis: Chriſti exulibus hoſpitium benignè præbetis: verbi Miniſtros patria eiectos, &

tudine, virtute, induſtria, robore: Familiarum, maiorum imaginibus illuſtrium, nobilitate: Pulchra legum moderatione: Iudiciorum æquitate: Pace concordi, quæ ſunt vrbium fulcra: Senatorum, Sapientia, Authoritate, Virtute præſtantiſſimorum, qui Conſilio publico & communibus negotiis, in Curia, Foro, & Iudiciis præſunt numero: complurium Comitatuum, Satrapiarum, Præfecturarum: Vrbiū, oppidorum, populorum diuerſæ locutionis, latiſſimæque ditionis, quæ ampliſſimum Ducatum æquare, aut etiam ſuperare poſſit, ſibi ſubiectę, Benigniſſimo imperio ſic floret, vt meritò ſplendidiſſimum totius Heluetię Iubar habeatur.

Pſa:33.32. At ſi veriſſimè à Dauide dictum eſt, Beatum eum populum, cuius Deus eſt Iehouah: nullum certè Vrbis BERNENSIS maius decus eſt, quàm quòd excuſſo Antichriſti iugo, cultúque Idolorum, & hominum commentis Vrbe & prouincia ſua exactis, poſthabito periculorum metu, ſpretiſque aliorum aduerſationibus, infracto zelo, anno 1528. Euangelio Chriſti locū dedit, & continua ſerie multos pietate & eruditione præclaros Paſtores & doctores habuit, qui amabilem in Religione Conſenſionem inuiolatè in hunc vſque diem conſeruarūt. Si etiam præcipuum adeóque ſummum Rerumpublicarum munus, Eccleſiam Chriſti, vocem Euangelij ſincerè ſonantem, Deúmque verum & ſolum in agnitione & fiducia Mediatoris colentem & inuocantem, humaniter hoſpitari: Scholas, quæ ſunt Eccleſiæ & Reipubl. ſeminaria, aperire: Puram Religionē propagare, ceu pretioſiſſimum theſaurum ad poſteros tranſmittere. Si denique Principibus & Magiſtratibus primarius hic finis in toto Regimine propoſitus eſſe debet, vt in ſuis ditionibus publico Euangelij præconio Regi Regum æterno Eccleſia colligatur. Id enim ipſis diſertè his verbis

bis

ne ornati ſtudeatis: & quandoquidem in via Dei non progredi, regredi eſt, vt quidam veterum rectè dixit: & perſeuerantibus ad finem ſalus à DOMINO promiſſa eſt, aſſiduam, vt magis magiſque inſtauretur, & ſarta tecta maneat, operam detis.

Enimuerò quàm certa ſit & immota eius Veritas vel ex his apertiſsimè conſtat, quòd non alium, quàm DEVM VNVM Patrem, & Ieſum Chriſtum Dominum, vnà cum Spiritu Sancto colere, & in Spiritu & veritate adorare & inuocare docet: Salutem noſtram in vno IESV CHRISTO poſitam, nobis in Euangelio & in Sacramentis, ex eius inſtitutione, tanquam illius ſigillis ita proponit, vt quod ipſe nobis præſtet, perſpicuè & rectè intelligamus. Deinde quod Antiquiſſima, non à veteri profecto Serpente, qui etiam ab initio ſuam Religionem ex diametro cum Diuina pugnantem in Mundum induxit; ſed ab ipſo Antiquo dierum orta, in Paradiſo annunciata, mirandis teſtimoniis & miraculis, tam in Veteri quàm Nouo fœdere deſcriptis, confirmata: ab Antiquis Patribus, Patriarchis, Sanctis Regibus, Prophetis, CHRISTO ipſo & Apoſtolis fideliter poſteris tradita: limitibus à Deo ipſo poſitis, quos iidem illi Patres & Maiores noſtri tutati ſunt, & proinde nec nobis tranſilire licet, circumſepta: ſola habet Teſtimonium ex Lege, Prophetis & Apoſtolis: & hac certiſſima Nota à falſa diſtinguitur, quòd illa, (ſicut in exemplo Patris fidelium omnium patet) Gloriam ſolius DEI quærit, vrget & illuſtrat, hęc verò propriā iuſtitiam ſtabiliendo DEI gloriā obducit. Adhęc quòd Scripturis extra contronerſiā Canonicis, Decalogo, Orationi Dominicę, Symbolo Apoſtolico, quę omnia omnes Chriſtiani nominis Profeſſores admittũt, ad amuſsim cõcordat: veri & perpe-

Rom.3.&4.
Io.7.18.

in quibuſdã locis finitimis, in quibus alioquin deſertæ iacerent Eccleſiæ, vel lupi in Chriſti puſillũ gregem graſſarentur, Veſtra Beneficentia ſuſtinetis. Docentes ac diſcentes Doctrinam Eccleſiæ & humaniores diſciplinas, magno numero in vtraque Veſtra Schola ſtipendiis conſtitutis pia Benignitate conſeruatis. Propter quod Veſtrum pietatis ſtudium, tum propter ſingularem Eccleſiarum & Scholarum curam, Benignitatem in pauperes, æquiſſimam & prudentiſſimam veſtram Gubernationem DEVS PATER DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI è cœlo vobis clementer benedicit. Halcyonia iam longo tempore Eccleſiis veſtris concedit, opes, ſplendorem nominis, amplitudinem imperij fœdera ſociorum, amicitiam Bonorum, vota piorum, & alia præſidia, ad retinendam pacem publicam & patriæ defenſionem neceſſaria, in Vrbem Veſtram cumulatiſſimè confert: vt Prouinciæ Veſtræ alma pace floreant efficit, florituræ magis ac magis, ſi earum incolæ tantum ſuum bonum agnoſcant.

Quæ cùm ita ſint: ad Dei gloriam, Ciuium & populorum Veſtrorum beatitudinem promouendam, etiam in poſterum à Vobis conducibiliùs nihil fieri, neque aut inclyto Nomini Veſtro magis glorioſum, aut Illuſtriſſimæ Veſtræ Reipublicæ honorificum magis accidere quicquam poterit, quàm ſi ſanam Doctrinam, quæ inde ab initio Reformationis in Euangelicis Eccleſiis per Heluetiam audita eſt, cuius Typum hoc delineare libro conatus ſum, fideliter apud Vos retineri, & ad poſteritatem amabilem, cui nulla poteſt relinqui hæreditas precioſior, integrè traduci: &, ne maleuolis obtrectandi anſa detur, Deique flagella accerſantur, Chriſtianæ Diſciplinæ à Vobis inſtitutæ forma & æquabili ob

ſeruatioplicitatem, qualis in prima illa, non infantili, ſed ſanè virili, Apoſtolica & Apoſtolorum temporibus vicina Eccleſia fuit, inſtauratam agnoſcet, qui eam ad illius Apoſtolicæ Eccleſiæ normã examinabit, quam qui ſequuntur, ab errore ſecuri ſunt.

In hac igitur, STRENVISSIMI DOMINI, conſtantes, Diuina freti gratia, perſiſtite, aduerſus Satanæ machinamenta, & Potentum odia, tutiſsimum opponite præſidium verum veri DEI cultum & inuocationem, & quę ad huius conſeruationem neceſſaria ſunt, magno animo prouehere pergite: certi futurum, vt tam ſancto ſtudio intenta INCLITA BERNA nunquam non ſit DEI ſingularem clementiam ac protectionem expertura. Nam ſicut in Cataclyſmo vniuerſali arcam & in ea Patriarcham Noë cum familia, qui cuſtodes erãt promiſsionum Diuinarum de Meſsia ſeruauit: ſic in mediis imperiorum ruinis politias honeſtas proteget, tantiſper dum Eccleſiæ ipſius hoſpitium præbebunt, & liberalia ac ſalutaria ſtudia benignè, quod facitis, fouebunt.

DEVS autem ingentes tempeſtates magnarum calamitatum, quæ vndecunque excidium Eccleſiæ CHRISTI minari videntur, clementer auertat: corda noſtra tandem ex veterno peccatorum exci tet, & ad veram reſipiſcentiam & gratitudinem flectat: Eccleſiam tum apud vos, tum TIGVRI, BASILEÆ, SCHAFVSII, GENEVÆ, aliiſque ſiue vicinis, ſiue remotioribus in locis, in vera animorum coniunctione conſeruet, omnique Pacis & Veritatis benedictione expleat.

Quod supereſt, CLEMENTISSIMI DOMINI, cùm verè Regium & humanum ſit, vt Plutarchus ad Traianum ſcribit, Non minùs parua libenter promptéque accipere, quàm magna dare: hunc laborem meum, Auguſta Veſtra Dignitate, ſi quod tui cultus regulam nō aliunde, quã ex Dei voce, vt par eſt, præſcribit: CHRISTVM Vnicum Seruatorem, Interceſſorem, Caput, & Fundamentum Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ agnoſcit: concentum partium in toto fundamento mirabilem fouet, ſic vt ſeſe in mille formas vertant aduerſarij, nullas in iis veras contradictiones commonſtrare poſſint: Nihil verò frequentiùs quàm ſeriam peccati agnitionem, ſummam humilitatem, firmam fidem in Chriſtum, ardentem Inuocationem Nominis DEI, veram Charitatem, Pœnitentiam ſinceram, non fucatam Sanctimoniam inculcat. Denique ex hoc prorſum vera probatur, quòd eius non ficta profeſſio, homines ſinceros, pacificos, modeſtos, puros, moderatos, tractabiles, Superioribus ſuis morigeros, plenos miſericordiæ, & bonorum operum, oſores vitiorum, DEI amantes reddit.

Neque tamen cùm hæc dico, piorum Maiorum, qui ſuperioribus aliquot ſeculis hac Euangelij luce, qua ſingulari DEI gratia fruimur, deſtituti, nos præceſſerunt, ſalutem in dubium reuoco: ſiquidem etſi non fulgeret Eccleſiæ facies, in medio tamen errorum & tenebrarum verum Religionis fundamentum IESVM CHRISTVM retinuerunt, nec prorſus deleta fuit Eccleſia: iſque ſub Papatu fuit fidelium ſtatus, qui temporibus Eliæ, cui oraculo reſpondit DOMINVS, Feci vt remanſerint mihi ſeptem millia virorum, qui non flexerunt genua imagini Baal: ita igitur & iſto tempore reſeruatio ſecundum electionem gratuitam facta eſt, vt Pauli verbis vtar. Sed tantùm adſignifico, poſtquam Lux Veritatis nobis affulſit, eam omnino intimo amplexu retinendi & conſeruandi, ni perire libeat, neceſsitatem impoſitam. Nam verum DEI cultum ex ipſius Verbo Eccleſiis veſtris reſtitutum, imò verò puritatem doctrinæ, & ceremoniarum ſimplici

plici

Τὸ Σιμμίου τοῦ Ῥοδίου σύμμετρος ΠΕΛΕΚΥΣ
ἀλληγορούμενος καὶ προσφωνούμενος
ΙΛΕΛΜΩ ΤΩ ΒΟΥΚΑΝΩ

Τῶν ἐν τῇ Λαυσάννῃ ἐκκλησιαζόντων προεστῶτι
ἀξιωτάτῳ θεολόγῳ ὅλως πεπαιδευμένῳ τε καὶ ἐπιστη-
μόνι, ἐκδιδόντι θεολογικὴν ἀκρόασιν.

Δεῦτε τὸν ἀμφίστομον ὦ τὰν πέλεκυν πραιοτύπῳ φαμὶ τὸν ἰσόμετρον:
Εἰπὲ δὴ ὤν, μοῖσ᾽ ὁμοῦ ὡς τῷ φοβερῷ νώροπι τῷ σιδάρῳ
Πρᾶτον ἁμαρτωλὸν ἐρύξαι τεμένους ἀγαστῷ:
Ὦ λόγῳ ἀμφάκες ἔδωκ᾽, ἀπῶσαι
Πᾶν διὰ ῥῆμα ῥίπτειν
μυελόσδεν

Τῶ πέει θυμὸς κέλεται κἀμέ γε τοῦπος βραχύτι κλεινὸν ἀλαθὲς εἰπῆν:
Ἀγγέλῳ ὥπλισ᾽ ὁ Θεὸς ποτὶ τὸν Ἐδὲμ ἀμφιπολᾶ θαμ, ἠδὲ
Ὡς σοφῷ ἥρωϊ τομὸν τὸ ξίφος ἁγίοιο
Θηεία εὐερκέος αὐλίοιο:
Πᾶντε τὸ πνεῦμα κείνεν,
τε ψυχάν.

Τὸν κλυτὸν προσφωνῆσαι ὁ Καλοφρύγιος Βουκάνῳ εἰδότ᾽ ὀρθοτομεῖν θεῖον τὸ ῥῆμα.

ex me eſt ſpectetur, longè inferiorem, ſed vtilitati Scholaſticæ Iuuentutis Veſtræ præcipua cauſa ſuſceptum, ipſámque adeò hanc meam compellationem ſubiectiſſimo animo inſtitutã, pro ſolita VESTRA CLEMENTIA, ſereno vultu, benignáque manu ſuſcipere, meque meóſque fauore Veſtro proſequi dignemini, ſubmiſiſſimè rogo.

CHRISTVS IESVS toti Reipublicæ ILLVSTRISSIMÆ BERNATVM florentiſſimum ſtatum: Vobis omnibus & ſingulis, DOMINI CONSVLES & SENATORES NOBILISSIMI, integram Incolumitatem, Fortitudinem, Sapientiam. Iuſtitiam & Iudicium: CIVIBVS Veſtris diuturnam Felicitatem, ad æternam ſuam Gloriam, Eccleſiæ ſuæ bonũ, totius Patriæ ſalutem, & trãquillitatem publicam omnium Heluetiæ Ordinum, perpetuò largiri pergat. Lauſannæ. Idibus Auguſti. 1602.

EXCEL. V.

humillimus ſeruus

GVILIELMVS BVCANVS.

Telóque dux hoc horride in aſpero,
Attolle belli ſignum,& arma
Tam pia te iuuet impuliſſe:
Præceps ab alto culmine adulterum
Dura ſecuri concidit Ilion,
Clarante,crebróque ictu Epeum.
Et numeris mage perſonante:
Romana forti iam quoque dextera,
Verbi ſecuri iam Babylon ruet
Diuini,& horrendam valente
Ampla dabit duce te ruinam.

Magno,cui iſta dicabat,
Theologo addictiſſimus,
STEPHANVS A CASTROBELLO.

D. GVILIELMO BVCANO ECCLESIÆ LAVSAN.

Paſtori fideliſs.& S.Theologiæ Profeſſori doctiſsimo,Studioſis ſacræ itidem Theologiæ candidatis,Nathanael Chambutus Eccleſiæ Grang. Miniſter, S.

Dum plerique cadunt Doctores,anxia torpet
Turba iuuentutis,quæ Ducis optat opem:
Ac vt ouis paſtore carens per deuia fertur,
Et petit incautè paſcua tuta parùm:
Sic citò gratus ades,Doctor BVCANE,*colendis*
Ingeniis natus ſedulitate pia.
Nam tua præ Iuuenum ponens incommoda curis,
Niteris vt formes Organa grata Deo.
Dum ſermone ſacro recreans pia pectora,celſos
Arguta ad cœlos ſcandere voce doces:

Εἰς τὸ αὐτὸν πρὸς τὸν αὐτόν.

Τὸν πέλεκυν μὲν ἔτευξ᾽ Ἐπειός, πέσεν ᾧ ποτ᾽ ἀπ᾽ ἄκρης
  Ἴλιος, ἠδ᾽ ἄδικον Πριαμιδῶν τὸ μέρος:
Χ᾽ ὡ πέλεκύς τις ἀπὸ στόματος Θεοῦ ἔντορος ἐν τῇ
  Σεῦ χερὶ τῇ πίπτει Ῥωμαϊκὴ Βαβυλών.

Idem ad hæc ita alludebat.

CErnis redactam comparibus modis,
Quam dura ferro dextera iam priùs
  Vulcania duxit bipennem
  Vi,gemináque acie tremendam?
Sollenne,verum,tum breue geſtio
Carmen profari,ſi licet hac ſuper,
  Quodcunque Doctoris Camœna eſt
  In meritas meditata laudes.
Fulgente qui ſcis vim gladio vt Deus
Armarit olim vindicis Angeli
  Arcere ſecreto Parentem
  Degenerem properantis horto:
Heroa diuum non ſecus aſpice,
Verbi potentis(certa fides)Deo
  Armante mox oras in omnes
  Ancipiti gladio imminere:
Iſthoc minanti qui procul arceat,
Longéque ſeruet qui grege belluas:
  Examinétque omnem hoc,probétque
  Eloquij reſerante ſenſum:
Nodóſque ſoluat,quàm ſecat,impios,
Chriſtíque quicquid nominis inſolens
  Sternat,rebellem diuidátque
  Hac animam mediam ſecuri.
BVCANE,tanto præſidio potens,

LOCVS I.
DE DEO.

QVIS SACRAE THEOLOGIAE primarius locus eſt?

DE DEO: *Hæc eſt enim vita æterna*, inquit Chriſtus, Ioh.17.3. *vt agnoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Ex qua neceſſitas cognitionis Dei colligitur.

II. *Vnde probas eſſe Deũ?*

1. Ex libro Naturæ, ſeu Operum Dei.
2. Ex libro Scripturæ, ſeu verbi Dei.

Liber Naturæ, eſt vniuerſus hic Mundus, qui propter ſui pulchritudinem ſiue ornatum, ordinem, & vſum, ſic dictus eſt, quæ teſtantur eius Architectum eſſe ſapientiſſimum, potentiſſimum, & beneficentiſſimum: præcipuè verò homo Μικρόκοσμος, ſiue animam & eius facultates, ſiue corporis fabricam, & huius fabricæ, partium vſum varium & inſignem conſideres, probat & commendat artificem. Hoc docet Pſalmus 19.1. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opus manuum eius annuntiat Firmamentum: Dies diei loquitur ſermonem, & nox nocti indicat ſcientiam* [a] *Præſentémque refert qualibet herba Deum.* [b] Sed hæc ſcientia poſt lapſum valde imperfecta, & languida, & quoad ſalutem nulla: [c] quæ tamen reddit homines inexcuſabiles. [d] Hinc Tertullianus, *Præmiſit Deus Naturam magiſtram, ſubmiſſurus & Prophetiam, quò faciliùs credas Prophetiæ, diſcipulus Naturæ.*

III *Quæ præcipuæ rationes probant eſſe Deũ?*

Hæ, 1. quia motum eſſe in mundo ſenſu conſtat. Nihil autem moueri poteſt, niſi per Ens aliquod, quod actu

a Iob.12.7.8
*Pſal.*104.2.
Rom. 1.19.
20, & 2.15.
*Act.*14.15.
16. 17. &
17.23.27.
b *Matth.*6.
26.28.
c *Gal.*4.8.
& 1.*Cor.*1.
21.
d *Rom.*1.20

At potiora Dei reſeras myſteria doctè,
Et quibus expediat tradere Sacra modis.
Dogma quod aggrederis pertractas ordine rectò,
Sedibus aſsignans ſingula membra ſuis.
Primò etenim vocum varios ſic diſcutis vſus,
Vt pateat quæ ſit res agitanda prius.
Poſt ea definis, partes, cauſásque recludis,
Effecta atque vſum, falſa cauenda notans.
Si qua ſit appendix, eadem tractatur & omnis
Quæſtio difficilis ſoluitur arte breui.
Hoc fit vt ad praxim maneant hæc fixa medullis,
Et conſtet quo ſint quæque petenda loco.
Scripta ſed hoc melius crebrò repetita docebunt,
Et quantum hic partus conferat auxilij.
His igitur promptis opibus Studioſe fruêris,
Æthereo Patri qui ſacer eſſe voles:
Vt methodo facili certo contingere metam,
Paſtoriſque boni munus obire queas.
Si modò mente pia verſes Diuina frequenter,
Et ſtudeas auidè percelebrare Deum.
His ita contentus ſtudiis Examinis Author
Perget vt incepit promere mentis opes.
Dan.12.3. *Donec in excelſis decoretur ſorte beatus,*
Qua frui vult ſeruos tempus in omne Deus.

Cui gloria, laus & honor.

buit: Cuiuſmodi qua Adamo ante & poſt lapſum,[a] Noe ante & poſt diluuium[b], Decies Abrahæ,[c] Iſaaco bis,[d] Iacobo ſepties,[e] Moſi ſæpius,[f] & pluribus aliis.

4. Propheticis vaticiniis, & eorum euentu.

5. Promiſſione, & exhibitione Chriſti ſeu Meſſię, Ioh. 1.18. *Deum nemo vidit vnquam, Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit*: & ideo Chriſtus Philippo. Ioh. 14.9. *Philippe, qui videt me, videt Patrem.*

6. Interna, viua, & efficaci Sp. Sancti reuelatione, quæ ſolis Electis deputata eſt: non diuerſa tamen à verbo, ſed verbo tanquam organo eorum cordibus infigitur. Iſa. 59. quę in hac vita inchoatur, in futura perficietur, 1. Cor. 13.9 10.

V I. *Quid eſt igitur quòd Pſal. 14.1. dixit Impius in corde ſuo, non eſt Deus?*

Reſpondetur ex Pſal. 10. 11. non tam negare Dei exiſtentiam quam prouidentiam. Porrò, qui Deo iudicium abrogat Deum reuera negat. Deinde, etſi aliqui verbo Deum verum negarunt, ipſo tamen facto contrarium ſenſiſſe teſtati ſunt, quod colligitur ex Suetoni, in vita Caligulę.

V I I. *At Deum nemo vidit vnquam.*

Sed nec animam, nec aquarum ſcaturigines, quas tamē eſſe certiſſimè ſcimus. Sic etſi Deus inuiſibilis eſt, ex operibus tamen viſibilibus agnoſci poteſt, quanquam obſcurè & imperfectè.

VIII. *Quænam de Deo nobis ſunt cognoſcēda?*

1. Quid ſit.
2. Quis ſit Deus, ſeu quæ ſit eius voluntas erga nos.

I X. *Quid eſt Deus?*

Θεὸς (vel à Θέω, curro, quòd per omnia currat: vel à Θεάομαι, cerno, quòd omnia cernat: vel à Δέος, timor, quòd metu ad eum colendum homines adducantur) eſt Eſſentia Spiritualis, Intelligēs, Simpliciſſima, Incomprehēſibilis, Immutabilis, Omnipotēs, Omniſcia, Liberrima, Immortalis, Immenſa, ipſa Charitas, Miſericordia, Iuſtitia, Sanctitas, Caſtitas, Bonitas, Sapientia, Longanimitas, Beneficentia: quæ eſt Pater, qui ab æterno genuit Filium,

[a] Gen. 1.28 29, & 2.15. & 3.8.9

[b] Gen. 6. 13. & 7.1. & 8.15, & 9.1

[c] Gen. 12. 1.7, & 13. 14, & 15.1. & 17.1, & 18.1, & 21. 12, & 22.1. 11.15

[d] Gen. 26. 2.24

[e] Gen. 28. 13, & 31.3. 11, & 32.30. & 31.1, & 46.2

[f] Exod. 3.2, & 4.19.24, & 6.1.2, &c.

eſt.2.quia neceſſe eſt eſſe aliquam cauſam primam, a qua reliquæ omnes dependent, 3. quia omnes res ad finem aliquem diriguntur. vnde efficitur aliquam eſſe mentem ſupremam quæ omnes res ordinet, non modò ad ſuos ſpeciales fines, ſed etiam ad vnum aliquē ſummū finem. Pro.16.4. 4. quia neceſſariò ſequitur eſſe aliquod ſummum Bonum & primum ens, quod reliquis ſit cauſa bonitatis, exiſtentiæ & perfectionis. 5. quia nulla cauſa deterior eſt ſuo effecto. ſunt autem creaturæ quæ ratione & ſapienti ordine vtuntur: neceſſe eſt ergò cauſam ſapientiſſimam eſſe. 6. quia cōſcientia hominis poſt admiſſa peccata metuit & horret ſupremum aliquem Iudicē. 7. quia atrocia delicta puniuntur in hac vita atrocibus pœnis. Pſa.37.36.& 58.11. 8. quia omnes gentes quãtumuis barbaræ perſuaſum habent Deum eſſe.

IIII. *Quis eſt liber Scripturæ?*

Qui κατ' ἐξοχὴν βιβλίον dicitur, Scripta nēpe veteris & Noui teſtamenti, quorum Spiritus Sanctus author eſt ἄμεσος. [a] De quo Libro ſubiicit Pſaltes, pſa. 19. verſ.8. *Lex Domini immaculata, conuertens animam: Teſtimonium Iehouæ fidele, ſapientem efficiens paruulum, &c.*

a 2.Sam. 23 2.
4.Pet.1.21.

V. *Quot modis ſeſe Deus patefecit in Libro Scripturæ?*

1. Verbo, ſeu certis oraculis.
2. Teſtimoniis verbo adiunctis.

Oraculis quibus?

Gen.1.&.31. *Dixit Deus, Creauit Deus, vidit Deus ea quæ fecerat eſſe valde bona.*

Teſtimoniis quibus?

1 Opere admirando Creationis totius Mundi ex nihilo. [b]

2. Miraculis illuſtribus, vt liberatione populi Iſraelitici ex Ægypto: [c] Traductione eiuſdem ſicco pede per rubrū mare: [d] Cibatione ſine pane ordinario per 40. annos in deſerto: [e] Solis ſtatione: [f] Et retrogradatione ad preces Ezechiæ regis: [g] Reſurrectione mortuorū: [h] & aliis ſtupendis operibus & miraculis.

3. Variis apparitionib, quibus Deus ſeipſum ſub formis & ſignis aſpectabilibus videndum hominibus exhibuit:

b Gen.1 1.
c Exod.20. 2.
d Exo.14. 21.22.
e Exo.16. 4. 13.14.15. Deut 8.3.
f Ioſue,10. 13.
g 2.Reg.20. 11.
h 1.Reg.17. 22.
2.Reg.4.33, & 13.21.
Mat. 9.25.
Luc.7.15.
Ioh.11.43. 44.

XIII. *Quotupliciter vſurpatur in Scripturis vocabulum Dei?*

Dupliciter. Propriè i. re, eſſentia, natura: & Impropriè. *Propriè* quidem, vel eſſentialiter, κατ᾽ οὐσίαν, cùm ſine determinatione alicuius ex perſonis ſumitur, vt Ioh. 4. 24. Deus eſt Spiritus, vbi Deus ſumitur pro tota Eſſentia diuina: vt & nomen Iehouah. vel Perſonaliter, ὑποστατικῶς, cùm adhibetur Deo perſonæ nomen, vt Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus. vel quum pater opponitur Filio, qui ipſe Deus eſt, & altera in diuinis perſona vt Rom. 7. 25. Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum, ſic Rom. 8. 3. pater dicitur Deus, perſonaliter ſumpto vocabulo: quia perſona mittens: perſonæ miſſæ opponitur. *Impropriè*, dum Angelis, vel hominibus tribuitur: ídque verè, vel ratione Officij,[e] vel patefactionis volũtatis Dei & reuerentiæ:[f] Falſò, vel errore,[g] vel vſurpatione,[h] vel cultu.[i]

XIV. *Súntne aliquæ Dei partes vel ſpecies?*

Nullæ, quia eſt Eſſentia ſimpliciſſima, quæ nullã cõpoſitionem aut diuiſionem admittit, & ἁπλῶς, omníque modo vnitatis vna, & actu infinitiſſima.

[e] Exod. 22. 28. Pſal. 82. 6.
[f] Exod. 7. 1.
[g] 1. Cor. 8. 5.
[h] 2. Cor. 4. 4.
[i] Philip. 3. 19.

XV. *Súntne aliquæ cauſæ?*

Non: eſt enim cauſa cauſarum.

XVI. *Eſtne aliquod Accidens in Deo ſtatuendum?*

Minimè, Dei ipſius ratione: omnia enim in Deo ſunt eſſentialia.

XVII. *Cùm Eſſentia Dei ſit ſimpliciſſima, Potentia, Bonitas, Iuſtitia, Sapientia, Miſericordia in Deo: qua ratione differunt?*

Nõ Eſſentiâ: illa enim omnia attributa Eſſentia ſunt vnum quiddã reipſa, ſed ψιλαῖς ἐπινοίαις, i. cognitione, noſtri ratione, & effectis reſpectu Creaturarum.

XVIII. *Quot ſunt attributorum Dei genera?*

ſibi coæternum,& cõſubſtantialem:& Filius,à Patre non factus,non creatus, ſed ab æterno genitus: & Spiritus Sanctus ab vtroque, Patre & Filio,procedens: Creator & Conſeruator rerum omnium,Redemptor,& Sanctificator Electorum.[a] Quæ quidem non eſt definitio (neque enim qui eſt ἀπερίοριστος & ἀκατάληπτος definiri & comprehendi poteſt: ſed) deſcriptio, quæ ſufficienter ea continet quæ nobis ad rectum Dei cultum & ſalutem noſtram in hac vita de Deo ſcitu neceſſaria ſunt.

a Ioh.4.26.
1.Tim.1.17.
Iacob.1. 17.
Apoc.1 8.
Iere.23.24.
1 Ioh. 4. 8. 16.
Exod.34. 6.7.
Matt. 5. 4. 25.
b 1. Sam. 2.2.
Eſa. 41.4, & 44. 6.
Marci. 12. 32.
c Eph.4.6.
1.Thim.2.5.
d Phil,2.6.

X. *Vnúſne Deus an plures?*

Vnus tantum: Deuter.6.4. *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus,Deus vnus eſt:*[b] & 1.Cor.8.4. *Scimus quòd idolum nihil eſt in mundo, & quòd nullus eſt alius Deus,niſi vnus.*[c] Et cùm verus Deus ſit ſummus, & actu infinitus, plures dij eſſe non poſſunt: quia neque plura quàm vnum numero ſumma eſſe poſſunt, neque etiam plura, quàm vnum actu infinita,& vnus tantum Deus,talibus teſtimoniis quę non poſſunt fallere,vt miraculis,vaticiniis,& aliis quæ à ſua natura omnipotente poſſunt fieri,patefactus eſt.

XI. *Quî Deus vnus dicitur?*

Nec genere,nec ſpecie,ſed eſſentia & numero, ſeu ratione naturæ: quia vna tantum eſt atque indiuidua Dei eſſentia.

XII. *Cur igitur Scriptura* Elohim *plurali numero,præſertim cùm in Sacris literis non tantùm iungatur verbo ſingulari verum etiam plurali,meminit?*

Non vt pluralitatem Deorum aſtruat, aut eſſentiā diuidat,ſed perſonas deſignet.quia &ſi alia eſt perſona Patris,alij Filij,alia Spiritus Sancti: tamen Pater non eſt aliud,ſeu alius Deus à Filio & Spiritu Sancto; Filiusnon aliud,ſeu alius Deus à Patre & Spiritu Sancto; nec Spiritus Sanctus aliud, ſiue alius Deus à Patre & Filio: quia vna indiuidua,& diuina eſt natura,licet alius Pater,alius Filius,alius Spiritus S. Proinde non ἑτερούσιοι, alterius ſeu diuerſæ ſubſtantiæ,non coniuncti ſeu συνούσιοι (ſicut homines qui habent vnam communem eſſentiam) non tantùm ὁμοιούσιοι,ſed ὁμοούσιοι,eandem eſſentiam, æternitatem, voluntatem, operationem, potentiam,gloriam habentes.[d]

XIII. *Quo-*

nomine quidem vnicum Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, & Christum θεάνθρωπον profitentes, ſed mox reipſa ſtatuentes ea, quibus poſitis, Deus verus in idolum, quod nuſquam fuit, nec eſt, nec erit, transformatur: & Filii humanitas in ſpectrum euaneſcit?

XXIV. *Quis vſus cognitionis Dei?*

Vt ſolus ritè colatur, ad quod conditi ſunt homines. vt ea duce ac magiſtra omne bonum ab illo petere & illi acceptum ferre diſcamus.

De Trinitate.

I. *Quot ſunt perſonæ in vna Dei Eſſentia?*

TRes, & quidem numero, & reipſa diſtinctæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, qui in vna eſſentia diuina ſubſiſtunt: vnde fit vt non ſint plures dii, ſed vnus & idē æternus, immenſus, & omnipotens Deus, [a] qui in ſcriptura *Iehoua* nominatur, qui ſimpliciſsimus ratione eſſentiæ, & trinus ratione perſonarum, dicitur. a Ioh. 10. 30.

II. *Quibus teſtimoniis probas Trinitatem?*

Gen. 1. 1. *Creauit Elohim cælum & terram.* Quo loco verbum ſingulare ſimpliciſsimam Dei eſſentiam ſignificat, nomen autem plurale deſignat tres perſonas. Sed & in Creatione Hominis Deus cum ſapientia ſua æterna, i. Filio, & Spiritu Sancto, quaſi deliberās ſic loquitur, verſ. 26. *Faciamus hominem ad imaginem noſtram*: vbi *Faciamus* dicitur, propter perſonarum pluralitatem, & *Noſtram*, propter vnitatem Eſſentiæ. Gen. 19. 24. *Pluit Dominus à Domino ſulphur & ignem ſuper Sodomam & Gomorrham*; quo loco perſona pluens, à perſona à qua pluit, i. Filius à Patre diſtinguitur.

III. *Habéſne illuſtriora Teſtimonia ex Nouo Teſtamento?*

1 In Baptiſmate Chriſti, Mat. 3. 16. & Ioh. 1, 32. auditur Patris vox de cælo, *Hic eſt filius meus dilectus*: ibi ad Iordanem ſtat Filius: deſcendit formâ columbæ Spiritus Sanctus, & Chriſto inſidet.

Duo; quorum prius omnino est ἀκοινώνητον, ita vt nullum eius veſtigium in rebus creatis appareat, quod rectè abſolutè dixeris, vt Simplicitas, & quæ hinc pēdet Immutabilitas, Æternitas, Immenſitas. Aliud quodammodo communicabile, quod Relatiuū appellamus, quatenus reſpectum habet ad creaturas: vt, Potentia, Sapientia, Voluntas, tum etiam Bonitas, Miſericordia, Iuſtitia.

XIX. *Quæ ſunt Dei Effecta?*

Innumera ipſius Gratiæ, Iuſtitiæ, Potentiæ, & Miſericordiæ opera.

XX. *Quæ repugnant doctrinæ de Deo?*

Atheiſmus, Epicureiſmus, Idolomaniæ, πολυθεία Gentium; Hæreſis Manichæi de duobus principiis, Bono & Malo; Blaſphemiæ in Deum; opiniones falſæ de Deo, qualis fuit Anthropomorphitarum; dubitationes de Deo, &c.

XXI. *Quomodo Gentes ἄθεοι, Dei expertes, vel ſine Deo, Eph. 2. 12. dicuntur, quæ tot Deos colebant?*

Nempe quia nullus ex tot falſis diis eſt verus Deus.

XXII. *At enim Deum tamen agnouerunt opificem cæli & terræ.*

Reſpondeo ex Hilario lib. 5. de Trinitate: Non Dei nomen, ſed planè Deus ignorabatur: quia Deum nemo neſcit, niſi qui Patrem & Filium confitetur.

XXIII. *Annè ſic Iudæos, itidémque Turcas ἀθέους conſtituis?*

Multiplex eſt atheorum genus. Vnum eorum, qui nullum prorſus numen agnoſcunt. Alterum eorum, qui Deos prorſus fictitios loco veri numinis colunt. Tertiū eorum, qui Deum illum verum agnoſcunt, at non cuiuſmodi eſt, ſed qualem illum eſſe imaginantur, vt hodie Iudæi & Turcæ, qui nec Patrem nec Filium confitētur, quales etiam Antitrinitarii omnes & Filii Deitatem ὁμοούσιον negantes. Quantulum verò ab his abſunt, qui ſibi hodie Catholicæ Eccleſiæ nomen vendicant,

nominē

nomine quidem vnicum Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, & Chriſtum θεάνθρωπον profitentes, ſed mox reipſa ſtatuentes ea, quibus poſitis, Deus verus in idolum, quod nuſquam fuit, nec eſt, nec erit, transformatur: & Filii humanitas in ſpectrum euaneſcit?

XXIV. *Quis vſus cognitionis Dei?*

Vt ſolus ritè colatur, ad quod conditi ſunt homines. vt ea duce ac magiſtra omne bonum ab illo petere & illi acceptum ferre diſcamus.

De Trinitate.

I. *Quot ſunt perſonæ in vna Dei Eſſentia?*

TRes, & quidem numero, & reipſa diſtinctæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, qui in vna eſſentia diuina ſubſiſtunt: vnde fit vt non ſint plures dii, ſed vnus & idē æternus, immenſus, & omnipotens Deus, [a] qui in ſcriptura *Iehoua* nominatur, qui ſimpliciſsimus ratione eſſentiæ, & trinus ratione perſonarum, dicitur.

[a] Ioh. 10.30.

II. *Quibus teſtimonijs probas Trinitatem?*

Gen. 1 1. *Creauit Elohim cælum & terram.* Quo loco verbum ſingulare ſimpliciſsimam Dei eſſentiam ſignificat, nomen autem plurale deſignat tres perſonas. Sed & in Creatione Hominis Deus cum ſapientia ſua æterna, i. Filio, & Spiritu Sancto, quaſi deliberās ſic loquitur, verſ. 26. *Faciamus hominem ad imaginem noſtram*: vbi *Faciamus* dicitur, propter perſonarum pluralitatem, & *Noſtram*, propter vnitatem Eſſentiæ. Gen. 19. 24. *Pluit Dominus à Domino ſulphur & ignem ſuper Sodomam & Gomorrham*; quo loco perſona pluens, à perſona à qua pluit, i. Filius à Patre diſtinguitur.

III. *Habéſne illuſtriora Teſtimonia ex Nouo Teſtamento?*

1 In Baptiſmate Chriſti, Mat. 3. 16. & Ioh. 1. 32. auditur Patris vox de cælo, *Hic eſt filius meus dilectus*: ibi ad Iordanem ſtat Filius: deſcendit formâ columbæ Spiritus Sanctus, & Chriſto inſidet.

Duo: quorum *prius* omnino eſt ἀκοινώνητον, ita vt nullum eius veſtigium in rebus creatis appareat, quod rectè abſolutè dixeris, vt Simplicitas, & quæ hinc pēdet Immutabilitas, Æternitas, Immenſitas. *Aliud* quodammodo communicabile, quod Relatiuū appellamus, quatenus reſpectum habet ad creaturas: vt, Potentia, Sapientia, Voluntas, tum etiam Bonitas, Miſericordia, Iuſtitia.

XIX: *Quæ ſunt Dei Effecta?*

Innumera, ipſius Gratiæ, Iuſtitiæ, Potentiæ, & Miſericordiæ opera.

XX. *Quæ repugnant doctrinæ de Deo?*

Atheiſmus, Epicureiſmus, Idolomaniæ, πολυθεΐα Gentium, Hæreſis Manichæi de duobus principiis, Bono & Malo, Blaſphemiæ in Deum, opiniones falſæ de Deo, qualis fuit Anthropomorphitarum dubitationes de Deo, &c.

XXI. *Quomodo Gentes ἄθεοι, Dei expertes, vel ſine Deo, Eph. 2. 12. dicantur, quæ tot Deos colebant?*

Nempe quia nullus ex tot falſis diis eſt verus Deus.

XXII. *At enim Deum tamen agnouerunt opificem cæli & terræ.*

Reſpondeo ex Hilario lib. 3. de Trinitate: Non Dei nomen, ſed planè Deus ignorabatur: quia Deum nemo neſcit, niſi qui Patrem & Filium confitetur.

XXIII. *Annè ſic Iudæos, itidémque Turcas ἀθέους conſtituis?*

Multiplex eſt atheorum genus. Vnum eorum, qui nullum prorſus numen agnoſcunt. Alterum eorum, qui Deos prorſus fictitios loco veri numinis colunt. Tertiū eorum, qui Deum illum verum agnoſcunt, at non cuiuſmodi eſt, ſed qualem illum eſſe imaginantur, vt hodie Iudæi & Turcæ, qui nec Patrem nec Filium confitētur, quales etiam Antitrinitarii omnes & Filii Deitatem ὁμοούσιον negantes. Quantulum verò ab his abſunt, qui ſibi hodiæ Catholicæ Eccleſiæ nomen vendicant, Duplex: Internum, & Externum. *Internum*, quod efficiunt proprietates internæ, ſeu operationes internæ, de quibus dicitur, *Opera Trinitatis ad intra ſunt diuiſa*, j. Opera quæ Deus facit extra omnem creaturam intra ſeſe, nõ ſunt communia tribus perſonis, ſed vnius tantùm perſonæ propria.

Eſt autem Patris quidem proprietas, quòd ab æterno non factus, nec genitus Filium æternum genuit ſibi cõſubſtantialem:[a] Filij verò, quòd nec factus, nec creatus, ſed ab æterno à Patre genitus eſt abſque Matre:[b] qui à ſe ipſo quidem eſt, quatenus Deus, à Patre verò, quatenus Filius, Vt enim à Sole gignitur lux, ſic ex Patre naſcitur Filius,[e] alius à Patre, atque adeò ſecundus ordine, quatenus genitus eſt: vnus atque idem cum Patre, quatenus eſt Deus. At hîc reuocandum dictum Nazianzeni, Θεοῦ γέννησις σιωπῇ τιμάσθω, μέγα σοι τὸ μαθεῖν ὅτι γεγέννηται, *Dei generatio ſilentio honoretur: magnum eſt tibi didiciſſe, quòd genitus ſit*. At Spir. Sancti proprietas eſt, quòd nec factus, nec genitus, ſed ab vtroque inſeparabiliter ab æterno procedit.[d]

a *Pſal.* 2.7. *Heb.* 1. 3. 5. *Prou.* 8. 24.
b *Heb* 7. 3 *Col.* 1, 15.
c *Pſ.* 110. 4. *Mich.* 5. 2.
d *Ioh.* 14. 26. 15. 26. 16. 13. 14. 9. *Rom.* 8.

VII. *An etiam Deitatem à Patre accepit Filius?*

Cùm de Filio ſine Patris reſpectu ſimpliciter loquimur, bene & propriè ipſum à ſe eſſe aſſerimus & Iehouã appellamus, eò quòd ex ſe ipſo ſuũ eſſe habet, & omnia, & ideo vnicum vocamus principium. Cùm verò relationem, quę illi cum Patre eſt, notamus, Patrẽ Filij principium meritò facimus, & Filium à Patre accepiſſe omnia dicimus, Ioh. 3. 35. Aliud enim eſt ipſum Eſſe, quàm ὑπάρξεως modus. Ideo dicunt Scholaſtici, Filium per ſe quidem eſſe, à ſe tamẽ nõ eſſe. Vt Eſſentia Filij principio caret; perſonæ verò principiũ eſt ipſe Pater. Hinc Hilarius: Datio paterna ſumptæ natiuitatis eſt profeſſio. Itẽ, Data à Patre nõ infirmãt diuinitatẽ Chriſti, ſed affirmãt, Et Auguſt. Chriſtus ad ſe Deus dicitur, ad Patrem filius dicitur.

Ob. Filius & Spiritus Sanctus non carent principio: Non ſunt igitur æterni.

R. Non eſt principium temporis, ſeu durationis: ſed tantum ordinis ſeu originis.

Obiectiones Sabellianorum.

Ob. 1. Qui me videt, inquit Chriſtus, videt Patrẽ. Item an nõ credis me eſſe in Patre & Patrẽ in me: Ioh. 14. 9. 10.

a Matt. 17. 5. 2. In transfiguratione [a] rurſum ſtat Filius, auditur Patris vox de cælo, & nube obumbratur Chriſtus, quæ Spiritum Sanctum deſignat. Et Matth. 28. 19. *Baptizate Gentes in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti*: non in Nominibus, ſed in Nomine, vt trium vnitas ſignificetur. 2. Cor. 13. 13. *Gratia Domini Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Sp. Sancti ſit cum omnibus vobis.* [b]

b 1. Ioh. 5. 7. Gal. 4. 6.

IIII. *Cùm Scriptura non vſurpet vocabulum Trinitatis, an Eccleſia eius vſum rectè retinet?*

Rectè: nam res habetur in Scripturis bifariam.

1. Secundùm litteram: ſeu expreſsè.

2. Secundum ſenſum: ſeu implicitè; & neceſſaria conſecutione Quando autem ſenſus ſeu res ipſa habetur in Scripturis, liberum eſt Eccleſiæ vti vocibus, quæ rem ipſam familiariter declarent. Præterea, tres perſonas in Deo, Trinitatē vocamus, nō quia dicit Scriptura, ſed quia non cōtradicit. Sed vocabulū Tres: vnde Trinitas deducitur, expreſsè habetur 1. Ioh. 5. 7. tres ſunt qui in cælo teſtimonia perhibēt. vnde firma eſt collectio à cōiugatis. Nā vt ab vno vnitas, ſic à tribus Trinitas neceſſariò exiſtit.

V. *Quid differt Eſſentia à perſona in Diuinis?*

Eſſentia eſt Natura, quæ tribus perſonis non anterior aut exterior, ſed communis, imò eadem, & indiuidua, & tota in ſingulis, non extra, per ſe ſubſiſtens eſt, ipſa videlicet Diuinitas: proinde vnæ ſunt ad numerum proprietates eſſentiales, quæ ſunt in illis. Perſona verò eſt ſubſiſtentia in natura Diuina, quæ ad alios relata proprietate incōmunicabili diſtinguitur: diſtinguūtur enim, nō ſeparātur perſonæ, vt tres homines reipſa ſeparantur, quāuis ſpecie vnū ſint. Ratio eſt, quia Diuina eſſētia infinita eſt atque impartibilis, ideoque tota in ſingulis perſonis, quæ non ſunt ab inuicem ſeparatæ, ſed tantùm diſtinctæ inter ſe. Humana verò vel Angelica eſſentia eſt finita & partibilis, ita vt nō ſit ſola in ſingulis indiuiduis, ſed pars in hoc, pars in illo.

VI. *Quotuplex eſt diſcrimen perſonarum?*

Duplex

homo Pater,& Filius,eſſe & dici poteſt. Sed eſt Reale,& tamen incomprehenſibile: quia quælibet perſona habet ſuam peculiarem definitionem , ſeu ſubſiſtentem & incommunicabilem proprietatem,& ab alia, non οὐσίᾳ, ſed τρόπῳ ὑπάρξεως differt.

IX. *Quòdnam Externum diſcrimen.*

Sumitur ex Operibus Dei ad Extra;vt quòd Pater mittat Filium, Filius miſſus ſit Redemptor,Spiritus Sanctus ſit Sanctificator:ſicut in Symbolo Pater diſcernitur à Filio Creatione , Filius Incarnatione , Spiritus Sanctus ab vtroque,apparitione in ſpecie columbæ,Matth.3.6. & in forma linguarum diſſectarum, Act. 2.3. Sanctificatione, & Regeneratione: tametſi illa omnia vnus idémque Deus efficit. Vt dicitur,Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. Ideóque hic meminiſſe oportet dicti Gregorij Nazianzeni, Οὐ φθάνω τὸ ἓν νοῆσαι, καὶ τοῖς τρισὶ περιλάμπομαι: οὐ φθάνω τὰ τρία διελεῖν, καὶ εἰς τὸ ἓν ἀναφέρομαι. *Non poſſum vnum cogitare,quin trium fulgore circumfundar : nec tria poſſum diſcernere, quin ſubitò ad vnum referar.* Porrò in Diuinis perſonis,Ordo quidem eſt,inæqualitas non eſt: Diſtinctio eſt, at diuerſitas nulla.

X. *Quæ repugnant?*

1. Hæreſis Sabellij,qui docuit tãtùm vnam eſſe perſonam Diuinitatis:ſed,alio atque alio reſpectu,nunc Patrem,nunc Filium dici. Patrem,reſpectu creationis: Filium,reſpectu incarnationis:Spiritum Sanctum,reſpectu miſſionis in diſcipulos.

2. Samoſateni, qui docuit Filium non magis ſubſiſtere in Deo , quàm Sapientiam, Iuſtitiam , & Bonitatem.

3, Arrij,qui negauit Filium de eſſentia Patris genitum , coæternum , coæqualem,& ſecundùm perſonam ὁμοούσιον Patri.

4. Serueti, qui perſonæ vocabulum non aliter accipiendum dixit , quàm ſicut in Comœdiis nomen perſonæ pro habitu & officij diſtinctione accipitur.

5. Tritheitarũ, (quorũ anteſignanus fuit noſtra ætate,Valẽtinus Gẽtilis Italus,Bernę propter periuria & blaſphemias ſupplicio affectus ann.66.)qui tres perſonas in tres numero Eſſẽtias trãsformãt, Filiũ Dei ſecundũ [illegible]

Pater & Filius ſunt vna perſona.

Reſ. viſo Filio videtur Pater, quia Filius eandem habet cum Patre eſſentiam, & manifeſtatus in carne totam Dei voluntatem nobis enarrauit. Ioh. 1. 18.

Ob. 2. Quod vnum eſt numero, id Trinum dici ſine cõtradictione non poteſt. Deus eſt vnus numero, Deut. 6. 4. Ergo non Trinus.

R: Vnitas illa ſimplicem eſſentiam, non modos quibus eſſentia illa ſubſiſtit, ſignificat. Itaque Deus abſolutè ſecundum eſſentiam vnus eſt, quia indiuiſibilis, & tamen ſecundùm internam relationẽ, h.e. ſubſiſtẽdi rationem, trinus eſt.

Ob. 3. Si aliud eſt eſſe Patris, aliud eſſe Filii, aliud denique eſſe Spiritus Sancti: ſequitur in Deo eſſe tria entia diuerſa: ac proinde tres diuerſas eſſentias.

R. Eſſe patris non ſignificat eius eſſentiam, qua eſt abſolutè Deus, ſed qua Pater eſt: h.e. quatenus aliter ſubſiſtit quã Filius. Itaque aliud quidem eſt eſſe Filii, quàm eſſe Patris, & tamen eandem eſt vtriuſque eſſentia.

Ob. 4. Si ſunt tres perſonæ verè diſtinctæ, & tantùm vna eſſentia: erit in Deo quaternitas.

R. Negatur. Eſſentia. n. differt à perſonis, tantùm τῷ λόγῳ. ratione: ſed perſonæ inter ſe differunt τῷ λόγῳ & τῷ εἶναι.

Ob. 5. Pater genuit Filium, aut exiſtentem, aut non exiſtentem. Vtrumque abſurdum.

R. Recte dicitur quòd Pater genuerit Filium iam exiſtentem: quia Pater nunquam fuit abſque Filio: vt nec Sol ſine luce. Rurſus dici poteſt. quòd genuerit non exiſtentem, quatenus generatio, licet æterna ſit, ordine tamen præcedit exiſtentiam: vt ſol prior eſt ſua luce.

VIII. *Eſtne hoc diſcrimen Rationale, Eſſentiale, an Reale?*

Non eſt Eſſentiale, vt in creaturis, vbi vna quæuis ſuũ proprium & definitum, ſeu quantum eſſe habet: nec enim alia eſt Eſſentia Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti, ſed vna eadémque, quam totam Pater communicat Filio, Pater verò & Filius communicant Sp. Sancto. Non rationale, quia non ἐπινοίᾳ, aut verbo tenus, dicitur Pater, Filius, & Sp. Sanctus. Nec reſpectiuè, quemadmodum

homo

perſona Filij incarnata eſt. Et quanquam perſona Filij includit totam Dei eſſentiam: tamen propter modum ſubſiſtendi proprium à perſona Patris diſtinguitur.

VII. Si vna eſſet Eſſentia Patris & Filii, Filius apud ſeipſum eſſet Mediator.

R. Filius propriè Mediator eſt inter nos & Patrem, non abſolutè inter nos & diuinam eſſentiam: & pendet Mediatoris officium à liberrima Dei ordinatione.

LOCVS II.

de Chriſto.

I. *Quid vox Chriſti ſignificat?*

SIgnificat Vnctum, (deducta voce à Χρίω vngo) vt Eſaiæ 45. 1. *Dominus dixit regi Cyro, Chriſto ſuo*, i. vncto. Κατ᾽ ἐξοχὴν verò tribuitur mundi Seruatori, qui Hebraicè Meſſias dicitur,[a] quia oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis vnctus eſt, vt habetur pſal. 45. 8. & verè Rex ille, Sacerdos vnicus, & Propheta humano generi promiſſus eſt.[b]

II. *Nomen Chriſti eſtne Naturæ, an Perſonæ?*

Perſonæ ſubſiſtentis in vtraque natura, & non huius vel illius naturæ tantùm: eſt enim concretum nomen.

III. *Quid vocas Vocabulum Concretum, & quid Abſtractum?*

Vocabulum *concretum*, in diſputatione de Chriſto, dicitur id quod naturam cum ſubiecto ſignificat, & ſua ſignificatione rem, & ſubiectum in quo res illa eſt, complectitur: i. perſonam Chriſti deſignat; vt Filius Dei, quia Filius Dei non naturam Diuinam ſimpliciter, ſed perſonã Filii Dei denotat. Sic Filius hominis, cùm de Chriſto

[a] *Ioh.* 1. 41.

[b] *Pſ.* 2. 6. & 110. 4. *Eſa.* 61. 1.

Patri [illegible] eundémque αὐτόθεον nègant.

6. Iudæorum cæcitas, qui indiſtinctam Οὐσίαν ſtatuũt.

Obiectiones Gentilis in protheſibus.

I. Si plures ſunt Iehouæ, erunt & plures eſſentiæ. prius verum, Gen.19.24. pluit Iehouah ignem è cælo à Iehouah: h.e. Filius à Patre. Ergo Filius à Patre eſſentia diſtinctus eſt.

Reſ. 1. Phraſis eſt Hebraica, qua ſignificatur Deum miraculoſo modo à ſeipſo ignem cœlitus pluiſſe. Deinde Nomen Iehouah aliquando ὑποστατικῶς accipitur. Itaque diſtinctio eſt in perſonis, non in eſſentia.

II. Ob. Alia eſt vita Filii, alia Patris. Ioh.5.26. ſicut Pater habet vitam in ſe ipſo, ſic etiã dedit Filio habere vitã in ſe ipſo. Ergo erit & alia eſſentia.

R. Locus ille de communicata poteſtate Chriſto, ratione officii Mediatoris intelligitur. 2. tametſi Filij vita eſt à Patre, reſpectu originis perſonæ: eſt tamen à ſe ipſa, ſi abſolutè ſpectetur, ac proinde eadem cum vita Patris.

III. Ob. Quorum ſunt diſtinctæ operationes eorum ſunt diſtinctæ eſſentiæ. At Patris, Filij & Spiritus Sancti actiones ſunt diſtinctæ. Ergo, &c.

R. Maior vera de naturalibus & externis actionibus: ſed hoc modo falſa eſt Minor, alioqui ſi Maior agit de perſonalibus & internis operationibus, falſa eſt, quia illę non tollunt vnitatem eſſentiæ: cùm eadem numero eſſentia tota ſit in qualibet perſona.

IIII. Ob. Non eſt vna perſonarum potentia, quia Pater poteſt gignere, Filius non poteſt. Ergo nec eſt vna eſſentia.

R. Vna eſt potentia naturalis, non autem perſonalis: ſicut vna eſt Natura, non autem Perſona.

V. Ob. Eſſentia Patris communicatur Filio per generationem. Ergo alia eſt in Patre, alia in Filio: cùm alia ſit eſſentia gignens, alia genita.

R. Diſtinguendum eſt inter Generationem & Communicationem. Nam perſona gignit & gignitur. Eſſentia verò nec gignit, nec gignitur, ſed communicatur.

VI. Ob. Si vna eſſet Patris & Filij eſſentia, ſequeretur & Patrem eſſe incarnatum. Sed hoc abſurdum. Ergo & illud.

R. Non ipſa eſſentia Dei abſolutè conſiderata, ſed paruit, ſe Iehouam vocat. In nouo Teſtamento, Matt. 16. *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Ioh. 1. 1. *In principio erat verbũ, & verbũ erat Deus.* Ioh. 20. 28. *Dominus meus, & Deus meus.* Act. 20. 28. *Deus acquiſiuit Eccleſiam proprio ſanguine.* Rom. 9. 5. *Chriſtus Deus ex Patribus ſecundum carnem, qui eſt Deus ſupra omnia, benedictus in ſecula.* 1. Timoth. 3. 16. *Magnum eſt pietatis myſterium, Deus manifeſtatus eſt in carne.* 1. Ioh. 5. 20. *Et ſumus in Filio eius Ieſu Chriſto, qui eſt verus Deus, & vita æterna.* Quibus locis Chriſtus abſolutè Deus dicitur, & nomen Iehouæ ſimpliciter illi tribuitur, non autem per tropum, nempe propter ſymbolum, ſeu teſtimonium præſentiæ Dei, vt Exod. 17. 15. tribuitur alteri. Pſal. 24. 8. accommodatur arcæ fœderis. Ierem. 33. 16. tribuitur Ieruſalem.

Quæ ſunt ſecudi generis Teſtimonia?

Opera ſolius Dei, quæ ipſi tribuuntur, vt Creare, & Conſeruare [a], Redimere [b], Delere iniquitates [c], Scrutari corda, [d] Exaudire [e], Viuificare [f], Iudicare [g]: Item opera miraculoſa, quæ ſua virtute edidit, iuxta vaticinium Eſaiæ 35. 5. 6: Ad quæ ipſe quoque Chriſtus remittit [h], & quorum edendorum poteſtatem largitus eſt Apoſtolis. [i]

Et Epitheta, & eſſentiales Dei proprietates, quæ ſoli naturæ diuinæ conueniunt, ei tribuuntur, vt Æternus [k], Omnipotens [l], Immenſus [m], Rex Regum [n], Seruator [o], & cætera, quæ teſtantur eum Deum eſſe naturâ.

Quod eſt tertium genus Teſtimoniorum?

Cultus & honor, qui Chriſto exhibetur: vt ſunt Inuocatio, Adoratio, Fides, Spes. Pſalm. 72. 11. *Adorabunt eum omnes Reges terræ, & omnes populi ſeruient ei.* Iſaiæ 11. 10, & Rom. 15. 12. *Omnes Gentes eum deprecabuntur, & ſperabunt in eo.* Pſalm. 2. 12. *Beati qui ſperant in eo. Curuabitur ipſi omne genu* [p]. Et Ioh. 14. 1. *Creditis in Deum, in me etiam credite.* Act. 7. 59. *Domine Ieſu, ſuſcipe Spiritum meum:* quæ conuincunt eum eſſe verum Deum.

VIII. *Cur Chriſtum Redemptorem Deum eſſe oportuit?*

Duas potiſſimum ob cauſas, quarum prior eſt, *Magnitudo mali*, quo genus humanum premebatur, quod à

a Ioh. 1. 3. & 5. 17. Col. 1. 16. Heb. 1. .. 3.
b 1. Cor. 1. 30 1. Theſ. 1. 10.
c Mat. 9. 6.
d Mat. 9. 4 Marci 2. 8, & 14. 13.
e Ioh. 14. 14
f Ioh. 5. 21.
g Ioh. 5. 22.
h Ioh. 10. 25 Mat. 11. 4. 5
i Mat. 10. 8
k Mich. 5. 2 Ioh. 1. 1, & 17. 5.
l Ioh. 3. 31. Phil. 3. 21.
m Mat. 18. 20. & 28 10
n Apoc. 19. 16.
o Mat. 1. 21. Act. 4. 12.
p Rom. 14 11 Phil. 2. 10.

dicitur, ſignificat perſonam, non humanitatem ſimpliciter. *Abſtractum* verò vocabulum eſt, quod ſignificat naturam ſimpliciter, vt Diuinitas Chriſti, Humanitas Chriſti.

IV. *Quot & quæ ad Chriſti cognitionem ſunt præcipuè neceſſaria?*

Duo: Perſona, & Officium.

V. *Quid eſt Chriſtus?*

Eſt Filius Dei vnigenitus [a], qui ex ſola ſua φιλανθρωπίᾳ, [b] ſibi ex [c] virginis Mariæ [d] ſemine [e] purificato à Spiritu ſancto, [f] creauit, & creãdo [g] aſſumpſit, ac perſonaliter, atque indiſſolubiliter in æternum vniuit [h] verum corpus humanum [i], anima rationali præditum: atque ita verus Deus manens verus homo factus eſt [k] nobis per omnia ſimilis, ſolo excepto peccato.

a *Ioh.*1.14.
b *ad Titum* 3.4.5.
c *Luc.*1.31.
d *Heb.*2.61
e *Luc.*1 35.
f *Heb.*10.5.
g *Heb.*12.16
h *Heb.*2.14
i *Mat.*26. 38, & 27.50
k *Heb.*2.17, & 4.15.

VI. *Quæ in perſona Chriſti maximè nobis conſideranda ſunt?*

Quatuor.

1. Quòd Chriſtus ſit Deus.
2. Quòd idem Chriſtus ſit Homo.
3. Quòd Θεάνθρωπος, i. Deus & Homo ſimul in vna perſona.
4. Phraſes ſiue prædicationes de Chriſti perſona in Scripturis vſitatæ.

VII. *Quot & quibus generibus Teſtimoniorum probas Chriſtum eſſe Deum?*

Tribus.

1. Claris enuntiatis Scripturæ, quibus Chriſti Diuinitas aſſeritur.
2. Operibus ipſius planè diuinis.
3. Ex cultu & honore, qui à Sanctis fidelibus, & ab Angelis Chriſto tribuitur.

Da Teſtimonia aliquot illuſtria, quibus probes Chriſtum eſſe Deum?

Eſaiæ 9.5. *Hoc eſt nomen, quo vocabunt eum* (Meſſiam ſcilicet) *Deus fortis, Pater futuri ſeculi.* Ieremiæ 23.6. *Nomen, quo germen Dauidis vocabitur, erit Iehoua iuſtitia noſtra.* Iudicum 6.11. & ſeq. Angelus ille, qui ſanctis Patribus apparuit, debeat ſuper eius ſolio, & regnare in æternum. Iſaiæ 7. 14. *Ecce virgo concipiet & pariet Filium.* Adhæc tota hiſtoria Euangelica clarè demonſtrat Chriſtum conceptũ[a], natum[b], circunciſum[c], habuiſſe corpus verum & animam[d], eſuriuiſſe[e], ſitiuiſſe[f], effudiſſe ſanguinem[g], mortuum eſſe[h], omnéſque proprietates & affectiones naturæ humanæ, (tametſi ſine peccato) habuiſſe[i]: Aſcendiſſe viſibiliter & localiter in cælum, & inde venturum ad Iudicium[k].

a *Luc.* 1.31.
b *Luc.* 2.7.
c *ver.* 21.
d *Luc.* 24.39. *Heb.* 2.14. *Mat.* 26.38
e *Mat.* 4.2.
f *Ioh.* 19.29
g *Ioh.* 19.34
h *Mat.* 27.50.
i *Mat.* 9.36 *Ioh.* 2.17. *Ioh.* 11.33.35 *Matth.* 26.37.38.
k *Act.* 1.9.11.

XII. *Cur Chriſtum verum hominem eſſe oportuit?*

1. Iuſtitia Dei id requirebat, vt inobedientia in carne noſtra commiſſa, in eadem ſarciretur[l].

2. Adoptionis noſtri ratio: voluit enim Filius Dei naturam noſtram humanam aſſumere, & frater, adeóque ἔγγυος, proximus & propinquus noſter fieri, vt nos ipſius membra effecti, Filij Dei efficeremur, Gal. 3.26. & ius haberet nos redimendi & vindicandi[m]. Hinc conſolatio in omni tentationum genere. Ideo Apoſtolus ad Hebræos 2.16. & 4.15. *Non aſſumpſit Angelos, ſed ſemen Abrahæ, & per omnia fratribus ſimilis factus eſt, vt fratribus poſſet condolere.*

l *Rom.* 5.17.18.19. *Heb.* 2.14.
m *Ier.* 32.8. *Ruth.* 3.12.13.

3. Ad Reſurrectionis noſtræ certitudinem: nã quia Chriſtus carnem noſtram aſſumpſit, & ſuſcitauit, eíque immortalitatem dedit, adeóque in cælos euexit, ſocietatis (quę nobis cum illo intercedit) virtute excitabimur in extremo die, & corpus hoc noſtrum vile glorioſo Chriſti corpori conforme reddetur, Philipp. 3. 21. & 1. Cor. 15. 21. 22. *Sicut in Adamo omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificabuntur.*

XIII. *Quare nec Pater, nec Spiritus eſt Incarnatus, ſed Filius?*

1. Quia decuit redimi mundum, ac reſtaurari omnia per eum, per quem omnia ſunt condita, ſeu per eum redimi à morte hominem, per quem conditus fuerat, & ad vitam æternam, ſi non peccaſſet, introductus fuiſſet.

2. Inconueniens fuiſſet duos eſſe Filios, alium in Diuinitate, alium in Humanitate.

nulla creatura tolli potuit: Poſterior, *Magnitudo boni*, quod à nemine reſtitui potuit hominibus, præterquam à Deo, qui ſolus verè bonus eſt.[a] a Matt. 19. 17.

Quæ eſt magnitudo mali?

In quatuor conſiſtit, quæ ſunt peccati grauitas, iræ Dei immenſum & intolerabile pondus, mortis imperiũ, tyrannis Diaboli: quæ tollere, abolere, placare, vincere nemo potuit, niſi Deus.

Quæ eſt magnitudo boni, quæ à nulla creatura reſtitui potuit?

b Coloſ. 3. 10. Imaginis Dei reſtitutio.[b] Ideo Chriſtus 1. Cor. 1.30. *factus eſt nobis à Deo Sapientia, Iuſtitia, Sanctificatio, & Redemptio*: non illa docendo tantùm, ſed præſtando, & reſtituendo.[c]

c Luc. 1.77. 2. Cor. 5. 21. Phil. 3 3. Matth. 20. 28. Rom. 3. 24. ad Gal. 3.13. & 4.5 ad Titum 2. 14. 1. Pet. 1. 18. Apoc. 5. 9.

IX. *Cur dicitur λόγος?*

Baſilius: quòd ex mente prodierit, & ſit imago genitoris, totum in ſe oſtendens genitorem, & exiſtens propriè: ſicut & noſter ſermo effigies eſt totius cogitationis. Sed ille, vt dicit Ignatius, οὐ ῥητὸς ἀλλ' οὐσιώδης λόγος ἐστὶ πατρός: vel, vt Iren. ait, quia eſt Patris interpres, & λόγος quaſi λέγων, loquens cum patribus: vel, quia eſt ille de quo ſermo factus eſt, i. de quo loquutus eſt, ſiue quem pollicitus eſt Dominus: vel, quia eſt ille, qui dixit, & facta ſunt.

X. *Secundùm quam naturam dicitur imago Dei, Coloſſ. 1. 15.*

Non ſecundùm humanam naturam tantùm, ſicut homo dicitur conditus ad imaginem Dei: ſed præcipuè ſecundùm diuinam naturam, ſed in carne conſpicuam: vel quatenus Deus in Chriſto verè ſe conſpiciendum præbet:[d] Vnde & ſplẽdor gloriæ Patris vocatur, Heb. 1.3. & character perſonæ illius, quia non eſt euaneſcens imago, ſed expreſſa & permanens. d 1. Tim. 3. 16.

XI. *Proba Chriſtum eſſe verum hominem.*

Gen. 3.15. promittitur ſemen mulieris, quod conteret caput Serpentis. Gen. 22. 18. Abrahæ promiſit Deus, quòd in ſemine eius benedicẽtur omnes gentes. 2. Sam. 7.12.14. Dauidi promittitur, quòd Filius ipſius ſedere

inconuertibiliter, indiuiſibiliter, inſeparabiliter.
Οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης, διὰ τὴν ἕνωσιν· σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης, vt habet Synodus Calcedonenſis, in Euagrij hiſtoria, libro 2. c. 4. Ex quo autem naturam humanam aſſumpſit Λόγος, nunquam ne in morte quidem depoſuit. Huc faciunt verſus,

Sum quod eram, nec eram quod ſum nunc, dicor vtrumque
Ignoras, niſi me ſtirpe ab vtraque tenes.

XVII. *Quibus teſtimonijs probabis Diuinam & Humanam naturam in vnam eandémque perſonam coaluiſſe in Chriſto?*

Eſaiæ 7. 14. & 9. 5. Luc. 1. 35. *Quod ex te naſcetur, vocabitur Filius Dei.* Ioh. 1. 14. *Et verbum caro factum eſt*: non Sacramentali vnione, qua ratione petra dicitur fuiſſe Chriſtus: non perſonarum duplicatione, quaſi ſint duæ perſonæ in Chriſto: non naturarum confuſione non mutatione, quemadmodum aqua vinum facta eſt, Ioh. 2. 9. Sed aſſumptione carnis in vnitatem perſonę. Sonat vox Dei de Ieſu Mariæ filio, *Hic eſt Filius meus dilectus.* Mat. 3. 17. *Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt adimpleret omnia.* Epheſ. 4. 10. *Miſit Deus Filium ſuum natum ex muliere.* Galat. 4. 4.

XVIII. *Quid eſt autem, quòd Caro Chriſti deificata à Damaſceno & Gregorio Nyſſeno dicitur?*

Non de conuerſione ipſius in diuinam, ſed de eius coniunctione ad diuinam naturam, in vnam ὑπόστασιν intelligendum eſt, & donorum collatione, quibus humana natura Chriſti omnibus creaturis antecellit, ſed quæ naturam non abolet.

XIX. *Cur Chriſtum oportuit eſſe Deum & Hominem in vna eadémque perſona?*

1. Vt hominem reconciliaret Deo, ſeu, vt Deum & homines vnum faceret.

2. Vt idoneus eſſet Mediator Dei & hominum, propter ſuam ad vtroſque οἰκείωσιν & cognationem.[a]

[a] 1. Tim 2. 5. Heb 8 6.

3. Conſilium illud fuit Patri coæternum, dè ſaluando per Filium genere humano propoſitum[a].

XIV. *An diuiſim, an coniunctim Chriſtus Deus & homo eſt?*

Coniunctim, non autem diuiſim.

Quo coniunctionis genere?

Non inhabitationis tãtum, vt in Sanctis Deus habitat: non conſenſus duntaxat, ſicut fideles in Patre & Filio vnum ſunt[b]: non commixtionis, vt quando aqua vino miſcetur: non combinationis, ſicut duo aſſeres coniunguntur: non denique compoſitionis, qua ex duobus ſurgit tertium quiddam: ſed vnionis perſonalis, quam Græci vocant ἕνωσιν, ἐνανθρώπησιν, ἐνσάρκωσιν, οἰκονομίαν, κοινωνίαν, περιχώρησιν, confinium, ſeu arctiſſimam vnitionem: qua nec Deitas tota, nec pars eius aliqua, humanitati Chriſti ſubiectiuè communicata eſt, ſed tantum humana natura à Filio Dei aſſumpta eſt in eandem hypoſtaſin, Hebr. 2.16.

XV. *Quid eſt vnio perſonalis in Chriſto?*

Eſt, qua perſona Filij Dei, iam ab æterno exiſtẽs perſona, aſſumpſit humanam naturam puriſſimam, propria perſonalitate deſtitutam, in vnitatẽ ſuæ perſonæ, & ſuam propriam fecit, ſaluis vtriuſque naturæ proprietatibus. Vel, finitore Paulo, Coloſſ. 2.9. *Qua in Chriſto inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.* Cuius quidẽ παράδειγμα eſt vnio animæ & corporis, ſed quod non per omnia quadrat: nam in homine ex natura animæ, & ex natura corporis, ſurgit natura tertia ex duabus compoſita, quæ dicitur humana natura. Sed in Chriſto non fit conſtructio vnius tertiæ naturæ, ex Diuina, & Humana, ſed manet vtraque pura & inconfuſa. Nec per omnia conuenit ſimilitudo ferri candentis, quia calor & ſplendor in ferro ignito ſunt qualitates, non ipſa ignis ſubſtãtia. Ideo iure eam vocat Apoſtolus, *Magnum pietatis myſterium*, 1. Tim. 3,16.

XVI. *Qualiter facta iſta vnio?*

Ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, καὶ ἀχωρίστως, i. *inconfuſè, incon-*

[a] Heb. 2.10.

[b] Ioh. 17.21.

ſigi, mori, non tribuitur Diuinitati, ſed perſonæ ex altera (Diuina ſ. natura) denominatæ. Vocabulum enim Filius Dei, ſeu Deus (quod eſt propoſitionis Subiectum) eſt Concretum, non Abſtractum, & ſignificat non Naturam diuinam, ſed perſonam, quæ eſt Deus & Homo.

Sic rectè dicitur, Filius hominis, vel Chriſtus homo, eſt æternus, omnipotens, vbique præſens, ſaluat, ſuſcitat mortuos, dat vitam æternam. Et Ioh. 3. 13. Nemo aſcendit in cælum, niſi is qui deſcendit è cælo: tum vnionis reſpectu, cùm ſit idem ipſe homo ſimul & Deus. Nam vt Deus propter vnitatem, propria ducit humana, inquit Cyrill. de incarnat. vnigeni. c. 26. Sic homo, propter vnitatem, propria ducit diuina, tum quia Filius hominis eſt vox concreta, quæ vnicam perſonam Chriſti diuinâ & humana naturâ conſtantem ſignificat. Et proinde Chriſtus vbique totus eſt, ſed non totum.

Contrà, impiè dicitur, Diuinitas Chriſti eſt nata ex Virgine, paſſa: & humanitas Chriſti eſt æterna, vbique præſens, omnipotens: nam diuinitas eſt vox Abſtracta, quæ ſimpliciter naturam diuinam in Chriſto ſignificat, quæ ab omni perpeſſione eſt alieniſſima.

Prædicatio autem diuerſarum naturarum propter vnionem hypoſtaticam non valet, niſi in iis quæ ſignificantur, vt tota quædam & integra ſuppoſita: vt enim non dicimus corpus eſt anima, vel homo eſt anima: Sic neque dicimus, hic Deus (Chriſtus) eſt corpus Chriſti, vel anima Chriſti, ſed tantùm Deus eſt homo.

XXI. *Eſtne communicatio Idiomatum verbalis tantùm, an etiam realis?*

Eſt vera & Realis loquutio: quia perſona, de qua tropo ſynecdoches, tã diuina quàm humana, ſiue nomina, ſiue propria, ſiue effecta, communiter & ex æquo enuntiantur, ea omnia in ſe verè ac reipſa continet, quæ Deo vero & homini vero competunt: diuina quidem, quâ Deus: humana verò quâ homo idemipſe eſt, non autem vtriuſque naturę reſpectu: ſed κατὰ ἄλλο ϗ ἄλλο. vt docet ibidem Cyrillus. Induceretur enim Eutychiana hæreſis de naturarum ſeu proprietatum confuſione, & ſynecdochica loquutio eſſe ceſſaret.

3. Vt Deum nobis reconciliaret ſua morte, quam nec ſolus Deus ſentire, nec ſolus homo ſuperare potuiſſet.

4. Vt Opera Redemptionis in Filij carne peracta, ſufficiens eſſent pretium pro peccato, quo infinitum bonum læſum eſt. Tametſi enim quædam actiones à diuina natura propriè proficiſcuntur, & quędam ab humana natura fiunt: tamen omnes æqualiter pretium & dignitatem à diuina ſumunt. Sic caro Chriſti viuificat: quia eſt caro eius perſonæ quæ eſt Deus. Obedientia Hominis Chriſti iuſtificat: quia eſt obedientia eius perſonæ quæ eſt Deus. Sanguis Chriſti redimit Eccleſiam: quia eſt ſanguis Dei, Act. 20. 28.

De Phraſibus.

XX. *Quid eſt* κοινωνία ἰδιωμάτων?

QVæ & Ἐπίζευξις ὀνομάτων, & κοινότης, & ἀντίδοσις, ſeu τρόπος ἀντιδόσεως dicitur. Et eſt; Non effuſio proprietatũ vnius naturæ in aliã, aut mutua ἰδιωμάτων confuſio: ſed Attributio κατὰ Συνεκδοχὴν, ſeu prædicatio alternata, qua (quia in Chriſto eſt aliud & aliud, ἄλλο καὶ ἄλλο, & nõ alius & alius, duæ naturæ, & vna perſona) quod vnius naturæ in Chriſto proprium eſt, non alteri naturæ, ſed perſonæ tribuitur, ex altera, natura ſiue diuina, ſiue humana, denominatæ. Sicut Theodoretus ait Dial. 3. Κοινὰ τοῦ προσώπου γέγονε τὰ τῶν φύσεων ἴδια· διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα, vt loquitur Damaſc. καὶ τὴν εἰς ἄλληλα τῶν φύσεων περιχώρησιν, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, Orth. Fidei, lib. 3. c. 3. & 4. Vel, eſt talis prædicandi modus quo vni perſonæ Chriſti communiter tribuuntur ea quæ naturarum ſunt propria: ídque propterea quòd Chriſtus in duabus naturis perfectis vtrumque eſt, Deus videlicet perfectus & homo perfectus: cui propterea verè & reipſa tribuuntur, tam quæ Deo, quàm quæ homini propria ſunt.

Rectè ergo & verè dicitur, Deus, ſiue Dei Filius, natus eſt ex Maria Virgine, paſſus, crucifixus: &, Deus acquiſiuit ſibi eccleſiam ſuo ſanguine, 1. Cor. 2. 8. Act. 20. 28. Non ſimpliciter, primò, & per ſe, quâ Deus eſt, ſed ſecundùm quid, & alterius reſpectu, ſiue κατ' ἄλλο, quia quod proprium eſt vnius naturæ, videlicet concipi, naſci, crucifigi, nis, qui dixit Chriſtum ex viri ſemine natum.

5. Neſtorij, qui docebat, vt ſunt duæ naturæ in Chriſto, ita duas eſſe perſonas: & Diuinitatem adeſſe Humanitati παραστάσει, & combinatione, non autem vnione perſonali. Ideo negabat Mariam eſſe θεοτόκον, Deiparam: & Hominem, non Deum, à Iudæis crucifixum eſſe aſſerebat.

6. Eutychetis, ſuperiori contraria. Docebat enim Naturam humanam poſt vnionem donatam eſſe proprietatibus Diuinitatis.

7. Monothelitarum, qui vnicam tantùm voluntatem in Chriſto poſuerunt.

8. Error Vbiquitariorum, qui Humanitati Chriſti tribuunt propria eſſentialia Diuinitatis. i. Diuinæ naturæ maieſtatem, omnipræſentiam, &c. parum memores dicti, *Tollens proprietates, tollit naturam*: & contrà, *Tribuens proprietates, tribuit naturam: & De quocunque prædicari non poteſt Eſſentia, neque etiam eſſentiales illius proprietates de eodem prædicari poſſunt.*

De officio Chriſti.

XXVI. *Quotuplex eſt officium Chriſti?*

TRiplex, Propheticum, Sacerdotale, & Regium, vt exprimitur Heb. 2. 9. 10. quod ſecundùm vtramque naturam exercet.

XXVII. *Quid eſt Propheticum?*

Eſt munus illud, quo ipſe Euangelium, i. arcanũ conſilium Patris de redemptione generis humani, verbo, Sp. Sancto, & Sacramentis, tum per ſe, tum per verbi Miniſtros patefecit generi humano. Ioh. 1. 18. Eph. 4. 10. 11.

Da Teſtimonia.

Deut. 18. 18. *Prophetam ſuſcitabo illis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos omnia quæ præcepi illi.* Eſaiæ 61. 1. *Miſit me vt euangelizarem pauperibus.* Matth. 17. 5. *Hic eſt Filius meus dilectus ille, in quo mihi bene complacui. Ipſum audite.* Hinc Paſtor dicitur, [a] Pacis annuntiator [b], Dei fideliſſimus teſtis [c]. Quo munere fungitur vſque ad finem ſeculi [d].

[a] *Eſa.* 40. 15. *Ioh.* 10. 11.
[b] *Zach.* 9. 10. *Eph.* 2. 27.
[c] *Ioh.* 3. 32. *Apoc.* 1. 5.
[d] *Eph.* 4. 11.

XXII. *Appellationes autem quæ ad officium Redemptionis pertinent, an Naturis ſeorſim, an verò Perſonæ tribuendæ ſunt?*

Perſonæ: vt Chriſtus eſt Mediator, Paſtor, Sacerdos ſecundum vtramque naturam, quanquam vnaquæque retinet in eo opere ſuam propriam ἐνέργειαν.

XXIII. *Quod eſt effectum vnionis illius Perſonalis?*

Donorum collatio, quibus eſt ornata humana natura in perſona Chriſti, & quibus antecellit omnibus creaturis, ſapientia, bonitate, ſanctitate, poteſtate, maieſtate, & gloria: quam Patres Carnis Deificationem, Scholaſtici Gratiam habitualem vocant, à communione ἰδιωμάτων (quæ eſt alternata, & τῆς ὀνομάτων ἀντιδόσεως) prorſus diſtinctam.

XXIV. *Quotuplex ſtatus Chriſti?*

Duplex. Vnus *Exinanitionis*, quâ ſubiens vltro naturæ noſtræ infirmitatis onera, probra, ſupplicia, exinaniuit ſeipſum vſque ad mortem crucis, quieſcente interim (iuxta Irenæum) Diuinitate, vt crucifigi & mori poſſet.

Alter *Exaltationis*, quâ poſt eius mortem omnes infirmitates humanas (nō autem eſſentiales proprietates) depoſuit humana eius natura, & in ſummum ſupra omnes creaturas decus ſummè exornata eſt, non tamen cum Diuina Chriſti natura exæquata, aut coextenſa[a].

XXV. *Quæ Repugnantia?*

Hæreſis 1. Macedonij & Valentini, qui contenderūt Chriſtum ſecum è cœlo attuliſſe corpus cœleſte. Apellis, qui ei tribuit corpus aëreum, & carnem ſideream: & quod per virginem, velut aqua per canalem, tranſierit.

2. Manichæorum, qui corpus imaginarium ei affinxerunt.

3. Apollinaris, qui negauit Chriſtum aſſumpſiſſe animam rationalem, ſed Diuinitatem ei loco mentis fuiſſe.

4. Eunomij, qui Chriſtum merum aſſeruit Hominem, & Filium Dei dici ſecundùm adoptionem. Ebionis,

---

[a] Phil. 2. 7. 9.

Vt perſona quidem, ſed quatenus homo: ſic tamen vt dignitas & gratia illarum precum fluat ex naturæ diuinę excellentia, quæ in Chriſto cum humana natura perſonaliter vnita eſt.

XXXII. *Habéſne illuſtre Teſtimonium de Sacerdotio Chriſti?*

Pſal. 110. 4. *Iurauit Deus, & non pœnitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech,* qui typus fuit Chriſti [a], ſicut & Aaron, & Iſaac. [b]

a *Heb.* 7. 3.
b *Gen.* 22. 6 9.

XXXIII. *Poſſunt-ne Miniſtri Euangelij dici Sacerdotes?*

Poſſunt: ſed duplici de cauſa tantùm.

1. Quia vnà cum aliis inaugurati ſunt Chriſto, & quatenus verè Chriſtiani ſunt.

2. Quia Euangelium docent, & homines ipſos mactant, viuúmque ſacrificium Deo per Euangelium offerunt. Hinc Paulus ſacrificio ſe functum teſtatur, cùm Gentes mactauerit Euangelio, vt fierent oblatio acceptabilis Deo, ſanctificata per Spiritum Sanctum, Rom. 15. 16. Nuſquam tamen in nouo Teſtamento Sacerdotis nomen peculiariter Euangelij Miniſtris tribuitur, quia Chriſtus nullos ſui Sacerdotij habet collegas.

XXXIV. *Quod eſt Regium munus Chriſti.*

Quo ipſe ſecundùm vtramque naturam ſciens & volens moderatur, regit, & gubernat vniuerſa.

Da iſtius muneris illuſtre Teſtimonium?

Pſal. 2. 6. *Conſtituit Regem ſuum ſuper montem ſuum Sanctum.* Matth. 28. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Ioh. 13. 3. *Ieſus ſciens Patrem omnia dediſſe ſibi in manus.* Hinc Rex æternus dicitur [c], Rex Iuſtitię [d], Rex Regum [e].

c *Eſa.* 9. 6. *Pſal.* 45. 7. *Luc.* 1 33.
d *Heb.* 7. 2.
e *Apoc.* [illegible]. 1. 5

Quotuplex eſt huius Officij adminiſtratio?

Duplex hoc quidem in ſeculo: *Vniuerſalis,* ſeu Potentię qua omnes Creaturas ſuo imperio regit. *Specialis,* ſeu Gratiæ, qua peculiariter & præcipuè Eccleſiã ſuam regit, tuetur, & gubernat, ditat in terris & glorificat in cœlis, cuius etiã reſpectu propriè Rex nominatur [f]. 1. Quia ſibi vindicauit Eccleſiam, quã inuaſerat Satan [g]. 2. Quia ſuperauit tenebrarum Regẽ. 3. Quia omnes eos qui ad ſe con-

f *Pſal.* 2. 9.
g *Pſal.* 20.

XXVIII. *Quod eſt munus Sacerdotale?*

Quo Mediator eſt inter Deum & Homines, ſiue quo
a 1.Tim.2.5 Mediatorem ſe inter Deum & Homines interpoſuit [a],
Hebr.1.24. quod nulli mortalium niſi vni Chriſto conuenit [b].

b Heb.2.17 *Quot ſunt partes iſtius muneris?*

c Mat.5.17 Duæ: *Satisfactio*, qua Legem impleuit [c], & pro peccatis
Rom.10.4. d Mat.20. mundi λύτρον perſoluit [d]: cuius partis reſpectu Redem-
28. ptor [e], & Saluator [f]. & Agnus ſiue hoſtia dicitur [g]. Et *In-*
e Mat.20. *terceſſio*, qua Chriſtus vnicè cupit hoſtiam ſuam perpetuò
28. valere apud Deum Patrem pro Electorum ſuorum re-
Galat.3.13. conciliatione [h]: preces noſtras ad Patrem adducit, ac no-
f Eſa.25.8. bis fiduciam eum adeundi largitur.
9, & 53.4.
5.6.
Ioh.3.17.

XXIX. *Secundùm quam naturam Chriſtus eſt Mediator & Sacerdos?*

1.Pet.2.24.
g Eſa.53.7.
Ioh.1.29.36 Secundùm neutram ſeiunctim, ſed vtramque, Diui-
Apoc.13.8. nam & Humanam coniunctim [i]. 1. Quia in vna ea-
h Rom.8.33 démque perſona idem Deus & homo. 2. Quia ſecun-
Hebr.7.24. dùm ~~ordin~~em Melchiſedech, ſine patre, & ſine matre
25. i Gen.3.15, Deus eſt. 3. Quia vtrorumque debuit eſſe particeps,
& 22.18. qui Deum homini, & Hominem Deo conciliaret, ſicut
Dan.9.17. Irenæus ait: Oportuit Mediatorem Dei & hominum
2.Cor.5.15. propter ſuam ad vtroſque domeſticitatem, in amicitiam
Hebr.4.15, & concordiam vtroſque reducere, & facere vt Deus reci-
& 9.14. peret hominem & homo reſtitueretur Deo. 4. Quia
Mediatoris opera ſunt θεανδρικὰ. vt ſint eximia apud Deũ,
5. Quia ſatisfacere nemo potuit niſi Deus, nemo de-
buit niſi homo.

XXX. *Fuitne ante aſſumptionem humanæ naturæ Chriſtus Mediator?*

Fuit, quia in Dei notitia, deſtinatione & acceptatione duæ naturæ pro vnitis habebantur, & apud eum facta & facienda, præſentia & futura, eodẽ ſunt loco. Hinc, Heb. 13.8. Chriſtus heri & hodie idem eſt & in ſecula. Vide 1. Pet.1.20. Et ſicut cædes Agni ab origine Mundi facta ſcribitur, Apoc.13.8. Sic preces iam tum pro Eccleſia fuſę quoad paternam acceptationem dici poſſunt.

XXXI. *Qua ratione Filius apud Patrem intercedit?*

1. Error Stancari, qui ea quæ perſonæ ſunt (vt mediatorem eſſe) ad naturam Humanam ſeorſim retulit: & Oſiandri, qui Mediatoris officium ſoli Diuinitati adſcripſit.

2. Error Pontificiorum, de authoritate Papæ, Eccleſiæ, Conciliorum, in cudendis nouis articulis fidei, & expoſitionibus Scripturæ, traditionibúſque humanis in Eccleſiam inuehendis. 2. Eorundem error de meritis operum, ſatisfactionibus, & ſacrificio Miſſatico in locum Chriſti ſubrogatis, & de Sacerdotio, & Sacrificio (quo impiè dicunt ſe immolare Chriſtum pro viuis & mortuis) & de Inuocatione & Interceſſione Sanctorum.

3. Error de primatu Papæ, de Chriſti vicariatu, quo non opus habet.

4. Error Iudæorum, de mundano Chriſti regno.

LOCVS III.

de Spiritu Sancto.

1. *Quibus rebus in Scripturis tribuitur Spiritus appellatio?*

INterdum rebus creatis, interdum verò Creatori: vnde duplex ſtatui poteſt Spiritus: Creatus, & Increatus. ſed tamen ὁμωνύμως ſeu ἀναλόγως: quia Spiritus vox Creatori principaliter, rebus creatis minus principaliter competit.

Dum verò tribuitur creaturis, rurſum bifariam vſurpatur: aliâs enim ſubſtantiam, aliâs verò qualitatem ſignificat. Subſtantiam, vel corpoream, ſed κατὰ μεταφορὰν, vt Iohann. 3. 8. *Spiritus*, i. ventus. *Spirat vbi vult*: vel ſpiritualem, eámque vel animam, vt Pſal. 31.6. *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, id eſt animam. Act. 7.59. *Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum.* vel Angelos, eóſque vel bonos, Hebr. 1. 14. Angeli dicuntur *miniſtratores Spiritus*;

fugiunt, defendit, & beatos reddit.

XXXV. *Qui ſunt ciues Regni Chriſti?*

Fideles, qui à Chriſto Rege ſuo *Chriſtiani* denominantur, Act. 11.26. & *Regale ſacerdotium* dicuntur, 1. Pet. 2.5.

XXXVI. *Quæ ſunt Beneficia, ſeu Effectus huius Regni gratiæ?*

a *Rom.* 14. 17. Iuſtitia, pax, & quidem in Spiritu Sancto [a], i. pax, lætitia, felicitas, lux, cognitio Dei, hic quidem inchoata: in cœlis autem, ſeu regno gloriæ, perfecta. Ex quo apparet Regnum hoc non eſſe mundanum, ſed ſpirituale, cœ-
b *Ioh.* 18.36 2. *Cor.* 10.4. leſte [b], & æternum. Dan. 2.44. Luc. 1.33.

XXXVII. *Quæ ſunt Regij officij Chriſti partes?*

Duæ, Vocatio, & Iudicium.

Vocatio per Verbum veritatis, eáque duplex. 1. Qua in genere Chriſtus omnes homines pariter inuitat ad am-
c *Mat.* 22. 14. plexum ſui Euangelij, inſtituto ad id Verbi Miniſterio [c] 2. Specialis, qua miniſtrorũ opera efficaciter virtute interiore Spiritus electos ſuo tempore illuminat, & ad ſui
d *Rom.* 8.30 notitiam vocat [d].

e *Ioh.* 5.17. Altera pars Regij officij eſt *Iudicium* [e], quod dupliciter exercet. 1. In hac vita, tum in electos, partim eos iuſtificando, ſeu à peccatis abſoluendo, quod eſt Iudicis officium: partim aduerſus omnis generis hoſtes defendendo. Tum in reprobos, eos pœnis temporalibus afficiendo, vel verbo conficiendo, & inſuper ſuperſtitiones eiiciendo, furorem Satanæ, & improborum cohi-
f *Pſ.* 110.6. bendo [f]. 2. In futuro ſeculo vtroſque citando ad ſuũ tribunal, & ſententiam iuxta ſuum verbum ferendo. 3. Glo-
g *Mat.* 16. 27. & 25. 31.32. &c. rificãdo electos, & improbos æternis pœnis addicendo [g].

XXXVIII. *Cùm Regnum Chriſti ſit æternũ, Pſal. 45.7. cur vltimo illo die dicitur, 1. Cor. 15.24. traditurus regnum Deo & Patri?*

Non quòd abdicet ſe regno, ſed quòd adminiſtrandi forma, qua vtitur Chriſtus in colligenda & conſeruanda ſua Eccleſia in hoc mundo, ceſſabit.

XXXIX. *Quæ repugnant doctrinæ de Officio Chriſti?*

III. *Dum verò opponitur literæ, quid ſignificat vocabulum Spiritus?*

Significat ἐνέργειαν & efficaciam Sp. Sancti, Iuſtitiam Chriſti, adeóque ipſam legem Dei cordibus noſtris inſcribentem, & corda noſtra flectentem, vt illi obediamus, vt 2. Cor. 3. 6. *Litera occidit, Spiritus verò viuificat*, 1. nuda Lex extra Chriſtum cōſiderata abſque opere & efficacia Sp. Sancti occidit, naturæ noſtræ vitio. Euangelium verò per Spiritum Chriſti, quem ſecum habet adiunctum, viuificat. Interdum etiam Paulus γράμμα vocat externum ſignum in ceremoniis ab ipſius ſigni fine ſiue à virtute, ſiue veritate ſeiunctum, quam vocat ſpiritum, vt Rom. 2. 27. Qui verò literæ nomine, ſenſum literalem: & ſpiritus, ſenſum anagogicum intelligunt, nihil dicunt.

IV. *Dum verò Creatori ipſi tribuitur, quàm variè ſumitur vocabulum Spiritus?*

Biſariam: aliàs eſsētialiter, aliàs perſonaliter. Et eſſentialiter quidem, vel communiter de tota Trinitate, Ioh. 4. 24. *Deus eſt Spiritus*: vel ſpecialiter pro diuina Chriſti natura, ſeu potentia, & efficacia diuinitatis in humanitate a Matth. 12. 28.
aſſumpta vſurpatur [a]. Rom. 1. 4. *de filio ſuo facto ex ſemine Dauidis ſecundùm carnem declarato Filio Dei ſecundùm Spiritum ſanctificationis per reſurrectionem ex mortuis.* 1. Pet. 3. 18. *Mortificatus quidem carne, viuificatus autem Spiritu: In quo etiam prædicauit Spiritibus qui ſunt in carcere.* Sic Heb. 9. 14. *Chriſtus per Spiritum æternum ſeipſum obtulit inculpatum Deo.* Et 1. Tim. 3. 16. *Iuſtificatus eſt Spiritu.*

V. *Quando verò Perſonaliter vſurpatur vocabulum Spiritus?*

Cùm pro tertia perſona in Diuinitate accipitur, qui vnà cum Patre & Filio eſſentia & deitate idem eſt. vt Matth. 28. 19. *Baptizate Gentes in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti.*

VI. *Sed cur tertia illa perſona dicitur Spiritus?*

vel malos, vt Luc. 11.26. *Impurus ſpiritus aſſumit ſeptem alios ſpiritus peiores quàm ſit ipſe.*

Cùm ſignificat qualitatem, vſurpatur interdum pro Opinione & affectu, vt Matth. 5.3. *Beati pauperes ſpiritu,* vel pro afflatu,& animi motu, ſiue bono,qui à bono Dei Spiritu proficiſcitur:ſiue malo,qui à malo& impuro ſpiritu, tum à mala noſtra voluntate excitatur. Hinc fit vt dona Dei vocentur Spiritus, ſed κατὰ μετωνυμίαν, vt cùm Elizæus dicit, *Fiat ſpiritus tuus duplex in me,* 2. Reg. 2. 9. & cùm Deus dicit ad Moſen, Num. 11.17. *Auferam de ſpiritu tuo, & dabo ſenioribus.* Idque vel in ſpecie, vt Eſa. 11.2. *Spiritus ſapientiæ,* pro dono Sapientiæ per Sp. Sanctũ infuſo,&c. Eph. 1. 17. *ſpiritus lenitatis,* pro lenitate, quam
a Gal.6.1. infundit Sp. Sanctus fidelium cordibus.[a] Sic *Spiritus Fidei,* 2. Cor. 4.13 & *Spiritus Charitatis,* 2. Tim. 1.7. Contra verò
b Eſa.19.14 Spiritus auaritiæ, Spiritus vertiginis [b], Spiritus ebrieta-
c Eſa.29.10. tis, Spiritus ſoporis[c], Fornicationis[d], pro vitiis illis vſur-
d Oſee 4.12 pantur. Vel in genere omnia dona Spiritus Sancti: ea autem præcipue quæ olim initio prædicationis Euangelicæ conferebantur credentibus in confirmationem
e 2.Cor.11. Doctrinæ cœleſtis [e]. Significat etiam qualitatem Spiri-
4. tus vocabulum, cùm opponitur carni, & rurſum aliam qualitatem, cùm opponitur literæ.

11. *Quid igitur ſignificat Spiritus cùm opponitur carni?*

Significat regenerationis gratiam, 1. quicquid in homine ſiue in mente, ſiue in voluntate, ſiue in affectibus ipſis regenitum & renouatum eſt à Spiritu Sancto, vt ad Galat. 5.17. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem.*

Caro verò oppoſita ſpiritui ſignificat, tum corruptam hominis naturam, adeòque totum hominem, qualis ex ſemetipſo naſcitur, iuxta illud, Non contendet Spiritus meus cum homine perpetuò, eò quod caro eſt, Gen. 6.3. tum quicquid nondum regenitum eſt in nobis, videlicet carnis & peccati procliuem affectionem, ſeu carna-
f Ioh.3.6. lem qualitatem [f], quæ luctatur aduerſus ſpiritum, adeò vt vnus & idem homo fidelis (quandiu hìc viuit) & caro, & ſpiritus dici poſſit: vt ſuo exemplo docet
g Rom.7. Paulus [g].

III. Dum

Dicitur omniſcius. Ioh. 1. 13. *Spiritus deducet vos in omnem veritatem* 1. Cor. 2, 10. *Spiritus ſcrutatur omnia, etiam profunda Dei.* Et omnipotens[a].

Ex Operibus proba Diuinitatem Sp. Sancti? a Eſa. 14.

Tribuuntur ei opera vnius & ſolius Dei propria, vt creatio, conſeruatio, viuificatio. Iobi 33. 4. *Spiritus Iehouæ creauit me, & ſpiraculum Omnipotentis viuificauit me.* Pſal. 33. 6. *verbo Domini cœli facti ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.*

Item inhabitatio in cordibus fidelium tanquam in templo,[b] regeneratio, iuſtificatio, ſanctificatio,[c] veritas, gratia, & quicquid boni cogitari poteſt. 1. Cor. 12. 4.5.11 *Omnia diſtribuit vnus & idem Spiritus.* c Rom. 8.9. 1. Cor. 3.16. d Ioh. 3.6.8.

Quomodo ex cultu & honore, qui illi exhibetur, probas Deum eſſe? 1. Cor. 6.11. 1. Cor. 3. 16.

1. Quia fides, & inuocatio illi tribuitur. nam baptizamur in Sp. Sanctum, vt in Patrem, & Filium:[d] & inuocatur ſuper nos, ſicut nomen Patris & Filij, ita & Spiritus Sancti. e Matt. 28. 19.

2. Confitemur in Symbolo, nos credere in Spiritum Sanctum.

3. Quia ipſi Angeli Seraphim[f] adorant Sp. Sanctum: & eum inuocant Apoſtoli[e]. f Eſa. 6. 3. g Act. 13. 2, 3.

Quomodo ex pœna, quæ infligitur peccantibus in Spiritum Sanctum, probabis eum eſſe Deum? 2. Cor. 13. 13. Apoc. 1. 4.

Quia blaſphemia in eũ non remittitur: nam ait Chriſtus, Marci. 29. Ei qui peccauerit, vel blaſphemiam dixerit in Spiritum Sanctum, non remittetur, neque in hoc ſeculo neque in futuro. h Matt. 12. .1.

VIII. *Nunc proba Spiritum Sanctum Perſonam eſſe ſubſiſtentem in Deo, à Patre & Filio realiter diſtinctam?*

1. Ex Symbolo. nam cum initio dicimus, *Credo in Deum*, & mox ſubiicimus 1. *Patrem*, 2. *Filium*, 3. *Spiritum S.* vt confitemur Spiritum Sanctum eum eſſe, ita eundem agnoſcimus tertiam, non gradu, ſed ordine, in Diuinitate perſonam.

2. In Baptiſmo Ieſu Chriſti, auditur Patris vox è cœlo: Chriſtus ſtat, qui baptizatur à Ioh. Baptiſta: Spiritus

1. Quia eſt virtus illa eſſētialis,& ἐνεργητικὴ Patri & Filio ἐνυπόστατος,ab vtroque pariter emanans,& velutiſpiratus: 2. vel κατὰ μετωνυμίαν ratione effectus:vel quia ſpirat,vbi vult:[a] vel quia ſpirituales motus excitat in fidelium cordibus,& illorum cordat purificat,& viuificat,quod etiam indicat epitethum Sanctus non Sanctificatus,ſed Sanctificans ſeu Sanctificator, κατ᾽ ἐξοχὴν (vti Pater Creator, & Filius Redemptor) à peculiari ipſius in nobis operatione, quæ Sanctificatio dicitur [b].

a Ioh. 3.8.

b 1.Pet. 1.2.

VII. *Proba iam Spiritum Sanctum eſſe Deum?*

Probo. 1. Ex dictis Scripturæ.

2. Ex attributione proprietatum diuinarum.

3. Ex operibus ſeu effectis, quæ ſoli Deo compet nt.

4. Ex cultu & honore,qui ei exhibetur à credentibus.

5. Ex pœna quę infligitur iis,qui peccant in Spiritum Sanctum.

Da enuntiata Scriptura, quibus probes Spiritum Sanctum eſſe Deum.

Verba quæ Prophetæ dicunt loquutū eſſe Deum exercituum,Apoſtoli tribuunt Spiritui Sancto:vt quod Eſaiæ 6.9.legitur Iehoua Prophetæ dixiſſe, *vade, dic huic populo, Audite,& non intelligite*, &c. Apoſtolus Act.28.25. tribuit Sp. ſācto.Deinde Act.5.3.ſic Petrus ad Ananiam, *Quid eſt quod impleuit cor tuum;vt mentireris Sp.Sancto?*&mox, *Non mentitus es hominibus, ſed Deo.* Sed & Spiritus, Deus diſertè appellatur, & templum ei aſſignatur, quod ſolius Dei eſt,[c] & Dominus dicitur, & Deus [d].

c 1. Cor. 3. 16.17.& 6. 19.20, 2.Cor.6.16.

d 1.Cor.10. 4.5.

Da teſtimonia, quibus Idiomata ſeu Proprietates Deo ſoli conuenientes Sp.Sancto tribuantur?

Gen.1.2. dicitur Spiritus Dei incubuiſſe aquis,ſtatim initio creationis: Ergo æternus eſt.[e] Dicitur eſſe vbique & immenſus, Pſal.139.7. *Quò fugiam Domine à Spiritu tuo?* Sapientiæ 1.7. *Spiritus Domini replet orbem:* vnde Baſilius in libro de Sp. Sancto aduerſus Πνευματομάχους demonſtrationem hanc ſtruit,

e Heb.9.14

Omnis creatura habet ſubſtantiam circunſcriptam.
Spiritus Sanctus non habet ſubſtantiam circunſcriptam.
Ergo non eſt Creatura: & proinde Deus eſt.

Dicitur

Ob.2 Si Spiritus ſanctus vnus eſt, oportet habeat vnicũ principium, & per conſequens à ſolo patre procedere.

R. Infirma ratio: quùm ſpiratio illa Patris & Filij, per quam Spiritus ſanctus ab vtroque emanat, ſit vnica.

XII. *Quæ ſunt igitur proprietates, quibus perſonæ ſunt realiter inter ſe diſtinctæ?*

Ἀγεννησία, ſiue *Paternitas*, proprietas eſt incommunicabilis primæ perſonæ Trinitatis, quâ fit vt Pater à nullo ſit, ſed à ſeipſo, non factus, non genitus, ſed gignens ab æterno Filium.

Γέννησις verò, *generatio*, ſiue filiatio, paſſiuè quidem ſumpta, qua Filius accipit, & in ſe habet totam & integram ſuam eſſentiam à Patre.

2. Ἐκπόρευσις, emanatio, ſeu *Proceſſio*, itidem paſſiuè ſumpta, qua Spiritus Sanctus ab æterno eandem illam & integram eſſentiam à Patre & Filio accipit: & in ſe totam habet. Dicitur ergo à Patre & Filio procedere Spiritus Sanctus, non cùm mittitur ſeu effunditur ſuper domum Dauid, [a] ſed reſpectu Eſſentiæ, quam ab æterno accepit communicatam ſibi à Patre & Filio. a Zach. 12. 10.

Eſt-ne differentia inter Generationem & Proceſſionem?

Eſt, ſed ego (inquit Auguſtinus) diſtinguere neſcio, non valeo, non ſufficio: propterea quia ſicut generatio, ita proceſſio inenarrabilis eſt. Hæc tamen dari poteſt, quòd (vt idem dicit Auguſtinus) quicquid gignitur, etiam procedit: ſed non contrâ, quicquid procedit, etiam gignitur.

XIII. *Hæ proprietates quo alio vocabulo vocantur?*

Dicuntur *Opera Trinitatis ad intra*, quòd intra ipſam Eſſentiam fiant, abſque vllo creaturarum reſpectu, incõprehenſibili modo. Vocantur etiam *Opera diuiſa*, ſiue diſtincta, & incommunicabilia. Nam Paternitas ſoli competit Patri, Filiatio ſoli filio, Ἐκπόρευσις verò ſoli Sp. S.

XIV. *Quid vocas Opera diuinitatis ad Extra?*

Quæ reſpectu creaturarum à tota Diuinitate fiunt, ſeu quæ tres perſonæ ſimul operantur in operibus Creatio-

autem Sanctus deſcendit forma Columbæ, qui requieſ-
a Matth.3. 16.17. cit ſuper Chriſtum.[a] Sed ipſe Chriſtus, Ioh.14.16.à ſe, &
à Patre diſtinguit Spiritum Sanctum, dum dicit, *Alium
Paracletum dabit vobis.* alium τῇ ὑποστάσει dicit, non aliud
τῇ οὐσίᾳ. Et 15.26. *Ego mittam vobis Spiritum paracletum à Pa-
b Act.13.2. tre.* Et tribuitur illi vox, [b] & bene placitum, [c] & libera
c ca.15.28. voluntas,[d] & peculiaris apparitio ſpecie corporali,[e] quæ
d 1.Cor. 12. 11. ſunt perſonæ verè ſubſiſtentis proprietates. Et Ioh.1.5.7.
e Mat.3.16. *Tres ſunt qui teſtãtur in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum ſunt.*

IX. *Quid eſt igitur Spiritus Sanctus?*

Eſt tertia perſona monadicæ Trinitatis, æterna, coeſſentialis Patri & Filio, & ab vtroque coniunctim & inſeparabiliter procedens, ſimul cum Patre & Filio Creator, & conſeruator omnium, qui mittitur in corda Electorum, vt ea ſanctificet, cum Patre & Filio ſimul & pariter adorandus. Emiſſio autem hæc tota eſt ἐνεργητική non ipſius eſſentiæ, quæ quia immenſa eſt, vtpote vera deitas, locum non mutat, nec vſquam eſt vt in loco, ſed vbique vt Deus. Gal.4.6.

X. *Proba Spiritum Sãctum procedere à Patre.*

Iohan. 15.26. ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, *qui ex Patre emanat.* Et Matth.10. 20. *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.*

XI. *Proba Spiritum Sanctum procedere à Filio.*

Ioh.14.26.& 15.26. Non ſolùm à Patre, ſed etiam à Filio mitti & dari dicitur. Et Ioh.16.14. A Chriſto omnia accipere, *Ille de meo accipiet, & annũtiabit vobis omnia.* Rom. 8.9. dicitur & Patris & Filij: & Gal. 4.6. vocatur *Spiritus Filij.* Ergo verus vnica illa Deitate Deus eſt, tum à Patre, tum à Filio promanans, & à Patre & Filio diſtincta. Præterea Chriſtus inſufflando dedit Spiritum Sanctum, inquit Auguſtinus, vt oſtenderet etiam à ſe eum procedere.[f] f Ioh. 20.22

Ob. Chriſtus dicit Spiritum à Patre procedere, Non igitur à Filio.

R. Chriſtus non addit excluſiuam particulam, ac proinde ex eo nihil colligi poteſt.

Ob.2. Si

XVII. *Quænam autem epitheta eidem tribuuntur Spiritui Sancto in Scripturis?*

1. Vocatur *Digitus Dei.* Lucæ 11.20. Si digito Dei eiicio dæmonia, Filij veſtri per quem eiiciunt? quia Dominus per eum virtutem ſuam exerit[a].

2. *Aqua*, Ioh. 3. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex Spiritu & Aqua, non ingredietur in regnum Dei.* Et 7. 8. *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de eius ventre fluent aquæ viuæ.* Hoc autem dixit de Spiritu: quia refrigerat nos, extinguit ſitim ſpiritualem[b], omni vitæ ſucco deſtitutos irrigat, & fertiles reddit, abluit ſordes cordium noſtrorum, & inſtar aquæ effunditur in credentes, vt dicitur, *Effundam de Spiritu meo*, Ioel 2.28. & Eſa. 44.3.

3. *Ignis*, vt Matth 3. 11. Qui venturus eſt poſt me, ille baptizabit vos Spiritu & igni: ab effectu ſcilicet, quia purgat ſordes, accendit nos ad Dei timorem, amorem, & dilectionem, tum Dei, tum proximi, & habet alios effectus igni ſimiles.

4. *Semen*, 1. Ioh. 3. 9. Qui natus eſt ex Deo ſemen eius in ſeipſo habet: quia eius virtute tanquam ex ſemine renouantur fideles, & in nouos homines creantur, vt peccato mortui viuant Deo.

5. *Vnctio*[c], & *Oleum lætitiæ*[d], tranſlatione ſumpta à conſuetudine vnctionum, quæ in lege vſurpabantur, ad ſignificandam Spiritus donorum ἀφθονίαν & ſuauitatem ſpiritualem.

[a] Exod. 8. 19

[b] Ioh. 4. 14

[c] 1. Ioh. 2 27

[d] Pſ. 45. 8.

XVIII. *Anne tantùm ſecundum dona Spir. Sanctus habitat in credentibus, an etiam ſecundùm eſſentiam?*

Etiam ſecundùm eſſentiam, non quidem extenſiuè, aut tanquam pars eſſentiæ rerum, vt ſomniarunt Manichæi, & Fanatici: ſed intenſiuè, quatenus vbique eſt vt Deus, & præſentiæ efficacitate. Rom. 8. 11. *Spiritus eius qui excitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis.* Et Ioh. 14. 23. Chriſtus ait, *Veniemus ad eum & manſionem apud eũ faciemus.* Neque enim ſic dat dona ſua vt ipſe alibi ſit, ſed adeſt donis & Eccleſiæ ſuæ, & ſingulis electis intus & foris,

nis & Redemptionis: & dicuntur Indiuiſa, quia tribus perſonis communia ſunt. vnde regula, Opera Trinitatis ad extra, ſunt indiuiſa. Gen. 1. 26. *Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram.* Et Ioh. 5. 17. 19. *Quæ Pater facit, hæc ſimiliter & Filius facit:* ſed ſeruata perſonarum proprie-
a 1. Cor. 15. tate, agendi ordine, & diſcrimine. [a] Sic Incarnatio actiuè
7. ſumpta eſt opus totius Trinitatis, ratione ἀποτελέσματος,
Rom. 11. 36. ſi effectum conſideres, etſi ſolus Filius eſt incarnatus.

XV. *Quænam Nomina tribuuntur in Scripturis Spiritui Sancto?*

b Ioh. 14. 16. Vocatur *Paracletus*, i Aduocatus [b], non quidem Me-
& 15. 26. diationis, Redemptionis, aut Reconciliationis inter
& 16. 7. Deum & homines (ſolus enim Chriſtus hac ratione Mediator eſt) ſed Conſolationis; nempe ſuggerendo preces, conſolando afflictos, docendo, veritatem, ingenerando inenarrabiles illos gemitus, de quibus Paulus Rom. 8, 25,
c Gal. 4. 6. 26. [c] Dicitur *Spiritus Veritatis* [d], quia efficaciter verita-
d Ioh. 14. 26. tatem docet. Item *Spiritus* υἱοθεσίας, *adoptionis*: quia ado-
e Rom. 8. 15. ptionem filiorum Dei obſignat in cordibus noſtris [e]. Item *Spiritus ſanctificationis*, ſiue ſpiritus Sanctus, non tam eſſentiæ ratione, quàm propter effectum [f].
f Rom. 1. 4.

XVI. *Quænam ſunt effecta Spiritus Sancti?*

1. In genere, omnia vegetare, ſuſtinere, regere, gubernare: in ſpecie, Chriſto teſtimonium perhibere [g].
g Ioh. 15. 26.
h Ioh. 16. 13. 2. Electos deducere in omnem veritatem [h]: renouare mentes fidelium. Tit. 3. 4. *Seruauit nos per lauacrum regenerationis, & renouationem Spiritus Sancti*, quam efficit, dum mentem noſtram illuminat vera cognitione Chriſti, creat in nobis fidem in Chriſtum per auditum Euãgelij, & per eam, vitæ nouitatem producit in nobis, & Chriſto nos incorporat [i], Chriſtum, Chriſtíque munera & theſau-
i Eph. 3. 5. 16 ros nobis applicat.

Item obſignare Dei promiſſiones. Eph 1. 13. dicitur ſigillum, arrha ſalutis, & arrhabo hæreditatis noſtræ, 2. Cor. 1. 22. quia in cordibus noſtris futuræ hæreditatis certitudinem ſuo teſtimonio ſtabilit, confirmat, & obſignat.

LOCVS IIII.

De Scriptura Sacra.

I. *Quid dicitur Sacra Scriptura?*

SCRIPTVRA, κατ' ἀντονομασίαν, pro Scriptis Prophetarũ & Apoſtolorum vſurpatur, quibus Eccleſia fidelium ad inſtitutionẽ pietatis religioſè vtitur. Et *Sacra* dicitur, quia à Deo dictata, & diuinitus inſpirata, res ſacras ad ſalutem æternam neceſſarias continet: &, eodem ſenſu, *Verbum Dei ſcriptum* dicitur, éſtque ſola fidei, & bonorum operum regula, & Canon totius Dei cultus, adeóque irrefragabi-
lis omnis controuerſiæ de religione Iudex[a]. cui ſi quid a Eſa.8.20.
conſentit citra controuerſiam recipiendum: ſi quid re- Luc.16.29.
pugnat ſine cunctatione reiiciendum eſſe inter omnes 31.
fideles conſtat.

II. *Quis Author?*

Deus ipſe, qui per homines immediatè à ſe vocatos, &
Sp. Sancto afflatos, tanquam amanuẽſes, voluntatẽ ſuam
ſcriptis prodidit. 2. Petri. 1.21. *Non enim voluntate homi-*
nis allata eſt aliquando Prophetia, ſed à Spiritu Sancto acti,
loquuti ſunt ſancti Dei homines. Hinc omnes Prophetæ iden a Deut.12.
tidem repetunt, *Os Domini loquutum eſt*, Iſa.58.14. *Hæc* 32.
dicit Dominus, Ezech 12.25.28. & 2. Tim. 3.16. *Tota Scrip-* Apoc.22.
tura eſt diuinitus inſpirata. 1. Cor. 1.13. *Quæ loquimur non ſer-* 18.
monibus, quos docet humana ſapientia, ſed quos docet Spiritus b Marci.12. 24.
Sanctus. Ex quo Scripturæ adiuncta, Authoritas, Excel- c Deut.17.
lentia, Veritas, & Impletio (quæ tam neceſſaria eſt, quàm 9 10.
neceſſe eſt Deum veracem eſſe) dependent. Vnde & il- Eſa.9.20.
la ſola αὐτόπιστος per ſe fide digna, nec Angelorum, nec Malach.2.
hominum cẽſuræ, additioni, diminutioni, mutationi ſub- 7.
iecta, [b] erroris expers [c]: ſoli ei propter ſuam ipſius aſſe- Act.17.2. d Ioſue.1.8.
uerationem credendum: ex ea ſola dogmata confirman- Ioh.5.39.
da, & diiudicanda ſunt, [d] omnibus legenda [e]: Sola perfe- Act.7.11.

eos regendo & viuificando. 1. Cor. 6. 19. *Corpus veſtrum templum eſt τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματος.* Et 2. Cor. 13. 13. *κοινωνία Spiritus Sancti ſit cum omnibus vobis.*

XIX. *Quæ repugnant huic Doctrinæ?*

1. Hæreſis Πνευματομάχων, qui ex profeſſo Spiritum Sanctum impugnarunt: cuiuſmodi fuit Samoſatenus, qui dicebat Spiritum Sanctum *ἀνυπόστατον ἐνέργειαν* Dei, & ſimplicem Dei actionem in cordibus hominum.

2. Macedonii, qui Spiritum ſanctum dicebat non Dominum, ſed ſeruum & Miniſtrum: non Creatorem, ſed creaturam eſſe, & nomine Spiritus tantùm ſignificari nouos illos motus, quos Deus excitat in renatis: abutens illo loco Pſal. 51. 12. *Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum renoua in viſceribus meis:* vbi nomen Spiritus pro ipſis donis creatis vſurpatur.

3 Serueti, qui Spiritum Sanctum fingebat nihil aliud eſſe quâm vim à Deo infuſam ſingulis rebus, qua mouētur & vegetantur, quã Phyſici naturam vocant.

4. Error Græcorum recentiorum, qui proceſſionem Spiritus à Filio negabant.

5. Blaſphemia Campani, & quorundam Anabaptiſtarum, qui clamarunt Spiritũ Sanctũ cœpiſſe primùm poſt glorificationem Chriſti, abutentes teſtimonio Ioh. 7. 39. *Nondum erat Spiritus Sanctus, quia Ieſus nondum erat glorificatus:* vbi Euangeliſtam loqui non de perſona, ſed de admirandis illis donis effuſis in Apoſtolos in die Pentecoſtes manifeſtum eſt: ſicut in illo dicto diſcipulorum Iohannis, Act. 19. 2. *Imò neque, an ſit Spiritus Sanctus, audiuimus.*

6. Error eorum, qui vna & eadem cum Patre & Filio fide & inuocatione adorandum negant.

Quæ eſt tertia?

Eſt *Nebiim Acharonim*, i. Prophetarum poſteriorum: & continet quatuor libros, Eſaiam, Ieremiam, Ezechielem, & librum duodecim Prophetarum minorum, qui apud Hebręos in vnum volumen cōpingi ſolent, vt ſunt Hoſeas, Ioel, Amos, Obadia, Iona, Micha, Nahum, Habacuc, Zephania, Aggęus, Zacharia,, Malachia.

Quę eſt quarta?

Dicitur *Sepher Ketubim*, i. Liber Hagiographorum, & continet vndecim libros, Paralipomena, Pſalmos, Prouerbia Solomonis, Iobum, Ruth, Eccesiaſtē Solomonis, Threnos Ieremiæ, Canticum Canticorum, Eſther, Daniel ē, Eſdram, & Nehemiam. qui duo poſtremi pro vno habentur. Hi libri omnes ſi ſimul numerentur ſunt viginti quatuor. Quòd verò nonnulli viginti duos tantùm numerant, id fit quia librum Ruth cum libro Iudicum, & Threnos Ieremiæ cum Prophetia eius connumerant.

VII. *Hiſne libris Canonicis ſubijciuntur alij quidam libri?*

Subiiciuntur *Apocrypha* ſcripta, quaſi arcana, ſecreta & abſcondita dicas: quia olim in Eccleſia publicè non producebantur ad conſtituēda vel probanda fidei dogmata, cùm fides ex vno Dei verbo oriatur, Rom. 10. 17. ſed duntaxat ad mores formandos. vel quia obſcura eſt eorum authoritas vel nomina ſcriptorū latent, vel quia habent nonnulla Prophetis & Apoſtolis ignota.

VIII. *Habént-ne parem Apocryphi libri cum Canonicis authoritatem?*

Non: quia nec à Prophetis, nec ab Apoſtolis ſcripti ſunt, nec ſunt αὐτόπιστοι, nec in ipſis ἐνέργεια, vis, & maieſtas diuini Spiritus elucet. ſicut in Canonicis, & in illis ſunt quæ cum libris Canonicis pugnant, vel ἀσύστατα, vel ἀσύμφωνα, vel denique apertè falſa, Tob. 8. & 12. contra Dei verbum. 1. Machab c. 6. & 2. c. 14. & c 12. Baruch 6. dicitur Iudæos in captiuitate futuros ſeptem generationes pro ſeptuaginta annis, contra morem ſcripturæ. Nec Iudæis traditi ſunt (quibus tamē credita ſūt eloquia Dei) quia ne Hebraice quidem ſcripti extant, & eorum ſemper fuit in Eccleſia ambigua fides, déq. eorum autoribus dubitatum eſt.

ﬆa,& complectens omnia qxæ ad ſalutem æternam ne-
a Pſal.19.8. ceſſaria ſunt[a]: firma denique. Inſtrumentales cauſæ ſunt
Luc.16.29. Moſes, Prophetæ, & Apoſtoli.

Ioh.15.15.

III. *Quotuplex eſt?*

Act.20.20. 27. 2.Tim.3.16. 17. b2.Pet.1.17

Duplex: diuiditur enim in vetus & nouum Teſtamentum, ſeu in Propheticam & Apoſtolicam doctrinam, quæ libris Canonicis continetur.

IV. *Qui dicuntur Canonici Libri?*

Qui dictante Spiritu Sancto à Prophetis & Apoſtolis ſunt conſcripti vel approbati, vt ſoli ſint canon, regula & norma fidei & bonorũ operum, ad quã quæuis alia doctrina eſt exigenda, & examinanda: vt intelligatur eſſe doctrina Dei, & vera, iuxta preceptum Apoſtoli, τῷ αὐτῷ ϛοιχεῖν κανόνι, vt eadem incedamus regula, Philipp.3.16.

V. *Quando cœpit ille Canon?*

Initio quidem fuit pentateuchus ille Moſis, ad quem omnia fidei dogmata ex Dei mandato exigi ſolebant. Deut.17.18. &c. Ioſuæ 1.8. &c. Deinde Canon ille factus eſt auctior occaſione Scripturæ propheticæ, proprie ſic dictæ: de quo Luc.16.29. 24.45. & Act 17.11. Tãdem conſtitutus eſt Canon perfectiſſimus, poſtquàm Noui Teſtamenti ſcriptura ad vetus Teſtamentum acceſſit, de quo 1. Theſ.5.21. & 1. Ioh.4.1.

VI. *Quot ſunt libri veteris Teſtamenti?*

Hebrei veteres, quibus diſertè, vt ſcribit Apoſtolus, Rom.3.2 credita fuerunt eloquia Dei, & etiamnum Iudæi hodie 24. libros veteris Teſtamenti Canonicos indubitatæ authoritatis recipiunt, quos *Eſrim Veorba*, à numero 24. librorum vocant.

Quomodo partiuntur 24. illos Libros?

1 In quatuor claſſes. 1. dicitur ab illis תורה *Lex*, ſeu Doctrina: & huic claſſi aſſignant quinque Moſis libros, Geneſin, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium: quos Græci Πεντάτευχοι vocant, ab ipſo Moſe ſcriptos, niſi quod in fine Deuteronomij aliquot verſus vel a Ioſua vel ab Eleazaro additi ſunt.

Quæ eſt ſecunda claſſis?

Eſt *Nebiim Reſchonim*. i. Prophetarum priorum: & quatuor Libris hiſtoricis, Ioſue, Iudicũ, Samuelis, & Regum abſoluitur.

Quæ

integrú & ſufficiens quoad ſenſum,&ſi non quod ad verba.acceſſione igitur Noui, non perfectius,ſed clarius factum eſt[a].

XII. *Vnde conſtat à Deo dictata eſſe Scripta Prophetica & Apoſtolica?*

Partim Teſtimoniis, partim Argumentis. *Teſtimoniis* quidem partim internis, partim externis. *Internum Teſtimonium*,vnicum eſt, nempe Spiritus Sancti intus alloquentis cor noſtrũ,& dictantis Scripta illa eſſe θεόπνευστα, & ea cordibus noſtris obſignantis, Eph. 1.13.Et 1. Ioh.2.20.27.*Habetis Vnctionẽ à Domino,& Vnctio docet vos de omnibus* : nam quicunque Spiritu Dei aguntur, facilè vim illius in Scripturis loquentis agnoſcunt. ſicut dicitur 1. Cor. 2.15. *Homo ſpiritualis diiudicat omnia.* Et Iſaię 53.1. *Non omnibus reuelatur brachium Domini.* Item Luc. 8.10.& Matth.13.11.*Non omnibus, ſed quibus datum eſt à Deo reuelari myſteria regni cælorum.* Eſtque hoc teſtimonium propriè ad noſtrûm ipſorum confirmationem comparatũ, ſolûmque nobis ſatisfacit, ſolis ad Chriſtum conuerſis notum[b],quod ſemper cum Scriptura conſentit,ſine quo Eccleſiæ teſtimonium nullius ponderis apud nos eſſe poteſt. Sicut enim Deus ſolus de ſe idoneus eſt teſtis in ſuo Verbo:ita non ante fidem reperit verbum in cordibus noſtris, quàm interiore Spiritus teſtimonio obſignetur.

Externum Teſtimonium Scripturæ à Deo profectæ ſumendum eſt à Iudæis ipſis, qui teſtantur vnanimi conſenſu libros illos veteris teſtamenti eſſe θεοπνεύστους,ideóque ſtudioſè eos legunt,& conſeruant.vnde non immeritò Auguſtinus illos vocat Librarios, ſiue Bibliothecarios Chriſtianorum,quia nobis librorum Sacrorũ lectionem ſubminiſtrarunt, cuius vſum ipſi negligunt. Quin Ieſum Chriſtum ſapientiâ, & inauditis miraculis celebrem fuiſſe,& occiſum à populo, tertia die reſurrexiſſe, iidem Iudæi teſtantur,Ioſephi lib.18.capite 4.Antiquit, Iudaicarum.

XIII. *Quæ argumenta probant Scripturam à Deo profectam eſſe?*

1. Eſt Antiquitas.Antiquiſſimum enim quodque ve-

[a] Gen.3.15. Iſa.53. Luc.16.29. Ioh.5.39. 1.Cor.15.3.4.

[b] Ioh.14.17.

IX. *In quot partes diuiditur Nouum Teſtamentum?*

In quatuor partes. *Prima* continet quatuor Euangelia nempe Matthæi, Marci, Lucæ, & Iohannis: quibus, doctrina de Chriſto incarnato & opere Redemtionis per eum peracto, ſecũdum promiſſiones Dei deſcribitur: vt tantò maior eſſet fidei noſtræ certitudo: propter conſenſum diuerſorũ: Euangeliſtarum: tum vt hac quadriga regnum Chriſti per quatuor mundi plagas proueheretur. *Secunda*, Acta Apoſtolorum à Luca exarata, in quibus narrantur initia Miniſterii Apoſtolorũ: & plantationes Eccleſiarum: & texitur hiſtoria circiter annorum 30. poſt Chriſti aſcenſionem. *Tertia*, Epiſtolas Apoſtolorum, videlicet Pauli quatuordecim, nẽpe ad Roma. Corinth. Gala. Epheſ. Philip. Coloſſ. Timotheum, Titũ, Philemonem, & Hebræos: Iohannis tres, Petri duas, Iacobi vnam. *Quarta*, Apocalypſin Iohannis, de futuro mundi & eccleſiæ ſtatu vſque ad finem ſeculi.

X. *Quomodo differunt Scripta Prophetica ab Apoſtolicis?*

Nihil, quo ad Doctrinam attinet: eadem enim fides & morum doctrina in iis traditur[a]: ſed ratione temporis. Nam Prophetica vaticinia de Chriſto exhibendo, Apoſtolica verò hiſtoriam de Chriſto exhibito continent, & vaticiniorum illorum impletionem narrationibus & applicationibus oſtendunt: vnde Vetus teſtamentum, fundamentum Noui, ſicut nouum Veteris complementum dici poteſt. Et ſicut Vetus Teſtamentum Nouo: ſic Nouum Veteri facit fidem. Et Chriſtus Prophetarum doctrinam, ſationi: Apoſtolorum meſſi comparat: & quæ obſcuriùs adumbrantur libris Propheticis, clariùs & abundantiùs libris Apoſtolicis exponuntur[b].

a Ioh. 5.46.

b Matt. 13. 16. 1 Cor. 10 11. 2. Cor 3. 13. 18. Hebr. 10. 1.

IX. *Anne poſtquam ad vetus Teſtamentum acceſſit Nouum, Verbum Dei eſt factum perfectius?*

Non, quia quando tantùm quinque libri Moſis fuerunt, ſufficientes fuerunt His autem acceſſerunt Prophetæ tanquam interpretes. Erat ergo vetus Teſtamentum inte-

& non multò pòſt,verſa in linguam Græcam, per totum orbem ſunt euulgata.

7. *Harmonia* pulcherrima,& admiranda conſenſio omnium partium doctrinæ Moſis,Prophetarum,Chriſti, Euangeliſtarum,& Apoſtolorum.

8 Miranda *vocatio* Moſis[a],Prophetarum[b], Apoſtolo- a *Eod.* 2. 7
rum,quorum plerique illiterati & idiotæ,qui nihil didi- 10.& 3. 2.
cerant in hominum ſcholis,quod aliis traderent, repen- & *Act.* 7.
tè de cœleſtibus myſteriis,tam magnificè diſſeruerunt[c]: 20.& *f.*
Miranda conuerſio Pauli (antè ex profeſſo ſæui & ſan- b *Amos* 7.
guinarij hoſtis)in nouum hominē[d] : & quòd illi ſui ho- 14.
noris & commodi nullam,ſed ſolius Dei, & Chriſti glo- c *Act.* 2.11. & 4.13.
riæ & hominum ſalutis,rationem habuerunt. d *Act.* 9.3.
& *ſ.*

9. Perpetuus *conſenſus* totius Eccleſiæ, & ſingulorum piorum, tot ſeculorum ſerie,quàm longe latéque patet terrarum orbis, in recipienda & conſeruanda Scriptura.

10. *Miracula* tot,& tam inſignia,tam veteris,(quæ ne
per ſpeciem quidem Satan potuit imitari,vt ſunt Suſcita-
tio mortuorum[e],Diuiſio maris & fluminū[f],Status & re- e 1 *Reg.* 7.
greſſus Solis[g])quàm noui Teſtamēti,quæ ab ipſis Iudęis 22.& 2.
negari non poſſunt,vt teſtis eſt Ioſephus lib. 18.ca.4.Li- *Reg.* 4.33 & 13.21.
cet Iudæi hodie miracula Chriſti dicant facta fuiſſe per f *Exodi* 14.
neſcio quam ſuperſtionem vocis *Schemhamphoras*, ne co- 21.& *Ioſue*
gantur veritati cedere,& Ieſum filium Mariæ Chriſtum 3.15. 16.
agnoſcere. g *Ioſue* 10. 13.2.

II *Materia*, quòd cœleſtem vbique, & nihil terreni *Reg.* 20. 11.
redolentem doctrinam cōtinet in ipſa ſola,pura,& per- h *Deut.* 4.6.
fecta lex Dei ponitur[h]:& ſola oſtendit eum modum ſa- 7.8.*Pſa.* 19.
lutis,qui glorię & perfectiſsimæ Dei iuſtitiæ non repu- 9.
gnat,& conſcientiis ſatisfacit.

12. *Forma*,quòd ordinata & diſpoſita illic manifeſtè apparet diuinæ ſapientiæ diſpenſatio. i *Prou.* 16 4.

13. *Perſequutorum* & oſorum eius funeſtus *interitus*. 1.*Cor.* 10. 31.

XIV. *Quænam nota eſt vera,& ἀψευδὴς,per quam omnes homines ſani, doctrinam agnoſcant eſſe veri Dei doctrinam?*

Ierem. 9. 4. 1. *Tim.* 1. 17. *Ioh.* 7. 18. & 8. 49. 50. & *Ioh.* 5.43.44. & 12.43. *Gal.* 1. 10.

Quòd, quæ doctrina nos,vnius & ſolius Dei gloriam
in ſolidum,& vbique quærere,& illi adherere docet,illa
proculdubio veri Dei doctrina eſt[i]. Sed tamē ſoli renati *Phil.* 1.9.11

riſſimum: adulterinum, quod poſterius.

2. *Prophetiarum euentus & complementum*, vt de Meſſia Saluatore humani generis[a]: Prædictio Abrahamo facta de deſcenſu ſuæ poſteritatis in Ægyptum, ſeruitute Ægyptiaca, & ex ea poſt annos 400. futura liberatione[b]: Promiſſio de principatu & regno in tribu Iuda erigendo[c]: Prędictio de Gentibus longo poſt tempore ad Dei fœdus gratuitum vocandis[d], de excidio Ieroſolymitano[e], de reditu populi ex captiuitate Babilonica[f], de operibus Cyri in gratiam Iudæorum, quæ deſcribuntur Iſa. 45. 1. 2. Prædictio de Ioſia Rege Iuda mactaturo Sacerdotes, & combuſturo oſſa hominum ſuper altare Bethel, quæ facta eſt annis 333 ante natiuitatem Ioſiæ: ante exequutionem verò annis 359[g]. Danielis illuſtres Prophetiæ de quatuor Monarchiis, & earum ſerie, de Antichriſto, & eius doctrina, de fine mundi[h], & ſimilibus: de aduentu & morte Chriſti[i]. Quæ omnia non potuerunt præuideri humana perſpicacia, neque ex cauſis naturalibus colligi, & tamen ſunt certo euentu confirmata.

a Gen. 3. 15.
b Gen. 15. 13. 14. 15. Act. 7. 6. 7.
c Gen. 49. 8.
d Eſa. 45. 22.
e Iſa. 22. 1. Ezech. 15. 6. 2. Reg. 22. 14. Dan. 9. 26. Matt. 24. 2.
f Iere. 12. 15. & 25. 11. 12.
g 1. Reg. 13. 2. & 2. Reg. 23. 15.
h Dan. 7. 17. 21. & 11. 2.
i Dan. 9. 24. 25. 26. 27.

3 *Maieſtas* illa Spiritus veneranda, quæ vbique elucet in ſcripturis, ſub inculta ſimplicitate & humilitate verborum[k].

k 1. Cor. 2. 4.

4. *Efficacia* Scripturæ in animis hominum. 1. In cōuerſione hominis, quando Scriptura vim quandam arcanā exerit, qua homo afficitur, & interne mouetur, adeóque in nouum hominem transformatur[l]. 2. In rebus aduerſis, quando in cordibus viuam & firmam conſolationem accendit, vt tandem homines omnia ſua Scripturæ ſacræ poſthabeant, neque vllo crucis genere, ac ne in ipſa quidem morte, ſe ab illa diuelli patiantur; vt in Martyribus videre eſt, quorum ſanguine eſt obſiguata.

l Heb. 4. 12. Pſ. 119. 111. Act. 13. 12.

5. *Odium ἄσπονδον*, & irreconciliabile, quo Satan & Mundus doctrinam Scripturæ perſequuntur, cùm alias doctrinas, quantumuis abſurdas & impias, tolerare poſſint.

6. Inuicta *firmitas*, quòd aduerſus tot machinas Satanæ & mundi furores perſtat, & mirabili ſucceſſu triumphat. Quò pertinet quod legimus, 1. Machab. 1. 59. quòd cùm Antiochus iuſſiſſet, vt S. ſcripta omnia cōcremarentur, tamen continuò pòſt veluti ex latebris emerſerunt, & non

3. Propter audaciam confingendi identidem nouas religiones.

4. Propter aſtum Satanæ, transfigurantis ſe in Angelum lucis, & mentibus hominum falſis reuelationibus illudentis.

X V I I I. *Qua Lingua vtrumque Teſtamentum ſcriptum eſt?*

Vetus à Moſe & Prophetis, Hebraicâ, quia erat ea lingua populi Dei, ad quem cumprimis pertinebat. Nouum verò ab Euangeliſtis & Apoſtolis Græcâ, quia ea lingua propter imperium Græcorum, quod Romanum præceſſerat, ad omnes ferè Gẽtes peruenerat, & ad dilatationẽ regni Chriſti per totum orbem, magis erat accommodata. Ideo Hebraicus textus in veteri Teſtamento, non Græcus: & Græcus in nouo, eſt authenticus: non autem Latinus, vel alius.

XIX. *Eſtne Scriptura omnibus Chriſtianis in linguis ſuis vernaculis proponenda?*

Omnino, quia Chriſtus ipſe docuit vernacula lingua, [a] & Apoſtoli Græcos, & alias Gentes, non Hebraica, ſed Græca, & lingua cuique Genti vernacula docuerunt [b].

a Luc. 4. 17.
b Act. 2. 11.

X X. *Eſtne clara, an obſcura, Scriptura?*

Eſt clara, quoad fundamentũ doctrinæ ſalutis, vt ſunt articuli Fidei, & præcepta Decalogi. Hinc lucerna dicitur [c] iis quibus Deus mentem aperit [d]. Obſcura verò noctuis, & omnibus qui pereunt, quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes. [e]

Electis verò non ſemper [f], & ex parte tantùm. 1. Vt ne ingenio fidant, ſed precibus intelligentiam eius à Deo petant. 2. Ad diligentiorem eius meditationem excitentur. 3. Miniſterium docendi magnifaciant: & propterea opus eſt interpretatione [g], exemplo Chriſti [h], & Philippi [i].

c Pſal. 119. 105. & 2. Pet. 1. 19.
d Luc. 24. 45.
e 2. Cor. 4. 3. 4.
f Ioh. 16. 13.
g Prou. 29. 18.
h Luc. 4. 17.
i Act. 8. 31. 35.

X X I. *Quid eſt Interpretatio S. Scripturæ?*

Eſt veri & genuini ſenſus Scripturæ explicatio, & ad euidentem vſum Eccleſiæ applicatio [k], quæ à Paulo Prophetia: [l] à Petro ἐπιλύσεως appellatur. [m] *Verbum enim*

k Cor. 14. 4. 35.
l Rom. 12. 6.
m 2. Pet. 1. 20.

in ea, vt ſalutari & Dei doctrina, cordis ſui πληροφορίᾳ acquieſcunt.

XV. *Sed quid illis reſpondendum, qui quærunt, vnde nobis conſtet quòd Moſes, Prophetæ, & Apoſtoli, ſint authores illorum ſcriptorum, quæ ipſorũ nominibus ſunt euulgata, & an etiam vnquam aliquis fuerit Moſes?*

Hanc quæſtionem non reſponſione, ſed flagris excipiendam: perinde enim eſſe ac ſiquis quæreret, An vnquam aliquando fuerit Plato, Cicero, Ariſtoteles? quorum ſcripta in omnium manibus verſantur.

XVI. *Cùm ante Moſem non legatur Verbum Dei ſcriptis mandatum fuiſſe, quomodo Deus per illud tempus voluntatem ſuam hominibus reuelabat?*

Vel per Oracula, ore & voce ipſius Dei ſeruis ſuis pro-
a *Num.*12. 8. nuntiata [a]: vel per Vrim, & Thummim, id eſt *lucem &*
perfectionem, à Deo Moſi data, vt ea ſummi Sacerdotis pe-
b *Exod.* 28. 20. ctorali inderet, [h] quæ tamen & qualia fuerint ignoratur:
vel per viſiones ſeu imagines, quas Deus exhibebat ocu-
c *Ierem.*1. 11. lis, vel menti vigilantium [c], vel dormientibus per ſomnia
θεόπεμπτα [d]. Tandem Deus Moſem parauit, vt per ipſum
d *Num.*12. 6. S.Scriptura ſumeret initium. Quin ipſe Deus exarato
e *Exod.* 31. 18. ſuis digitis Decalogo, Scripturam quaſi conſecrauit [e]: &
Moſi Librorum Legis ſcriptionẽ mandauit [f]. poſtea ver-
f *Exod.* 24. 4. bum ſuum tradidit per Prophetas [g], per Chriſtum θεάν-
g *Luc.*1.70 θρωπον [h]: denique per Apoſtolos Chriſti, tũ ore, tum ſcri-
h *Heb.* 1.1. pto [i]: etſi enim plura dicta aut facta ſunt, quàm ſcripta,
i *Matth.*18. 19. *Act.*18. *Rom.*16.25. 26. *Apoc* 1.11. tamen non diuerſa: & hæc ipſa ſcripta quæ extant, ſuffi-
ciunt [k].

XVII. *At cur verbum Dei ſcriptis traditum eſt?*

k *Ioh.* 20 31. 1. Propter obliuionem humanæ mentis.

2. Propter procliuitatem hominum in omne genus corruptelarum, quibus diuina opera corrumpuntur.

3. Propter

2. Error nonnullorum Anabaptiſtarũ, qui librũ Iobi reiecerunt tanquam fictam tragicocomediam: itémque Eccleſiaſten & Canticum, quaſi in illo Epicureiſmus doceretur, in hoc verò Carmen quoddam amatorium pangeretur. cùm tamen in initio & fine Iobi, eius patria & conditio deſcribatur, & citetur Ezech. 14.14. Iac.5.11.1. Cor.3.19. Eccleſiaſtes verò à voluptatib. abſterreat, cùm vanitatis omnia iſta damnet, & ſtultos iudicet qui in iis acquieſcunt: contra verò ſtatuat felicitatem omnem in timore Dei & obſeruatione præceptorum eius. c. 1. 2.& 7.3.& 8.12.& 11.9.& 12.toto. Capite verò 3.19. de immortalitate animarum non ex ſuo ſenſu, ſed ex iudicio corruptæ rationis loquatur. In Cantico autẽ ſi ageretur de filia Pharaonis, vel puella quadam Sunamitide, abſurdæ eſſent & monſtroſæ comparationes illæ quæ extant c.4.1.& 7.2. Et licet nomen Dei toto libello non ſit expreſſum; tamen æquiualentia & magis appoſita occurrunt, vt Fratris, Amici, Sponſi, Dilecti. & vt conſtaret hic deſcribi myſticam Salomonis ſponſam, h. e. Chriſti Eccleſiam.

3 Hæreſis Manichæi, Valentini, Marcionis, & aliorum negantium S. Scripturas veteris Teſtamenti à Spiritu Sancto dictatas eſſe, & aliorum aliquot S. Scripturæ ſcripta reiicentium.

4. Error *Pontificiorum*, qui multiplex eſt. nam ij volunt authoritatem & certitudinem Scripturæ pendere ab Eccleſiæ determinatione: Scripturam non eſſe authenticam niſi Eccleſiæ authoritate: Nec conſtare Scripturas à Deo prodiiſſe, niſi ex Eccleſiæ teſtimonio, qui error planè abſurdus eſt. Si enim veritas ſubiicitur arbitrio & iudicio hominum, redduntur conſcientiæ incertę de ſua ſalute. Et refutatur idem error Apoſtolico teſtimonio, Eph.2.20. vbi dicit Apoſtolus, Eccleſiam niti fundamento Apoſtolorum, & Prophetarum, quod Fundamentum vocat, non ipſas perſonas Apoſtolorum, ſed eorum doctrinam. Licet autem Eccleſia ſuo calculo approbet Scripturam, tamen ex incerta & dubia non reddit certam, & authenticam, ſed ſuo ſuffragio ſubſcribit Dei veritati, & à Deo profectam veneratur. Deinde Apocryphos libros pro canonicis habent: Scripturam imperfectam & obſcuram eſſe: Lectionem Scripturæ

Dei ſtolidè intellectum, non eſt verbum Dei, inquit Theodoretus.

XXII. *Vnde ſumenda eſt Scripturæ interpretatio?*

a 2.Pet.1.20. Non ex priuato cuiuſque ſenſu, & anteceptis opinionibus [a], ſed ex ipſo contextu, hoc eſt, ex Antecedẽtium, & Conſequentium attentione, & collatione eius cum aliis Scripturæ locis eruenda eſt. Nec, ait Auguſt. de Doct. Chriſtia. vnus locus ſcripturæ ſic interpretandus eſt, vt cũ multis locis pugnet: ſed ſic vt cum illis conſentiat.

XXIII. *Quænam eius regula eſſe debet?*

b Rom. 12.6. Vnica, nẽpe Analogia Fidei [b], quæ nihil aliud eſt quã conſtans & perpetua ſententia Scripturæ in apertis Scripturæ locis expoſita, & Symbolo Apoſtolico, Decalogo, & Orationi Dominicæ, aliiſque generalibus de quolibet Theologiæ capite Scripturæ dictis & axiomatibus conſentanea.

XXIV. *Quis eſt vſus Sacræ Scripturæ?*

2. Tim 3.16. *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata eſt, vtilis ad* διδασκαλίαν, ἔλεγχον, ἐπανόρθωσιν, παιδείαν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ παράκλησιν, [c] ſeu παραμυθίαν [d], i. *ad doctrinam*, ſeu dogmatum confirmationem, *redargutionem errorum*, *correctionẽ*
c Rom. 15.4.
d 1.Cor.14.3. *morum*, *inſtitutionem vitæ in iuſtitia, ad conſolationem in aduerſis, vt integer ſit Dei homo, & ad omne opus bonum apparatus.*

XXV. *Quid reſpondendum ad illud Auguſtini, Non crederem Euangelio, niſi Eccleſiæ me moueret authoritas?*

Loqui Auguſtinum de ſe nondum ad fidem cõuerſo: nec enim mirum eos, qui nondum ſunt conuerſi ad fidẽ, moueri Eccleſiæ conſenſu, & hominum authoritate. Vult ergo Eccleſiam eſſe veluti εἰσαγωγὴν, qua ad fidem Scripturæ adhibendam præparamur.

XXVI. *Quæ repugnant Scripturæ?*

1. Error Sadducæorum, qui ſolos libros Moſis recipiebant: vnde factum, vt Dominus ex iis tantùm errorem illorum redargueritt, Matth. 22.31.

II. *Quid eſt Creatio?*

Eſt opus externum & indiuiſum ſolius Dei Elohim, i. Patris, Filij, & Spiritus ſancti, quo ex nihilo, ſolo ſuo Verbo, imperio, & iuſſu, creauit omnes res extra ſe, i. diſcretis à ſua ipſius Eſſentia ſubſtantiis, vt immenſa ipſius Sapiẽtia, Bonitas, & Potentia manifeſtaretur.[a]

III. *Teſtimoniis proba.*

1. Ipſa hiſtoria Creationis deſcripta à Moſe, Gen. 1. c. eius teſtis eſt locupletiſsimus.

2. Pſa. 33. 6. *Verbo Domini cæli creati ſunt, & Spiritu oris ipſius omnis virtus ſiue exercitus eorum:* & eodem Pſal. ver. 9. *Dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt omnia.* Item Pſal. 19. 1. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opus manuum* ipſius decantat ſiue celebrat *Firmamentum:* Malach. 2. 10. *Nunquid non Deus vnus creauit nos?* Iob. 9. 8. *Qui extendit cælos ſolus:* 1. Cor. 8. 6. *Nobis vnus Deus Pater, ex quo omnia.*

IV. *Cur in Symbolo ſoli Patri Creatio tribuitur?*

Nõ vt ab eius operis effecto, & laude, Filius, & Spiritus ſanctus excludantur, qui in eo quoque manifeſtè, nõ inſtrumentaliter, ſed Efficienter, æqualiter, & inſeparabiliter operati ſunt:[b] Sed κατ' ἐξοχὴν, vt operis huius decretũ & ἀρχὴ diſtinctè Patri aſſeratur, quia Pater fons, & principium, non quidem temporale, ſed originale totius Diuinitatis, à qua condita ſunt omnia.

Deinde, vt extet in Eccleſia externũ diſcrimẽ, quo Pater diſcernatur à Filio, & Sp. ſancto: nam ſicut Baſilius ait lib. de Sp. ſancto, cap. 16. ϖροκαταρκτικὴ αἰτία τῶν γινομένων ὁ πατὴρ, δημιουργικὴ ὁ υἱὸς, τελειωτικὴ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

V. *Quæ fuit cauſa impulſiua Creationis rerum?*

Immenſa Dei bonitas, cum ſumma ſapientia coniuncta, quam communicare, & communicando patefacere voluit, quia Bonum eſt ſui communicatiuum.

VI. *Quando verò creauit Deus?*

In principio omnium rerum, adeóque in principio tẽporis, i. tum cùm res quæ nunc ſunt, eſſe cœperunt. Etſi enim in Filio condita ſunt vniuerſa,[c] tamen Principium hîc, non Filium, ſed certum quoddam temporis exordiũ ſignificat, ſicut & Ioh. 1. 1.

a *Act.* 17. 24. *Rom.* 1. 20.

b *Iob.* 18. *Col.* 1. 16. *Gen.* 1. 1. 2.

b *Col.* 1. 16.

pernicioſam Eccleſiæ, eſſe materiam litis, Controuerſias ex ſola Scriptura diiudicari non poſſe, habere naſum cereum blaterant: Ius interpretandi Scripturas penes Romanum Pontificem eſſe contendunt: Patrum, Epiſcoporum, & Conciliorum ſcripta Scripturæ æquant: Laicis eripiunt Patris ipſorum Teſtamenti tabulas, & ad muta idola tanquam ad Laicorum libros eos relegant, contra mandatum Chriſti, Ioh. 539. *Scrutamini Scripturas.* Denique veterem verſionem Latinam pro authentica habent.

LOCVS V.

De Creatione.

I. *Quæ eſt huius verbi* Creare *ſignificatio in Scripturis?*

EST peculiaris, quia humana ratio ignorat creationem ex nihilo: nam propriiſſimè Dauid Kimchi dicit verbum ברה de omni re dici, quæ à non Eſſe ad Eſſe producitur: vt Gen. 11. Secundariò verò, & tamen proprie, eſt præexiſtenti materiæ, ſed ſine al-
a Gen. 1. 21. 27. teratione, formam ex nihilo creatam inducere [a]. vnde Damaſcenus lib. 2. cap. 5. dicit, Deum omnia feciſſe ex nihilo: alia quidem immediatè, alia verò mediatè, quod eſt Omnipotentiæ diuinæ. Ideo verbum *Creare* ſoli Deo tribuitur in Scripturis, vel in operibus Creationis, vel metaphoricè in iis quæ non minoris ſunt virtutis & po-
b Eſa. 41. 10. Iere. 31. 32. Pſal. 51. 12. tentiæ, quàm ipſum Creationis opus [b]. Ideo etiam differunt, Gignere, Creare, & Facere. nam *Gignere* eſt de ſubſtantia ſua aliquid producere ſibi ſimile ſecundùm eſſentiam. *Creare* verò eſt ex nihilo aliquid facere diuerſum à ſubſtantia creantis. Verbum autem *Facere*, accommodatur illis rebus, quę fiunt ex materia, ſed tamen reſtringitur ex circunſtantia textus ad proprietatem Creationis

nihilo ſecula, Heb.11.3: eadémque tandem finitum iri. Ideo Moſes non vtitur demonſtrationibus Philoſophicis, ſed ſimpliciter rem narrat, ex fideli Patrum traditione, maximè ex aflatu Spiritus ſancti.

XV. *Quid autem creatum eſt?*

1. Cœlum & Terra, quibus duobus, tanquam propoſitione generali, omnes res viſibiles & inuiſibiles[a] cõplectitur Moſes[b], quia hæ duæ ſunt primariæ & præcipuæ totius vniuerſi partes. Nã *Cœli* nomine primùm intelligit totum illud *ſpatium* quod eſt intermedium inter terram & orbem lunarem quam Phyſici Elementarem regionem dicunt, vt Gen.11. *Apertæ ſunt cataractæ cœli*, i. aëris: vnde *volucres cœli*[c].

2. Omnes orbes cæleſtes, cum ſuis ſtellis, cùm fixis, tum errantibus, qui efficiunt Expanſionem illam, quam Phyſici Æthercam ſiue cœleſtem regionem vocant, initio facto à Luna vſque ad Firmamentum, ſeu nouã Sphæram ab Aſtrologis repertam.

3. Sedem Beatorum, ſeu *Paradiſum*, ſiue cœlum illud, in quod aſcendit Chriſtus, & κατὰ μετωνυμίαν ipſos etiam Angelos. Hos tres cœlos cõplexus eſt Apoſtolus 2. Cor. 12.2 dum dixit, Se raptum fuiſſe in tertium cœlum, i. in locum Beatorum, qui locus eſt ſupra omnes cœlos viſibiles, In quo dicitur Deus præparaſſe ſibi thronũ ſuum, & κατ᾽ ἐξοχὴν habitare: & quod vocatur ſedes Dei, Pſ. 103. 19. & Theologis dicitur ὄλυμπος, quaſi ὁλολαμπὴς, & Empyreum quoad qualitatẽ quòd totum lucidum ſit: quod ipſum eſt etiam à Deo ex nihilo creatum, ſicuti docet Apoſtolus Heb.11. 10. cuius πόλεως τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ἐστιν ὁ θεὸς, factor eſt & opifex Deus. *Terræ* verò nomine, terram, Aquas, eáque quæ iis continentur omnia intelligit. Vnde ſic Mundum à partibus definit Ariſtoteles lib. de Mundo, κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. Deinde à cauſis, λέγεται δὲ κόσμος ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις ὑπὸ θεοῦ τε καὶ δι᾽ θεὸν φυλαττομένη.

X. *Quomodo Mundi creatio facta eſt?*

1. Productione materiæ, ſeu ſeminarij totius mundi ex nihilo primo die facta, quæ propriè creatio dicitur.

2. Illius informatione, idque omne ſolo iuſſu Dei in

[a] Col.1.16.

[b] Gen.1.1.

[c] Gen.1.30. & 6.7.

VII. *Vnde autem creata omnia & producta ſunt?*

Ex nihilo, Negatiuè ſumpto vocabulo, i. ex nulla alia pręexiſtente, ſiue pręiacēte materia. Nam particula *Ex*, hoc loco nō cauſam materialem, ex qua aliquid fiat, ſed ordinem ſignificat: Quaſi diceret, Cùm nihil primum eſſet, poſtea quicquid eſt, factum fuit: vel ſignificat habitudinem cauſæ materialis, quæ ſimpliciter negatur.

Vnde probas?

1. Quia nihil ab æterno fuit, præter & extra Deum: & quod eſt, aut Deus eſt ſiue Creator, aut creatura: ſed non ex ſubſtantia Dei res ſunt creatæ: eſſent enim Deus, vel Dij, quod abſurdum eſt. Ex nihilo igitur.

2. Deus eſt omnipotens: Non igitur opus habuit pręiacente materia. Ideo Pſal. 33. 9. & 148. 5. *Dixit, & facta ſunt, mandauit Deus, & creata ſunt*, i. Deo dicente ſiue iubente, res extitêre quæ antea non erant. Et Deum creaſſe omnia docet Apoſtolus Heb. 11. 3, μὴ ἐκ φαινομένων, i. non ex apparente aliqua materia. Particula etiam *Ex nihilo*, ſic deſcribitur 2. Machab. 7. 28. *Aſpice ad cælum & terram, & intellige, quia ex nihilo illa fecit Deus*: vbi Græcus ita legit, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων fecit illa. Et ita etiam Paulus loquitur. Rom. 4. 17. qui vocat τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. Et Prou. 8. 24. Cùm abyſſi nihil eſſent, ego genita eram (inquit Sapientia.)

3. Cùm propoſitum fuerit Moſi deſcribere primam originem rerum omnium: Origo autem rerum ſit productio à Non eſſe, ad Eſſe, ſequitur creata omnia eſſe ex nihilo, ſeu ἐκ τῶν μὴ ὄντων.

VIII. *Anne Creatio Mundi rationib. humanis demonſtratiuè probari poteſt?*

Æternitas quidē mundi refelli poteſt euidenter: quia ſi mundus tum principio, tum fine careret, Mundus ipſe eſſet Deus, eſſent actu plura infinita, partes omnes mundi eſſent æternæ, & immutabiles: πᾶν γὰρ κτιστὸν τρεπτόν ἐστι, ait Damaſcenus, καὶ μόνον ἄκτιστον ἄτρεπτόν ἐστι. Licet etiam Naturæ ipſius teſtimonio Mundum conditum eſſe cognoſcere: ſed *Fide* tamen certò *cognoſcimus condita eſſe ex*

nihilo

diem conficeret & noctem: vnde poſtea Sol perfectiſsima luce proditus & formatus eſt.

2. Quando partem aquarum, quibus terra circunfuſa erat, rarefactam & extenuatam oſtendit ſicut Cortinam [a], vnde Expanſio illa dicta eſt רקיע, quam vocem Græci, ſed incommodè στερέωμα verterunt, ad orbium cœleſtium præcipuè firmitudinem, & ſoliditatem, non quoad duritiem, ſed tantùm quoad firmitatem attinet, ſignificandam, nam ſua voce Moſes intelligit, non duntaxat firmamentum, orbéſque cæleſtes, ſed ignis, & aëris regionem, quæ ſecunda die facta ſunt [b]. Quod autem Firmamentum, ſeu Expanſio dicitur ſeparare aquas ſuperiores ab inferioribus, de aëre intelligendum eſt, qui diuiſit aquas ſuperiores, id eſt nubes quæ efficiunt pluuias, niues, rorem, grandinem, & alia id genus meteora, ab aquis fluminum & fõtium, quæ infrà ſubſiſtuunt [c].

a Pſal. 104. 23.
b Gen. 1. 6. 7. 8.
c Pſal. 104. 3.

3. Quando maxima pars aquarum, quibus antè terra circunfuſa & operta erat, tanquam veſtimẽto [d], in alueos terræ coacta fuit, vnde terra ab aquis prominuit, & aquæ in vnum locum collectæ, dictæ ſunt Maria [e]. Etſi autẽ vnũ eſt mare, quod Ωκεανὸς à velocitate dicitur, quod perpetuò æſtuat, eóque vel naturaliter ab Aquilone, (vbi altior eſt, propter frigus, quo non ita exſiccantur aquæ, ſed potiùs augentur, dum multum aëris in aquam conuertitur) ad Meridiẽ (vbi propter ſummum æſtum aquæ minuuntur:) vel à cauſa externa, Lunæ videlicet (quæ aquis & humidis omnib ſumma Dei Prouidentia dominatur) lumine vario, motúque, ſeu aſcenſu, & deſcenſu diurno & efficaci celeriter fluat atque refluat, vt aqua in eo conſeruetur pura, néve putreſcat; tamen pro variis locis per quos tranſit, varia ſortitur nomina, & ex hoc alia fluunt maria per mediam terram, quę etiam maria Mediterranea, & Sinus vocãtur. Quinetiam Lacus & Stagna in Scripturis Maria vocãtur [f]. De quo etiam Eccleſiaſtes 1. 7. *Omnia flumina* (ſiue mediatè, ſiue immediatè) *à mari exeunt, & in mare reuertuntur*, per occultos ſcilicet terræ meatus, quos Venas etiam appellant, vnde fit quòd tot fluminum quotidiano acceſſu maria non creſcant, finéſve ſuos tranſiliant: & quod aquæ ex venarum terræ, per quas tranſeunt, variis qualitatibus afficiuntur, & alię ſint ſulphureæ, alię dulces, aliæ ſal-

d Pſal. 104. 6. 7.
e Pſal. 33. 7. Ierem. 5. 22. Iob. 5. 22. Iob. 28. 9. 10. 11.
f Matth. 4. 18. Ioh. 6. 1.

momento temporis. Dicebat enim, Sit vel Eſto hoc vel illud, & dictum, factum erat hoc & illud.[a]

[a] Gen. 1. 3. 6. 7.

XI. *Qualis fuit illa materia à Deo initio ex nihilo producta?*

1. Fuit quoad ſubſtantiam, partim terrea, partim aquea, & lutoſa, quippe quæ Terræ, Abyſsi, & Aquarum nomine exprimitur.

2. Quoad quantitatem, ingens, & ceu ſine fundo moles: Erat enim Abyſſus quaſi ἄβυθος, & proinde rudis, informis, & indigeſta moles, reſpectu formarum ſequentium, ſeu vt ait Moſes, *Tohu, Vebohu*, inanis & vacua, rudis, & impolita, quam 70. vocant χοὸι & χεωῦ, & Philoſophi, χάος.

3. Quoad qualitatem, tenebricoſa, & obſcura, i. omni luce, virtute, & efficacitate priuata, cui tamē non ventus, aut aër, qui nōdum erāt formati, ſed Spiritus Domini (de quo Angelus ad Mariam. Luc. 1 35.) Incubabat, ad ſimilitudinem auis ouis incubantis, & totam illam materiam ſuſtentabat, fouebat, & ad ſuſcipiēdas formas preparabat; ex qua cœli ſpectabiles, & omnia elementa vi Verbi Dei educta, & efformata ſunt, (ſed τὰ ἀόρατα immediatè ex nihilo condita); ex qua etiam lux primo die producta eſt, vt ait Apoſtolus, Deus qui de tenebris iuſsit lucem ſplendeſcere. 2. Cor. 6.

XII. *Quid fuit autem Mundi informatio?*

Qua videlicet Deus illi materię ex nihilo conditę, formam idoneam & conuenientem adaptauit, ex qua verè Mundus eſſe & dici cœpit.

XIII. *Qua ratione illam materiam Deus informauit?*

Diſtinctione & Exornatione. Et *Diſtinctione* quidem, quādo diuiſit Deus lucem à tenebris, vnde Diei (ex lucis illius pręſentia) & Noctis (ex eiuſdem lucis abſentia) cōſtitutio & viciſsitudo: & primus dies naturalis 24. horarū ſeu νυχθήμερον conſtans die artificiali & nocte extitit, & à veſpera ſeu nocte præcedente initium cœpit: cùm artificialis dies à Solis orto initium ſumat vſque ad occaſum. Illa autē lux videtur fuiſſe in corpore aliquo inſtar nubeculę ex aquis concreto, quod ſuo circulari motu

diem

noſtra mortua in ſinum ſuum recipit, vt tandem viua, & incorruptibilia reddat. Sed hæc omnia non ex ſe, aut per ſe, ſed Deo mandante, & ex eius virtute facit. Hactenus de Diſtinctione.

XVI. *Quæ fuit Exornatio Mundi?*

Qua terra herbarum & plantarum productione, firmamentum duorum luminarium magnorum, Solis, Lunæ, & ſtellarum, tum fixarum innumerabilium [a] tum errantium quinque ex cœlorum ſuorum materia (quæ ſunt tanquam gemmę ſplendentes in ſuis annulis) creatione, Mare aquatilium, Aër volatilium, Terra verò animantium formatione, & hominis incolatu ornata eſt.

XVII. *Quid ſunt Plantæ?*

Sunt germina è terra (à Deo vi germinãdi accepta in finem vſque mundi) à nemine culta, ſinéque vllo ſemine recepto, nec à Sole, nec à pluuia adiuta, ſed ſola virtute verbi diuini, Tum quidem initiò cum floribus, fructib. & ſeminibus, ſicut nunc fit in Autumno, producta ſunt. Nunc autem etiam adhibitis cauſis ſecundis (cultus, ſeminis, Solis. Lunę, pluuiæ, quæ tamẽ in ſolius Dei manu ſunt[b]) ſucceſſiue iuxta ſpeciem ſuam producuntur, quæ ſunt & viuunt duntaxat, tum ad cibum, tum ad medecinam, & oblectationem, multiplicémque vſum animalium [c]: ſúntque tum herbæ, tum arbores tertio die creatæ, quo & aquæ illæ inferiores terram obtegentes in certum locum collectæ ſunt [d].

a Gen. 15. 5.
b Mat. 6. 30
1. Cor. 3. 7.
c Gen. 1. 29. & 2. 9.
d Gen. 1. 11. 12. 13.

XVIII. *Ad quid Sol, Luna, & ſtellæ in cælo condita ſunt?*

1. Vt ſint δοχεῖα, receptacula, & veluti vaſa, & ὀχήματα, id eſt vehicula lucis illius quæ primo die creata eſt, ad diſtinctionem lucis à tenebris, & diei à nocte.

2. In ſigna, dies, & tempora. i. vt multa nobis futura ſignificẽt, pluuias, ventos, æſtus frigora, ſiccitates, variáſque tempeſtates [e]: & ſint ſignificationes iræ, aut clemẽtiæ Dei [f]: & ſuo motu efficiant & diſtinguant dies ciuiles, menſes, annos, occaſiones & viciſſitudines temporum, Veris, Æſtatis, Autumni, Hyemis, in magnũ vſum animalium, & miniſterium hominum [g].

3. Vt vi quadam ſibi à Deo indita, elementaria cor-

e Iobi 38. 31. 32. Amos 5. 8.
f Ioſue 10. 13. 2. Reg. 20. 11 Luc. 21. 25.
g Gen. 9. 22. Pſ. 104. 20. 22. 23. Mat. 5. 45.

a Exo.15.23. ſæ [a]:aliæ autem calidæ,atque frigidæ,aliæ ſalubres,aliæ peſtilentes,aliæ coloratæ, aliæ ſine colore, in magnos multiplicéſq. vſus hominum. Atque tamen in mari ſalſæ ſunt: vnde etiam *Mare* dictum eſt, quòd vi Solis perpetuò in id agentis pars eius tenuior,& dulcior inde eleuetur: in fontibus autem & fluminibus dulces, quia inter tranſeundum per Terrę meatus, purgantur à ſalcedine, nec Solis radiis perpetuò expoſitæ ſunt. Terrę verò pars ex aquis prominens, etſi mari inferior, dicta eſt *Arida*, quippe exſiccata ab aquis, quibus antea circumfuſa & cóperta erat, vt conſpici, plantari, pedibus teri, & habitari
b Luc.2.1. poſſet: vnde Græcis Οἰκουμένη [b], Latinis *Terra*, à terendo, quòd pedibus animantium teratur, & Habitabilis ſeu Continens dicta eſt, quæ etiam Inſulas
c Gen.1.9. maris complectitur, quæ quidem diſtinctio tertio die
10.pſal.104 facta eſt [c].
7.8.9.10.

XIV. *In quot partes terra diſtinguitur?*

In duas, Oceano quippe tanquam latiſſimo cingulo ſeu faſcia eam ab Aquilone ad Meridiem ſecante, *in Superiorem* partem, in qua nos ſumus; & *Inferiorem*, in qua ſunt Antipodes, qui aduerſa pedibus noſtris calcant veſtigia,& quæ ex aduerſo noſtræ reſpondet, ita vt Sol, cùm nobis occidit, illis oriatur,& contrà. Nam ſi noſtro tempore reperti ſunt, qui eò nauigauerint, potuerunt etiam ante hos alij quoque aliis temporibus idem feciſſe,& ibi humanum genus propagaſſe. imò hoc omnino neceſſarium eſt, cùm ibi reperta ſint tot hominum millia, etſi Moſes de iis nullam faciat mentionem.

XV. *Quis Vſus & quæ Natura Terræ eſt?*

d Syracida 40.1. Eſt mater communis omnium rerum [d]: hinc γῆν quaſi γαῖαν, i. γεννήτειραν dictam volunt, παρὰ τὸ γᾶ τὸ τίκτω,, & quidem fœcundiſſima. Gignit enim intus in vtero metalla, lapides, ſuccos concretos, animalia ſubterranea, ventos, profert omnis generis fructus, omnes alit (vnde παντρόφος dicitur) fouet,& conſeruat omnia, quicquid habet boni nobis ſuppeditat, omnes fert iniurias: nec ceſſat bene facere & prodeſſe omnibus: quicquid in eam ſeminaueris, illud fideliter & liberaliter tibi reddit, aliis
e Mat.13.8. centuplum, aliis ſexagetuplum: aliis trigetuplum [e]. Ideo
Gen.26.12. τελεσφόρος vocatur, i. tributum ferens. Quin corpora

dum, anathema ſit.

XX. *Eſt-ne orthodoxum, ſentire ſtellas anima præditas aut animalia eſſe?*

Imò impium, quia ad errorem illorum confirmandum ſpectat, qui aſtra adorabant, & illis ſuffitum faciebant:[a] quia nulla facultatum, aut operationum animę, vt ſunt Vegetatiua, Senſitiua, Intellectiua poteſt competere corpori cœleſti.

[a] 2. *Reg.* 23. 5. *Iere.* 7. 17. & 44. 19.

XXI. *Cur Deus inter creationem plantarum & animalium interpoſuit creationem ſtellarum?*

Vt oſtenderet, etiamſi ordinarie ad generationem tã plantarum, quàm animalium concurrat Sol ſuo motu, & lumine, aliæque ſtellæ, tamen rerum generationem nõ eſſe ſimpliciter acceptã ferẽdam Soli, & ſtellis, ſed Deo: quandoquidem etiam ante creatas ſtellas iuſsit è terra progenerari plantas omnes cũ ſuis fructib. Ante creationem verò animalium, ſapientiſsimè voluit priùs creare Solem & ſtellas, quæ illuminarent terram, quia animalia cumprimis lumine opus habebant.

XXII. *Quid ſunt Animantia?*

Res à Deo creatæ, quæ ſunt, viuunt, & ſentiunt, ſeu ſubſtantiæ corpore organico præditæ, quæ præter animam vegetantem, animam ſentientem, & ſeſe loco mouentem ſortitę ſunt.

XXIII. *Vnde autem Animantia producta ſunt?*

Alia ex aquis, vt piſces, qui & Reptiles, quia ἄποδες dicuntur, qui carent pulmonibus, & proinde nonniſi per branchias reſpirant: & Volucres, quæ ſunt pennatæ, aligerę, bipedes (etſi è terra creatæ videri poſſunt) & reſpirant, ſuntque vocales, quinto die[b]. Alia ex terra, quæ ad terram pertinent, quorum tria facit genera Moſes. Iumenta, quæ hominem iuuant qualitercunque, vt ſunt pecora quæ herbis veſcuntur, non carnibus, vt equi, boues, oues: & quæ domeſtica fieri poſſunt, vt elephanti, cameli, cerui, Reptilia, quæ nõ habent pedes,

[b] *Gen* 1. 20. 21. 22. 23.

pora afficiant calefaciendo,humectando,deſiccando,frigefaciendo, Sole videlicet accedente ad certas Stellas; pluuiæ,ſiccitates,æſtus,frigora efficiuntur,humoréſque augentur, ad vitam conferendam,ad generationem, & a Iobi 38.33 ad omnia perficienda quæ ad vitam hanc pertinẽt[a]:vnde apud Oſeam 2.21. *Cælum exaudit terram, & terra exaudiet frumentum.* Atque hic Cæli ornatus quarto die factus b Gen.1.14. 15.16.17. 18 19. eſt.[b]

XIX. *Anne poſſunt ex aſtris res futuræ præcognoſci & prædici?*

Poſſunt quidem,quæ ex Aſtrorum motu, ſitu ac poſitione,neceſsitate phyſica,ſeu naturaliter & ordinariè cóſequuntur:vt Lunę aut Solis eclipſes,ſerenitas , aut tempeſtas,ſiccitates,pluuiæ,venti,niues,æſtus,frigora,& alia id genus:&probabiliter quę vt plurimum ſolẽt aſtrorum motus conſequi, vt ſunt morborum genera , ſterilitates terrę,caritas annonę,& alia id genus: ſed in genere tantùm,non ſingulariter[c],nec tanquam ex cauſis propriis, c Mat.16.2. ſed ex ſignis. Item τὰ πάθη phyſica, quæ varia corporis humorum temperamenta ſequuntur, quandoquidem *Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.*

Sed non ea quæ ex Hominis libera voluntate depẽdẽt, nec quę ex ſolo Dei beneplacito proficiſcuntur, vt quæ ad ſalutem,& damnationem pertinent:ſicut nec ea quę in genere Contingentium ponere ſolemus, vt ſunt fortunium,& infortunium,quæ Deus diſtribuit pro ſuo beneplacito:quia nec omnes ſtellæ nobis notę ſunt,nec earum,quas nouimus,influxus nobis perſpecti,nec momẽta temporum quib. quis concipitur aut naſcitur,perfectè obſeruari poſſunt, & geminorum ſępe diuerſiſsima eſt conditio:& quia Deus ſtellas, & quæ per hæc portendit, d Prou.27.1 prout vult,moderatur[d].& Iacobi 4.14. *Ignoratur quid futurum ſit die craſtino.* Quòd ſi nonnulli diuinant, id aut caſu contingit,aut ex dæmonum reuelationibus. Proinde illa Aſtrologiæ pars Iudiciaria,quam vocant, ſeu Diuinatrix,quæ ſcrutatur,quid hoc vel illo anno,vel die ſit alicui euenturum,quid illi proſperè vel incommodè ceſ- e Deut 18.9 ſurum,vana eſt & impia , & in Eccleſia Dei nullo pacto Ierem.10.2 ferenda.[e] Concilium Toletanum primum Canone 21. Act.1.7. Ioh.21.22. Siquis Aſtrologiæ ſuæ,vel Matheſi,exiſtimat eſſe credẽdum, Io. 3. 4. *Oues Paſtoris vocem audiunt, & eam ſequuntur:* quo nomine magnopere iuuat cognoſcere animalium naturas.

XXVII. *Cur animalia terreſtria ſexto demũ die creata ſunt?*

Quia genere à præcedentibus diuerſa & cú homine habitatura erant, & ſimiliora homini, tum corpore, tum ingenio, quàm vel piſces, vel aues: & quia eorum permulta futura erant homini adiumento, & quia oportuit ſeruari ordinem ab imperfectioribus ad perfectiora.

XXVIII. *Cùm ſcriptum ſit,* Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erát valde bona, *vnde res noxiæ, vt ſcorpiones, ſerpentes venenati, mors, morbi, & ſimilia?*

1. Diſtinguendum eſt inter malum culpæ, & malũ pœnæ: illius enim Satan author eſt, huius verò Deus[a]. a *Eſa.* 45.7

2. Quædam poſt lapſum, & proinde ex Accidente propter peccatum hominis nocere cœperunt, Gen. 3.17. *Maledicta terra in opere tuo, ſpinas & tribulos tibi germinabit.* & Rom. 8. 20. *Omnis creatura nunc vanitati ſubiecta eſt.* Mors verò & morbi etſi non ſunt res in principio à Deo conditæ[b], tamen à Deo tanquam iuſto iudice ordinatæ ſunt, & quæ mortem antecedunt. b *Sapien.* 1. 13. & 2 24. 1. *Cor.* 15. 21. *Rom.* 5. 12. *Iacobi* 1. 15.

3. Bona ſiue vtilia ſunt omnia in vniuerſum, & ad mũdi conſeruationem, & ornatum: & quod vni nocet, alteri prodeſt, & venenum vnum altero curatur. c *Gen.* 2. 17. *Amos* 3. 6. *Eccleſiaſtici* 11. 14.

XXIX. *Quod eſt diſcrimen productionis animæ brutorum & hominis?*

Quòd etſi ſunt & nominãtur Spiritus, tamen brutorũ animæ productæ ſunt à Deo, partim ex aquis, partim verò ex terra. Nunc verò in ordinaria procreatione ex parentum ſubſtantia, vt docet Moſes, cùm ait, Deum creaſſe omnem animã viuentem (de toto animali loquens) quam produxerunt aquę: eóque mortales ſunt. At noſtras docet insufflari immediate à Deo, eóque incorvel habent breues, quibus parum eleuantur è terra. Et Beſtias, quæ ſunt feræ, & Carniuoræ, vt leones, vrſi. Quibus omnibus dedit vim generandi ſibi ſimile in ſpecie per cõmixtionẽ maris & fœminæ eiuſdem ſpeciei; quæ ſexto die creata ſunt[a]: & eodem die diſtinctè homo creatus, de quo peculiari loco.

a *Gen.* 1. 24. 25.

XXIV. *Quotuplex eſt Procreatio Animalium?*

Duplex. 1. *Extraordinaria*, & Diuina, perfecto corpore & anima, ſine mare & fœmina, ſine ouis, & fœtu; de qua Deus, *Producant aquæ, Producat terra.* Altera eſt Naturalis & *Ordinaria*, quæ primam quidem cauſam habet Deum (Chriſtus enim de ſe & Patre ſuo ait, *Pater meus vſq; adhuc operatur, & ego operor.* Ioh. 5. 17. Secundam verò, nõ tã aquam aut terram, quàm ipſa præcedentia animalia, ſuis ſeminibus ex maris & fœminæ cõgreſſu, ad maiorem amoris nexum inter animalia conciliandum, vel per oua, vt *ὠοτόκα*, vel fœtus, vt *ζωοτόκα* viuipara, virtute benedictionis diuinæ: de qua Moſes ver. 22. *Et benedixit eis, dicendo, Creſcite, multiplicate.*

XXV. *Quis finis, & vſus Piſcium, & Auiũ?*

Ad cibum, medicamenta, oblectationem: alióſque infinitos vſus, quos nemo explicare poteſt: & ad exemplũ virtutũ quas imitemur, & vitiorũ quæ fugiamus, in eorum naturis nobis propoſitum: vt in Delphino, *τῆς φιλανθρωπίας*:: in Polypo, adulationis: in Phœnice, reſurrectionis: in Ciconiis, pietatis, & *ἀντιπελαργίας*: in Columbis, ſimplicitatis, & fidei coniugalis: in Coruis, *ἀςοργίας*, & inclamationis ad Deum, exempla proponuntur. Ideo rectè dicitur, *Interroga pecus, & docebit te, & auem cœli & annuntiabit tibi*[b]. Iob. 12. 7. 8.

b *Iere.* 8. 7. *Mat.* 10. 16. *Iob.* 39. 3. *Pſal.* 142. 9. *Luc.* 12. 24.

XXVI. *Quis verò Animantium terreſtriũ vſus eſt?*

Ad homines veſtiendos, alendos, vehendos, ad terram colendam, & alios diuerſos vſus, imò etiã ad hominum mores formandos faciunt. Pſal. 32. 9. *Ne ſitis ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus,* Prou. 6. 6. *Vade ad formicam, piger,* Matth. 10. 16. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* Ioh. 10. 3.

libetrei à Deo indita, Ordo, Perpetuitas ſpecierum. Finis denique Creationis rerum.

Hæc explica diſtinctè.

Specierum tam pulchrè diſtinctarum *Varietas* commendat nobis opificis potentiam, & ſapientiam.

Facultas verò ſeu proprietas rebus inſita, bonitatem, vt qui ſingula ad neceſſarios & vtiles vſus condiderit.

Ordo duplex. 1. Creationis, (quòd antequã Adamũ crearet Deus, mundum omni bonorum copia locupletauit) paternam eius Prouidentiam & ſollicitudinem erga nos commendat, qui antequam naſceremur, de neceſſariis nobis proſpexit.

2. Diſpoſitionis, quo inferiores creaturæ ſuperiorib. ſubſeruiunt, is admonet hominem vt inſeruiat Deo.

Perpetuitas, quæ in ſingularum ſpecierum conſeruatione ſpectatur, dum alias arcanis modis fouet, aliis vim propagandi confert, ſapientiam & potentiam eius nobis probat: vnde Mundus hic, pulcherrimum Dei virtutum ſpeculum, & Theatrum appellatur.

XXXIV. *Quis verò finis Creationis omnium rerum?*

Duplex, Proximus, Homo ipſe: nam hunc mundum Deus creauit, vt homo eius eſſet & incola, & Dominus vtilis[a]. Summus verò, eſt *Dei gloria*, vt docet Solomon, Prou. 16. 4. *Vniuerſa propter ſeipſum fecit Iehoua*: nimirum vt ipſius Bonitas, Sapientia, Potentia & Æternas eluceret[b]. *Bonitas*, quòd voluit iis, quæ non erant, aliquam fœlicitatis ſuæ partem communicare[c]. *Sapientia* multiplex, quòd tam multiplicia tam bono ordine, & vſu condidit[d]. *Potentia*, quòd ex nihilo fecit, atque perpetuò conſeruat omnia, *Aeternitas*, quòd ante omnia fuerit, cùm ea produxerit hoc fine, vt ipſe agnoſcatur, celebretur, & glorificetur: & inde homines occaſionem accipiant, fiduciam ſuam in Deum collocandi, eúmque inuocandi, amandi, laudãdi, & perpetuùm celebrandi.

[a] *Gen.* 2. 15. 19. 20. *Pſal.* 8. 7.

[b] *Rom.* 1. 20.

[c] *Apoc.* 4. 11.

[d] *Eph.* 3. 10.

XXXV. *Cur autem Deus non citiùs condidit mundum?*

Quia noluit: eſt enim Deus Agens liberrimum, & voluntarium.

ruptibiles, & immortales eſſe: & ideo ad Deum redire qui dedit illas: Eccl.12.7.

XXX. *An bruta prædita ſunt aliqua intelligendi, & ratiocinandi facultate?*

Senſum quidem, nō tam externum, vt viſum, auditum, olfactum, guſtum, tactum, quàm etiam internum, put φαντασίαν, imaginationem, memoriam, naturalem quandam ſagacitatem, & prudentiam, in aliis tamen maiorē in aliis minorem, facilè damus. Quin quædam aues facilè norunt à quibus alantur, ſed etiam humanas voce diſcere poſſunt, & imitari norunt, vt pſittaci, turdi: & ape ſingularem prudentiam in mellificio demonſtrant. Sed vera intelligendi & ratiocinandi facultate prædita, neg mus: ait enim Dauid pſal.32.9. In equo & mulo nullam eſſe intelligentiam.

a Gen.2 2.3.

XXXI. *Cur dicitur Deus ſeptimo die requieuiſſe ab omni opere ſuo[a]?*

Nempe Creationis, quia die ſeptima ceſſauit noua creaturas condere: nihil enim poſtea fecit, quod non aliquo modo præceſſerit in primis operibus, quia poſt opera condita in ſeipſo requieuit, quia ſufficit ſibi, & imple deſiderium ſuum. *Deinde*, conſeruando, ſuſtentando, & producendo res conditas ſine labore vſque modò ſu prouidentia operatur[b].

b Ioh.5.17

XXXII. *Vnde autem nata ſunt quæ ex putrefactione oriuntur, aut quæ prorſus inutilia, aut tantùm noxia ſunt, vt muſcæ, veſpæ, & ſimilia?*

Ex putredine, vi Solis, aut caloris, ſed tamen poſt hominum peccatum, vt teſtimonia iræ Dei: ex vi tamen ſemper durante verbi diuini (*Producant aquæ*, *Producat terr* generata: & ad opera Creationis ſex dierum, (de quibu hîc agitur) minimè pertinere creduntur.

XXXIII. *Quæ in rerum Creatione nobis potiſſimùm in genere ſunt ſpectanda?*

Quinque, Varietas rerum, Facultas & Proprietas cu

lib

tantæ vtilitates, ex re fortuita proceſſerint.

3. Error eiuſdem Democriti, qui aſſerebat plures, vel infinitos etiam eſſe mundos, cùm Verbum Dei vnum Creatorem, & Gubernatorem mundi, non multorum mundorum appellet[a], & Filium miſſum in mundum, nō in mundos dicat[b].

a Act.17. 24.
b Ioh.3.17.

4. Error Stoicorum, qui fingebant duo æterna, videlicet mentem, & materiam, quæ ſimul conſiſtere non poſſunt. Idem error Anaxagoræ, qui Chaos æternum ſtatuebat, ad quod mens æterna acceſſerit, quæ omnes rerū ſpecies ab illa commixtione ſegregauit.

5. Veſania Plinij, qui mundum hunc numen eſſe credidit, æternum, immenſum, neque genitum, neque interiturum, totum in toto, imò ipſum totum.

6. Auerrois, qui cœlum eſſe immateriatum falſò dixit. Adde his Galeni ſentētiam, qui cùm legiſſet primum caput Geneſis, dixit, Moſem multa dicere, ſed pauca demonſtrare.

LOCVS VI.

De Angelis.

1. *Quænam ſunt ſignificata vocis Angeli?*

ANGELVS, nomen officij, Græcum eſt, ἀπὸ τοῦ ἀγγέλλειν, & nuntium, legatum, ſiue miſſum ſignificat. *Primò* per excellentiam tribuitur Filio Dei, qui à Patre in mundum miſſus eſt, vt homo & hoſtia factus, redimeret genus humanum. Sic vocatur Gen. 48. 16. *Angelus qui me eripuit ex omnibus malis*: & Angelus æternus, qui fuit dux Iſraelitarum, qui nunc Angelus Iehouæ, nunc Iehoua appellatur[c], & *Angelus Teſtamenti* dicitur[d].

c *Exod.*14. 19, & 33. 20. & 1. *Cor.*10.9.
d *Malach.* 3.1.

XXXVI. *At quid faciebat antequam hunc mundum conderet?*

Curioſa eſt quæſtio: & ideo Auguſtinus lib. 11. Confeſſ. cap. 12 ſcribit, ſenem quendam ſcitè reſpõdiſſe talia interroganti, *Fabricabat infernum curioſa ſcrutantibus.* Nos reſpondemus, Deum in ſeipſo ſufficientem, & beatum fuiſſe, & nulla re indiguiſſe, & ſeſe in illa ſua æternitate cum Sapientia ſua, i. Filio, & Spiritu ſibi conſubſtantiali oblectaſſe, ὁ λόγος χαίρων πρὸς τὸν θεόν, Ioh. 1. 1. Et Chriſtus inquit de Spiritu ſancto, Omnia quæ audiuit, loquetur, Ioh 16. 13.

XXXVI. *Quæ ſunt Pugnantia cum doctrina de creatione.*

. Hæreſis *Baſilidis* & *Carporratis*, qui à Deo per miniſterium Angelorum mundum productum eſſe dicebant.

2. *Manichæi*, qui duo principia conſtituebat: & Deo bonarum rerum originem, malarum autem diabolo tribuebat.

Eſt-ne hæc opinio admittenda?

Abſit: quippe blaſphemia eſt in Deum: nam diabolis tribuit diuinitatem. Deinde contraria eſt teſtimonio Moſis, dicẽtis, *Omnia quæ Deus condidit, bona* initiò fuiſſe[a]. Malum igitur ex accidente & corruptione naturæ eſt, ſeu malitia & inuidia Satanæ inuectum.

[a] Gen. 1. 31.

Qui ſunt errores Philoſophorum?

1. Error Ariſtotelis qui dixit Mundum eſſe ἄναρχον, ſine principio, æternum: Animalium ſpecies æternas eſſe, poſito hoc principio, Ex nihilo nihil fit quod quidem in conſtituto rerum ordine verum eſt, ſed in Theologia de rebus nondum conditis, falſum: ſeu in generatione phyſica verum, ſed non in creatione diuina: De hac enim dicitur, *Materiam noli quærere, nulla fuit.*

2. Error Democriti, Leucippi, & Epicuri, qui ex fortuito atomorum concurſu, mundum fuiſſe conditum ſomniabant: quæ opinio refutatur ex ordine rerum creatarum, regulari moti orbium cœleſtium, denique ex finibus certis ad quos ſingula condita ſunt. Nã fieri non poteſt vt hic ordo, regulares illi motus, & tantæ

V. *Christus Matth.18.10. dicit, Angelos ſemper videre faciem Patris: Semper igitur fuerunt.*

Aduerbium *Semper*, non ſignificat æternitatem, ſed continuationem apparitionis coram Patre ad miniſteriũ piorum, quæ iam inde ab initio cœpit, quam exprimit textus Græcus, διὰ παντὸς ſupple χρόνου, per omne tempus.

VI. *Quid eſt Angelus?*

Eſt (vt inquit Damaſcenus lib 2.cap.5.) οὐσία νοερὰ, ἀεικίνητος, αὐτεξούσιος, ἀσώματος, θεῷ λειτουργοῦσα κατὰ χάριν, ἐν τῇ φύσει τὸ ἀθάνατον εἰληφυῖα. Apoſtolus verò bonorum Angelorum naturam, & officium complectẽs, eos definit, Heb. 1. 14. Πνεύματα λειτουργικὰ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν τὴν σωτηρίαν.

VII. *Angeli ſuntne* ὑφιστάμενα, *ſiue Subſtantiæ realiter & verè ſubſiſtentes?*

Sunt: quia illis tribuuntur in Scripturis, quæ nonniſi ſubſtantiæ verè ſubſiſtenti conueniunt; vt Deo adſtare, & eum laudare. Eorum alij lapſi, alij in veritate perſtitiſſe dicuntur: & præterea variis modis, etiã aſſumptis corporibus apparuiſſe, variiſq. effectis ſeſe manifeſtaſſe. Actiones autem ſunt Suppoſitorum, i. earum rerum tantum, quæ veram ὑπόστασιν habent. Quot ſunt igitur Angeli, tot ſunt diuerſæ eſſentiæ Angelicæ ſeorſum ſubſiſtentes vti ſunt diuerſi homines.

VIII. *Quales ſunt creati Angeli?*

Omnes boni, quia Gen. 1.31. *Omnia quæ fecerat Deus, erãt valde bona*: etſi ceciderunt quidam [a], & in veritate non ſteterunt. [b] Fuerunt igitur & ipſi recti, & in ipſa veritate creati & Iudas 6. dicit *eos non ſeruaſſe ſuam originem, & reliquiſſe* τὸ ἴδιον οἰκητήριον.

a Iſa.14.12.
b Ioh.8.44.

IX. *Súntne Angeli mutabiles vel immutabiles?*

Quoad ſubſtantiam ſunt incorruptibiles [c], quia ſunt omnis materiæ expertes: ſed quoad Dei potentiam, vt ſunt ex nihilo conditi, ſic in nihilum redigi poſſunt,

c Matth. 22.30.

2. Tribuitur Iohan. Baptiſtæ, Malach.3.1. *Ecce mitt Angelum meum*,&c.

3. Cap.2.7.tribuitur Doctoribus Eccleſiæ, *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam,& Legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exertituum eſt.*

4. Spiritibus illis adminiſtris,de quibus Pſal. 104.4. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus*,& *miniſtros tuos,ignem vrentem.* Et hac quarta ſignificatione vſurpamus vocabulum Angeli:primùm quidem de bonis Angelis dicturi, ſuo autem ordine de malis.

II. *Vndénam ſunt Angeli?*

A Deo,qui ex nihilo creauit eos, ídque per Chriſtum, Col.1.16.*Per quem omnia ſunt condita,ſiue in cœlo, ſiue in terra, viſibilia & inuiſibilia,ſiue throni,ſiue dominationes,ſiue principatus,ſiue poteſtates,Omnia (inquam)per eum,& eius reſpectu condita ſunt.*

III. *Súntne Angeli materiati,nécne?*

Non ſunt prorſus & verè immateriati, ſicut nec animæ hominum:ſolus enim Deus eſt ἄϋλος. Nihil enim creatum eſt,quod idem non ſit compoſitum, vel compoſitione phyſica,videlicet materia & forma vel metaphyſica,nempe eſſentia,ſeu actu,& potentia.Quia tamen nô conſtant ex materia corporea, craſſa, & aſpectabili, ſed potiùs planè ſpirituali,&(vt in Scholis aiunt,) Ex ſola poteſtate & actu, immateriati dicuntur, Deus autem ſolus eſt ἐνέργεια, ſiue actus purus, vt præclare dixit Ariſtoteles lib.11.Metaph cap.7.

IV. *Quando verò conditi ſunt Angeli?*

Non ante ſecula:ſolus enim Filius Dei ante ſecula extitit: vnde ſequitur initio omnium rerum conditos fuiſſe.Quoto verò die,non perinde definiri poteſt,niſi quod colligitur probabiliter ex hiſtoria Moſis,primo die creatos eſſe,quo cœlum,cuius fuerunt incolæ, creatum eſt: vnde *Angeli cælorum* dicuntur [a]. Cur verò Moſes reticuerit creationem Angelorum, cùm reliquarum rerum omnium creatarum creationem recitaret, hæc cauſa eſt, quòd ei propoſitum fuit Narrationem ſuam ad vulgi, & rudium captum accommodare,& proinde rerum viſibilium duntaxat creationem perſtringere.

V.*Chri-*

---

[a] Matth.24.36.Gal.1.8.

ampliùs eſſe miſeri: ſanctiſſimi enim facti ſunt, ſimul & fœliciſſimi.

XIII. *Quæ nomina Angelis tribuuntur?*

Ab ipſorum natura vocantur *Spiritus*, propter ſpiritualem eſſentiam.

Stellæ lucidæ, ſeu *aſtra matutina*, [a] quia ſunt naturæ puriſſimæ, lucidiſſimæ, & ſplendidiſſimæ.

Filij Dei, Iob. 1.6. & 38.7. Non per eſſentiam aut naturam, vt vnigena ille, ſed per adoptionem & gratiam, vel διακριτικῶς, vt à filiis hominum diſcernantur, quod aſſiduè adſtent Domino & Patris cœleſtis faciem videant iugiter, diuinæ gloriæ ſplendore fruentes, atque ad eius iuſſa exſequanda paratiſſimi. Ab officio dicuntur *Angeli*.

A dignitate & potentia, *Dij*: (& Satan dicitur Deus huius ſeculi [b].) Item dicuntur ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Sunt enim illi principes primarij, quorum Exarchus eſt Filius Dei. Hinc vocantur ἀρχαὶ Rom. 8.38. ἀρχὴ, ἐξουσία, κυριότης, imperium, poteſtas & dominatus, & Coloſſ. 1.16. θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ ἐξουσίαι, throni, dominia, imperia, poteſtates

Ab effectu, *Seraphim*, quos Dionyſius ἐμπρηστὰς vocat, quòd amore Dei flagrent, & charitate erga pios homines *Flamma ignis.* Heb. 1.7. non quaſi ignea natura, & ſubſtantia Angeli ſint præditi, ſed quia ſunt vindices iræ diuinæ, qui inſtar ignis impios conſumunt, quoties opus eſt [a].

A forma apparitionum, *Cherubim*, à Cherub, quod ſignificat quamlibet formam alatam, ſiue hominis, ſiue bruti animalis[b]. Item *Viri* [c]. & *Viri Dei* [d]. A miniſterio, *Vigiles* & cuſtodes mundi [e].

XIV. *Quot modis Angeli hominibus apparuerunt?*

1. In ſomnis, vt Matth. 1.20. dicitur in ſomnis Angelus Ioſepho Mariæ ſponſo apparuiſſe [f].

2. In viſione, vt Prophetis: idque vel ſine vero quidem corpore, ſed tamen non ſine aliqua corporea figura: vel manifeſtè veris & ſolidis aſſumptis corporibus [g], iiſque vel ex nihilo à Deo creatis, vel ex præexiſtente

a Iobi 38.7.

b 2. Cor. 4.4

c Eph. 3.10.

d Heb. 12.19.

2. Theſſ. 1.7. 8.

e Gen. 3.24.

Exodi 25.18.

Pſal. 18.11.

Zach. 1.8.

f Gen. 18.2.

Luc. 24.4.

Act. 1.10.

g Iudic. 13.6

h Dan. 4.13.

i Matth. 2. 13.

k Gen. 18.2.

2. Reg. 2.

Deo manum amouente, Pſal. 104. 29. Quoad ſtatum tamen in quo ſunt, mutari iam non poſſunt ex Dei gratia, voluntate, & decreto: etſi naturâ ſua tam ad bonum, quã ad malum mutabiles ſunt. πᾶν γὰρ κτιστὸν, τρεπτόν ἐστι, inquit Damaſcenus: & ipſe Deus ſe dicit, *Ego Deus veſter, & non mutor*, Malach. 3 6.

X. *Quæ cauſa cur Angelorum aliis à veritate deficientibus, alij in gratia & veritate perſtiterint?*

Proxima & immediata cauſa eſt, bona ipſorum Angelorum voluntas, in qua à Deo initio conditi ſunt.

Media ſiue ſeperior, gratuita Dei beneuolentia, qua voluntas eorum adiuta fuit, vt poſſent velle, & vellent in veritate perſiſtere, eóque & perſtiterint, aliis quibus hæc gratia non fuit communicata perſiſtere nolentibus, eóque à veritate ſua culpa deficientibus Philipp. 2. 13. *Deus operatur in vobis & velle & perficere.*

Suprena verò eſt æternum, firmum & immutabile Dei decretum, & beneplacitum, ab ipſius Sapientia profectum, quo hos ad gratiæ ſuæ communionem, & perſeuerantiam elegit, & prædeſtinauit, alios verò pro iuſto ſuo beneplacito propter ſuam gloriam reprobauit, 1. Tim. 5. 21 *Obteſtor*, inquit Apoſtolus, *in conſpectu Dei, & Domini Ieſu Chriſti, & electorum Angelorum*: Si electi, Ergo aliqui, non omnes.

XI. *Poſſunt-ne qui perſtiterunt in veritate, ab ea deficere, & in peccatum prolabi?*

Minimè: quia verè ſunt beati, quippe qui *ſemper vident faciem Patris cæleſtis*. Matth. 18 10. Verùm non naturâ, ſed gratia & beneficio Dei propter Chriſtum.

XII. *Sed cùm peccare, miſerique ampliùs fieri non poſſint, an-non deſierunt liberi eſſe arbitrij?*

Minimè: nam quicquid volunt, liberè volunt. Quinetiam magis liberi ſunt quàm antè, cum poterãt peccare, & non peccare. Nunc enim ita liberi ſunt à peccato, vt ne peccare quidem poſſint, & à miſeria, vt non queant

amplius

perceptibili moueantur, & opera ſua perficiant[a]. Ideo & volare, & alias habere dicuntur.[b]

XVII. *Quis numerus Angelorum?*

Dan.7.10. Daniel dicitur vidiſſe milla millium Angelorum, & decies millies centena millia. Ad Hebræos 12.22. *Acceſsiſtis ad innumerabilem cœtum Angelorum*, innumerabilem quidem hominib. ſed numerabilē Deo[c] ex ore Chriſti audimus multas eſſe Legiones. Eliſæi miniſter vidit montē plenum equis & curribus igneis circa Eliſæum I. Reg. 6.17. Et ingētē multitudinem declarat, quòd dicuntur caſtra metari, in circuitu timentium Deū, pſal.34.8. Qui tamen tot numero primum à Deo conditi ſunt, non procreatione aliorum ex aliis multiplicati.

XIX. *Súntne ordines & gradus Angelorum?*

Nemo in Scripturis verſatus, ordinem eſſe aliquē inter Angelos inficiari poteſt, quia ordo & diſtinctio in rebus eſt res præſtantiſſima & diuina: alij .n. vocātur Cherubini, alij Seraphini; Alij Angeli, alij Arcangeli. Sed hic ordo non eſt à naturæ Angelorū dignitate vel pręſtātia, quaſi alij aliis digniores natura ſint, ſed potius à diuerſis officiorū generib. Hinc Paulus Colo.1.16. vocat thronos, ſedes, dominationes, poteſtates, principatus, Hebraïca enallage abſtracti pro cōcreto, quia eorū miniſterio in Imperiorū, Regnorū, & Politiarū adminiſtratiōe Deus vtitur.

Hierarchias autē & Hierarchiarum gradus inter Angelos eſſe, vt exiſtimant Pontificij, nullo Scripturæ teſtimonio probari poteſt. Nam *Archangelus* is dicitur, non qui naturâ præſtantior eſt, aut affectatione imperij ſuperior, quoniam illic, inquit Baſilius, omnis ambitio ceſſat: ſed qui ad aliquod præcipuum arduum, & difficile munus obeundum, vel qui in mandato Dei exequendo multis Angelis à Deo, ídque ad tempus deſtinatus eſt. Sic nomina illa throni, dominatus, poteſtates, principatus, per ſimilitudinem à rebus humanis ſumpta ſunt, ad ſignificandam Angelorum dignitatem, & officia, & quàm multa varia, & magnifica opera Deus per ipſos exequatur.[d]

XX. *An ſinguli habent nomina propria?*

a *Act.* 2. 7.8.9 10.
b *Eſa.*6.2. *Apoc.*14.6.
c *Mat.* 26. 53. *Iuda* 15.
d *Pſ.*18.11.

materia tunc primum formatis non natis.

3. Non venerant enim mori, ideo nec naſci, inquit Tertull.l. de carne Chriſti, vel alienis corporibus naturalibus, quæ antè fuerant: vel hominum, vt in Zacharia Propheta Angelum fuiſſe loquutum, Zach.2.3. vult Auguſtinus, Ench. ad Laurent. cap.59. vel aliorum animalium, vt cùm Angelus per aſinam Balaam, loquutus eſt, vt ſentit Zanchius: non ſecus ac malus Angelus per ſerpentem Euæ olim loquutus fuerat [a]: & in homines quoſdã dæmonia ingreſſa, & per Chriſtum eiecta ſunt [b]. Non acceptis de ſyderibus & ſubſtantiis ſuperioribus Mundi, vt volebat Apelles, Nec propriis ac ſubſtantiam Angelicam conſtituentibus, ſed vt dictum eſt, vel ex nihilo à Deo creatis, vel de terrena materia ſumptis: cùm adeò terrenæ qualitatis extiterint, vt terrenis pabulis, paſta ſint, vt manibus contrectata, vt aquis abluta, vt diſputat Tertull. eodem l.

a Gen.3.1.
b Matth.8.28.

XV. *An Angeli aſſumentes vera humana corpora, Homines dici potuerunt?*

Nequaquam, quia humanam naturam ὑποστατικῶς ſibi vnitam non copularunt, ſed corpora illa, (vt Auguſtinus ait) tanquam veſtes ſumpſerunt & diſpoſuerunt.

XVI. *Quid factum, de corporibus, angelis redeuntibus in cœlum?*

Ex nihilo creata in nihilum redierunt: ex terra verò formata aut in eandem materiam ſubitò fuerunt reſoluta aut in nihilum redacta. Eiuſdem enim eſt potentiæ ex nihilo creare & in nihilum redigere.

XVII. *Anne loco mouentur Angeli, & intra temporis ſpatium ſua opera perficiunt?*

Sanè, quippe Spiritus finiti, non tamen circunſcriptiuè, quia non commenſurantur loco, ſed diffinitiuè, quia ſic ſunt in vno loco, vt non ſint in alio: & Luc.1.26. *Miſſus eſt Angelus Grabriel à Deo in ciuitatem Galileæ*: & Hebr. 1.14. dicuntur omnes adminiſtratorij Spiritus in miniſterium electorum miſſi: è cœlis deſcendere, & in cœlos aſcendere, vt in ſchala Iacob, Gen.28.12. & quicquid fit, têpore menſuratur: ſed tã ſunt expediti & celeres, vt têpore imperceptibili nota,& aperta coram oculis ipſius: ſed eorùm tamen hominum, quorum cura ipſis à Deo demandata eſt. Nam Act.10.4. Angelus dicit Cornelio , *Preces tuæ & eleemoſynæ aſcenderunt in conſpectum Dei.* Obſeruant igitur nos, noſtrâque omnia dicta,& facta, vt meritò pudere nos debeat aliquid dicere, aut facere, quod nos alioqui puderet coram honeſtis viris admittere. Quo argumento Paulus 1. Cor. 11. 10. docet debere mulieres decoris cauſa, velatum habere caput in Eccleſia propter Angelos.

XXIII. *Quid verò? An etiam cogitationum, & affectuum eorum notitiam habent?*

Non (ſolus enim Deus eſt καρδιογνώστης,) niſi cogitationes, & affectus ſuos homines per effecta, & ſigna prodant, vel Deus eas ipſis reuelet. Nam vt dicitur 1. Cor. 2. 11. *Nemo* (ſcilicet hominum vel Angelorum) *nouit quid ſit in homine. niſi ipſe Deus, & Spiritus hominis qui in ipſo eſt.*

XXIV. *Quo autem ſenſu affectus,* (vt lætitia & triſtitia) *in Scripturis Angelis , cùm ſint beati tribuuntur?*

Non humano, aut carnali more, ſed eo modo qui Angelicæ naturæ, adeóque cœleſti , & beatæ vitæ conuenit, qui modus nobis eſt incognitus.

XXV. *Quid de Angelorum vi & potentia ſentiendum eſt?*

1. Poſſunt naturali virtute in res corporeas, quicquid corporibus à natura contingere poteſt (non tamen miracula efficere, niſi quatenus Deus illorum miniſterio in edendis miraculis vti ſolet [a]:) Vel immediatè per ſe , vt interficere, & loco mouere (vt quòd vnus Angelus totum ferè Sennacheribi exercitum interfecerit, & reliquos in fugam verterit[b]: & quòd Petrum, & reliquos Apoſtolos è carcere eduxerit [c], & Philippum è loco ad locum tranſtulerit [d]. Vel mediate per agentia naturalia à ſe rebus admota, non autem ſicut Chriſtus multos per ſe, ſine medio, viſu donauit [e]. Nihil tamen reipſa hac ſua potentia poſſunt, niſi quantum Deus illis præſcribit , & ipſi vidēt eſſe ex Dei voluntate.

a *Ioh.*5. 4.
b 2.*Reg.* 19. 35.
c *Act.*5. 19. & 12. 7. 8.
d *Act.* 8 39.
e *Mat* 9. 9.
f *Pſal.*103. 20.

Nomina illa non ſunt propria, ſed appellatiua, quæ illis etiam ad tempus impoſita ſunt, propter munia ipſis demandata: vel modos diuerſos noſtri ratione, quibus voluntatem Dei exequuntur, potenter præſtãt, & hominibus apparent: vt Dan. 8. 16. & 9. 21. Luc. 1. 19. Fit mentio Gabrielis, quod nomen ſignificat Dei fortitudinem, quòd per eum Deus potentiam ſuam exereret. Itẽ Dan. 10. 13. Michaelis, quod eſt, Quis ſicut Deus fortis. Tobiæ 3. 17. Raphaelis, quod nomen à medendo, ſiue ſanando dictum eſt: venerat enim ad ſanandum Saram & Tobiam, quemadmodum & Vrielis, 4. Eſdræ 4. 1. à luce deductum, quia venerat vt illuminaret & inſtitueret Eſdram.

XXI. *An Angeli aliquam rerum cognitionem habent.*

Habent, 1. *Naturalem* ipſis à Deo in creatione inditam: ſunt enim Spiritus intelligibiles: vnde Chriſtus dicit Ioh. 8. 44. alios in veritate, ſeu notitia veritatis perſtitiſſe, alios verò non. Deinde habent cognitionem *reuelatam*, ſeu ex reuelatione diuina; vt Dan. 8. 16. & 9. 21. myſterium 70. hebdomadarum reuelatum fuit Angelo Gabrieli, vt Danieli reuelaret, Daniel verò Eccleſiæ.

2. Habent & *Experimentalem* cognitionem, quæ habetur per experientiam, & obſeruationem eorum quæ hic à nobis fiunt, & Eph. 3. 10. ἡ πολυποίκιλος σοφία, multiformis illa Dei ſapientia, quæ elucet in vocatione Gentium, patefacta eſt Angelis per miniſterium & prædicationem Euangelij, quæ fit in Eccleſia. Sic Luc. 15. 10. dicuntur Angeli lætari, & magno gaudio perfundi, propter vnius peccatoris reſipiſcentiam, cuius ſunt obſeruatores.

His addo *Supernaturalem*, qua ita perfectè Deum vidẽt, & cognoſcunt, vt ab eo deficere minimè velint, aut velle poſſint, & in ea ſita eſt eorum beatitudo[a].

XXII. *An ſingulorum hominum actiones, ſeu quid agant, dicant, patiantur, nouerunt Angeli?*

Non, quia ad Heb. 4. 13. Deo ſoli dicuntur eſſe omnia

non,

[a] Matt. 18. 10.

dictum Theodoreti, ἡ τῶν ἀγγέλων λειτουργία, ὅτι ψαλμῳδία[a].

Deinde ſunt Miniſtri Chriſti, quâ & homo, & Meſſias eſt. Sic in tentatione illa, quam aduerſus Satanam ſuſtinuit in deſerto[b], legimus Angelos ipſi miniſtraſſe.

Præcipuè ſunt Miniſtri electorum, Heb.1.14. *Nónne omnes ſunt Spiritus adminiſtratorij, in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem ſalutis capiunt?* Súntque multipliciter Electorum miniſtri, ac primùm quidem in vita: ídque vel dirigendo, defendendo, & cuſtodiendo electos, iuxta illud Pſal.91.11.12. *Mandauit Angelis de te, vt cuſtodiant te in viis tuis, ne offendat pes tuus ad lapidem*[c]: & ab hoſtibus, & omnibus periculis vitam eorum tuendo[d]: vel pro electis exequendo iudicia Dei aduerſus hoſtes Eccleſiæ, vt colligitur ex Gen.19.10.& 2.Reg.19.35. Act. 12.23. Item ſuggerendo mentibus piorum pias cogitationes, eoſdémque mouendo, & ad omne bonum promouendo[e]: nunquam enim Angeli boni aliquid ſuggerunt à Lege Dei diuerſum[f]. Item eos iuuando, & conſolando[g]. Deinde in morte, dum adſtant præſto fidelibus in ipſo agone, adeóque ipſorum animas deferunt ad cœleſtem beatitudinem, vt exemplo Lazari liquet[h]. Poſtremò in fine ſeculi, quando colligent oſſa omnium fideliũ, vt animis denuò vnita reſurgant ad vitam[i], & ſeparabũt malos de medio iuſtorum, & mittent illos in caminum ignis, hos verò introducent in regnum cœlorum[k].

a Pſ.148.2. Iſa.6.3. Luc.2.14. Apoc.4.8. 9, & 5.13.
b Mat.4.11.
c Exod.33.2. Pſal.34.8.
d 2.Reg.6.17. Act.12.8 11.
e Act.10.4 5.
f Gal.1.8. & 3.19. Act 7.53. Luc.1 19 26 Act.1.11. 2.Reg.1.3.
g Gen.16.7 2.Reg.1 15. Act.27.23. 24.
h Luc.16.22.
i Mat.24.31.
k Matth.13.41.

XXVIII. *An ſingulis hominibus, ſiue Prouinciis, & vrbibus bonus & certus aliquis Angelus ad cuſtodiam: malus verò ad tentationem deſtinatus eſt?*

Ordinariè cuique electo certum quendam bonum Angelum à Deo deſtinatum eſſe ad cuſtodiam colligi poteſt ex verbis Chriſti, Matth.18.10. vbi dicitur, *Angeli eorum perpetuò intuentur faciem Patris.* Item ex Actorum 12.15. vbi fideles, qui in domo Marci congregati erant, dixerunt de Petro fores pulſante, *Ipſius Angelus eſt:* Loquebantur enim fideles illi iuxta receptam in popu-

2. Poſſunt, tum externos ſenſus afficere, vt cùm ocu-
los Sodomitarum perſtrinxerunt, vt non potuerint o-
a Gen.19.1. ſtium domus Lothi cernere,[a] & Syrorum,[b] & excitarũt
b 2.Reg.6.18. ſtrepitum in eorum caſtris:[c] tum internos vt cùm Patri-
c cap.7.6. bus in ſomnis multa oſtenderunt, & reuelarunt, & piis
multa in memoriam & phantaſiam reuocant.

3. Poſſunt Angeli, non quidem mentem ipſam illu-
ſtrare, aut voluntatem efficaciter flectere, quod eſt Sp ſã-
d Prou.21.1. cti proprium,[d] ſed tanquam Sp. ſancti inſtrumẽta excita-
re verbi auditi phantaſmata, veritatem menti proponere,
& eam commonefacere, vt ei aſſentiatur, & ad bonum a-
liquod voluntatem noſtram, inſtar Conſiliariorum, ſua-
dendo duntaxat, & interne quaſi loquendo & agendo,
e Heb.1.14. modo ſpirituali inſtigare.[e]

Mat.2.13.
f Apoc.18.7.8.
Tobiæ 8.4.
4. Habent & boni Angeli vires diabolis ſuperio-
res.[f]

XXVI. *Quanam loquutione vtuntur Angeli, ſiue apud Deum, ſiue inter ſe inuicem, ſiue apud homines?*

Non corporea & carnali (niſi in corporibus aſſumptis) ſed ſpirituali & cœleſti, qua ἄνευ λόγου προφορικοῦ, ſine audibili voce ſeu vocali ſermone, & ſtrepitu ſua quiſq. ſenſa quę vult, vel in alterius Angeli, vel hominis intellectũ ſpiritualiter, & prorſus Angelice inſinuat, inſtillat, ac communicat: vel ea cum vult, in ſuo intellectu ſeu in aperto ſpeculo intuẽda alteri mõſtrat, & veluti explicat. Ergo quod dicit Paulus, 1. Cor. 13. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*, non proprie. ſed καθ' ὑπερβολὴν, vel ex hypotheſi, & per conceſſionem intelligendum eſt, ſicut & illud, ad Gal. 1. 8. *Si Angelus è cœlo euangelizet vobis præter id. quod vobis euangelizaui.* Sic panis tribuitur
g Pſ.78.25 Angelis.[g]

XXVII. *Quæ ſunt officia Angelorum?*

Varia ſunt & multiplicia. Sunt enim Miniſtri, princi-
pes, & Apparitores Dei, qui Regis ſui iuſſa (quę libẽter
& prompte exequuntur) expectant,[h] ad ipſius Dei glo-
h Pſa 89.6 & 103.20. riam, & hominum ſalutem, vt colligitur ex Pſal. 104. 4.
Heb.1. 14. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & Miniſtros flammam i-
gnis*, & qui factorem ſuum hymnis concelebrant, iuxta
dictum

Scholaſtici autem reſpondent ſummam eſſe Angelorum cōſenſionem, quoad voluntatem, quia beati ſunt, & apud beatos eſt ſumma pax: ſed tamē poſſe eſſe inter eos iudiciorum diuerſitatem, videlicet quando ignorato Dei decreto, quod non ſemper Angelis manifeſtatur, alij ſic, aliter alij agendum eſſe iudicant. Non autem diuerſitas opinionum, ſed contrarietas voluntatum tollit amicitiam.

XXX. *An angeli, qui non peccauerūt, opus habuerunt Chriſto Mediatore?*

Opus habuerunt Angeli Mediatore, non quidem Redemptionis à peccato (ſic enim Chriſtus eſt Mediator Dei & Hominum [a]:) ſed cōſeruationis in bono & gratia, & ἀνακεφαλαιώσεως, recapitulationis, vt videlicet rurſum vnirentur cum Electis ſub vno eodémque capite Chriſto, vt ſine vllo in poſterū lapſus periculo, & inſeparabiliter Deo adhęrerent, adeóque vt illorum iuſtitia & integritas, quæ coram Deo manca eſt [b], tegeretur coram Deo perfecta & infinita illa Chriſti iuſtitia, Vnde dicitur Eph. 1.10. *Deum ſibi propoſuiſſe in Chriſto omnia quæ ſunt in cœlis &* ἀνακεφαλαιώσασθαι, *recapitulare*, recolligere, & ad caput & initium ſuum reuocare.

XXXI. *An nobis inuocandi ſunt Angeli, vel religioſo aliquo cultu colendi?*

Reſpondet Angelus Manuæ, Iudic. 13. 15. *Si feceris holocauſtum, Iehouæ offeres illud*; & Chriſtus Matth. 4 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*: & omnem ἀγγελοθρησκείαν, ſeu ἀγγελολατρείαν damnat Paulus, Col. 2. 18. Angelus Apoc. 19. 10. adorari ſe prohibet, ſicut & cap. 22. 9. non recte igitur voluit illum inuocare Iohannes Quia Mediatoris officium vni Chriſto competit [c]: & ipſi Angeli ſunt creaturæ, ſeque nobiſcum Dei conſeruos agnoſcunt: Nec ipſi, inquit Auguſtinus, Sancti homines, vel Angeli exhiberi ſibi volunt, quod vni Deo Diaboli, Dei nomen & cultum ſibi vendicare conantur. Honorandos tamen non negamus, rectè ſentiendo de iis, amore, reuerentia, obedientia, & imi[illegible]tione,

[a] 1. Tim. 2. 5

[b] Iobi 4. 18.

[c] 1. Tim. 2. 5.

lo Dei ſententiam. Et hanc eſſe ſententiam Patrum, liquet ex Auguſtino, lib. 1. Medit. cap. 12. *Hoc etiam* (inquit) *maximum exiſtimo beneficium, quòd ab ortu natiuitatis meæ, Angelum pacis ad me cuſtodiendum vſque ad finem meum dedit mihi Dominus.*

Extra ordinem tamen ex Scripturis perſpicuum eſt, quoties opus eſt, plures Angelos mitti ad ſingulos fideles, qui eos tueantur. Sic Pſal. 348. Angeli dicuntur caſtrametari circa eos, qui Deum timent. Idem de ſingulis prouinciis ſentiendum. Daniel. enim 10. 13. 20. 21. & 11. 1. & 12. 1. dicitur, quòd Angelus populi Dei pugnarit aduerſus Principē Perſarum, & quòd quiſque illorum Angelorum, Regnum cuius gerebat, defenderit.

De malis Spiritibus hoc habemus, interdum ab vno eodémque malo Spiritu vnum hominem vexari, vt ex hiſtoria Iob. 1. 12. colligere eſt. Interdum verò ab vno eodémque malo Spiritu plures infeſtari, vt 2. Paralip. 18. 21. Vnus malus Spiritus decepit plures Prophetas. Interdū etiam plures mali Spiritus vnum eundémque hominem infeſtaſſe leguntur, vt Luc. 8. 30 Legio Diabolorum vnum hominem occupauit. Malum autem Angelum cuique deſtinatum eſſe à Deo, ex nullo Scripturæ loco colligi poteſt.

XXIX. *An diſsidia & diſcordiæ oboriri poſsūt noſtri cauſa inter bonos Angelos? vt Dā. 10. 13. dicitur, Principem Perſarum pugnaſſe aduerſus Principem Græcorum.*

Reſpondet Doctiſſ. Interpres vocabulo Principum non ſignificari Angelos Regnis Perſarum & Græcorum præfectos, ſed homines illos qui Perſidis & Græciæ tum temporis principes erant vt ſit ſenſus, Angelum quidem pugnaſſe contra Cambyſen tum temporis Perſarum regem per dies viginti vnum, hoc eſt, crudelia illius edicta, & conſilia de retinendo in captiuitate, & magis opprimendo populo Dei facta, ne exequutioni mandarentur, impediuiſſe: ſed venturum quoque poſt ſe Principem Græcorum, (putà Alexandrum magnum, qui Perſidis, Principum furorem contra populum Dei accenſum compeſceret: quod & factum eſſe hiſtoriæ teſtantur.

Schola-

Quia nunc incarnato Chriſto, & ſedente ad dextram Patris in cœlis, donatóque largiter Spiritu ſuo ſancto, vult vt noſtra conuerſatio ſit in cœlis [a], non autem Angelorum in terris (viſibiliter.) *Deinde* quia Eccleſia opus habebat initio talibus confirmationibus cœleſtibus: nunc autem verbum Dei ſatis ſupérque confirmatum eſt, Heb. 1. 1.

[a] Philip. 3. 20.

XXXIV. *Qui eſt in Eccleſia vſus Doctrinæ de Angelis?*

1. Vt agnoſcamus ſummam Dei beneuolentiam, & paternam curã erga nos, qui eiuſmodi cuſtodes creauit, & nos præfecit: vnde diſcamus viciſſim eum colere, atque amare. *Deinde* vt decorè & ſanctè incedamus coram Angelis teſtibus & Obſeruatoribus actionum & loquutionum noſtrarum. Denique vt fide fulciamur in omnibus aduerſis, & periculis, ſcientes veriſſimum illud Elizæi dictum, 2. Reg. 6. 16. quòd qui nobiſcum ſunt, plures ſint quàm ij qui ſunt contra nos.

XXXV. *Quæ pugnant cum hac doctrina?*

Error Sadducæorum, qui Angelos nihil aliud eſſe dixerunt quàm bonos motus, ſiue bonas cogitationes, quas Deus ingerat cordibus noſtris, non autem ſubſtantias ſpirituales per ſe ſubſiſtentes.

2. Error illorum de quibus Coloſſ. 2. 18. qui cultum Angelorum commenti ſunt.

3. Pontificiorum, qui cuiuis homini bonos Angelos eſſe attributos, vnum bonum, alterum malum: hunc qui cruciet, illum qui ſeruet eum, cui datus eſt: & vtrumque eſſe indiuiduum ſingulorum hominum comitem, ſine verbo Dei confirmant. Qui errores ex antedictis refutantur.

⁂

Ob. Iacobus inuocauit Angelum Gen. 48. 16. cum dixit: *Angelus ille, qui eruit me ab omni malo benedicat pueris iſtis.* Ergo &c.

R. Iacobus non intellexit Angelũ creatũ, ſed æternũ Filium Dei, qui Angelus dicitur propter officium. Idque ſatis oſtendit contextus nam huic Angelo & Iehouæ eadem tribuitur actio à Iacobo, nempe vt benedicere Ephraimo & Manaſſi.

Ob. Iobus. c. 19. 21. dicit *Miſeremini mei, miſeremini mei, vos amici mei: quia manus Dei plagis afficit me*, At hic per amicos intelligi ab Auguſtino Angelos ſcribit Bellarm. l. 1. de Sancto. Beatitud. c. 19. Ergo; &c.

R. Imò non inuocauit Angelos, ſed miſericordiam implorauit amicorum ſuorum, qui ipſius inuiſendi cauſâ venerant, ſed accuſationibus acerbis & contumeliis verborum eum vexabant.

Ob. Iohannes Apoc. 14. (vbi ait, *Gratia ſit vobis & pax à Qui eſt, & Qui erat, & Qui venturus eſt: & à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt*) eadem petit à Septem ſpiritibus quæ ab æterno Deo.

R. Septem ſpiritus non ſunt ſeptem creati Angeli, ſed Spiritus ſanctus, qui vnus eſt perſona, ſed cõmunicatione Annorum ita operans, ac ſi totidem eſſent ſpiritus

XXXII. *Cur Deus voluit vti miniſterio Angelorum?*

Non neceſſitate: nulla enim re opus habet, ſed bona ſua voluntate vt bonitatẽ ſuam erga nos declaret, quòd Angelos nobis dedit famulos propter ſuam gloriam, & conſolationem noſtram: quòd videamus tam excellentes creaturas etiam propter nos eſſe creatas, & ad obſequia noſtra deſtinatas. *Deinde* ad amicitiam inter nos, & Angelos conciliandam & conſeruandam, donec tandem iucundiſſima illorum conſuetudine in cœlis fruamur.

XXXIII. *Quid cauſæ eſt, quòd cùm Angeli ſoliti fuerint olim ſæpe Patribus apparere forma humana, & familiariter cum illis verſari & colloqui, nunc id non amplius faciãt?*

Quia

ἐχθρὸς Dei, Chriſti, & noſtri [a], & ἀπολλύων [b]: ſingulari e- a Act.16.16
nim numero ſæpe ſolet Scriptura loqui de impuris Spi- b Luc.10.19
ritibus, ad denotandũ principatum illum impietatis, qui Matt.13.39.
Chriſto, & eius Regno opponitur, & aduerſatur. Et quũ c Apoc. 9.
Matth 25.41. ignis æternus paratus dicatur diabolo & 11. d Apoc. 12.
angelis eius, liquet quempiam eſſe principem & caput 8.9.
omnium impurorũ ſpirituum, qui paſſim dæmonia di- e 2.Reg.1.2.
cuntur. Matth. 12.

5. Habent nomina à diuerſis formis apparitionum 24.
hinc dicitur Draco magnus, (vt & à venenata aſtutia) f Matth.12.
Serpens antiquus. 29.

6. A poteſtate & ſuperbia quam exercet, præcipuè in g Ioh.12.31.
reprobos: hinc Beelzebub, id eſt Princeps muſcarum [d], h 2. Cor.4.
Fortis armatus [e]: Leo rugiens, Princeps mundi [c]: Deus hu- 4.
ius ſeculi [f]. Princeps denique, & Principes, & Poteſtates i Eph.2.2.
aeris, Rectores huius mundi, quia regunt impios pro ſua Eph. 6. 12.
libidine; & tenebrarum, quia omnis ignorantiæ Dei, cæ- Col.2.15.
citatis ſcelerum, infœlicitatis, malitiæ, omnis ἀπιστίας, per
fidiæ, crudelitatis authores ſunt.

Luciferi verò nomen ex falſa & inepta expoſitione loci Eſaici 14.12. ortum eſt, quum manifeſte Regi Babyloniæ ironice tribuatur.

III. *Vnde originem ducunt mali Angeli?*

Quoad Naturam & Subſtantiam ſunt à Deo, à quo ex nihilo boni ſunt creati & ab eodem adhuc ſuſtentantur: ſed quoad Qualitates ſibi comparatas, à ſeipſis ſunt, teſte Chriſto Ioh 8.44 *Diabolus cùm mendacium loquitur, ex propriis, id eſt à ſe ipſo loquitur, & in veritate* (in qua initiò creatus fuerat) *non ſtetit*, ſed propria ſua & libera voluntate defecit, & ab initio, non ipſius Satanę, ſed hominis conditi reſpectu, id eſt tum nempe cùm primò hominem aggrederetur, homicida fuit: vnde etiam colligitur Angelos peccaſſe, antequam Adam & Eua peccaſſent.

IV. *Quodnam fuit primum Angelorum peccatum?*

Alii ſentiũt Superbiam fuiſſe, iuxta illud Eccleſiaſtici 10.15. Initium omnis peccati eſt Superbia. Alij Inuidiam, qua videlicet Satan inuidit homini imaginem Dei ad

LOCVS VII

De malis angelis ſiue dæmonibus.

1. *An ſunt etiam mali Angeli?*

SVNT: quod non tantùm probatur Scripturæ teſtimoniis[a], ſed ipſa experientia, adeóque horrendis & triſtibus malorum Angelorum effectis.

II. *Quibus nominibus ~~appellantur~~?*

1. A natura ſua, ſiue eſſentia ſpirituali, ~~dicuntur~~ Spiritus[b].

2. Ab officio ad quod ab initio creati erant omnes Angeli ſimpliciter[c], A ſcientia ipſis in creatione indita δαίμονες[d], quaſi δαήμονες, ſcientes (appellatione certè mirè congruente cum hiſtoria arboris ſcientiæ boni & mali) vt Homerus δαιμονιώτατος: vnde Doctrinæ Dæmoniorum[e].

3. A Qualitatibus cōparatis, i. quas ſibi ſuo libero arbitrio cōpararunt, maligni[f], impuri, & immūdi Spiritus[g] & ſpiritus mendax, ſeu Spiritus mendacij[h], Fornicationis[i], Peruerſitatis ſeu vertiginis[k], Belial[l]: irregularis, ſine iugo, & diſciplina, vel nequam qui nulli ſit commodus: & κατ' ἐξοχὴν, Πονηρὸς, malignus, à πόνος, vt qui malitię totus det operam, & in ea ſeſe exerceat[m].

4. Ab effectis Diaboli, ſeu ſingulari tantū numero, diabolus[n], quod nomen Calumniatorē ſignificat: quòd is primus ſit Deum apud Euam calumniatus, & quòd ſine intermiſſione Deum apud homines, & homines apud Deum calumnietur, vt Deum ab hominibus, & homines à Deo auertat[o]. Dicitur etiam Satanas[p] quod ſignificat Aduerſarium: quòd ſit Dei & hominum hoſtis capitalis[q] & ὁ πειράζων, Tentator[r], Spiritus Phythonis[ſ],

ἐχθρὸς

a Gen. 3. 1. Ioh. 8. 44. 1. Pet. 5. 8. 1. Ioh. 3. 8. Iuda 6. Apoc. 12. 9.
b 1. Reg. 22. 21. Matt. 8. 16. Luc. 10. 20.
c 1. Cor. 6. 3. 2. Pet. 2. 4. & Iudæ 6.
d Leuit. 17. 7 1. Cor. 10 20.
e 1. Tim. 4. 1.
f Luc. 8. 2.
g Mat. 10. 1. Zach. 13. 2.
h 1. Reg. 22. 22. Ioh. 8. 44.
i Oſea 4. 12.
k Iſa 19. 14.
l 2. Cor. 6. 15.
m Matt. 6. 13. & 13. 19
n Ioh. 8. 44.
o Gen. 3. 1. 4. 5. Iobi 1. 9. 11. & 2. 4.
p Matt. 4. 10
q 1. Reg. 5. 4. 1. Pet. 5. 8.
r Matt. 13. 3. Act. 5. 3. Theſſ. 3. 5.

ſed etiam in aërem hunc.qui terram ambit,& regionem ſublunarem,vt teſtatur Apoſtolus Eph.2.2.& 6.12.ad exercendos pios in patientia, & plectendos , & vexandos impios,propter ſuam impietatem:vbi& catenis caliginis vincti,iudicio vniuerſali reſeruantur [a].

a 2.Pet.2.4. & Iuda 6.

2 .Quod natura ipſorum,tota quanta , extremè deprauata eſt & contaminata,adeò vt in illa nihil plane ſit integri & puri.

3. Ipſorum voluntas in peccato ita obſtinata,vt à malo reſipiſcere ne velle quidem poſſint,neque ſeruari:iuſto videlicet Dei iudicio,qui conſtituit,vt qui peccant in Spiritum ſanctum,i.qui ſcientes, volentes, & ex animo impugnant & auerſantur agnitam veritatem.reſipiſcere nunquam poſſint [b],1.Ioh.3.9. *Iam inde ab initio diabolus peccat*,nempe continenter & pertinaciter.

b Heb.6.4. & 10.16.& 1.Ioh.3.8.

4. Mens ipſorum fuit obſcurata,priuata videlicet, tũ omni veritatis illius cognitione, tam ſui, quàm Dei, & Chriſti , quæ ad ſalutem aliquid prodeſſe poteſt : tum magna illarum rerum cognitione , in qua initiò conditi fuerunt , vnde dicuntur etiam Principes tenebrarum [c].

c Eph.6.12.

Nec tamen penitus,quia magna adhuc rerum tum diuinarum,tum humanarum cognitione pollent, quæ videlicet illis naturalis fuit , partim ex lumine naturali, quod in illis relictum eſt.partim ex reuelatione , quæ ſit per Angelos bonos Dei:partim ex obſeruatione:partim ex temporalibus diuinæ virtutis effectis. Vnde nouerunt Chriſtum & Filium eſſe Dei , & Iudicem mundi futurũ[d],ſed ſine vlla in eũ affectione,amore,atque fiducia,& ad maiorem ipſorum terrorem, & condemnationem [e] : vnde δαίμονες etiam dicuntur,ſed veriùs κακοδαίμονες,quia illa ſua ſcientia perpetuò ad malum , nunquam autem ad bonum,abutuntur.

d M[illegible]tt. 8. 2.28.&c. Act.16.17. & 19.15.

e Iacobi 2. 19.

VII. *An Angeli mali futura præſcire,& certò prædicere poſſunt?*

Præuidere & prædicere futura,quatenus futura ſunt, & ex ſe, & per ſe, & ex proprio ſuo ſpiritu prænoſſe, ſolius Dei eſt:ſic enim Iſaiæ 41.23. *Dicite nobis quæ ventura ſunt,& ſciemus vos Deos eſſ.* At ex alieno afflatu , vel aliena reuelatione, ex præſentibus cauſis, ex experiētia &

quam conditus fuit, iuxta illud Sapientiæ 2.24. Per inuidiam Diaboli, mors intrauit in mundum. Chriſtus verò Ioh. 8.44. docet fuiſſe mendacium, ſeu odium veritatis, i. Euangelij æterni de Chriſto incarnando, déque eius gratia omnibus ad beatitudinem neceſſaria, & humana natura ſupra omnes Angelos exaltanda: & proinde odium gloriæ Chriſti, & fœlicitatis hominum: item ἀποστασίαν & rebellionem, qua Satan à Deo opifice defecit, illúdque ipſum peccatum quod Chriſtus vocat Peccatum in Spiritum Sanctum[a], quia ſciens, & volens, & ex animo defecit à veritate, idque veritatis illius æternæ odio: De qua Chriſtus, *Ego ſum Veritas*, Ioh. 14.6. & Pilato *Ego veni in hunc mundum, vt teſtimonium perhiberem veritati*, Iohan. 18 37.

[a] Matth. 12. 31. 1. Ioh. 5. 16.

Teſtatur id, perpetuum & idem ſtudium Satanæ ab initio mundi vſque ad finem & mendacia & hæreſes ſpargentis, aut contra Chriſti Deitatem, aut contra eius humanitatem, aut contra eiuſdem officium; & tyrannicam perſecutionem excitantis aduerſus illam ipſam Chriſti veritatem.

V. *An magnus eſt numerus eorum Angelorum, qui à veritate defecerunt?*

Magnus ſanè, & pene innumerabilis, ſed incertus & indefinitus. Nam 2. Pet. 2. 4. & Iudæ 6. habetur, plures Angelos ſimul ab illa veritate defeciſſe, & propterea in Tartarum ſiue abyſſum detruſos. Lucæ verò 8. 30. fit mentio legionis diabolorum, quæ vnum hominem occupauerat. Et Matth. 12. 45. Spiritus malus rediens ſecum ducit ſeptem alios, i. plures ſpiritus ſe nequiores, & magis impuros. Et Apoc. 12. 7. legimus draconem cum ſuis Angelis pugnaſſe aduerſus nouos: proinde nō eſt quòd ſecuri in vtramque aurem ſtertere debeamus.

VI. *Quænam pœna eſt inflicta malis Angelis?*

Multiplex. 1. Quòd è cœlo Beatorũ, in quo creati fuerant, detruſi ſunt in Tartarum, i. non modò in locum illum ſubterraneum, deſtinatum torquendis æternûm reprobis (quem Lucas cap. 16. 23. ᾅδην, i. infernum vocat, & Abyſſum, cap. 8. 31. i. immenſæ profunditatis voraginem)

ſed

X. *Quidnam autem ſentis de potentia diabolorum?*

Magnã eſſe (confertur enim Balenæ [a], Armato ho- a *Iſa.*27.1.
mini [b], Leoni rugienti [c], & tribuitur illi poteſtas & prin b *Matt.*12.
cipatus in aëre) [d] ſed tamen non liberam: imò verò fini- 29.
tam, certis cancellis limitatam, adeóque vinctam: ſic vt c 1.*Pet.*5.8.
nihil poſſint, niſi Deo annuẽte & volente, idque quan- d *Eph.*6.12.
tum ſuorum ſaluti expedire & ad gloriam ſuam promo-
uendam facere poſſe nouit [e]. e *Exodi* 8.

Exerit autem ſeſe, quoties ita Deo viſum eſt, potentia 18.19.
Satanæ: Tum in externas res, vt ſublunaria corpora, quæ 1.*Reg.*22.20
mouere, turbare, & variè afficere poteſt [f]. Huc illud A- 23.
poc.7.2.3. de Angelis, quibus datum fuit, vt nocerent ter- *Iobi* 1.12. &
ræ, mari & arboribus referri poteſt. Tum in corpora ho- 2.6.
minũ, dum illa localiter mouet, prout vult: interdum e- *Matt.* 8.32.
nim humo corpora hominum in ſublime tollit, & rur- *Luc.*8.31.
ſum ex alto in humum præcipitat, vt de Simone Mago *Eph.* 2.2.
teſtatur hiſtoria: interdum ea transfert ex vno loco in a- 2.*Tim.*2.26
lium breui tẽporis ſpatio, & quomodo vult agitat: dein- *Apoc.*20.7.
de alterare ea poteſt, vt cùm afficit ea variis qualitatibus f *Iobi*.1.12.19
& ex ſanis ægra reddit, (vt in Iobi 2.7 hiſtoria videre eſt:)
contrà, ex agris ſana; ad maiorem impiorum excæcatio-
nem, & ſpiritualem interitum.

Adhæc hominum oculos faſcinat, vt mutata videan-
tur quæ non ſunt, aut ſpectra pro veris animalibus vide-
antur; quales Magorum Ægyptiorum ranæ fictitiæ, &
ſimiles prętigiæ (vt ſpectrum illud diabolicum ſpecie
Samuelis Sauli opera Pythoniſſę viſendum exhibitum [g];) g 1.*Sam.*28.
& quibus dicuntur homines conuerſi in lupos, vel alia 12.
animalia, ſecundùm apparentiam (vt loquuntur) non ſe-
cundùm rei veritatem: vel alia corpora in aliorum locũ
celerrimè ſubſtituit, cuiuſmodi ranæ illę Ægyptię fuiſſe
à nõnullis exiſtimantur. Per ſe enim corpora, quoad ſub-
ſtantiam, tranſmutare de genere in genus ſolius Dei eſt.

Præterea penetrat in corpora hominum, vel virtute a-
ctionis, vt in Iudam ingreſſus eſſe dicitur [h]: vel etiã ſub- h *Luc.* 22.3.
ſtantia ſua, vt in eos qui obſidebantur, aut etiamnum ob-
ſidentur à dæmonibus, ita vt variè intus moueat illorum
corpora, vt ſibi vel aliis noceant, ſicut in Dæmoniacis & i *Matt.*8.16
nocendi cupidis videre eſt [i]. 32. & 12.28.
& 17.15.18.

obſeruatione rerum, ex probabilibus coniecturis, futura præuidere, eſt etiam creaturis datum.

His igitur rationibus maligni Spiritus futura prædicere poſſunt: vt quæ alicubi ante à ſancto aliquo Propheta prædicta acceperunt, vel ea, quorum cauſas naturales paratas vident: vel quæ iam ſunt diſpoſita vt fiant: vel quæ ipſi facturi ſunt, Deo permittente: vel alijs facienda ſuggerere decreuerunt: vel quæ ex ſignis coniiciuntur, vel temerè præſumunt: ſed alias certò, aliàs probabiliter, vt plurimùm autem mendaciter & ambiguè: omnia autem ad ſeductionem hominum: proinde nunquam audiendi, quia licet interdum vera, Domino permittente, quò nos probet, an ſe timeamus, Deut. 13. 2. 3. ſemper tamen animo fallendi dicunt, vt homines à Deo abducant, & perdant[a].

a Marc. 1. 34. Act. 16. 18.

VIII. *Quid de Sibyllarum vaticinijs, & ſingularibus Balaami & Caiaphæ oraculis de Christo, & ſalutis humanæ miſteriis, Num. 24. 17. & Ioh. 11. 49. ſentiendum eſt?*

A Deo eſſe profecta, & ipſis vel non intelligentibus, vel aliud cogitantibus ſuggeſta[b], vt tum Gentes, tum Iudæi increduli, ſuorum etiam hominum teſtimoniis conuincerentur, & redderentur inexcuſabiles: ideóque vaticinia illa audienda, quia oraculis Prophetarum ſunt conſentanea.

b Num. 23. 5. & 24. 2.

IX. *Anne maligni Spiritus cogitationes cordium noſtrorum cognoſcere poſſunt.*

Non certò & per ſe, ſed multas per ſermones & geſtus, & externa ſigna, ex interna paſſione, & affectione, putà odio, ira, concupiſcentia impreſſa, ídque probabiliter tãtùm quibus attentè obſeruatis & cognitis, ad hæc vel illa perpetranda homines exſtimulant. Quòd autem Ambroſius ad Rom. 1. aſſerit Diabolum ſe noſtris cogitationibus admiſcere, Scholaſtici non abſolutè cócedunt. Rectè igitur Petrus, *Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus circuit, quærens quem deuoret.* 1. Pet. 5. 8.

X. *Quid-*

qua miris imposturis,coloribus, ſuperſtitionibúſque ſimulat ſe Angelum lucis à Deo miſſum è cœlo, ſuáque ideo audienda eſſe conſilia.

XIII. *An vera, i. quæ cum rebus ipſis conueniant, an verò duntaxat præſtigioſa, edere poſſunt miracula?*

Chriſtus Matt.24.24.*Surgent*, inquit *Pſeudochriſti*, *& dabunt* σημεῖα μεγάλα ϗ τέρατα. Itaque interdum quidem vera ſigna edunt,i.reuera talia qualia eſſe videntur[a];non propria ipſorum virtute,ſed adhibitis occultis cauſis naturalibus:ſed tamen mendacia,quia ad fallendum & ſtabiliendum mendacium comparata[b]: proinde nec miraculorum nomine verè digna, pleraque tamẽ meræ ſunt imposturæ & fraudes,quales Simonis illius magi,Act.8. 9.10.11.*Deus eſt enim qui facit mirabilia magna ſolus*[c], verè ſcilicet facta,verè mirabilia,quorum cauſa nemini mortalium perſpecta,& ſimpliciter præter naturam, & ſine mediis facta, & quæ à natura nullo modo fieri poſſunt: & in primis ad Dei gloriam, & hominum ſalutem promouendam deſtinata ſunt.

a *Exodi* 7. 12. & 8.7.
b *Deut.* 13. 1. 2. & 2. *Theſſ.*2.9.
c *Pſa.*72.18. & 136.4.

XIV. *Cur illa Deus permittit?*

1. 2.Theſſ.2.10.vt qui noluerunt ſuſcipere dilectionem veritatis,mendacio credant. 2. vt fides & patientia probetur Electorum,Deut.13.3.

XV. *Quæ ſunt Effecta & ſtudia malorum Angelorum?*

Quis ſingula poſſet enumerare?Hoſtis eſt Dei, Chriſti,& hominum & proinde Dei gloriam ſibi arrogat, ſiue per ſe[d],ſiue etiam per inſtrumenta ſua, puta Antichriſtum,& eiuſmodi homines,qui ſibi diuinos honores vendicant[e].

d *Matt.*4.9.
e 2. *Theſſ.* 2.4.

Author eſt peccati: nam ab ipſo exortum eſt, & ipſe nos quotidie ad peccandum ſollicitat, vt nos in æternæ mortis barathrum ſecum trahat[f]. In malis efficaciter operatur[g]:corrumpit verbum Dei[h]: Serit zizania in agro Domini[i]:excitat hæreſes: inſtigat homines ad multiplicem idolomaniam:aduerſus pios perſecutiones mouet.

f *Ioh.*8.44. *Heb.*2.14.
g *Eph.*2.2. 2.*Theſſ.*2.9.
h *Matt.*4.6.
i *Matt.*13. 25.

In Politiis,ſeditionibus & bellis omnia conturbat. In

Habet etiam poteſtatem in ſenſus externos, quos variis obiectis percellit vel organa ſenſuum, putà oculos lædit, & malè afficit corruptis internis humoribus, vt rectè & diſcernere non poſſint: vel medium aërem inter organa ſenſuum. & obiecta eorum inficit: vel aliud aliquod impedimentum inter oculos aut aures, & inter ipſa obiecta ponit.

Tum in animos, quando in iis prauas cogitationes excitat, per phantaſmatum in imaginatione commotioné, & humorum agitationem variam, quibus animi & corporis vires turbat & infirmat, ſicut accidit iis qui vel melancholia, vel phreneſi, vel mania laborant: & tum per obiecta, quæ opponit ſenſibus, cupiditatem incendit: tum per prauorum affectuum turbationem, ſolet voluntatem hominum flectere: quemadmodum affectum auaritiæ in Iuda mouit, vt Chriſtum proderet: & impleuit cor Ananiæ, vt mentiretur Sp. ſancto. Act. 5. 3.

Denique piorum ſenſibus multa poteſt obiicere,
a 2. Samuel. quibus ad varia ſolicitantur peccata, vt Dauidi contigit[c]:
11. 2. & illos externis impedimentis à bonis actionibus impedire,
vt Apoſtolus de ſe ait, Se impeditum fuiſſe à Satana,
b 1. Theſſ. 2. quò minùs inuiſerit Theſſalonicenſes[d]: & obiectis ter-
8. riculamentis concutere, vt à fide deſciſcant. Ideò Chriſtus ad Petrum, *Ecce Satan expetiuit vos, vt cribraret*, Luc. 22. 31. Poteſt etiam eorum corpora lædere, vt Paulus dicebat, ſe ab Angelo Satanæ colaphis cædi. 2. Cor. 12. 7.

XI. *An æqualis eſt potentia malorum Angelorum in Electos & Reprobos?*

Nó; ſed Deus permittit quidem eis electos ſuos exercendos ad tempus: at nunquam vincendos, quia promiſſio illa ſemen mulieris conteret caput Serpentis, Gen. 3. 15. ad Chriſtum, & omnia eius membra pertinet. At in Reprobos plus habent poteſtatis, vnde Apoſtolus Eph. 2. 2 dicit, Diabolum opus ſuum peragere in filiis contumacibus.

XII. *Qua ratione dicitur 2. Cor. 11. 14. Satan transfigurare ſe in Angelum lucis?*

Non quoad ſubſtantiam, ſed quoad ſimulationem,

XIX. *An-ne rectè ex Coloſſ.1.20. vbi dicitur, Deum per Chriſtum omnia ſibi reconciliare, tũ quæ in terra, tum quæ in cœlis, nonnulli colligũt diabolos & damnatos aliquando ſeruatum iri?*

Imò perperam: nam *Omnium* nomine, intelligendum eſt totum Eccleſiæ corpus, quod in duas veluti partes diuiditur, nempe in ea quæ ſunt in cœlis, per quæ ſimpliciter intelliguntur fideles ante Chriſti aduentum mortui: & in ea quæ ſunt in terris, per quæ intelliguntur, quos Chriſtus primo ſuo aduentu viuos deprehendit, vel qui ſunt eius aduentum conſequuti, vt & Epheſ.1.10.

XX. *Quis vſus doctrinæ de Dæmonibus?*

1. Vt confirmemur in fide de bonis Angelis, de Regno cœleſti, & beatis Spiritibus; quia contraria contrariorum cùm ſint conſequentia, ſi ſunt diaboli, ſi mali Angeli, certè & boni, & ſi eſt infernum, eſt & regnum cœlorum.

2. Vt tantò magis Deum offendere caueamus, quia, vt dicit Petrus.2.2.4. *Si Deus non pepercit peccantibus Angelis, ſed catenis constrictos in Tartarum deturbauit, certè idem nouit iniuſtos in diem iudicij ſeruare puniendos.*

3. Vt tantò magis vigilemus, atque in excubiis ſtemus adeôque tanquam pro aris & focis, ſpiritualibus armis, in primis autem precibus aſſiduis ad Chriſtum, pugnemus aduerſus tot hoſtes, & ſpirituales nequitias, induamúſque τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, i. vniuerſam armaturam illam ſpiritualem, quam præſcribit Apoſtolus, Eph.6.11.13.& 1.Pet.5.9.

XXI. *Quam conſolationem habemus in eiuſmodi pugna?*

Quòd Chriſtum non modò victorem & triumphatorem poteſtatum infernalium[a], & ducem, ſed etiam propugnatorẽ habeamus, ſub cuius vexillo fortiter dimicãtes victoriã cõſequemur. iuxta promiſſionẽ Gen.3.15. de Chriſto cõtrituro caput ſerpẽtis: & Rom.16.20. *Deus pacis conteret Satanã ſub pedibus veſtris citò*: & Ioh.16.11. *Princeps huius mundi, iam iudicatus eſt*: & conſolationem, Ioh.16.33. *Confidite, ego vici mundum*: & quòd cuſtodes &

[a] *Col.* 2.15.

Oeconomia, & priuatim ſingulos variis modis vexare, lædere, & perdere conatur: ad ſcelera & flagitia homines impellit.

Corporibus hominum, quãtum poteſt nocere ſtudet: Elementa inficit & perturbat in hominum perniciem: Animas variis modis in exitium pertrahit præcipuè verò hoc vltimo tempore, quo iudiciu inſtare nouit, atrocius quàm vnquam antea, mendaciis & cædibus graſſatur, & cœlum terræ miſcet.

XVI. *An aſſumunt interdum vera corpora?*

Aſſumunt interdum ficta, vt colligitur ex hiſtoria Pythoniſſæ excitantis ſpectrum pro vero Samuele[a].

Interdum etiam vera, vt colligi poteſt ex ſuperiore Tractatione de bonis Angelis: nam ſi boni Angeli interdum aſſumpſerunt vera corpora, non dubium eſt malos (permittente Deo) aſſumere etiam poſſe vera corpora, & in iis apparere, loqui hominibus, & edere actiones hominum actionibus ſimiles.

XVII. *An præter cruciatum illum interiorem animi, quo in æternum torquentur mali Spiritus, à corporeo illo igne gehennæ afficiuntur?*

Chriſtus Matth 25.41. apertè ait, ſe dicturum impiis, *Ite maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius*: ex quo concluditur, Angelos malos præter animi cruciatum quo ringuntur, etiam affici cruciatu ab illo igne infernali, tanquam illi alligatos, non ſecus ac anima alligata corpori patitur à corpore: illud autem miris, ſed tamen veris modis, vt inquit Auguſtinus, fieri exiſtimandum eſt.

XVIII. *In quos fines Deus Opt. Max. eos ordinauit?*

1 Vt per eorum tentationes pij in humilitate & patientia exerceantur, & ſic horum ſalus promoueatur[b],

2. Vt per eoſdem, ceu tortores, impios tam ſpiritualibus quàm corporalibus ſupplicius afficiat 1. in ſumma, vt eorum audacia Deus ad amplificandam ſuam gloriam vtatur.

XIX. *An-ne*

[a] 1. Sam. 28.12.

[b] 2. Cor. 12.

4. Quòd Deus ſe illi cõmunicare, & in illo acquieſcere vellet.

III. *Quis eſt Creator Hominis?*

Gen.1. 26. 27. Iehoua Elohim, Dominus Deus, id eſt, Pater, Filius, & Sp. Sanctus, qui immediatè, id eſt, ſine medio, ſiue cooperatione Angelorum hominem creauit ad imaginem ſuam.

IV. *Quotuplicem hominem creauit Deus?*

Duplicem: *maſculum & fœminam creauit eos*, ad propagandam ſui imaginem in mundo[a]. a Gen.1.27.

V. *An eodem modo vtrumque creauit?*

Non: priùs enim virum, deinde fœminam: præterea virum ex puluere, fœminam verò ex coſta viri, extruxit[b]. b Gen.2.7. 22.

VI. *Quare non creauit ſimul virum & mulierem ſicut Angelos?*

Vt, ſicut Deus vnum eſt principium Creationis rerum omnium: ſic homo vnum eſſet principium generationis omnium hominum, vt dum cognoſcerent ſe ab vno eſſe omnes, ſe quaſi vnum amarent, & communi quodã ſanguinis nexu inter ſe deuincirentur[c]. c Act. 17. 26.

VII. *Quare de latere viri, non de alia corporis parte formata eſt mulier?*

Quia viro nec domina, nec ancilla parabatur, ſed ſocia: nec de capite, nec de pedibus, ſed de latere fuit producenda, vt iuxta ſe pońedam cognoſceret, quam de ſuo latere ſumptam didiciſſet.

Denique, quia ſicut mulier de latere viri dormientis formata eſt: ſic Eccleſia ſanguine & aqua, quæ de latere Chriſti in cruce dormientis profluxerunt, redempta eſt[d]. d Ioh.19.34. Eph.5.25.26

VIII. *Quot partibus conſtat Homo?*

Duabus, Corpore, & Anima[e]. e 1.Theſſ.5. 23.

IX. *Vnde verò corpus deſumptum eſt?*

Ex luto ſeu limo terræ: vnde Adam ex Adamah, terra rubra dictus eſt, & homo ab humo. Ideò Paulus eundem ἐκ γῆς, χοϊκὸν, è terra terrenum vocat. 1. Cor.15.47. quem Tertull. 1. de Reſur. 1. Græcam vocem retinens propugnatores habemus Angelos bonos contra malos, iſtis ſuperiores.

XXII. *Quæ pugnant cum hac doctrina?*

1. Error Sadducæorum, qui ſtatuebant malignos Spiritus non eſſe vere ὑφιστάμενα, ſed malos affectus, & prauas cogitationes, quas ipſa noſtra caro nobis ingerat.

2. Manichæorum & Priſcillianiſtarum hæreſis, qui Diabolos tales, quales iam ſunt, creatos fuiſſe prædicarunt.

3. Error Origenis, qui exiſtimauit Diabolos aliquando redituros ad Dominum, & ſeruandos: contra Chriſti ſententiam, dicentis, Diabolos ituros in ignem æternū, Matth. 25. 41. quæ ex antedictis refutantur.

* * *

LOCVS VIII.

De Homine.

I. *Quid Hominis nomine intelligis?*

NOn corpus, aut animam ſeorſim, ſed ex vtroque anima rationali, & corpore, vinculo quodam amiciſſimo & arctiſſimo colligatis in vnam ὑπόστασιν compoſitum.

II. *Cur Deus vltimum ſuorum operum fecit Hominem?*

1. Vt, quoniam illum conditurus erat conſtantem corpore & anima, priusquam conderetur, præparata haberet omnia quæcunque ad vtriuſque, tum corporis, tum animæ felicitatem pertinent.

2. Vt rebus cōditis, ad Conditoris gloriam vteretur.

3. Vt totius mundi ſumma, in homine, veluti in parua mappa, deſcriberetur: & ſic eſſet Dei μικρόκοσμος, & quaſi compendium rerum antè creatarum.

4. Quòd

Tunc *Spiritum redire ad Deum, qui dedit illum.* Et Chriſtus in agone, Luc. 23. 46. ait, *Domine, commendo tibi Spiritum meum.* Et Stephanus Act. 7. 59. *Domine Ieſu ſuſcipe Spiritum meum.* Et Matth. 10. 28. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* Præterea Luc. 23. 43. latroni dixit Chriſtus, *Hodie mecum eris in Paradiſo:* non fuit autem corpore, animâ igitur.

Sed & anima ſubiectum eſt δεκτικὸν omnium virtutũ, vitiorum, ſcientiarum, artium: & ſublata anima, perit animatum corpus. Non eſt igitur Accidens, ſed Subſtantia, ab Eſſe corporis non dependens.

XVII. *Quomodo creata eſt Anima?*

Gen. 2. 7. Inſufflauit ſeu inſpirauit (quod humanitus dictum) Iehoua Elohim, Pater, Filius, & Sp. Sanctus, in nares eius ſpiraculum vitarum: ſicut Coloſſ. 1. 16. dicitur Deus per filium creaſſe omnia tam viſibilia, quàm inuiſibilia.

XVIII. *Qualis fuit ille ſtatus?*

Sunt qui nomine ſtatus intelligant nihil aliud quàm ipſiſſimum Dei mandatum, ac ſi diceret Moſes, Dei iuſſu inditam fuiſſe corpori animam.

Antiquiſſimi Patres, Iuſtinus, Irenæus, & Tertullianus, exiſtimant Filium Dei iam tunc ſpecie humani corporis ſibi ſumpta ad tempus, (in qua poſtea Patribus apparuit, in præludiũ illius, quod poſtea vere & realiter præſtitit) manibus accepiſſe lutũ, ex eóque corpus Adami formaſſe, ad exemplar corporeæ illius formæ, quam geſtabat, & inſufflando in nares Adami, animam ipſi indidiſſe: poſtea ſumpſiſſe vnam ex coſtis Adæ, & ex ea Euam exædificaſſe. Quæ Patrum ſententia nihil habere videtur contrarium analogiæ fidei: nam Chriſtus in Euangelio ſimilibus actionibus, (vti cùm ex ſuo ſputo lutum fecit, quo cæcum illuminauit, Ioh. 9. 6. Et inſufflando in Apoſtolos Sp. Sanctum illis dedit) ſignificauit ſe illum ipſum eſſe, qui ex luto Adamum formauerat, & ſpiritum vitalem ipſi inſpirauerat. Itaque ſtatus ille (de quo Moſes) fuit creatus, non autem Deitatis ipſius aut Spiritus Dei, ſed anima aſpirans & viuens, vel fuit viſibile ſignum inuiſibilis rei, i. animæ, quam Filius Dei creabat, & indebat Adami corpori, ſicut ſtatus ille Chriſti, quo limaceum interpretatur. Græcis à forma dicitur ἄνθρωπος, quaſi ἄνω τὴν ὄπα ἔχων, vel ἄνω θεωρῶν, vel παρὰ τὸ ἄνω ἀθρεῖν, quod eſt ſurſum aſpicere; ſecundùm ſcita illa Pauli verba, Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε οὗ ὁ Χριστὸς ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καθήμενος, τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, Coloſ. 3. 1. 2. Quam etiam etymologiam eleganter expreſſit Ouidius, lib. 1. Metamorph.

Pronáque cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cælúmque videre
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

X. *Annon corpus Adami ex quatuor elementis formatum fuit?*

Quatuor humores, quibus conſtabat eius corpus, hoc euincunt.

XI. *Cur igitur Moſes terræ tantùm meminit?*

Quia à parte prædominante ſit denominatio.

XII. *Quid autem docet corpus è luto formatum?*

Admonet nos originis noſtræ; Nos videlicet eſſe è terra, ſicut reliqua animantia, ac proinde ne inſoleſcamus, cùm eôdem ſimus rediturі [a].

XIII. *Quæ eſt eſſentialis forma Hominis?*

Anima.

XIV. *Vnde dicitur Anima?*

Ab ἀνέμῳ, vento, ſeu flatu: Græcis Ψυχὴ, à refrigeratione, quod reſpirando ſerret vitam corporis.

XV. *Eſt-ne ergo Anima ventus quidam aut flatus.*

Non, ſed eſt incorporea, immaterialis, eóque vere ſpiritus, ſeu ſpiritualis eſſentia, quæ etiam à corpore ſeparata ſubſiſtit. ſic dicta, quòd ventum & aërem trahentes viuamus.

XVI. *Vnde probas Animam, ſpiritualem eſſe ſubſtantiam.*

Gen. 2. 7. dicitur Deus *in nares hominis inſufflaſſe flatum vitæ*, Eccleſiaſtæ 12. 9. Solomon loquens de morte, dicit, Tunc

[a] Gen 3. 19.

1. Vt indicaret imbecillitatem vitæ noſtræ, quippe quæ è naribus quaſi pendet, iuxta illud Eſa. 2. 22. Deſinite vobis timere ab homine, cuius anima in naribus eius eſt.

2. Vt eo ipſo teſtaretur animam non eſſe conditam ex Subſtantia corporis, ſed de foris venire: vt recte concludit Ariſtoteles, De gener. Animal. lib. 2. cap. 3. τὸν νοῦν θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον, non quòd foris creetur [a], ſed quòd ex Subſtantia corporis non fluat. a Zach. 12. 1.

XXIII. *Quid inſpirauit.*

Animam totam conſtantem eſſentialibus ſuis facultatibus, Vegetatiua, Senſitiua, & Intellectiua: cùm Moſes non ſpiracula vitæ, ſed *ſpiraculum vitarum* dixerit [b]. Quòd enim dicitur 1. Theſſal. 5. 23. in corpore eſſe Spiritum & Animam, vel explicationis gratia dicitur, vt vult Auguſtinus: vel ſic diſtinguit eſſentiales facultates animę, in Superiorem, & inferiorem Apoſtolus, nomine Spiritus, Mentem; Animæ, Senſitiuam, & Vegetatiuam, facultatem intelligens. b Gen. 2. 7.

XXIV. *An-ne vna vel plures in vno eodémque homine animæ ſunt?*

Vna tantùm, Q. 1. quia plures & diuerſæ potentiæ non efficiunt plures, & diuerſas formas ſubſtantiales.

2. Vnius hominis non poteſt eſſe niſi vna eſſentialis forma, ſeu ἐντελέχεια.

3. Vnicum ſpiraculum inſufflauit Deus in Adamum [c]. c Gen. 2. 7.

4. Nunquam in Scripturis dantur vni homini plures animæ: ſemper autem vna duntaxat [d], etſi in vno homine plures vnius animæ ſunt facultates, quæ ſimul in ea inſunt, vt tres monades in numero ternario, qui vnus eſt, & quarum aliæ priùs, aliæ poſteriùs tẽpore ſeſe exerunt, prout huius quàm illius facultatis organa in corpore priùs apta, robuſta & vegeta ſunt: vel priùs formātur, & naſcuntur. d Matth. 26. 38. Act. 7. 59. Act. 20. 10.

XXV. *Quid eſt Hominis Anima?*

Eſt ſubſtantia ſpiritualis in corpore humano à Deo ex nihilo creata, ipſique ad efficiendum vnum ὑφιστάμενον, ſeu perſonam vnam, vnita, non modò vt animet ipſum ſflauit ſuos Diſcipulos, non fuit ipſe Spiritus ſanctus, ſed Sp. Sancti viſibile ſymbolum.

XIX. *Vnde igitur anima creata eſt?*

Non de Deo, vt volebant Manichæi (quod enim de ipſo eſt, id eſt quod ipſe, nec is alius eſt quam Filius, & Spiritus Sanctus,) ſed à Deo: non ex cœleſtibus corporibus, non ex elementis, igne aut aëre, non ex craſi & compoſitione humorum corporis: non temere ex atomis facta (*his enim*, inquit Cicero, Tuſcul. quæſt. lib 1. *nihil ineſt quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat, quod & præterita teneat, & futura prævideat, & complecti poßit præſentia, quæ ſola divina ſunt:*) ſed planè de nihilo creata, ſicut quoque de nihilo creatur in ſingulis hominib [a] Vnde Deus, *Pater* ſpirituum appellatur Heb. 12. 9. Verè quidem ex Arato Paulus, nos dicit eſſe Dei progeniem, Act. 17. 28. ſed qualitate, non ſubſtantia, quatenus ſcilicet divinis dotibus ornati ſumus. quo modo Phariſæi diquntur progenies viperarum. Matth. 3. 7. & 12. 34.

[a] Zach. 12. 1.

XX. *Non ſentis igitur animam divinitus inſpiratam particulam eſſe eſſentiæ divinæ?*

Non ſentio: Sequeretur enim Eſſentiam Deitatis dividuam eſſe: tum Divinam eſſentiam aliqua ſui particula mutabilem & peccato obnoxiam eſſe, inferníque pœnis obnoxiam. Quæ vel cogitare de divina eſſentia abſurdũ & blaſphemium eſt: illud verò Arati. *Ipſius* (Dei) *genus ſumus*, quod probat Paulus Act. 17. 28. Cauſæ efficientis & donorum excellentium reſpectu dictum eſt.

XXI. *Cur in faciem hominis potiùs, quàm in aliam partem, ſpiraculum vitæ inſpiravit?*

Quia hęc pars organis ſenſuum maxime inſtructa eſt, ad functiones animæ peragendas, & ad ſuperiora intuenda, magis accommodata.

XXII. *Cur in nares potiùs inſufflavit, quàm in aures, aut in os, aut in oculos?*

1. Vt doceret Deus ſe vnicum Creationis & reſpirationis noſtræ authorem eſſe.

2. Vt

δὲς, ϗ ἐπιθυμητικὸν: Vel ſecundũ Ariſtotelẽ, λογιστικὸν ſeu διανοητικὸν, αἰσθητικὸν, ϗ θρεπτικόν. Idem enim Ariſtoteles dicit, Animam eſſe principium illud, nempe intrinſecum & formale, quo viuimus, ſentimus, & intelligimus primò.

Sed doctrinæ Chriſtianæ magis conuenit illa diſtinctio, qua anima diſtinguitur in intellectum, qui & Mens dicitur, & Voluntatem: ſiue vt Scriptura interdum loquitur, Spiritum & animam, ſtrictiore ſignificatione acceptam[a]. a 1. Theſſ. 5. 23. Heb. 4. 12.

XXX. *Quid eſt Intellectus?*

Eſt facultas illa, qua obiecta, vel approbanda, vel improbanda diſcernimus. Eſtque duplex intellectus, *Practicus*, quo diſcernimus bonum à malo, æquũ ab iniquo. & *Theoreticus*, quo verum à falſo diſtinguimus ex boni & veri notionibus mentibus noſtris à Deo inditis[b]. b Rom. 1. 32. & 2. 14.

XXXI. *Voluntas verò quid?*

Facultas animæ, qua obiecta vel eligimus, vel repudiamus, prout ea bona vel mala eſſe Intellectus iudicat: quæ ſi rationis præſcriptũ ſequitur, προαίρεσις ſiue θέλησις ſpecialiter: ſin minùs & falſa quadam boni ſpecie mouetur, tum πάθος, animi perturbatio, ſiue affectus, tum ἐπιθυμία, id eſt concupiſcentia dicitur.

XXXII. *An omnes animæ hominum ſimul à Deo creatæ ſunt, ſicut Angeli?*

Origenes & alij Patres id, & conditas quaſi in Dei theſauro contineri, exiſtimarunt: ſed contrarium euincitur ex Scripturis. Nam Gen. 2. de vna anima loquutus eſt Moſes, Deinde animas ſucceſſiuè in ſingulorum corporibus creari docet Dauid, Pſal. 33. 35. *Qui fingit ſigillatim corda*, i. animas eorum. Et Zachariæ 12. *Qui fingit hominis Spiritum in medio eius*. Rom. 9. 11. ſcribit Apoſtolus de Iacobo & Eſau, *quod antequam nati eſſent, nihil boni & mali fecerint*: Si nihil boni & mali fecerunt, tum ſequitur eorum animas, iam inde ab initio non fuiſſe creatas: abſurdum enim eſſet tanto tempore eas nihil prorſus feciſſe.

corpus,& organa reddat apta ad certas functiones & actiones,ſed etiam vt principatum obtineat & in regenda totius hominis vita, hominémque ipſum ad Dei conditoris notitiam & cultum excitet: ſeparata autem à corpore,non intereat,ſed immortalis exiſtat.

XXVI. *Quando infunditur atque aduenit Anima in corpus?*

Quando corpus in vtero matris ad talem animã ſuſcipiendam iam radicaliter organizatum eſt & diſpoſitũ, vt in primę animę creatione apparet, quę cæterarum omnium typus eſt [a].

a *Gen.* 2. 7. *Ecc.*12.9.

XXVII. *Quæ eſt propria Sedes animæ humanæ in corpore?*

Cor in primis, quia cor ex viſceribus & membris in homine eſt primum viuens,& vltimum moriens:& paſſim in Scripturis potiſſimæ actiones animæ, cordi tribuuntur [b].

b *Matth.*15. 18.19. *Rom.* 2. 15. & *cap.* 10. 10. 1.*Pet.*3.4.

XXVIII. *Anne anima eſt tota in toto corpore,& in qualibet parte corporis tota.*

Sic quidem Auguſtinus.& poſt ipſum nõnulli ſentiũt, vt lux eſt in aëre,quòd in toto.primò,& per ſe, in partibus autem ſecũdariò inſit:& quòd non ſolùm totius corporis.ſed & ſingularum partium eſt ἐντελέχεια, forma, actus,& perfectio:& denique quòd ſit incorporea, & non loco circunſcripta,& indiuiſibilis.

Alij verò,quòd In vno corporis membro duntaxat & loco, veluti in ſua Regia Rex quidam ſedens, virtutem ſuam diffundat per vniuerſum corpus, & in variis illius partibus,varias actiones obeat pro inſtrumentorum (quibus ad eas actiones opus eſt) in iis partibus collocatorũ diuerſitate. Sic,ratiocinatur in capite,vult in corde,concoquit in ventriculo,videt in oculis[c]. Cui ſententiæ nos quoque ſubſcribimus. De qua tamen modeſtis ingeniis licet ἐπέχειν,donec confirmentur.

c 1.*Cor.*12.17

XXIX. *Quot ſunt autem animæ partes ſiue facultates.*

Tres eſſentiales ſecundum Platonem, ἡγεμονικὴ θυμοειδὴς infundi, vt loquitur Auguſtinus.

Nec propterea hominis generatio reliquorum animantium generationibus imperfectior; ſed creatio nobilior. Nec quicquam de veritate, & potentia creatoris minuitur: nec Deus author peccati, ſtatuitur. Nec denique ſana doctrina de peccato originis euertitur.

XXXIV. *Atqui hinc ſequetur Deum non quieuiſſe ab omnibus operibus ſuis, Geneſ. 2.2.*

Reſpondeo ex Auguſtino, Ab operibus noui generis, non ab operibus eiuſdem ſpeciei Deus quieuit[a]. a Ioh. 5.17.

XXXV. *Qua igitur ratione Peccatum Originis tranſmittitur in poſteros?*

Non ratione animæ, nec ratione corporis, ſed ratione propagationis ab vno Adamo. Nam quod totum genus humanum ab Adamo corruptum eſt, non tam ex genitura prouenit, (niſi quoad modum, id eſt quatenus homo peccator hominem peccatorem producit) quàm ex iuſta Dei vindicta: qui ſicut omnes homines in vno, tanquam radice & capite humani generis, iuſtitia originali ornauerat: ſic poſtquam peccauit Adam, in eodem omnes meritò donis ſuis ſpoliauit. Caluin. Inſtit. lib. 2. cap. 1. ſect. 7. *Neque in ſubſtantia carnis aut animæ cauſam habet contagio: ſed quia à Deo ita fuit ordinatum, vt quæ primo homini data contulerat, ille tam ſibi quàm ſuis haberet, ſimul & perderet.*

Deinde animæ, in corruptis peccato corporibus inficiuntur, non quidem per contractum phyſicum, (quemadmodum vinum in vas acetoſum coniectum) ſed ex iuſtiſſima Dei ordinatione. Nam quamprimum anima per ſe munda, vnitur corpori in peccatis concepto[b], b Pſal. 51.7. imputatur homini tanquam ſua inobedientia illa primi parentis. vnde Apoſtolus dicit, nos omnes in Adamo, tanquam in radice peccaſſe, i. reos factos eſſe, in ipſius videlicet lumbis incluſos, Rom. 5.12. Quo modo etiam Leui dicitur, antequam eſſet in rerum natura, decimatus in Abrahamo, Heb. 7.9.10. Imputatam autem illam inobedientiam Adami, ſtatim ex iuſta Dei

XXXIII. *Vtrum anima Euæ ex Adamo condita fuit, nécne? & An animæ vna ex alia per traducem (vt loquuntur) deriuantur, an verò nouæ ſemper creantur à Deo?*

Nonnulli Patres ſenſerunt, ſicut lumen de lumine accenditur, ſic totum hominem ex toto homine deriuari, corpus ex corpore, animam ex anima, & ſuis deinde corporibus infundi. Sed creatio primæ animæ, (ὡς ἐν τύπῳ) docet quænam ſit omnium animarum origo.

Deinde Adam de Eua dixit, Gen. 2. 23. *Hæc os ex oßibus meis, & caro de carne mea eſt*: non autem anima de anima mea, quod dixiſſet, ſi ex eius anima, anima Euæ deſumpta fuiſſet.

Præterea clarum eſt teſtimonium Zachariæ 12. 1. *Qui fingit aut format Spiritum hominis in medio eius.* Et Eccleſiaſtæ 12. *Spiritus redit ad Deum, qui dedit eum.* quia ſicut leo leonem, ſic vi & efficacia benedictionis diuinæ homo generat hominem, qui non tantum corpore ſed anima conſtat. 2. quia Deus nouam animam creaſſe & inſpiraſſe non legitur. 3. quia anima primaria peccati ſedes eſt in quo à matre ſe conceptũ Dauid confitetur Pſal. 51. 7. 4. quia in primo conceptu anima poteſtate ineſt, quæ ſecundum inditam ſemini humano prolificam vim in actum deducitur. Petrus quoque iubet vt *fideli conditori animas noſtras commendemus*, 1. Pet. 4 19.

Antitheſis etiã idem omnino poſcere videtur, Heb. 12. 9. vbi πατέρες τῆς σαρκὸς ἡμῶν, opponuntur πατὴρ τῶν πνευμάτων, quòd in creandis animalibus non adhibeat hominũ operam. Quò pertinet illud Eſaiæ 57. 16. vbi expreſſe Deus animas feciſſe dicitur, immediate ſcilicet, nó per traducem ex homine.

Idem teſtatur animæ natura, quæ eſt ſimpliciſſima, & proinde indiuiſibilis Cùm autem ad traductionem requiratur deciſio apparet eam ex traduce non oriri.

Sed nec ſubſtantiæ ſpirituales tranſmutari inter ſe nec propagari poſſunt: ideo vt Angelus non producit alium Angelum: ſic nec anima, quæ eſt eiuſdem generis & naturæ, animam producit.

Quare relinquitur eam infundendo creari, & creando infundi, illius ſunt capaces: ſeu, quòd illi nō ſunt formæ alicuius corporis: hæ autem ſunt.

XXXVIII. *In quem finem homo conditus eſt?*

Ad Dei notitiam: deinde cultum, tam ſpiritualem & internum, quàm corporalem & externum in terris: gloriam denique. Vnde ſequatur hominis totius fœlicitas & beatitudo in cœlis. Hinc Chriſtus. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Iohan. 17. 3.

XXXIX. *Quis vſus huius loci de Homine?*

Vt admirandam Dei potentiam & benignitatem quā in ipſo ortu noſtro declarat, agnoſcamus & grati prædicemus. 2. vt ſoletur nos in omnibus vitæ periculis Dauidis illud Pſal, 22. 10. Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre: Spes meæ ab vberibus matris meæ, inde projectus ſum ex vtero: de ventre matris meæ, Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me

XL. *Quis vſus peculiaris doctrinæ de Animæ immortalitate?*

1. Vt Deo creatori pro tanto munere perpetuas & immortales gratias agamus: 2. vt nō brutorū inſtar ad res caducas nos abiiciamus: ſed ea meditemur, quæ ad animæ noſtræ æternam fœlicitatem accommodata ſunt.

XLI. *Quæ ſunt Pugnantia cum doctrina, de creatione hominis?*

1. Error Rabbinorum, qui exiſtimarunt in creatione hominis Angelos Deo fuiſſe συνεργοὺς.

2. Ariſtotelis, qui ſicut mundum, ſic etiam homines carere principio voluit. Tum poëtarum fabulæ.

3. Epicureorum & Sadducæorum falſæ opiniones, qui irrident animarum immortalitatem. Eſa. 22. 13. 1. Cor. 15. 32.

4. Manichæorum, Priſcillianiſtarum, Platonicorum, qui animam eſſe ex Subſtantia Dei ſtatuerunt.

5. Pythagoreorum, qui ex corporibus in corpora migrare cenſuerunt. tum Ægyptiorum qui certum

ordinatione, conſequitur in anima etiam contagium, ſiue corruptio, & ad malum propenſio, tanquam pœna illius primi peccati, quæ pœna & ipſa peccatum eſt: ſicut obedientia Chriſti nobis imputata propriè eſt noſtra iuſtitia, qua iuſtificamur: Regeneratio autem huius iuſtitiæ conſequens eſt. ſic iam inde ab origine prima ingenitus eſt, & propagatur peccandi habitus & radix.

XXXVI. *Vnde probatur Animæ immortalitas?*

Variis Scripturæ teſtimoniis[a]. Deinde argumentis ſumptis 1. ex creationis forma: nam anima hominis inſpiratione Dei creata, & hinc diuina & immortalis eſt, tum et ipſa animæ indita Dei cognitione, quia euanidus vigor non poſſet ad immortalitatem & vitæ fontem aſſurgere, terrent & corporalia omnia tranſcendere, adeóque res cœleſtes, diuinas & æternas admirãdo acumine ſcrutari.

2. Ex conſcientiæ teſtimonio, quæ ex reatu peccatorum horribiles terrores concipit. niſi hominum animæ poſt mortem ſuperſtites eſſent nihil cauſæ haberent, maleconſcii homines, cur de futuris pœnis tantillum formidarent.

3. Ex effectis, ſeu præclaris animæ dotibus, quibus pollet, vt quod cælos perluſtrat, & vim ſuam exerit variis & mirandis rebus excogitandis.

4. Ex ipſius natura, non tantùm quòd in eſſentia ſua ſimplex ſit, & contrarietatis, ac omnium accidentium corporeorum expers, ſed quia Dei imago eſt, Gen. 1. 26. 27. Nihil autem mortale, Dei immortalis imago eſſe poteſt.

Sed & cibus animæ humanæ eſt immortalis[b].

Et ni anima immortalis ſit, vana eſt fides noſtra, omniſque religio, 1. Cor. 15. 14. Pii miſerrimi: impii felices & beati beſtiæ hominibus feliciores: Deus nulla iuſti aut iniuſti cura tangitur.

Accedit denique communis omnium Gentium conſenſus.

XXXVII. *Quid differunt Anima ab Angelis?*

Non quoad eſſentiam, ſed quòd Angeli non habeant corpoream copulam: animæ autem humanæ copulæ

illius

[a] Pſal. 49. 16. Eccleſiaſtici 12. 9. Matth. 10. 28. & 22. 32. Philipp. 1. 23. 1. Pet. 3. 19. Apoc. 6. 9. & 7. 9.

[b] Ioh. 6. 51. 1. Pet. 1. 23.

quia Dei imago eſt,& Col.3.10.

IV. *An homo ſolus eſt Dei imago, aut ad Dei imaginem factus?*

1. Chriſtus, naturalis eſt, vera, & perfectiſſima Dei Patris Imago[a], tum quâ Filius eſt æternus: eſt enim è Patris ſubſtantia genitus, nó factus: ideo character perſonæ eius vocatur, Heb.1.3. tum etiam quâ manifeſtatus eſt in carne, quia tota Patris indoles, perfectio, & quaſi facies in Filio viſibili per carnem facto conſpicitur[b]. Quinimo ne nuda Dei ſpeculatione abſorbeamur, Filius carne indutus nobis eſt ſpeculi inſtar, in quo Pater nobis ſuam illam infinitam, & omnipotentem maieſtatem, bonitatem, ſapientiam veritatem, iuſtitiam contemplandam & ſpectãdam præbet. Ideo, qui videt me (dicebat Chriſtus) videt Patrem meum, Ioh.12.45.& 14.9.

2. Angeli quoque ad imaginem Dei cõditi ſunt, quia & ipſi Filij Dei vocantur[c], & ſpirituales, immortales, & iuſti creati ſunt. Et Chriſtus aperte docet futuros nos vere beatos, eóque ipſo Deo ſimiles, cũ effecti fuerimus in cœlo ſicut Angeli Dei, Matth.22.30.

3. Vocatur homo, Dei imago, 1.Cor.11.7.& dicitur factus ad imaginem Dei, non ſolus Adam, ſed etiam Eua, Gen.1.26.[d] Sed vtraque hæc poſterior Imago Dei in Angelis & Hominibus gratuita eſt.

V. *Cur Homo Imago Dei dicitur?*

Propter veram ſimilitudinem, quam habet cum Deo.

VI. *Cur ad Imaginem?*

Propter imperfectionem huius ſimilitudinis, quia perfectè non repræſentabat Deum, ſicut Chriſtus perfectè repræſentat Patrem.

VII. *An totus Adam tam anima, quàm corpore ad Imaginem Dei factus eſt?*

Eſt, ὅλως videlicet, non κατὰ μέρη conſideratus: nam apud Moſem Deus de toto homine loquitur, cum ait, Gen.1.26. *Faciamus hominem* (non animam, aut corpus hominis) *ad imaginem noſtram.* Quod patet ex contrario Imaginis Dei, quod peccatum eſt: nam non reſidet duntaxat in Anima, ſed etiam in corpore[e], Et pro-

[a] 2.Cor.4.4. Col.1.15.

[b] 1.Tim.3.16.

[c] Iobi 1.6. & 2.1.

[d] Col.3.10.

[e] Rom.6.12.

numerum animarum ſtatuerunt eaſque priore interempto, in alia tranſire corpora exiſtimarunt.

6. Themiſtij item & Auerrois, qui vnam omnium hominum animam eſſe, ſomniarunt.

7. Inſania multorum qui rebus terrenis impliciti, æternam eiuſdem fœlicitatem & ſalutẽ negligunt. Matt. 16.26.

LOCVS IX.

De imagine Dei in Homine.

I. *Quid eſt imago?*

Est alicuius rei expreſſio ſiue repræſentatio, idque tum in anima hominis, videlicet in mẽte, ſeu facultate cognoſcente, & dicitur Idea Philoſophis, forma videlicet animo concepta: tũ extra animã, & eſt ſimilitudo & cõformatio, vel realis ſubſtantiæ & qualitatũ ſimul, vt cùm dicitur Adamus homines genuiſſe ad imaginẽ ſuã, Gen. 5.3. accidentiũ quorundã tantũ, vt Luc. 20.24. Denarius habet Cæſaris imaginem: vel eſt inanis quædam adumbratio & figura.

II. *Quid differunt Imago & Similitudo?*

Similitudo latiùs patet quàm Imago: nam vbi eſt imago, ibi etiam eſt ſimilitudo, ſed non contrà. Ouum enim ouo dicitur ſimile, & tamen ouum oui non eſt imago. In hac tamen diſputatione, de imagine Dei in homine, ſimilitudinis vox, expoſitionis loco addita eſt ad imaginis vocem, vt Philipp. 2.7.

III. *Eſt-ne conditus Homo ad imaginem Dei?*

Eſt: nam Gen. 1.27. *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam:* & Paulus ait 1. Cor. 11.7. *Vir non debet velare caput,*

quia

Deinde quia in voluntate perfecta iuſtitia,& ſanctitate Deus hominem ornauerat, qua Dei iuſtitiam & ſanctitatem,quaſi in ſpeculo repręſentabat, & imitabatur: viribus etiam eum inſtruxerat ad omne bonum idoneis corpore denique promptiſſimè & ſine vlla defatigatione ad animæ ipſum mouenti obediendum pulcherrimè aptato[a]. Vnde Paulus Eph.4.24. *Induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.*

Et ad Coloſſ.3.9. qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius,qui creauit,&c.

XI. *Cur ratione dignitatis & dominij dicitur homo ad imaginem Dei conditus?*

Quia dominatione,quam habuit in omnia animalia, omnéſque huiuſce terræ Creaturas, Deū ipſum omniū rerum Dominum repæſentabat in terris. Dicit enim, *Dominamini*(Vir ſcilicet & Mulier) *in piſces maris, & volatilia cœli, in pecudes, & in vniuerſam terram,* Gen.1.26. Et Pſal.8.7. *Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* Quò ſpectat quòd pro imperio ſuo Adam initiò ad ſe omnia animalia vocauit, cuius etiam illa vocationi paruerunt, Gen.2.19.20. Et hæc imago ad Externam Dei ordinationem pertinet: vnde etiam 1.Cor.11.7. propter imperium in vxorem,& totam familiam, *Vir* dicitur *Imago Dei*. In eminentia enim, qua vir mulierem antecellit, gloria & imago Dei quodãmodo conſpicitur, ſicut in omni principatu[b]. & ad hanc imaginem non eſt cōdita mulier, ſed eſt viro peculiaris, quæ ex ipſo Creationis, tum ordine, tū fine elicitur: mulier enim ex viro creata eſt, & viri ipſius cauſa, non contrà, 1.Cor.11.8.9.

XII. *An omnes illas imaginis Dei partes ſeu gradus Adam per peccatum amiſit?*

Extremæ duæ partes quoad tenues quaſdam vmbras remanſerunt in homine[c]: & feræ belluæ patiuntur ſe domari, & cicurari, vt homini obtemperent, aut ſaltē eum non lædant. Media etiam quoad intelligentiam & volūtatem aliquam, reſidua eſt, alioquin iam non homines, ſed bruta animalia prorſus eſſemus: ſed quoad veram

[a] Gen. 1.31. & Eccleſiaſtici 7.30.

[b] Pſal. 82.6.

[c] 1.Cor.11.7.

inde Imago Dei fuit, non in ſola anima, aut in ſolo corpore, ſed in toto homine.

Docet idem renouatio iſtius Imaginis in Homine, quæ nihil aliud eſt quàm Sanctificatio. Atqui non ſanctificatur duntaxat anima, ſed etiam corpus[a].

a Rom.12.1. 1.Theſſ.5.23.

Adhæc Deus vetans hominem occidere, Gen. 9.6. rationem adfert, *Quia Imago Dei eſt*, & proinde Imago Dei de toto homine intelligenda eſt: quæ tamen Imago Dei, primùm maximè & præcipuè in anima lucebat, ſed ita vt illius Imaginis etiam ſcintillæ in corpore emicarent.

VIII. *Quid fuit Imago Dei in Homine, & quot eius partes?*

Imago Dei conſideratur in homine. 1. Ratione ſubſtantiæ hominis, & præcipuè animæ.

2. Ratione donorum, ſeu qualitatum, ab eius tamen eſſentia diuerſarum.

3. Ratione attributorum ſeu dignitatis, ὑπεροχῆς, dominij, & eminentiæ ſuper reliquas Creaturas.

IX. *Cur ratione ſubſtantiæ homo Imago dicitur?*

1. Quia anima indita homini à Deo, natura ſpiritualis, intelligibilis, incorporea, immortalis, inuiſibilis eſſentia eſt, quæ pro ſuo modulo Dei naturam refert[b].

b Sapientia 2.23. Eccleſ.17.29

2. Vnica anima in homine exiſtens pluribus facultatibus prædita, vt memoria, cogitatione, voluntate, ſymbolum eſt, (vt vult Auguſtinus) vnitatem eſſentiæ diuinæ, & pluralitatem perſonarum oſtendens.

X. *Cur ratione donorum?*

Quia Deus initiò in hominis mente facem ſapientiæ cœleſtis accenderat[c], qua Deum, ipſiúſque voluntatem ſibi patefactam, adeóque Dei opera omnia, rerúmque omnium naturas, & proprietates rectè cognoſcebat; vt vel ex eo colligitur, quòd cùm Adam ex ſomno eſſet expergefactus, agnouit Euã, vnde eſſet educta, dicens, Hæc eſt os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea, Gen. 2.23. Et omnibus animalibus nomina impoſuit ſecundùm ipſorum naturam, verſ.19.

c Col.3.10.

Deinde

4. Vt homines ad eandem Dei imaginem códiti, nó modò Deum, ſed etiam ſe inuicem amare, atque obſerre, cùm in hac vita, tum in altera poſſent.

5. Vt reprobi, quippe ad imaginem Dei conditi, ſint inexcuſabiles.

XV. *Quæ pugnant cum hac Doctrina?*

1. Hæreſis Manichæorum, & Anthropomorphitarũ, qui Deum corporeum fingebant, qui ad corporis ſui imaginem & ſimilitudinem, corpus Adami formaſſet. tum eorum craſſa opinio qui externam hominis formam, Dei imaginem fuiſſe opinati ſunt.

2. Delirium Oſiandri, qui ad corporis à Chriſto aſſumendi ideam, hominis corpus formatum eſſe docuit.

3. Et Flacci Illyrici, qui Imaginem Dei, i. ſanctitatẽ & iuſtitiam, de eſſentia ipſius animæ eſſe dixit.

4. Scholaſticorum error qui imaginem Dei, acceſſorium quendam & externum tantùm ornatum fuiſſe tradiderunt.

LOCVS X.

De Iuſtitia Originali.

I. *Quæ Doctrina cognata eſt Superiori, de Imagine Dei?*

DOCTRINA de Iuſtitia Originali, ſeu prima naturæ noſtrę integritate.

II. *An primus homo in Iuſtitia Originali conditus à Deo fuit?*

Fuit: quod probatur ex illa ſuperiore doctrina. Nam Gen. 1. 27. *Fecit* (inquit Moſes) *hominem ad imaginem ſuam, maſculum & fœminam fecit eos.* Diximus autem potiſſimam partem illius imaginis, fuiſſe expreſſionem

Dei notitiam, iuſtitiam, & ſanctitatem, prorſus inducta eſt per peccatum, ſed in dies in regeneratis per Chriſtum reparatur[a].

Summus autem & perfectus gradus erit, cùm in futura gloria reparatori Chriſto plenè conformabimur.

XIII. *Quomodo imago Dei lucet in Hominis corpore?*

1. Non quâ ſimpliciter corpus eſt, & figura tali præditum, ſed quatenus corpus cum anima rationali coniũctum partem gerit Imaginis Dei, & quodammodo totũ mundum in ſe continet: vnde etiam Homo dicitur *μικρόκοσμος*, in quo conditor & archetypus totius mundi reſplendet.

2. Quia multiplicia membra corporis, oculi, aures, os, lingua, manus, ſpiritualia Dei membra, i. ſpirituales eius perfectiones, ſapientiam, potentiam, & cætera Dei attributa referunt, non ſecus ac ad Heb. 8.5.9. & 10.1. Tabernaculum, arca fœderis, menſa, vaſa, victimæ erant imagines rerum cœleſtium & ſpiritualium.

3. Quia dotes animæ corpus ipſum illuſtrabant, ſicut lux candelæ corium laternæ illuſtrat, iuſtitiáque ipſa & Sanctitas ad corpus ipſum, & membra corporis redũdabat, adeóque dignitatem illam & eminentiam in omnes res inferiores, homo per corpus exercebat, & in vultu maieſtatem quãdam imperatoriam gerebat; vnde à beſtiis pro Domino agnoſcebatur, Gen. 2. 20.

XIV. *In quos fines hominem creauit Deus ad imaginem ſuam?*

1. Vt Deus cùm in ſe & ſua natura inuiſibilis ſit, ſuam Eſſentiam & Naturam quodammodo viſibilem in homine (tanquam in ſpeculo) redderet: & hac ratione ſe agnoſcendum homini exhiberet. Nam proprius finis & vſus imaginis eſt, vt is cuius imago eſt, per eam agnoſcatur.

2. Vt Deus ſic agnitus ab homine, ab eodem amaretur, coleretur, & glorificaretur: Omne enim ſimile, amat ſuum ſimile.

3. Vt Deus ipſe viciſſim hominem tanquam ſibi ſimilem ſibi vniret ad beatitudinem æternam.

4. Vt

[a] 2. Cor. 3. 18.

ctus) & quidem ſeparabilem: vt poſtea lapſu hominis comprobatum eſt.

V. *Quid fuit igitur Iuſtitia illa originalis?*

1. Lux in mente hominis, qua Deum, & eius voluntatem cognoſcebat.

2. Inſcriptio Legis Dei in corde, qua in eius obedientiam inclinabat, totiúſque hominis rectitudo, qua Spiritus Deo, Anima Spiritui, Corpus Animæ ſubiectum erat, & obtemperabat.

3. Acceptatio totius hominis, qua Deo gratus & acceptus erat: ſed quæ ab ipſo homine ſeparabilis fuit, ſicut euentus ipſe docuit.

VI. *Cur dicitur Originalis?*

Quia naturalis fuit, & primus homo in ea, & ad eam conditus fuit, nō vt priuata perſona, ſed vt origo & radix totius humani generis [a].

VII. *An ſi Adamus perſtitiſſet in illa Iuſtitia originali, ad poſteros fuiſſet deriuanda?*

Fuiſſet. 1. Quia erat Iuſtitia naturæ humanæ, non autem iuſtitia perſonæ priuatæ.

2. Quia eius contrarium, peccatum ſcilicet originale, per Adamum ad omnes eius poſteros (excepto ſolo Christo) traductum eſt.

3. Quia omne ſimile generat ſibi ſimile in natura & ſpecie: quod tamen per vim ſeminalem non fuiſſet factum, ſed ex Dei ordinatione, vt de peccato originis antè dictum eſt.

VIII. *An gratia Chriſti conſequuta fuiſſet eiuſmodi Iuſtitiam originalem?*

Omnino: nam ſi gratiam ſuam Deus promittit in Lege liberis piorum [b], quantò magis Adamum, & eius poſteros (ſi in pietate permanſiſſent) illâ gratiâ proſequutus eſſet?

IX. *An propterea ita fuiſſent in gratia confirmati, vt peccare ampliùs non poſſent?*

[a] Gen. 1. 27. Eph. 4. 24.

[b] Exodi 20 6.

Iuſtitiæ & ſanctitatis Dei in homine factam: cuius ſignũ fuit quòd nudi incedentes, non erubeſcant, Gen. 2. 25.

Præterea, Gen. 2. 31. poſt creationẽ hominis ſubiicit ſtatim Moſes, *Et erant valde bona.* Huc facit etiã illud, Eph. 4. 24 *Induite nouum hominem*, τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας.

III. *An, ſi homo perſtitiſſet in illa originali iuſtitia, opus habuiſſet Chriſto Mediatore?*

Non vt reconciliaretur Deo, & ſanaretur à peccato (quod nondum commiſerat) ſed per quem, quandiu vellet retineretur in gratia Dei, & pręſeruaretur à peccato: perpetuò enim vera eſt illa Chriſti ſententia, *Sine me nihil poteſtis.* Iohann. 15. 5.

IV. *Iuſtitia illa originalis, in qua Adamus fuit conditus, fuitne ſubſtantia an accidens?*

Non fuit ſubſtantia, ſed fuit rectitudo & integritas in natura, adeóque qualitas quæ citra ſubiecti, i. animæ corruptionem adeſſe & abeſſe potuit, ſecundùm definitionem accidentis. Differunt enim Natura recta, & Naturæ rectitudo, quemadmodum linea recta, & lineæ rectitudo differunt, quippe linea rectitudinis ſubiectum eſt. Proinde anima Adami, fuit illius Iuſtitiæ & rectitudinis Originalis ſubiectum, non autem illius anima, iuſtitia ipſa.

Deinde Dei proprium eſt, Eſſentialiter eſſę iuſtum & bonum, quippe Deus ipſa eſt bonitas, integritas, & iuſtitia. Ergo ſi Iuſtitia illa Originalis primi hominis fuiſſet ſubſtantia, homo dictus fuiſſet Iuſtitia ipſa, quod abſque Dei blaſphemia dici non poteſt.

Iam & illius iuſtitiæ originalis contrarium, Peccatum originale, accidens eſt, quippe ingreſſum in naturã hominis. Cùm autem Contrariorum idem ſit genus ſequitur iuſtitiam illam originalem, non ſubſtantiam, ſed accidens fuiſſe.

Denique cùm reſtitutio illius imaginis aliud nihil ſit quàm reſtitutio nouarum qualitatum (quę fit per Regenerationem) conſequitur iuſtitiam originalem, Qualitatem etiam fuiſſe, (qua totus homo fuit iuſtus & rectus)

Sunt qui intelligant liberam facultatem quiduis tam bonum quàm malum agendi, propterea quòd apud idoneos authores Poteſtatem ſignificat. vt in illo Ouidij,

Te penes arbitrium noſtræ vitæque necíſque.

Scholaſtici Doctores per Arbitrium intelligunt, Iudicium mentis: per Liberum ipſam voluntatem: quaſi liberum Arbitrium ſignificet iudicium, quod à mente factum voluntas vel eligit, vel reſpuit. Atqui nomen Liberum, adiectum eſt, non autem ſubiectum, éſtque epithetum additum Arbitrio.

Itaque proprie Liberum Arbitrium non ſignificat facultatem vel bonum vel malum agendi, vel etiam iudicij libertatem, ſed potiùs facultatem volendi aut nolendi aliquid: ſeu liberum voluntatis placitum, quod rationis ſeu mentis deliberationem ſequitur, & conſultationem: ſeu liberam voluntatem, qua quæ à mente vel intellectu obiecta ſunt, voluntas vult aut non vult, eligit aut reſpuit: éſtque non ſolùm finium, ſed etiam mediorum.

Sic Latini Authores vſurpant vocabulum Arbitrij, vt Cicero pro Sexto Roſcio: *Omnia nutu, arbitrióque Dei aguntur*, i. Dei voluntate reguntur. Ariſtoteles vocauit Προαίρεσιν: Græci Patres arrogantiùs Α᾽υτεξούσιον, i. poteſtatem ſui ipſius: ſignificat enim τὸ ἀδέσποτον, quod nullius imperio ſubeſt, à nemine prohiberi vel impediri poteſt: quod nulli creaturæ conuenit.

III. *Quibus rebus tribuitur Liberum Artrium in Scripturis?*

Tribuitur Deo Creatori: & rationali creaturæ, i. vel Spiritibus, vel Homini.

IV. *Quale & quodnam Liberum Arbitrium tribuitur Deo, Spiritibus, & homini?*

Deo, & beatis Spiritibus (poſt eorum confirmationem) tribuitur liberum Arbitrium tantùm ad Bonum: quæ eſt vera libertas, vt etiam dicit Paulus, 2. Cor. 3. 17. *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas*: Eſt autem Deus ipſe Spiritus, & in beatis cœleſtibus Spiritus maximè regnat.

2. Hominibus non renatis, ſicut & malis Spiritibus

Sanè profectior & præſtantior liberorum & poſterorum conditio non fuiſſet conditione primorum parentum, qui ipſius Dei manu conditi fuerant: & hoc in futura vita ſeruatur, vt quis ſit extra peccandi periculum.

X. *Quis Vſus huius doctrinæ?*

Vt amiſſam in Adamo conditionem noſtram excellẽtem deploremus, & vt tantò cupidiùs & ardentiùs fide, Chriſtum imaginis Dei (immutabilis olim futuræ) reparatorem amplectamur.

XI. *Quæ pugnant cum hac doctrina, de iuſtitia originali?*

1. Delirium Flacci Illyrici, qui docuit Iuſtitiam originalem, & peccatum originale ſubſtantiam fuiſſe in Adamo, & non accidens.

2. Error Pontificiorum, qui iuſtitiam originalem, (cum qua, vt ipſi loquuntur, primus homo conditus fuit) aſſerunt non fuiſſe naturalem eius conditionem, ſed ſupernaturale donum, & hominem nec liberum arbitriũ, nec alia naturalia dona, ſed ſolùm ſupernaturalia perdidiſſe.

LOCVS XI.

De libero hominis arbitrio ante lapſum.

Addo lo. 18.

I. *An vox liberi Arbitrij, in Scripturis reperitur?*

NON, ſicuti nec Græcorum illud τὸ αὐτεξούσιον: res tamẽ vocibus illis expreſſa habetur in ſacris literis, in quibus pro iis vox Voluntatis ſolet vſurpari.

II. *Quid nomine Liberi Arbitrij intelligendum?*

Sunt

terno tum pluuiæ tum Solis,naturales vires conſeruante,& mouente, & ad effectionem operis naturalis promouente.Nam æterna eſt Chriſti propoſitio,Ioh.15.5.*Sine me nihil poteſtis facere*.Et Col.1.17.*Chriſtus ante omnia eſt, & omnia per ipſum conſiſtunt.In ipſo viuimus,mouemur, & ſumus*,inquit Paulus,Act.17.28.

VIII. *Sed qualis fuit illa gratia?*

Qua ſi vellet,poſſet ſanctè,viuere,non tamen qua perpetuò & conſtanter vellet Deo adhærere : ſi enim hanc gratiam accepiſſet,omnino perſeueraſſet. Sic Auguſtinus Lib.de Corrept.& gratia, cap.11. *Acceperat poſſe,ſi vellet,ſed non habuit velle quod poſſet.1.* Adamus acceperat gratiam qua poſſet,ſi vellet,non peccare : ſed non acceperat gratiam,qua nollet,nec poſſet peccare.

IX. *Cur Deus Adamum flexibilem fecit, & non potiùs talem qui non poſſet,nec vellet vnquam peccare?*

Quis tu es qui expoſtulas cũ Deo?Rom 9.20.Sed tamẽ rationes etiam ſunt,ob quas talem condidit.

1. Quia Immutabilem eſſe , ſolius Dei proprium eſt[a].

2. Vt peccare non poſſet Homo , ſeruabatur in cœlis.

3. Vt reſpondet Auguſtinus , *priùs voluit oſtendere, quid poſſet liberum hominis arbitrium : deinde quid poſſet ſuæ gratiæ beneficium, & iuſtitiæ iudicium. Nam ſi talem creaſſet hominem , qui non poſſet peccare , nemo certè peccaſſet. & nemo opus habuiſſet gratia Chriſti , qua liberaretur ; nec etiam ob peccatum punitus fuiſſet homo , quod non commiſiſſet. Sic nec gratiæ , nec iuſtitiæ locus fuiſſet : nullo autem modo decebat,vt nos lateret,& quanta ſit gratia Dei in Chriſto, & quàm iuſtus ſit Iudex Deus in mundo.* Hæc ille.

[a] Num.23.19 Malac.3.6.

X. *An propterea excuſari debet à peccato primus homo,& Deus accuſari?*

Abſit,quia liberè peccauit,cùm poſſet non peccare,& ſic ſponte ſibi ipſi interitum accerſiuit.At quòd non dederit illi Deus gratiam non poſſe peccare , factum eſt in maius hominis bonum,& illuſtriorem Dei gloriã. Pri-

a Gen 8.21.
2.Cor.3.5.
Eph.2 1.
b Rom.6.17.
2.Pet.2.19.
c Iobi 15.16.

tribuitur Liberum Arbitrium, ad malum tantùm, non etiam ad bonum: nihil enim boni per ſe agere, imò nec cogitare quidem poſſunt[a]. Quod Liberum Arbitrium potiùs ſeruum Arbitrium dici debet, quia inquit Chriſtus, Ioh.8.34. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati[b]. Dicitur tamen Liberum Arbitrium ad malum: quia peccatū omne voluntarium eſt[c]: & voluntas niſi libere agat, voluntas non eſt, ſed noluntas.

d Philipp.2.
13.
Heb.13.21.
e Rom.7.15.
16.17.18.19.
Gal.5.17.

3. Homini renato tribuitur liberū Arbitrium ad bonum[d]. ſed ex parte tantùm, quia conſtat adhuc partim ſpiritu, partim carne peccatrice, & nondum habet plenam perfectam, & liberam voluntatem ad bonum, quam demum in futura gloria habiturus eſt[e].

4. Adamo ante lapſum tribuitur Liberum Arbitrium flexibile, tam ad bonum, quàm ad malum: quod diſcrimen omnino notandum eſt.

V. *Vnde hoc poſterius probas?*

Quia nihil fuit in homine, vel internè, vel externè, à quo cogeretur aut ad malum, aut ad bonum volendum & faciendum. Ideo Eccleſiaſtes cap.7,30. *Hoc inueni quod Deus creauit hominem rectum: ipſi autem* (Adam & Eua ſcilicet) *ſequuti ſunt cogitationes multas.* Et Syracides, *Deus creauit hominem ab initio, & permiſit illum Arbitrio conſilij ſui.* cap. 15.v.14. Iam de viribus.

V. *Quouſque ſe extendebant vires Liberi Arbitrij in Adamo ante Lapſum?*

Ad præſtanda ea omnia, quæ ipſius naturæ conueniebant. Nam & opera naturalia, vt edere, bibere, quieſcere, dormire, ambulare: & opera politica, vt pacem colere, familiam adminiſtrare: & opera religioſa ſiue pietatis, vel interna, vt Deum amare, Deo fidere, Deum inuocare: vel externa, vt religionis exercitia, docendo, ſacrificando, &c. præſtare potuit.

VII. *An Adamus præter vires illas integras, opus etiam habuit Dei gratia?*

Habuit, per quam videlicet conſeruaretur in illa ſua naturæ integritate, & ad illas actiones promoueretur (Sicut vitis vera & viua prædita ſuis viribus naturalibus, ad producendum vinum opus etiamnum habet auxilio externo mentis & calceamentis præſtitit, quod per 40. annos nō ſint obtrita[a], non mirum ſi obedienti homini, eiuſdem potentia præſtaretur, vt haberet ſtatum quendam, quo ſine defectu eſſet a nnoſus.

a Deut. 29. 5.

XIV. *An-ne externa vi opprimi, aut fame ſiue deficere, aut morbis extingui, aut tandem ſenio contabeſcere potuit?*

Non: quia aduerſus noxia vigilabat diuina prouidentia, & Angelorum cuſtodia[b].

Aduerſus ciborum inopiam dederat multos arborum fructus[c].

Aduerſus morbos ex humorum intemperie, & animi cruciatus, data erat iuſtitia originalis, quæ omnem ἀταξίαν impediebat, & corpus animæ ſubiiciebat, & lætitiam in corde fouebat.

Aduerſus ſenium: datum erat lignum vitæ, & tranſlatio hominis ad ſtatum gloriæ.

b Pſal. 91. 1. & 121. 3. 5. 6. 7. 8.

c Gen. 1. 29. & 2. 16. & 3. 2.

XV. *An igitur ad illam immortalitatem retinendam proderat aliquid Arbor vitæ?*

Proderat: inde enim Arbor vitæ dicta eſt per μετωνυμίαν effecti, Gen. 2. 9. Vel Sacramentali ſignificatione Chriſti, in quo vita erat[c], & qui vita eſt noſtra[d].

d Ioh. 1. 4.

e Coloſſ. 3. 4.

XVI. *Sed quomodo proderat?*

Sunt qui exiſtiment ipſam per ſe, ſeu ſua vi ſibi à Deo indita ſeu inſpiratione ſalubritatis occultæ profuturam fuiſſe homini aduerſus omnes infirmitates, morbos, & ſenium, & ad hominem in vita immortali conſeruandū, ſi ſtatis temporibus vteretur: vt hoc ſignificare videntur verba Domini, Gen. 3. 22. *Nunc ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de Arbore vitæ, & comedat, & ſic viuat in ſeculum.*

Alij ſtatuunt eam fuiſſe duntaxat Sacramentum gratiæ, per quam homo viueret in æternum, ſi in Dei præceptis perſeueraret, & eatenus profuturam fuiſſe ad immortalitatem, quatenus Sacramenta proſunt ad id percipiendum, cuius ſunt Sacramenta: Quam ſententiam & nos probamus.

nouiſſimum erit non poſſe peccare: inquit Auguſtinus.

XI. *Quis Vſus huius Doctrinæ?*

Vt inde diſcamus, Deum nullatenus peccati fuiſſe authorem. ſed quòd peccauerit Adam, hoc ex ipſius libero Arbitrio profectum eſſe, (quippe qui potuiſſet non peccare ſi voluiſſet, & nemo eum vel coëgerit, vel vlla neceſſitate conſtrinxerit, vt malè vellet) & proinde eum eſſe inexcuſabilem.

Deinde, vt ſciamus multò tutiorem & excellentiorem fore conditionem noſtram in cœlis quàm fuerit Adami in Paradiſo, eóque multo plus recuperaſſe nos in Christo, quàm in Adamo perdiderimus. Nam per illud Liberum Arbitrium, quod primus homo habuit, ſe & ſuos perdidit: per hoc autem, quod ex Chriſto homo plenè adipiſcetur, viuet in æternũ, & ſe ſoli Dei voluntati ſubijciet & conformabit.

Appendix, de Statu Hominis ante lapſum.

XII. *Adam mortaline an immortali corpore fuit à Deo donatus?*

Partim mortali, quia mori potuit, vt euentus ipſe docuit[a]: partim immortali, quia potuit non mori, nempe ſi Deo obtemperaſſet. Hoc colligitur ex communicatione Dei, *Quacunque die comederis, morte morieris*, Gen. 2. 17. népe per amiſſionem gratiæ, per ſeparationem animæ, per priuationem gloriæ. Filij verò Reſurrectionis non poterunt vltrà peccare, nec mori, Luc. 20 36.

a Rom. 5 12.
1. Col. 15. 21.

XIII. *Vnde habuit vt eſſet mortale, & vnde vt eſſet immortale?*

Mori vt poſſet habuit ex conditione naturæ: erat enim ſumptũ ex terra madida, & proinde ex quatuor elementis, & quatuor humoribus intrinſecam potentiam ad corruptionem habentibus; iuxta illud, *Puluis es*, Gen. 3. 19, & proinde natura fragile.

Vt autem poſſet non mori, habebat non ex conſtitutione naturæ, ſed ex beneficio gratiæ, quia Deus hanc gratiam conceſſerat homini, vt poſſet non mori, ſi eius mandatis obſequeretur. Nam ſi Deus Iſraelitarum veſtimentis

2. Quia typus & imago fuit verè diuini & ſpiritualis Cõiugij, quod futurum erat inter Chriſtum, & ipſius Eccleſiam[a]. a Eph. 5. 32.

3. Quia inſtitutum fuit ad propagationem Eccleſiæ, & ad cuiuſque promouendam, iuuandámque ſalutem[b]. b Gen. 1. 28. & 2. 18.

Eſt etiam res humana & politica, ſiue iuris humani, quia ad propagationem generis humani, & πολιτείαν inſtituendam, & conſeruandam inter homines inſtitutum eſt. Nam vt dicit Chriſtus Matth. 22. 30. *Nec ducent vxores, nec nubent in cælo, ſed erunt ſimiles Angelis.*

Deinde quia magna ex parte, ex honeſtis hominum conſtitutionibus & legibus pendet.

II. *Proba Coniugium eſſe diuinitus inſtitutum.*

Gen. 2. 18. Dixit Deus, i. ſapientiſſimo conſilio decreuit, & immenſa bonitate patefecit hoc decretum ſuum, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, Faciamus ei adiutorium,* ſeu vitæ ſociam, quæ *coram eo* ſit. Et v. 20, 21. 22. &c. cùm non inueniebatur adiutor Adamo coram eo, *immiſit in eum altum ſoporem Deus, cúmque obdormiuiſſet* (& proinde velut in ecſtaſi conſtitutus, doloris expers, & facti inſcius naturaliter eſſet) *tulit vnam de coſtis eius; & ex ea mulierem formauit,* quam ad Adamum adduxit, qui actus Spiritu Dei prophetans dixit; *Hæc vice adeſt os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: Hæc vocabitur Iſcha.* i. Vira, *quoniam de viro ſumpta eſt,* & eſt tanquam alter ipſe. *Propterea homo relinquet patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt in carnem vnam.*

Et Gen. 9. 1. poſt Diluuium, Coniugium Deus confirmauit, eíque benedixit, dicens: *Creſcite, & multiplicamini.*

Tandem Filius ipſe Dei, cùm nonnihil collapſum eſſet, ipſum reſtaurauit[c]: & ſua præſentia, & miraculoſo munere cohoneſtauit[d]. c Mat. 19. 4. 5. 6.

Denique Deus non ſolùm coniugium inſtituit, ſed adhuc excitat mutuum amorem ſponſi, & ſponſæ, & conciliat nuptias, vt videre eſt Gen. 24. 14. 50. 51. Prou. 19. 14. d Ioh. 2. 1. 2. & ſeq.

Ex quo conſequitur, Coniugia non eſſe fortuita, nec tantùm ex hominum arbitrio pendere, ſed eſſe fatalia, &

XVII. *An præter fructum illius Arboris vitæ, opus habuiſſet cibis, Adamus ad vitæ ſuſtentationem?*

Habuiſſet: in hunc enim finem plantauit Deus arbores in Paradiſo: & Gen. 2.16. dicitur dediſſe homini in eſcam omnem herbam, & fructum arboris, vt per horum edulium immortalitatis donum conſeruaret.

Sed & homo factus erat in animam viuentem, ſicut cætera animalia, ſed abſque neceſſitate moriendi.

XVIII. *Quid igitur ad extremum factum fuiſſet de homine, ſi non peccaſſet, An ſemper in terris vixiſſet?*

Non: ſed migraſſet tandem in cœlum, ſine morte quidem (quæ eſt diſſolutio animæ à corpore) ſed non ſine immutatione aliqua qualem Apoſtolus 1. Cor. 15.51. futuram dicit in corporibus electorum, qui ſuperſtites in aduentu Domini hinc migrabunt in cœlum.

XIX. *Quæ pugnantia?*

Error Pelagianorum, qui affirmabant hominem fuiſſe moriturum, etiamſi non peccaſſet, contra dicta Gen. 2.17. & 3. Rom. 5.12. & 1. Cor. 15.21.

LOCVS XII.

De Coniugio à Deo inſtituto ante hominis lapſum, & deinceps conſeruato.

I. *An Coniugium diuina, vel humana res eſt, vel politica?*

Est diuina res. 1. Quia à Deo inſtituta inter ſanctos & innocentes, adeóque veras Dei imagines in Paradiſo[a]. a Gen. 1.27. 28. & 2.18. 19. 20. verſ.

2. Quia

beatiorem, v. 40. Poſſunt tamen pij coniuges etiam curare quæ ſunt Domini, vt Abraham, Iſaac, Iacob, Zacharias pater Iohannis Baptiſtæ, & ſimiles.

V. *Quæ huic doctrinæ de cauſa efficiente matrimonij repugnant?*

Hæreſis Montani, Tatianorum, Saturnianorum, Manichæorum, Marcionitarum, Priſcillianiſtarum, Encratitarum: qui coniugium, vt doctrinam & opus diaboli dãnabant. A qua hæreſi non longè abſuit Syricius Papa, qui dixit matrimonium eſſe carnis immũditiem, in qua nullus Deo placere poſſit. Quibus omnibus opponendũ dictum Pauli, 1. Tim. 4. 1. 2. 3. 4.

De Materia Coniugij.

VI. *Quotnam & qualibus perſonis conſtare debet Coniugium?*

Duabus tantùm, vno mare, & vna fœmina: Sic enim Dominus Gen. 1. 27. & 2. 24 & Matth. 19. 5. *Et erunt duo in vnam carnem*, & totidem ſufficiunt ad ſobolis procreationem. Cùm autem ipſi coniuges ſe mutuò tradant, ac donent, ipſi etiam efficientes cauſæ ſecundæ, & ipſi materia ſunt coniugij.

VII. *Quæ ſunt pugnantia?*

1. Πολυγαμία, non multarum vxorum ſucceſſiuè, quarum videlicet vna altera ſuccedit, ſed ea qua quis vno tẽpore plures habet vxores: quæ legitimi coniugij corruptiò (vt videre eſt Gen. 4. 19.) à Lamech Cainici generis homine initium duxit: & poſtea Patribus indulta fuit, (nõ laſciuiendi, ſed gignendæ piæ ſobolis gratiâ) tum quia iam erant tunc tẽporis mores politici: tum vt eſſet aditus quidam, quo Deus promiſſioni ſuæ de innumerabili ſobole ex paucis oritura locum daret. Sed poſtea ab ipſo Chriſto damnata eſt, Matth. 19. 8. dicente Non ſic fuiſſe à principio; & declarante, eum qui dimiſſa, & proinde retenta vxore, aliam duxerit, mœchari, Matth. 5. 32. Quia Deus daturus vxorem Adamo, non duas aut plures, ſed vnam coſtam ex illo eduxit: & formauit nõ plures, ſed vnam tantùm vxorem: nec multas, ſed vnam ad eum adduxit.

Repugnant etiam coniugio, pellicatus, adulteria, ſoregi Dei Prouidentiâ. 2 Coniugium eſſe rem boni & ſanctam. 3. Idem in Dei timore & inuocatione ſuſcipiendum.

III. *An-ne (cùm Gen. 2.18. dicitur, non eſt bonum hominem eſſe ſolum: & 1.Cor.7.1. Bonum eſt homini non attingere mulierem) pugnant inter ſe Moſes, & Paulus?*

Non: quia de bono vtili, non de honeſto loquitur Paulus: & bonum non opponit vitio ſiue peccato, ſed incommodo.

Deinde, quia dictum Geneſeos, intelligitur de ſpecie ſeu maxima parte humani generis, quæ interiret, niſi per coniugium propagaretur: nec poteſt extra coniugiũ homo caſtè viuere. Pauli verò de certis indiuiduis, ſeu perſonis habentibus donum, vt poſſint caſtè viuere citra coniugium: nam de alijs dicit, *Melius eſt nubere, quàm vri*, verſ. 9.

IV. *An-ne (cùm Paulus, 1.Cor.7.38. de virgine loquens, ait Qui eam non elocat, meliùs facit) ſignificat quòd Virginitas ſit magis cultus Dei, aut magis mereatur gratiam Dei, quàm Coniugium?*

Non: ſed de externis quibuſdam commodis vitæ cœlibis loquitur, propter inſtantem neceſſitatem, i. imminentes perſecutiones, verſ. 26. & quia qui cœlibis vitæ genus amplectitur, expeditior eſt ad docendum, ad ſeruiendum Eccleſiæ, & ad ferenda æquiori & liberiori animo pericula confeſſionis, & ad liberiora exercitia pietatis, ver. 32. 34. Ac innuit plus difficultatum & ærumnarum eſſe in coniugio, quàm in vita cœlibe: ſicut ipſe inquit de coniugatis, *Tribulationem carnis habebunt eiuſmodi*, v. 28. & plus diſtractionis cogitationum & ſolicitudinis de iis, quæ ſunt mundi, v. 33. 34. & proinde celibatum ei (cui donum eſt continere) commodiorem eſſe & paucioribus moleſtiis & diſtractionibus obnoxium: & hoc ipſo coniugio beatiorem, vult honeſtum maritum vna coniuge contentum eſſe; nec Iudaico, & Gentilium more, eodem tempore ſimul duas pluréſve vxores habere.

4. Quia Euangelii miniſtri non ſuſtinent perſonam Sacerdotum Leuiticorum, qui tamen non in perpetuum, ſed tantùm cùm ſacra adirent, ab vſu coniugii abſtinebant. Erant enim illi antitypi Chriſti Mediatoris, cuius puritatem plus quàm Angelicam, vltra humanum morem repræſentare quoquo modo debebant. Sed & ingreſſuri tabernaculum, à vino abſtinebant [a], & à mortuorum exequiis [b], & à tonſura [c]: in quibus tamen eos non imitantur Sacerdotes Pontificii. Norunt tamen pii moderari vſum coniugii pro tempore. Sciunt & hoc, quod Paulus iubet, *Vaſa poſſidere in ſanctificatione*, 1. Theſſ. 4, 4. & quod interdùm ſecedendum ſit [d], vt vacent orationi, quod tamen ipſum Paulus non vult eſſe perpetuum [e].

[a] Leuit. 10. 9.
[b] cap. 21. 11
[c] verſ. 5.
[d] 1. Cor. 7. 5

5. Κατὰ βίαιον ſeu inuerſionem, quia Sacerdotes, Prophetæ, Prophetiſſæ, Apoſtoli, (vt Petrus, & alij, de quibus 1. Cor. 9. 5.) Philippus Euangeliſta Apoſtolici viri, (Polycrates enim Gregorij Nazianzeni filius, Epiſcopus Epheſiorum ait ſe octauum eſſe Epiſcopum, natum ex maioribus Epiſcopis, apud Euſebium lib. 5. Eccleſ. hiſtoriæ) Coniuges fuerunt.

6. Quia Daniel 1. 37. hanc notam Antichriſto tribuit. quòd ſit in Eccleſia dominaturus, nec mulieres curatus. ſed fœdis, & inceſtis libidinibus contaminaturus Eccleſiam. Et Paulus. Tim. 4. 1. Legem cœlibatus in genere, diſerte nominat *doctrinam Dæmoniorum*.

7. Quia Chriſtus, Matth. 15. 9. ait, *Fruſtra colunt me mandatis hominum*, Et 19. 12. vult omnes vti coniugio, niſi quos vel natura ineptos ad coniugium procreauit, vel caſus impotentes reddidit, vel gratia ſingularis continentes fecit, vt putà etiam ſine Coniuge viuere poſſint. De cæteris omnibus valet dictum Chriſti, verſ. 11. *Non omnes capiunt hunc ſermonem, ſed quibus datum eſt*, Et 1. Cor. 7. 7. *Vnuſquiſque proprium donum habet, alius quidem ſic, alius autem ſic*. Et 1. Cor. 12. 4. *Diuiſiones ſunt donorum, quas efficit vnus & idem Spiritus diuidens vnicuique priuatim propria dona prout vult.*

8. Quia cœlibatus ille Pontificius publica illa infa-

domia deteſtanda, & commixtio horrenda hominum cum brutis de quibus Leuit.18. 20. 22. 23. & 20. 10.11.12.13.& Rom.1.26.27.

VIII. *Cuinam hominum generi licet Matrimonium contrahere?*

Heb.13.4. *Honorabile coniugium inter quoſuis, & thorus immaculatus.* Itaque cuius hominum generi & ordini licet matrimonium contrahere, imò etiam neceſſarium, & iniunctum illis eſt, qui ſe continere non poſſunt, 1. Cor.7.2. *Vnuſquiſque propter fornicationem,* ſupple vitandam *propriam habeat vxorem, & vna quæque ſuum virum:* vbi verbum ἐχέτω, impetrantis eſt, non liberum permittentis.

IX. *An licet Eccleſiæ Miniſtris inire Coniugium?*

Licet. 1. Quia Deus eos etiam idoneos ad Coniugium & liberorum procreationem condit: & coniunctio maris & fœminæ eſt iuris naturæ[a].

[a] Gen.1.17. & 2.18.24.

2. Quia ſanctum eſt, bonum, & ἐν πᾶσι, in omnibus, inter omnes honorabile, & thorus immaculatus, Heb.13. 4. Chriſtus enim Coniugium, vocat coniunctionem diuinam, proinde ſanctam, cùm ait, Matth.19. 6. *Quos Deus coniunxit.* Et Paulus 1. Tim. 4 4.5. coniugium, cibos, & ſimilia, ait ſanctificari per verbum & creationem. Item ſanctificari virum infidelem, in vxore fideli, 1. Corinth.7.14. Item ſeruari mulierem per filiorum generationem propter fidem, &c. 1. Tim.2.15. Et denique, Omnia munda mundis, qui fide iuſti ſunt, ad Titum 1. 15. Et Paphnutius dixit in Synodo Nicæna, Caſtitatem eſſe concubitum cum propria coniuge. Sozomen. lib. 1. cap.23.

3. Quia Epiſcopum, inquit Apoſtolus Gentium, 1. Tim.3.2. & ad Titum 1. 6. *Oportet eſſe irreprehenſibilem, & vnius vxoris maritum:* non vnius Eccleſiæ: vt volunt Pontificij, quia eo loco Apoſtolus, non de officio Epiſcopi, ſed de qualitate perſonæ Epiſcopi, ſermonem habet. Nec prohibet quò minus priore mortua ducat aliam: nam & is qui ſecundam vxorem priore mortua ducit, vnius vxoris vir eſt, ſi coniuge ſua contentus eſt: ſed

vult

Votum ſolenne continentiæ vocant impedimentum impediens contrahendum matrimonium, & dirimens contractum nec eſſe legitimum matrimonium poſt ſolēne votum, quale eſt monachorum & monialium. Cœlibatum aſſerunt tanquam Angelicum vitę genus, & mereri remiſſionem peccatorum dicunt.

XIII. *An quis mortua vxore, aut legitimè excluſa, aliam ducere poteſt?*

Poteſt. 1. Quia ſententia illa Dei (Gen. 2. 18. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum) generalis, & perpetuò vera eſt.

2. Apoſtolus Rom. 7. 2. 3. Si mortuus fuerit vir, liberata eſt mulier à Lege viri, vt non ſit mœcha, ſi fiat alterius viri. Et 1. Tim. 5. 14. *Volo*, inquit, *iuniores viduas nubere.* Et 1. Cor. 7. 39. *Mulier viuentis viro alligata eſt ex Lege, ſed ſi mortuus fuerit vir eius* (non primus, aut ſecundus, aut tertius, ſed indefinitè vir eius) *libera eſt vt poßit alteri nubere.* Ergo viro idem ius conceſſum eſt.

3. Quia Chriſtus Matt 19. 9. *Si quis vxorem dimiſerit*, inquit, *extra fornicationis cauſam, & aliam duxerit, mœchabitur.* Ergo à contrario ſenſu, ſi quis dimiſerit vxorem propter fornicationem, & aliam duxerit, non mœchabitur.

4. Abrahamus Pater credentium, vt habetur Gen. 25. 1. mortua Sara, duxit Cethuram.

5. Quia melius eſt nubere quàm vri, 1. Cor. 7. 9. Sed v. 8. 9. cœlibibus ac viduis præcipit vt ſi ſe non continēt, matrimonium contrahāt. Item Εἰ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω, οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς, ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις, *Non ſubiectus eſt*, inquit *frater aut ſoror in eiuſmodi.* ver. 15. eiuſdem capitis 7.

XIV. *Quid de perſona nocente propter adulterium ſeparata iudicandum?*

A Magiſtratu capitis ſupplicio afficiendam[a]: ſed ſi non fiat nec perſona nocens continere ſe poteſt, & innocens nouas nuptias inierit, aliud coniugium ei concedendum eſſe: nam illud (1. Cor. 7. 10. 11. Vxor à viro non ſeparator: at ſi ſeparata fuerit, maneat innupta) de voluntaria mulieris deſertione propter impatientiam, non

[a] Leuit. 20. 10. Deut. 22. 22. Johan. 8. 5.

mia flagitioſarum & prodigioſarum libidinum fla-
quæ flagrant apud iſtos patres; qui Curios ſimulant, &
Bacchanalia viuunt.

9. Ex decretis concilij Carthag. 3. anno Chriſti celebrati: in quo Pelagij hereſis eſt damnata, & cui in- fuit Auguſtinus, conſtat Epiſcopos vxoratos fuiſſe. Nam conſtitutio 11. ſic ſonat: *placuit vt filij vel filiæ Epiſcoporum vel quorumlibet clericorum gentilibus, vel hæreticis aut ſchiſmaticis matrimonio non iungantur.*

X. *An non Apoſtolus* 1. *Tim.* 5. 11. *damnat viduas illas, quæ primam fidem, Deo videlicet datam, de ſeruanda continentia nubere volentes irritam faciunt?*

Nihil hoc ad monialium vota, in quibus ſaltem obſeruari debuit, quod in viduis iunioribus omnino propter incontinentiæ periculum, requirit Apoſtolus eodē cap. 1. verſ. inquiens, *Velim iuniores nubere.* Sed iuniores viduas ad numerum Diaconiſſarum non admittendas docet, quod ad hoc munus ineptæ ſint, quæ matrimonii vinculo ſunt obſtrictæ: Iuniores autem ætas ſæpe ad matrimonium ſolicitet, quod non ſine aliqua leuitatis no- & ſcandalo contrahere poterant.

XI. *Quid igitur de votis cenſes?*

Vota alia ſunt pia, libera, de rebus licitis & poſſibilibus, & ex Dei verbo & voluntate: alia verò impia, coacta, temeraria, præter & ſæpe cōtra Dei verbum, prætereque dona à Deo conceſſa, concepta. Illa igitur ſentio eſſe ſeruanda[a], hæc reſcindenda: iuxta vetus dictum, In malis promiſſis reſcinde fidem, In turpi voto muta decretum.

[a] *Deut.* 23. 21.

XII. *Quæ huic doctrinæ repugnant?*

Papæ Syricij, & Pontificiorum dogma qui blaſphemè contra ſententiam Apoſtoli, Heb. 3. 4. cenſent & pronuntiant, Coniugium eſſe immunditiem & pollutionem carnis. Ab ordinibus ſacris Coniugatos prohibent: & ab ordinandis votum perpetui cœlibatus atque abiurationem coniugij contra expreſſum Dei verbum exigunt.

Vo-

Vt liberi nonniſi ex conſilio & voluntate eorum Coniugia ineant. 1. Eò quòd Adamus primus omnium hominum non duxit vxorem, niſi ex conſenſu & voluntate Dei[a]: vbi Deus non modò vxorem creaſſe legitur, ſed etiam Adamum adduxiſſe.

2. Quia liberi non ſunt ſui iuris, ſed in poteſtate parentum.

3. Quia Patres, Abrahamus, Iſaacus [b], Iacobus [c], quin Iſmael ferus alioquin [d], & Sichem Gentilis homo [e], intellexerunt non contrahenda eſſe Coniugia abſque parentum conſenſu.

4. Paulus, Eph. 6. 1. Col. 3. 20. *Filij, ſubditi eſtote parentibus veſtris in omnibus*; Ergo & in matrimonij negotio.

5. Num, 30. 6. Votum ſibi à liberis nuncupatum, inſciis & inuitis parentibus, ratum non habebat Deus: multò minùs igitur, matrimonium contractum à liberis abſque conſenſu parentum. Gen. 26. 34. 35. Eſau duxit vxores, quæ ambæ offenderunt animum Iſaac & Rebeccæ parentum eius.

Et Scriptura tradit præcepta parentibus, de liberis in matrimonio collocandis [f]. Præterea Matt. 15. 5. Chriſtus dicit violari legem de honorandis parentibus, quando liberi illis inſciis bona domeſtica (quæ ſunt parentum) tollunt, & Deo ipſi in templo offerunt. Quantò ergo magis violatur lex illa, quando liberi è patria poteſtate ſe ſubtrahunt? quod faciunt, quando contrahunt Coniugia inſciis vel inuitis parentibus. Sed tamen vbi duriores ſunt parentes, pij Magiſtratus eſt conſiderare, vbi probabilem cauſam habeant refragandi, vbi non.

XIX. *Quid huic doctrinæ repugnat?*

Dogma Pontificiorum qui clandeſtina ſponſalia à filiis familiàs inſciis & inuitis parentibus contracta, vera & rata eſſe volunt: & conſenſum parentum eſſe duntaxat de honeſtate, non autem neceſſitate.

Raptus, cùm puella violenter è domo patris educitur, vt corrupta in vxorem habeatur.

XX. *Quid requirit pudor ſiue reuerentia erga propinquos?*

[a] Gen. 2. 22.

[b] Gen. 24. 3. 4. &ſ.

[c] Gen. 28. 1. 2. &ſ.

[d] Gen. 21. 31.

[e] Gen. 34. 4.

[f] Deut. 7. 3 Iere. 29. 6. 1. Cor. 7. 37. 38.

non de muliere nocente legitimè ſeparata, intelligendum eſt.

XV. *Quid huic repugnat?*

Error Pontificiorum, qui perſonæ innocenti, quãdiu viuit nocens: nocenti verò, etiam innocente defuncto, nouum coniugium denegant, & ſecundas nuptias non debere benedici dicunt. Eſt tamen Bigamorum genus, qui veteribus Canonibus arcentur à miniſterio, & quorum etiam nuptiis nolunt benedici, Eorum videlicet, qui vel cõſtante priore matrimonio, vel eiecta priore vxore, ſuperinducunt.

Deinde error Tertulliani, Hieronymi, & aliorum, qui vt ſecundas nuptias damnarent, coniugium ne morte quidem ipſa finiri & ſolui affirmarunt.

XVI. *Quænam requiruntur in perſonis, vt rectè & legitimè matrimonium contrahant?*

Duo. 1. Pubertas, quæ non tam ex annorum numero, quàm ex habilitate corporum æſtimanda eſt. 2. Legitimus conſenſus.

XVII. *Quid eſt Conſenſus?*

Eſt voluntas è ſano & integro iudicio profecta: vnde excluduntur à contractu matrimonij, Error perſonæ, dolus, ebrietas, fatuitas, minæ parentum, metus iuſtus, externa coactio, & ſimilia: quæ abeſſe omnino debent, vt voluntas ſit ſana, libera, & ex integro iudicio profecta. Ideo Gen. 24. 57. cùm pater & frater Rebeccę, de matrimonio eius cum Procuratore Abrahæ (qui eam vxorem filio Abrahæ petebat) tractaſſent, dixérunt, Vocemus puellam, & inquiramus eius voluntatem.

Quis dicitur legitimus conſenſus?

Qui cum Lege Dei & naturæ, itémque honeſtis hominum conſtitutionibus conuenit.

Quid igitur exigit Lex Dei & naturæ?

Honorem & obedientiam erga parentes: tum pudorem & reuerentiam erga propinquos.

XVIII. *Quid honor Parentibus debitus?*

Vt

ſuam, quia tu es illis patris loco.

Quoad affinitatem verò, prohibetur Lege diuina Cōiugium filij cū Nouerca;[a] patris cum nuru, i. vxore filij[b]: & rurſus patris cum priuigna, vel cum eius filia[c]: & hæc in recta linea. In tranſuerſa autem prohibetur Coniugiū cum fratria, id eſt, vxore fratris[d], & cum ſorore vxoris, vxore viuente[e], & cum vxore patrui[f], & Coniugium priuigni, priuignæque liberorum[g].

a ver. 8.
b verſ. 15.
c verſ. 17.
d verſ. 16.
e ver 16. 18.
f verſ. 14.
g verſ. 17.

XXII. *Eſt-ne Lex Leuitica, de gradibus, Ceremonialis, vel Iudicialis, an verò Moralis & Naturalis?*

Eſt naturalis, quippe iuri naturæ conformis, & proinde, quæ à nemine niſi à ſolo Deo remitti poteſt, quia ad eam Gentes fuerunt obligatæ, & iis contrarias coniunctiones turpitudines in ſingulis prohibitionibus (ſed ſecundùm plus & minus) & abominationes coram Deo, Scriptura vocat.[h] Et certè propoſitio illa in genere, Ad proximam ſanguinis ſui nemo accedat, verſ. 6. ius naturæ complectitur: & Paulo Iudice tenentur Chriſtiani ad obſeruationem Legis Leuiticæ de gradibus, 1. Cor. 5. 1.

h Leuit. 18. 24. 26. & 20. 23.

XXIII. *Quid igitur dicendum de illo loco, qui habetur Deut. 25. 5. vbi iubetur Vxor fratris demortui abſque liberis, nubere fratri ſuperſtiti: & de exemplo Iudæ Patriarchæ, qui dedit filio ſuo ſecundo genito, vxorem primogeniti defuncti, & eo defuncto, eandem promiſit tertio filio, Gen. 38. 8. cùm Deus Leuit. 18. 9. 16. 18. expreſſè vetet ne frater ducat vxorem fratris ſui?*

Reſpondeo, Legem Leuit 18. 9. eſſe [illegible] communē omnibus Gentibus, vt Legem, de non furando. Legem autem illam Deut. 25. 5. vel nō intelligi de fratre germano, ſed de proximo in alio gradu, vt de patruele vel conſobrino, (nam etiam iſti apud Hebræos dici ſolent fratres) Vel potiùs fuiſſe peculiare priuilegium conceſ-

Vt inter conſanguineos & affines non contrahantur a Leuit. 18. 6. &c. matrimonia, in gradibus prohibitis Lege diuina[a], & honeſtis Principum conſtitutionibus. Nam nuptiæ in prohibitis à Deo gradibus contractæ, dicuntur nefariæ, & inceſtæ, quia non ſunt approbatæ publicis Legibus & ceremoniis: κεςὸς enim ſignificat zonam nuptialem, quæ indicabat legitimas nuptias, & approbatas ceremonia publica.

Aliæ verò contra conſtitutiones princpum, dicuntur illicitæ.

XXI. *Quæ autem Regulæ obſeruandæ in contractu Matrimoniorum?*

Tres ſunt propoſitæ à Deo in Lege. 1. In linea recta tam aſcendentium quàm deſcendentium nuptię in infinitum prohibentur, quia ſemper maior ſiue ſuperior in linea recta habet locum Patris, reſpectu iunioris. Dicit autem Scriptura; *Homo derelinquet patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Ita Ianus non poteſt ducere matrem, auiam abauiam, proauiam, tritauiam ſuam: nec idem poteſt filiam, neptim proneptim, trineptim ducere. Sic Martha non poteſt nubere patri, auo, abauo ſuo, nec eadem filio, b Leuit. 18. 6. 7. 10. nepoti pronepoti ſuo ex filio filiáue[b].

2. In linea tranſuerſa & æquali, id eſt inter fratres & ſorores duntaxat, ſiue ex vno, ſiue ex vtroque parente, iure diuino prohibitum eſt matrimonium, verſ. 9. 11. Quòd enim primi fratres duxerunt ſorores vxores, fuit neceſſitatis, & diuinæ diſpenſationis ſubintellectæ, cum nullæ aliæ mulieres eſſent in mundo, & præceptum eſſet de c Gen. 1. 28. multiplicando genere humano[c].

3. In linea tranſuerſa & inæquali, inter primum & ſecundum gradum, iure diuino nuptiæ prohibitæ ſunt: vt, Non licet tibi ducere in vxorem ſororem patris vel ma- d Leuit. 18. ver. 11. 12. tris tuæ, id eſt amitã ſiue marterteram[d], idque ſic aſcendendo, quia illę ſunt tibi parentum loco: Et per ἀναλογίαν, Nec Marthæ licet nubere patruo, vel auunculo. Sic è cõtrario, etſi expreſſè prohibitum non eſt coniugium patrui vel auunculi cum filia fratris aut ſororis, quia tamẽ à ſimili, ἀναλόγως deducuntur præcepta ſimilia, non licet tibi ducere filiam fratris tui, neque filiam filiæ fratris tui, id eſt neptim, vel proneptim, vel abneptim tuam,

XXVI. *Quæ ſunt conſtitutiones Principum?*

Ne tutor pupillam, ne propater profiliam ducat. néve promater profilio nubat. Item prohibitio nuptiarum inter fratrum vel ſororum liberos, ſeu patrueles, vel conſobrinos. Abolendæ tamen à Magiſtratibus piis prohibitiones de commentitia cognatione ſpirituali, qualis eſt, Nequis ducat eam, cuius Baptiſmo interfuit.

An illis tenentur Chriſtiani?

Tenentur, quatenus cum doctrina Chriſtiana & Apoſtolica non pugnãt. Nam quilibet tenetur præſtare Magiſtratui ſuo obedientiam, quando id fieri poteſt ſalua pietate, & libertate conſcientiæ, id eſt vt conſcientia non ſit peccatum, ſi ſecus fiat: ſic vt contracta matrimonia contra has conſtitutiones, non dirimantur.

XXVII. *Quî appellatur in Scripturis Copula coniugalis?*

1. *Coniugium*, à iugo communi, quo vir & vxor ſimul in vnam carnem & veluti in vnum hominem iunguntur.

2. *Matrimonium*, à fine: nam in hunc finem mulier nubit viro, vt fiat mater liberorum: matrimonium enim à matre dictum eſt.

3. *Connubium*, & numero plurali *Nuptiæ*, à nubendo id eſt tegendo, vel obtegendo; quia ſicuti cœlum interdum nubibus obtegitur: ſic antiquitùs virgines, dum ad viros ducebantur, velamine tegebantur: ídque ad teſtandum, 1. Pudorem & verecundiam. 2. Subiectionem & obedientiam, ſeu alterius poteſtatem in ſe, 1. Cor. 11. 5. 10. vt patet exemplo Rebeccæ, Gen. 24. 64. quæ cùm vidiſſet Iſaacum maritum ſuum, è camelo exiliit, & accepto peplo ſe operuit. Cui ſimilis eſt expanſio illa veſtimenti Ruth. 3. 9. & Iſa. 4. 1.

XXVIII. *Quæ repugnant?*

Nuptiæ ab impuro illo Antichriſto paſſim nunc inter auunculos, & ſororum filias, contra iura omnia diuina & humana conceſſæ.

2. Imaginatio Pontificiorum, qui ſtatuunt Lege quidem Naturæ prohibitum eſſe, ne Pater filiam ducat, aut

ſum [illegible] Genti Iſraeliticæ , vt in nomen primoge conſeruaretur familia, & primogenita Chriſti nunqua intermoritura ſignificaretur: Auguſt. quæſt. 61. in Leui cum.

XXIV. *Quid igitur ſtatuendum de Abrah qui duxit vxorem , filiam Aran fratris ſ Gene. 11. 29. de Patriarcha Iacob, qui duas ſo res viuẽtes accepit, Gene. 29. 16. & Moſe, q natus eſt ex cõiugio nepotis cum amita? ſic legimus Exodi 2. 1. & 6. 20. Accepit Am vxorem Iocabed patruam ſuam, vt vox He braa ſignificat, & patet ex c. 26. 59. Numer rum?*

Vel Coniugia iſta facta fuiſſe tum in generis ſanc paucitate, tum in confuſione publica , Deo diſpenſante & tolerante: vel peccaſſe iſtos Patriarchas, neque in omnibus excuſandos: nec eſſe exemplis, ſed Legibus iu candum.

XXV. *An licet fideli infidelem ducere in vxorem?*

Non, niſi pars quæ fuit antea infidelis, promiſerit cõ ſenſum in veram Religionem. Hoc conſilio Moſes Æ thiopiſſam , Iacob Labani filiam duxit vxorem. Na Deut. 7. 3. 4. Deus prohibuit populo ſuo matrimonia iungere cum Gentilibus.

Et quamuis præceptum illud ſit iudiciale, tamen ad omnes pertinet , ſi cauſa inſpiciatur: nam cauſam redd planè moralem, quæ etiam nunc locum habet, *Quia ſ ducet*, inquit, *filium tuum, ne ſequatur me, & vt magis ſerui dis alienis*. Idem repetitur 1. Reg. 11. 1. 2. 4.

Et exemplo Solomonis confirmatur. Et imparia coniugia filiorum Dei cum Caini poſteris corruptionem to ti mundo exitialem inuexerunt[a]. :Gen. 6. 2.

Sed expreſſum eſt mandatum Pauli, 2. Cor. 6. 14. *N ducite iugum cum infidelibus*: & 1. Cor. 7. 39. *Cui vult nubat, ta tum in Domino*, id eſt religioſè, & cum Dei timore.

XXVI. Qu

alterius violauerit, lapidibus obruatur, quia humiliauit vxorem proximi ſui. Et Iacob Gen. 29. 21. loquens de Rachele ſibi tantùm diſponſa, *Trade*, inquit, *mihi vxorem meam*: vt & Matth. 1. 20. Angelus dicit Ioſepho, *Ne time accipere Mariam coniugem tuam*, quæ tantùm illi fuerat diſponſata. Sed quæ deſponſa erat, iam vxor deſtinatione habebatur, niſi quid incidiſſet, quod ſponſalia dirimeret.

XXXIII. *Eſt-ne in vtroque Sponſaliorum genere par obligatio?*

Minimè: nam in ſponſalibus de futuro, de promiſſione quidem, & vt fidem datam liberet, moneri quis poteſt, Cogi autem non poteſt. præſertim ſi mutatæ voluntatis ſuæ probabiles adducat rationes. Sponſalia verò de pręſenti inducunt efficacem obligationem, quæ mutuo cõſenſu diſſolui non debent [a]. Eſt enim verè ratum Coniugium, etſi nondum prorſus conſummatum, niſi poſtquam vſus Coniugij acceſſerit. Sponſalia tamen de futuro, ſi copula conſequente confirmata ſunt, rata eſſe debent.

XXXIV. *Cur inſtituta ſunt Spõſalia, & Cur interiectum aliquod certum tempus inter ipſa & celebrationem nuptiarum?*

Plures ſunt cauſæ. 1. Vt Sponſi & ſponſæ animi priùs concilientur, quàm corpore coniungantur, ſeu (vt Auguſtinus ait.) Ne vilem habeat maritus datam, quam ſuſpirauit Sponſus dilatam.

2. Vt per illud interuallum ſponſalia Eccleſiæ denũtientur, eo fine vt ſi quid lateat iuſtæ cauſæ, propter quã inchoatum Coniugium conſummari non poſſit, retegatur, & tempeſtiuè cognoſcatur.

3. Naturalis honeſtas, Ne ſtatim poſt ſponſionem, homines beſtiarum more, eò prorumpant, quò ſenſus eos propellit: quæ tres cauſæ ex ſponſalibus Mariæ & Ioſephi, Matth. 1. 18. facilè colligi poſſunt, & Deut. 21. 12.

XXXV. *Quis eſt alter gradus coniugij?*

Eſt Conſummatio, quæ fit conſecratione, ſiue benedictione, & celebratione nuptiarum.

[a] *Matt.* 19. 6.

mater filio nubat: ſed reliquarum perſonarum in Leuitico prohibitionem eſſe tantùm iuris poſitiui, ſpectantem ad populum Iſraeliticum. Idcirco Chriſtianos illis Legibus non obſtringi, & propterea etiam Pontificem diſpenſare poſſe.

3. Error Iudæorum; Quæcunque perſonæ non ſunt expreſſæ in Leuitico, earum nuptias non eſſe prohibitas: quo poſito ſequeretur, nepotem poſſe ducere auiã, quæ non nominatim prohibetur, cùm tamen natura dictet illud eſſe ſceleratum.

XXIX. *Quid eſt Coniugium?*

a Matth.19. 9. Rom.7.2. 1.Cor.7.15.

Conjunctio indiuidua (niſi ex cauſis in Dei Verbo ſcripto expreſſis) vnius viri, vnìúſque fœminæ,[a] eorúmque puberum, & legitimè conſentientium in vnam carnem, à Deo inſtituta, mutui adiutorij cauſa, tam in rebus diuinis quàm humanis: & ad procreandos (ſi Deus dare velet) tum ipſi Deo, tum Eccleſiæ, tum Reipublicæ liberos, eóſque in Dei timore educandos.

XXX. *Quotuplex eſt Coniugium?*

Duplex, Inchoatum ſiue promiſſum: & Conſummatum, ſiue ratum & perfectum.

XXXI. *Quid ſunt ſponſalia?*

Mentio & repromiſſio futuri coiugij, dicta à ſpondendo, quòd veteres filias iis quibus eas vxores promittebant ſpondere, & viciſſim vxores futuras ſtipulari conſueuiſſent: vnde Sponſi & Sponſæ appellatio nata eſt.

XXXII. *Quot ſunt Sponſaliorum genera?*

Duo: vnum conceptum per verba de futuro (vt loquitur in Scholis:) vel purè, vt, Ducam te in vxorem, vt ſi dicam, Promitto quòd vendam tibi domum meam: aliud enim eſt promittere quàm facere: vel addita conditione, vt, Si parentes conſenſerint. Si dos mihi dabitur. Item ſi contrahentes ſint impuberes vel alter eorum, Iuris interpretatione eiuſmodi Sponſalia ſunt de futuro.

Alterum per verba de præſẽti, vt, Ego te mihi deſpondeo vxorem, quæ ſpõſio præſens & actualis, purus & abſolutus conſenſus, & matrimonium dicitur, etiamſi nondum ſint celebratæ nuptiæ. Sic deſponſata habetur, & vxor ſeu Coniux nominatur, Deut. 22. 23. *Si quis ſponſa-*

alter

ſitatum fuit, & pluribus exemplis Scripturæ confirmatum: ſicuti Geneſ. 29. 22. legitur Laban in nuptiis Iacobi & Rachelis magnum conuiuium celebraſſe. Et Chriſtus Iohan. 2. 1. 2. 7. 8. ſua præſentia & honorario ſex hydriarum optimi vini munere conſuetudinē illam comprobauit.

Sed in eiuſmodi conuiuiis meminiſſe oportet eius, quod de nuptiis Tobiæ dicitur cap. 7. 17. & 8. 20. Epulatos fuiſſe in timore Domini. Item illius conuiuij, quod celebratum fuit ab Aſſuero Rege, Estheræ 1. ,8. quod vſque adeò honeſtum & moderatum fuit, vt nemo ad bibendum cogeretur.

Diabolo igitur non Deo celebrantur nuptiæ in luxu, ſuperbia, crapula, ebrietate, ludis impuris, & omni laſciuia: quæ non poſtrema cauſa eſt malorum, quæ coniugium multis infeſtum & acerbum reddunt. Hæc de ſponſalibus, de conſecratione coniugij, & nuptiis.

XXXIX. *Quæ eſt Forma Coniugij?*

Eſt iuſta coniunctio vnius maris & vnius fœminæ in vnam carnem: Nam qui duo erant ante coniugium, facti ſunt poſt coniugium vna caro, id eſt vnus homo, tam animarum quàm corporum coniunctione & vnione.

XL. *Quænam* πορίσματα *elicis ex hac formali cauſa Coniugij?*

1. Neceſſitudinem Coniugum arctiſſimam eſſe, & tantam, vt neceſſitudinem illam, quæ eſt inter parentes & liberos, longè ſuperet, Deo dicente, Gen. 2. 24. *Homo relinquet patrem & matrem, & adhærebit ſiue agglutinabitur vxori ſuæ.*

2. Non modò eſſe arctiſſimam, ſed etiam indiſſolubilem, quia duo facti ſunt vna caro, ſiue vnus homo. Proinde Chriſtus Matth. 19. 6. *Quod Deus coniunxit, homo ne ſeparet*, inquit.

3. Analogum mutuum, ſiue ἀντίστρεφον, reciprocum eſſe ius Coniugum in alterius corpus, teſte Apoſtolo, 1. Cor. 7. 4. qui ex hoc ipſo quòd vir & vxor ſunt vna caro, elicit virum non habere poteſtatem ſui corporis, ſed mulierem; nec mulierem habere poteſtatem ſui corporis, ſed virum.

4. Argumentum mutuę dilectionis inter Coniuges,

XXXVI. *Quid eſt conſecratio coniugij?*

Eſt actio ſacra, qua ſponſus & ſponſa in Eccleſiam deducti, coram cœtu fidelium, à Paſtore docentur, de inſtitutione & finibus coniugij, expreſſè ſuum conſenſum teſtatur, vel per ſigna in his qui muti aut ſurdi ſunt: vel pe verba in his qui loqui poſſunt: Matrimonium enim no valere tradunt Canones, niſi conſenſus per verba declaretur. Et ſic eorum matrimonium publicè confirmatur, ipſi verò Deo conſecrantur, precibúſque commendantur.

XXXVII. *Vnde ſumpta eſt hæc conſuetud*

Ab exemplo ipſius Dei, qui ſimul ac vxorem dediſſe Adæ, tanquam Paſtor illis benedixit, his verbis, *Creſcit & multiplicamini*, Gen. 1.27. & 2.22.

Deinde à regula generali, quæ præcipit. 1. Cor. 14.40 vt omnia in Eccleſia ἐυχη μόνως καὶ κατὰ τάξιν, decenter, & ordine fiant.

Facit mos iſte ad matrimonij dignitatem, & nouos coniuges omni praua ſuſpicione liberat, ne ſcortatorum inſtar cohabitare putentur.

Et Deo non poteſt non probari, qui & inuocari vult, & nomen ſuum inuocantibus præſto adeſſe ſolet.

XXXVIII. *Quid eſt autem celebratio nuptiarum?*

Tota illa reliqua actio politica qua pacta coniugij cõfirmantur, & Sponſa in ædes Sponſi honeſtè & modeſtè deducitur.

Eſt ne hæc feſtiuitas ſiue celebritas etiam Chriſtiano obſeruanda?

Eſt, ídque ſecũdùm morem cuiuſque regionis, in qua Chriſtianus degit, & regulam quam præcipit Paulus, Philipp. 4.8.9. Quæcunque vera ſunt, quæcunque veneranda, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonę famæ, ſi qua virtus, & ſi qua laus eſt, ea facite, & ſic Deus pacis erit vobiſcum.

Quid de conuiuio nuptiali, An licitum eſſe cenſes?

Cenſeo, quia apud omnes ferè gentes ſolenne, & v

ſitatum

Error Pontificiorum, qui Coniugium in hunc finem etiam inſtitutum à Deo volunt, vt ſit Eccleſiæ Sacramentum, ex eorum genere quæ ipſi ſeptem commemorant, quod colligunt ex Epheſ. 5.32. veteris Interpretis voci mordicus affixi qui quod Apoſtolus μυστήριον, i. arcanum dixit, *Sacramentum* conuertit. Atqui idem Interpres μυστήριον Sacramentum conuertit, Eph. 3.3. 6. & Coloſſ. 1.27. ſic vocans Gentium vocationem ad Chriſti communionem; Sit ergo Gentium vocatio, octauum Sacramentum. In quo tamen ſibi ipſis repugnant, quando ab hoc Sacramento (quod vocant) ſuos Sacerdotes arcent, & Coniugium immunditiem & pollutionem carnis vocant, in qua nullus Deo placere poſſit. Egregium ſcilicet Sacramentum, quod definitur eſſe Sacræ rei ſignum. Sed Apoſtolus myſterium ſiue Sacramentum, de quo loquitur, docet non eſſe in Coniugio viri & fœminæ, ſed in coniunctione Chriſti & Eccleſiæ, *Erunt*, inquit, *duo in carne vna. Myſterium*, id eſt arcanum, *hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Nec per coniugium noſtra cum Deo reconciliatio ſancitur, qui præcipuus eſt Sacramentorum finis: licet imagine naturæ poſſit impropriè dici Sacramentum, qua ratione multæ res corporeæ, propter ſimilitudinem quandam, poſſunt dici Sacramenta rerum ſpiritualium & cæleſtium: nihil enim ferè eſt corporeum, quod hac ratione Sacramentum dici non poſſit, vt vitis, via, oſtium, ſal, &c.[a]

[a] *Ioh.* 15.1. & 14.6. & 10.7.9. & *Matth.* 5.13.

XLIII. *Quænam ſunt officia coniugum?*

Duplicia quædam communia vtriuſque cõiugis: quædam verò propria alterutrius.

XLIV. *Quænam communia vtriuſque coniugis?*

Vt piè erga Deum, honeſtè verò & caſtè inter ſe viuant, ſub Deo vnum ſint, mutuum amorem, mutuam & illibatam fidem, mutuam εὔνοιαν ſiue beneuolentiam, & coniugalem conſuetudinem ſibi præſtent, vt tolerantiam, ἐπιείκειαν, æquitatem & conſolationem adhibeant mutuam in communibus ærumnis & afflictionibus ferendis: vt denique mutuam operam conferant in educandis, id eſt non alendis tantùm (quod beſtiæ faciunt) teſte eodem Apoſtolo, Eph. 5. 28. *Vir diligere debet vxore ſuam, tanquam ſuum corpus: qui enim diligit vxorem, ſeipſum di ligit: nemo enim odio habet. ſuam ipſius carnem, ſed eam enutrit fouet, quemadmodum Chriſtus* Eccleſiam.

5. Communionem omnium rerum tamdiuini quā humani iuris inter Coniuges eſſe debere. Hęc de form Coniugij.

XLI. *Quot & quinam ſunt fines Coniugij*

Si ipſos coniuges ſpectes, tres ſunt Coniugij fines. 1 Vt in rebus diuinis & humanis ſibi inuicem ſint adiu mento. Hunc finem expreſſit Deus, Gen. 2. 18. *Facia adiutorium Adamo ſimile ipſi*, vt ſit familiaris & amica ſoci tas inter homines: ſic tamē vt vir tanquam caput vxori ſemper emineat, vt docet Apoſtolus, 1. Cor. 11. 3.

2. Eſt γένεσις, procreatio liberorum, qui ſint & nomi nis, & paternorū bonorum heredes, & ſucceſſores: que finem expreſſit etiam Dominus his verbis, *Creſcite & mul tiplicamini*, Gen. 1. 28.

3. Eſt acceſſorius, vt Coniugium ſit remediū aduer ſus vagas omnes libidines quem finem notauit Paulus 1. Cor. 7. 2. *Propter vitandam fornicationem, vnuſquiſque ha beat vxorem ſuam, & vnaquæque proprium virum.* Si autem reſpicias Eccleſiam, vel Rempublicam, tum finis Coniu gij eſt, vt ſit Eccleſiæ & Reipublicę ſeminarium. Ob quē finem Apoſtolus, Eph. 6. 4 monet parentes, vt educent filios in diſciplina & correctione Domini, quò aliquan do vtiles & ſalutares ſint Eccleſiæ, & Reipublicæ ciues, Dei cultores, fidi cuſtodes & propagatores doctrinæ cœleſtis.

Quòd ſi immediatè Deum ipſum authorem Cōiugij ſpectes, tum finis Coniugii, eſt ipſa Dei gloria, vt coniu ges eum, qui ipſos coniunxit ſimul diſcant agnoſcere, co lere, timere, celebrare: vtque cogitent ſuum coniugium dulciſſimam eſſe imaginem arcanę illius coniunctionis, æ intercedit inter Chriſtum & Eccleſiam, & in hac vi ta, fide, amore, obedientia inchoatur, in cœlis verò plene conſummabitur, Eph. 5. 32.

XLII. *Quid repugnat huic doctrinæ de finibus Coniugij?*

2. Vt vxori & familiæ, iuſtè vocationi incumbendo de neceſſariis proſpiciat[a], aſflictæ vxori commiſerando, & conſolando adſit, adeóque partem iugi & oneris coniugalis in ſe deriuet, & rationem habeat vxoris, tanquam debilioris, & infirmioris vaſculi, vt monet Petrus 1. ſua Epiſtola, 3. 7. & proinde cum ea decenter, & cum honore, id eſt honeſta cura & ſolicitudine, nec cum contemptu verſetur, adeóque prudenter ſeu κατὰ γνῶσιν, vt quæ hæres ſit gratiæ, vitæ nimirum æternæ. a 1.Tim.5.8.

Quæ verò ſunt officia vxoris in maritum?

1. Vt illum debito honore & debita reuerentia proſequatur. Exemplo Saræ vxoris Abrahæ, quæ virum ſuũ, Dominum vocare ſolita erat, vt docet Petrus citato loco, verſ. 6.

2. Ne ſit imperioſa, ſed marito ſuo obſequatur in omnibus, vt Domino: verùm in Domino. Eph. 5. 22. illique ſit ſubiecta: ſubiectione tamen liberali, non vt mancipium, vel ſerua, ſed vt membra ſuo capiti, vt monet Apoſtolus ibidem verſ. 24. & proinde non ſit Xantippe, id eſt refractaria, ceruicoſa, proterua: ſed morigera[b]. b 1.Pet.3. 6. Eph.3.22. Col.3.18.

XLVII. *Quæ ſuperiori Doctrinæ repugnant?*

1. Monſtrum illud odii, quod Satan excitare conſueuit inter Coniuges, quo alter alterum malè tractat, & iniquè; vel deſerit, vel amorem in adulterum conuertit.

2. In genere autem Nicolaitarum, Gnoſticorum, & Anabaptiſtarum turpitudo, qui ſub religionis prętextu vxores publicabant, aut inter ſe communes habebant.

3. Item adulteria, vagæ libidines, inceſtus, & commixtiones nefariæ, concubinatus Pontificius, & cœlibatus ſine dono & cauſis neceſſariis ſuſceptus.

4. Contemptus, & vituperia matrimonij, adeóque quælibet ad impudicitiam irritamenta, ſiue verba, ſiue facta illa ſint.

XLVIII. *Quæ debet autem piis eſſe conſolatio in Coniugio?*

1. Quòd Deus author ſit Coniugij, & conciliator Nuptiarum[c]. c Gen.2.18. 21.& 24.14 50.51.

ſed inſtituendis in fide & vera Religione liberis, quos
a Eph.6.4. 1.Cor.7.3. Deus dederit [a].

XLV. *Quibus argumentis debent incitari coniuges ad iſta officia præſtanda?*

Ductis ex inſtitutione & voluntate Dei, & fructibus ipſius matrimonii. Nam quia Coniuges ſunt vna caro, ſeu corpus vnum, à ſe inuicem diuelli non debent vlla turpitudine.

2. Quia Deus author eſt ipſorum coniunctionis, ideo
b Matt.19.6. ſeparari non debent [b].

3. Quia honorabile & ſanctum eſt Coniugium, & thorus immaculatus, Heb. 13. 4. ideo nulla pollutione, nullis ſordibus, nulla intemperantia contaminari debet.

4. Quia, inquit Apoſtolus 1. Theſſ. 4. 3. 4. *hæc eſt voluntas Dei, Sanctificatio veſtra, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum ſuum vas, id eſt* corpus, *poßidere in ſanctificatione & honore.*

c Pſal.127.3. 5. Quia liberi ſunt fructus Coniugii [c], qui meritò mutuum amorem in coniugibus conciliare debent. Nam quòd mulier ſit mater liberorum, habet à ſuo viro: quod vir ſit pater filiorum, habet à ſua vxore: & ideo *filij & filiæ* quaſi φίλοι dicuntur, propter φιλίαν, quam inter Coniuges conciliare debent. Hinc filii dicuntur, Charæ amoris pignora.

XLVI. *Quænam ſunt alterutrius officia?*

Iterum duplicia ſunt, alia officia viri, alia verò vxoris.

Quænam ſunt officia viri?

1. Vt vxorem inſtituat in veri Dei metu & cultu,
d 1.Cor.7.14.16. Deut. 11. 19. [d] vt ſit caput vxoris ad præſtandam vxori
ſuæ protectionem, & defenſionem, ſic vt eam foueat tan-
e Eph.5.23.28.29. quam carnem ſuam [e], & amabiliter, atque etiam cū quodam honore, & honeſto reſpectu, non tyrannicè habeat: Amarulentum enim in vxorem virum eſſe vetat Paulus, Coloſſ. 3. 19. nedum ſæuum, aut truculentum, nec tractet vt ſeruam vel ancillam, ſed vt vitæ ſociam, atque
f Gen.29.10.12. Gal.4.22.36 conſortem, & veluti collateralem, thori ſociam, atque domus ſecum dominam [f]: quippe cùm Eua, non ex Adami capite, aut pedibus, ſed eius coſta & latere ſit formata.

2. Vt

II. *Eſt-ne aliquod diſcrimen inter Repudium & diuortium?*

Nullum admodum ex Scripturis. Modeſtinus tamen *Repudium* fieri dicit inter ſponſum & ſponſam *Diuortium* verò inter virum & vxorem, poſt conſummatum matrimonium. Quam diſtinctionem docendi gratia retinebimus. Itaque primum de Repudio, id eſt de Sponſalium diremptione dicemus.

III. *Anne, vt conſenſu mutuo matrimonium contrahitur ita ſolo conſenſu dirimi poteſt?*

Non, quia non ſolo humano conſenſu, vt cæteri, humanæ ſocietatis contractus, ſed authoritate diuina conciliatur: quod autem Deus coniunxit, homo non ſeparet, Matth. 16 6.

IV. *In quibus igitur caſibus Repudium fieri conſueuit, ſeu Sponſalia diſſoluuntur?*

Septem vulgò recenſentur. 1. Si altera perſona poſt Sponſalia in infamiam propter aliquod flagitium inciderit.

2. Si alteruter in vitium aliquod graue vel corporis, vel animi inciderit, quod vſum coniugii abominandum, vel etiam calamitoſum reddat, vt lepra, ἐπιλεψία, phreneſis, paralyſis immedicabilis. Et ſanè expediret legibus cauere, ne quis eiuſmodi abominandis & incurabilibus morbis laborant coniugia contraherent, cùm videantur diuinitus ad cœlibatum vocati, & facultate priuati legitimè vtendi matrimonio. Quis enim matrimonium bona conſcientia compleuerit, quo vti non poſſit, quin & ſeipſum, & cæteros ciues perdat, quin denique liberos ad perpetuam miſeriam, & commune Reipublicæ detrimentum gignat?

3. Si affinitas fornicaria ſuperuenerit, (quam vocãt) id eſt, ſi ſponſus cognouerit aliquam ex cognatis ſponſæ ſuæ, etiamſi ſponſa nolit Repudium, tamen eiuſmodi ſponſalia reſcindi debent, non ſine animaduerſione in eum, qui inceſtuoſè fidem fregit.

4. Malitioſa & diuturna abſentia ſponſi vel ſponſæ,

2. Quòd inuocatus adſit piis coniugibus, & eorum moleſtias mitiget, quemadmodum Chriſtus adfuit nuptiis Cananæis[a].

3. Quòd obedientia, patientia, crux, moleſtiæ Coniugij, res Deo gratæ & acceptæ ſint in credentibus, ſic Paulus 1. Tim. 2. 15. dicit, *Mulierem fidelem ſeruatum iri per generationem*, id eſt generatione *liberorum*, *ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione, cum ſobrietate.*

4. Quòd Coniugium dulciſſima eſt imago arcani illius copulæ inter Chriſtum, & Eccleſiam[b]. Poſtremò ſpes Reſurrectionis & futuræ gloriæ, aduerſus omnes ærumnas & moleſtias Coniugij, præſentiſſimum eſt & efficaciſſimum remedium[c].

[a] Ioh. 2. 2.

[b] Eph. 5. 32.

[c] Iobi 19. 25. 26. 27. 1. Pet. 3. 7.

LOCVS XIII.

De Diuortiis & Repudiis.

I. *Quæ eſt ratio nominum Repudij & Diuortij.*

REPVDIVM dicitur quaſi recuſatio propter rem pudendam. *Diuortium* verò à Diuertendo, quia per diuortium coniuges diuertunt, & in diuerſas partes eunt, vel (vt quibuſdam placet) à diuerſitate mentis, quia qui diuortii cauſam dat, diuerſæ mentis eſt ab ea, quam initio habuit, cum matrimonium cõtraheret. Hebræi *Cheritot*, id eſt abſciſſionem vocant: Græci verò ἀποπομπὴν & ἀποστάσιον, Matth. 5. 31. quaſi dicas, abſceſſionale, & ἀπόλυσιν, diſſolutionem. vnde Matth. 19. 8. ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα, *dimittere vxorem* & βιβλίον ἀποστασίου, *libellum Repudij*, mariti ab vxore ſecedentis reſpectu dicitur: non licebat enim vxori recedere à marito, ſiue libellum repudii vel diuortii dare marito[d], ſed marito ſeſe ſeiungenti ab vxore.

[d] Deut. 24. 1. 2. Mal. 2. 16.

II. Eſt ne

Quando contractus vel conſenſus turpis & illicitus, vel iniuſtus eſt.

Quando vero turpis eſt conſenſus?

1. Quando Legi Dei & naturæ aduerſatur, & coniugium contrahitur in gradibus prohibitis à Deo: proinde coniugium illud turpe & inceſtuoſum eſt, & ipſo iure nullum.

2. Illicitum, quando repugnat edictis piorum Magiſtratuum, qui publicum ob bonum in certis gradibus prohibuerunt coniugia.

Sed tamen hoc diſcrimen notandum eſt, quòd contractus nefarij in gradibus à lege Dei prohibitis, nulla diſpenſatione humana, nulla Eccleſiæ benedictione, nulla copula carnali confirmari poſſunt vel debent. At contractus in gradibus prohibitis à Magiſtratu, diſpenſatione quadam, vbi neceſſitas & ratio id poſtulat, permitti poſſunt.

VIII. *Quis contractus eſt iniuſtus?*

Qui fit contra conſenſum & authoritatem parentum benè & rectè iudicantium, à liberis qui ſunt ſub patria poteſtate conſtituti, quem ſi parentes nullo modo ratum eſſe velint, nullum declarari oportet: quia ſicut *quod Deus coniunxit*, inquit Chriſtus Matth. 19.6. *homo ſeparare non debet*; ſic quod homo coniungit contra & præter Dei verbum, Deus ſeiungi vult.

IX. *Quod eſt vitium in perſonis quod coniugium ipſo iure nullum reddit?*

1. Cùm quæ pro virgine nupſit, certis teſtimoniis, vt ex vtero prægnante, vel ex partus tempore, corrupta deprehenditur: nam eiuſmodi, Lege diuina, vt adultera lapidibus obrui debet[a]. Vbi tamen Canoniſtæ volunt nocere tantùm fornicationem contractum matrimonium ſequentem, non autem præcedentem*.

2. Si quis ex coniugibus laborans impotentia naturali, matrimonio ſit inutilis: vel ſi vitium corporis occultauit alterutra pars, morbum videlicet incurabilem, qui ab initio coniugij incognitus fuit, vt ſiquis pro viro ſe venditet, qui tamen ſit ſpado vel Eunuchus, ſiue natura, vel ex vtero matris, ſiue caſu attritus, vel ab homi-

[a] *Deut.* 22. 20.21.

* *Cauſ.* 29. *quæſt.* 1. *Can.* 1.

ſponſalia ſoluit:ſed trina præeunte per interualla publica denuntiatione in cœtu Eccleſiaſtico:qui tamen inuitus abeſt, deſertor cenſeri non poteſt.

5. Nefaria hæreſis,vel ἀποστασία à vera religione, & cultu Dei.

6. Offenſio animorum ſponſi & ſponſæ tanta, vt conciliari nullo modo poſſint,& copula carnalis non acceſſerit, ne ex coactis nuptiis aliquid turpe & nefarium conſequatur,ita tamen vt leuitatis,& fidei non ſeruatæ, Rei pœnas luant.

7. Si mutilatio alicuius membri ſuperuenerit, qua perſona fœda & turpis.modò tamen(inquiũt Canones) copula non interceſſerit.

8. His adde adulterium, quod prorſus ſoluit ſponſalia.vt & Coniugij vinculum.

9. Item ſponſalia inter impuberes, & quæ vel abſque parentum, aut eorum qui loco parentum ſunt, authoritate;vel errore perſonæ,vel qualitatis, (vt cùm Lia pro Rachele Iacobo ſuppoſita eſt)aut cùm ſerua pro ingenua ſupponitur:vel per vim aut metum, aut ſub conditione tantùm contracta ſunt quæ reſcindi poſſunt,niſi poſtea de copula voluntaria, aut voluntario conſenſu conſtiterit.

V. *Quot modis conſummatum Coniugium dirimitur?*

Duobus modis.1. Cùm id quod per ſe & iure nullũ eſt, pro nullo habetur, vel ipſo iure nullum eſſe declaratur.

2. Cùm coniugium,quod ratum fuit & confirmatũ, dirimitur legitimis de cauſis.

VI. *Quibus ergo de cauſis coniugium ipſo iure nullum eſſe declaratur?*

1. Quando vitium ſeu peccatum eſt in contractu matrimonij.

2. Quando vitium ſiue peccatum eſt in ipſis perſonis contrahentibus.

VII. *Quando vitium eſt in conſenſu ſiue contractu coniugij?*

Quando

Sed temeritatis ratio erat longè maxima penes viros, qui nulla non de cauſa repudiare nitebantur. Fuit igitur temeritas illa refrænanda: proinde Chriſtus Matth. 19 8. *Moſes,* (inquit) *propter duritiem cordis veſtri, permiſit vobis dimittere vxores veſtras: cæterùm à principio non fuit ita.* Sic autem antiquari Legem illam Moſis palàm eſt, largiore videlicet Spiritu Dei nobis per Euangelium conceſſo, qui incidimus in tempora διορθώσεως, Heb. 9. 10. Etiamſi nonnulli inter eos, qui Chriſtiani ſunt nomine, reperiantur non minùs duri & iniqui, quàm olim Iudæi fuerint.

XII. *An igitur poſſunt legitima coniugia dirimi?*

Poſſe iuſtis de cauſis probatur ex Lege Repudiorum ſiue Diuortiorum, quam ipſe Deus tulit, Deut. 24. 1.

Ex ipſius Chriſti verbis, Matth. 19. 8. 9. qui duplex diuortium ſtatuit, *Illegitimum* & leue, quod quauis de cauſa fieri conſueuerat apud Iudæos, non amplius admittendum. & *Legitimum*, quod iuſtis duntaxat de cauſis & legitimis fieri debet.

XIII. *Quænam cauſæ ſunt ob quas Coniugium dirimi licet?*

Vnica aſsignatur à Chriſto, Matth. 5. 32. *Quiſquis dimiſerit vxorem ſuam* παρεκτὸς λόγȣ πορνείας, *facit vt illa mœchetur.* Et Matth. 19. 9. *Ego autem dico vobis ſi quis vxorem repudiarit,* εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, *niſi ob adulterium, mœchatur.*

XIV. *Quid eſt adulterium?*

Quando alteruter coniux ſciens & volens rem habet cum alia, vel coniugata, vel inconiugata. *Adulterium* enim dicitur, non (vt volunt Iuriſconſulti) quaſi tantùm ſit acceſſus ad alterius thorum, ſed acceſſus omnis ad alterum, vel ad alteram. Et ideo Chriſtus citatis locis non μοιχείας, ſed πορνείας voce vſus eſt, qua omnis illicitus concubitus ſignificatur.

Nonnulli tamen per μετωνυμίαν includi exiſtimant ea ſcelera quæ fornicationi paria vel maiora ſunt, vt Sodomia &c. excludi autem minora.

ne caſtratus[a]:hunc enim defectus à coniugio arcet, quia vir non eſt. Nam eiuſmodi coniugia ipſo iure nulla ſunt, quia legitimus conſenſus non eſt, quando vnus fallit, alter errat: iuxta regulam, Errantis voluntas nulla: Et, Contractus bonæ fidei, cui dolus dedit cauſam, ipſo iure nullus eſt. Cùm autem Deus fallaciam, fraudem, errorem improbet, non eſt dicendus talium Coniugiorum author.

X. *Iam quot modis diſſoluitur ratum Coniugium?*

Duobus. 1. Morte (quæ eſt vltima linea rerum humanarum) ſicut aduerſus Tertullianum, Mõtanum, Hieronymum, Apoſtolus 1. Cor. 7. 39. dicit, *Vxorem viuenti viro alligatam eſſe ex Lege.* (Matrimonii ſcilicet) *ſed mortuo viro iam liberam eſſe à Coniugij legibus*[b]. Et Chriſtus Matth. 22. 30. docet, nullum fore vſum coniugii in cœlis, vbi nec dabuntur nuptum, nec ducentur vxores.

2. Diſſoluitur ratum coniugium diuortio. Ergo nũc de Diuortiis.

XI. *Eſt-ne iuris diuini ſemel acceptam dimittere?*

Diuini iuris eſt non ſimpliciter, quia nec ſimpliciter præcipitur, nec prohibetur, ſed permittitur dato libello: ſiquidem de eo extat Lex, non mortalis, ſed politica, apud Moſem, Deut.[illegible]4.1. nempe vt, *Si vxor non inuenerit gratiam in oculis mariti, quia inuenit in ea rem turpem, vt deformitatem, moroſitatem, temulentiam,* (nam adultera morte plectebatur, Deut. 22. 22.) *& ſi vir eam dimittat, vt ſcribat ei libellum Repudij, tradátque in manum eius, præcipitur.* Sed legis ratio fuiſſe videtur, non tam neceſſitas, quàm temeraria leuitas, & cordis durities. Neceſſitas quidem erat aliqua ratio reſpectu vxorum: nam his conducibilius erat ſemel dimitti, quàm in perpetuum malè tractari, aut in vitæ diſcrimine verſari. Ideo iis à quibus impetrari non poterat, vt vxores retinerent, præcepit Dominus, non quidem diuortium, ſed modum diuortij: videlicet vt darent diuortii libellum, nempe vt iis aduerſus maritorũ ſæuitiam conſuleretur, & quidem non ſine mariti vxorẽ à ſe amandantis infamia.

Sed

[a] Matt. 19. 12.

[b] Rom. 7. 2. 3. 4.

Poteſt: ſed tamen vnuſquiſque ſuæ conſcientiæ relinquendus eſt, non autem cogendus, vt nolens recipiat.

XIX. *Cùm Chriſtus Matth 5.32.& 19.9. Adulterium ſolam cauſam Diuortij ſtatuat, qua ratione cum ipſo eſt conciliandus Paulus, qui 1. Cor. 7.15. Propter deſertionem diuortium fieri poſſe ſtatuit, inquiens, Si infidelis diſcedat, non eſt frater aut ſoror ei ſubiectus* ἐν τοιούτοις, *in eiuſmodi caſu?*

Chriſtus loquitur de faciente diuortium, ſeu de eo qui dimittit iniuſtè, de quo tantùm interrogatus fuit: Paulus verò de patiente, ſeu de eo qui iniuſtè dimittitur, qui interrogatus, An ſi infidelis fidelem deſereret, fidelis teneretur ſic aſtrictus infideli, vt ad ſecundas nuptias tranſire non poſſet. Reſpondet, *Si infidelis diſcedat*, perſonam deſertam, à ſeruitute. i. vinculo coniugij liberam eſſe, poſtquam ſcilicet omnia expertus fuerit, vt infidelem diſcedentem reuocet ad officium. Itaque Chriſtus oſtendit cauſam diuortij faciendi, Paulus verò cauſam Diuortij patiendi, & liberationem obtinendi propter deſertionem.

Lib. 1. c. 1. & 2. De Adulterinis Coniugiis.

Deinde (vt ait Auguſtinus) Chriſtus loquitur de matrimonio inter pares, Paulus verò de contracto inter impares religione: nam contrahendum, non quidem vt prorſus irritum futurum vetat, ſed vt cum ſcandalo coniunctum & periculoſum diſſuadet, 2. Cor. 6.14. Ne impari iugo copulamini cum infidelibus.

XX. *Qualem intelligit Paulus deſertionem?*

Qua infidelis, i. alienus à cognitione Chriſti, veræ religionis odio diſcedit à fideli Coniuge, nolens cohabitare: nec tamen ipſam deſerentis, aut diſcedentis infidelitatem ſtatuit eſſe cauſam Diuortij, vt tamẽ ſub Lege fuit: vt apparet ex Eſdræ 9.1.2.& 10.17 qui cùm videret Iſraelitas ſeſe copulaſſe Moabitis, & alienigenis diuerſi cultus ea coniugia diſſoluit, nondum videlicet dirupto per Euangelicum fœdus pariete.

At præcipit Apoſtolus, vt ſi infidelis habitare velit cũ parte fideli, hæc illam ferat, iniuſtum verò dũtaxat infi-

XV. *Cur Chriſtus Adulterium ſolam, vnicam, & iuſtiſsimam Diuortij cauſam pronuntiat?*

Quia Adulterium ſua natura & tota ratione ex diametro cum coniugij natura, ſubſtantia, & fide coniugali pugnat?nam per coniugium duo fiunt vna caro[a]. At vnitas hæc Adulterio rumpitur & diſſoluitur.

Deinde quia fieri non poteſt, vt vnus cum duabus ſit vna caro: At qui relicta coniuge adhæret ſcorto, ille, inquit Paulus 1.Cor. 6.16. fit vna caro cum ſcorto.

XVI. *An verò in cauſa adulterij omnibus in caſibus Diuortium concedendum eſt?*

In quibuſdam non videtur concedendum eſſe. 1. Si qui diuortium petit, eiuſdem criminis reus eſt. Occurrit enim illud, In quo alterum iudicas, teipſum condemnas, qui facis eadem, Rom. 2.1.

2. Si maritus vxorem proſtituerit, non poteſt adulteram excludere: cùm ipſe criminis author exiſtat.

3. Si poſtquam cognouit de coniugis adulterio, cum ea rurſum conſueuit: nam eiuſmodi conſuetudo pro reconciliatione habetur: vel ſi cum nocente ſemel in gratiam redierit. Hic enim ipſa ratio dictat, innocentem videri iuri ſuo renuntiaſſe.

4. Si fornicatio fuerit ſine crimine, vt ſi mulier vim paſſa fuerit, aut ex ignorantia cum eo rem habuerit, quem virum ſuum eſſe credebat, cùm tamen eſſet alienus.

XVII. *An tenetur perſona innocens nocentem deferre?*

Tenetur, ſi publicum ſit crimen perſonæ nocentis, vt innocens infamiam vitet, & ne lenocinium facere putetur, (dicente Chryſoſtomo, Patronus turpitudinis eſt, qui celat crimen vxoris,) & ne legitimis liberis fiat iniuria.

XVIII. *An innocens nocentem Reſipiſcentem in gratiam recipere poteſt?*

[a] Gen.2.24.

aetur, priuſquam conuenienti temporis ſpatio, anni puti, vel etiam ſi ſit opus longiori, abſentis reditum expectarit. Quod ſi poſtea deſertrix perſona redierit, grauiſſima ciuili pœna digna fuerit.

XXIII. *Quid faciendum vbi alter abſens eſt, vel propter bellum, vel peregrinationem, aut captiuitatem, aut aliam eiuſmodi cauſam?*

Expectandus eſt ad præſcriptum tempus à Magiſtratu, vel quinquennij, vel ſeptennij, dum ille redeat: mortuus enim probabiliter cenſetur qui tandiu abeſt: vel de abſentis obitu ex teſtibus aut neceſſariis coniecturis cõſtare debet.

XXIV. *Quid ſi caſu redeat, qui mortuus putabatur?*

Poſterius coniugium iuſta ignorantia contractum diſſoluetur. & neutri imputabitur, quod neutrius culpa cõtigiſſe deprehendetur.

XXV. *An ſterilitas dirimit coniugia?*

Non: eſt enim vitium illud plerumque occultum, & cui ſæpe Deus remedium attulit, cùm prorſus deſperatum videbatur [a]. a 1.Sam.1.5 20.

Deinde, cùm ſoboles à Deo pendeat, qui claudit & aperit matricem pro bona ſua voluntate, videtur ipſi Deo quodammodo manus iniicere, qui quam ex eius manu acceperit vxorem, repudiat, niſi liberos ipſi pepererit.

XXVI. *An propter crimina, aut mortem ciuilem, (vt ſiquis ad triremes, & metalla, proſcriptionem ciuilem, aut ad perpetuum exilium, aut perpetuum carcerem damnatus fuerit) aut propter morbum poſt confirmatum coniugium, aut ſæuitiam, & inſidias ſtructas, permitti debet Diuortium?*

delis diſceſſum,cauſam Diuortii facit.Hinc eſt quòd magni nominis Theologi,infidelitatem illam (de qua loquitur Paulus reuocent ad genus , videlicet ad quamlibet malitioſam,iniuſtam,& pertinacem diſceſſionem & deſertionem:iuxta illud 1.Tim.5.8.*Qui ſuorum,maximè autem domeſticorum,curam non habet,fidem abnegauit , & infideli deterior eſt.* Et videtur etiam idem Apoſtolus , cùm dicit, *Non eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in eiuſmodi*,paria peccata intelligere.

XXI. *Quando verò deſertio malitioſa & pertinax facta eſſe intelligitur?*

Si ſimpliciter alter à mutuo conuictu ſeceſſerit,cogendus eſt qui in culpa deprehēditur,tum Eccleſiaſticis Cenſuris,tum etiam ſi neceſſe ſit ciuilibus pœnis, ad faciundum coniugis officium. Si verò extra territorium aufugerit, & intra tempus pro circumſtantiarum ratione à Magiſtratu pio præfixum,deſertrix perſona legitimè euocata non redierit, malitioſa eſt deſertio:& cùm deſertrix Eccleſiæ cognitionem ſubterfugiat,contra cōſcientiam matrimonium dirimit,ac manifeſtè infideli ſimul, & Religionis & coniugis deſertori æquiparatur:tum igitur perſona deſerta ,libera & ſoluta à vinculo coniugii pronuntianda eſt.

XXII. *Quid ſi,quo loco ſit deſertor vel deſertrix,ignoratur?*

Hic diligenter inquiratur in iſtius diſceſſionis cauſas, vt ſi fortè comperiatur perſona, (quæ ſe deſertam conqueritur,& diuortium petit) occaſionem huic malo præbuiſſe, non audiatur: quia iniquum eſſet eum audire de malo,quod vltro ſibi accerſiuit,aduerſus alium conquerentem. Quòd ſi continentiæ donum ſe habere neget, hoc ſibi ipſi imputet,peccatum defleat,abſentem requirat,quo ſe ſua improbitate priuauit.

Deinde conſtet neceſſe eſt præbito quoque,ſi opus eſt, apud Magiſtratum iuramento , bona fide datā eſſe operam omnem,vt profuga illa perſona inueniretur, & de iſta in eum expoſtulatione inſtituta,certior fieret.

Poſtremò, ne[illegible] quidem noui matrimonii poteſtas fieri debet,vxori præſertim, quæ maritum alioqui ſequi teenim exiſtimant, diſſitos Angelicè, quàm coniunctos diabolicè viuere. Si tamen vtraque pars in alteram vel verbis vel verberibus ſæuit, cenſent ſeparationem ſic fieri debere, vt nouarum nuptiarum ſpes illi auferatur vt vel hoc pacto in gratiam redeat.

Sed Leges noſtræ Conſiſtoriales piè iubent, Extrema quæque experiri, priuſquam huc deſcendatur. In quo conueniunt cum Iuſtiniano, qui ait: Sicut ſine iuſta causa diſſolui matrimonia prohibemus, ita aduerſa neceſſitate preſſum, vel preſſam, quamuis infauſto, attamen neceſſario auxilio cupimus liberari. *Codic. lib. 5 De repud. 2. 8.*

XXVIII. *Quid faciendum putas, ſi alter Coniugum, impius, apoſtata, aut hæreticus pertinax factus, alterum in ἀποστασίαν, & impietatem eandem, adeóque nefariam ſuam hæreſim, aut ad crimen aliquod aliud, pertrahere & cogere conetur?*

Hîc Magiſtratus debet gladio Diuortium facere, iuxta Dei mandatum, Deut. 13. 6. quod qui auerſionem, ἀποστασίαν à Domino Deo docuerit, interficiatur, & ſic malum tollatur de medio populi.

XXIX. *Quid ſi Magiſtratus officium negligat?*

Valeat præceptum Apoſtolicum, ad Titum 3. 10. *Hæreticum hominem* (Ergo & atheum, apoſtatam, & blaſphemum) *poſt vnam & alteram correctionem deuita.* Et dictum Chriſti, Luc. 14. 26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, &c. non eſt me dignus.* & Matth 5. 29. *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum.* Item, *Omnis qui reliquerit domum, vel agrum, vel vxorem. &c. centuplum accipiet:* Matth. cap. 19 v. 29.

XXX. *Eſt-ne in petendo Diuortio idem ius vxori aduerſus maritum, ac marito aduerſus vxorem?*

Si ius ipſum ſpectes, quod alter habet in alterius corpus, æqualis eſt vniuſcuiuſque obligatio [a]. In pari igitur a 1 C.

Variant hîc Doctorum ſententiæ:nam alij propter authoritatem verbi Dei, negant illas ob cauſas permitti debere Diuortium,quia Deus dixerit ,*Quod Deus coniunxit, homo ne ſeparet*,Matth.19.6. Homo autem tum ſeparat, cùm ſine Dei verbo ſeparat. At Deus in ſuo Verbo non conceſſit propter eiuſmodi cauſas Diuortium fieri. Sed ſi Magiſtratus officium fecerit , hæc quæſtio erit ſuperuacanea:nam gladio criminum reos afficiet , & ſic conſulet innocentibus.Quo ad tamen mortem ciuilem , Vxorem teneri bannitum vel deportatum ſequi , docent Canones.

Quod verò ad morbos poſt legitimum Coniugium contractos attinet,tenenda eſt regula : *Fortuna afflicta ſi abſit culpa,patienter in coniugio ferenda eſt.* Lepra tamen inter cauſas Diuortij reputari ſolet : nam cùm de leproſis lex ſit , Leuit.13. 46. vt ſoli habitent extra cœtus publicos , & malum ſit incurabile , & pura perſona non inſici debeat eodem morbo : ſoboli etiam cautum ſit ea lege,Ne ex contagioſis contagioſi procreentur,; in certum totius Reip. detrimentum , vtique conſentaneum eſt perſonam ſanam ad congreſſum coniugis,cuius morbus notorius eſt,non eſſe adigendam. Huc facit inſania quæ in rabiem manifeſtam & incurabilem erumpit, quam vinculis coërcere oportet,ne liberis proprijs,coniugi,aliiſve obuiis noceat.

Quoad ſæuitiam & malam tractationem ſiue contumaciam alterius coniugis, lex Theodoſij (quæ habetur in Codice) Ius Canonicum , & ſententiæ præſtantium Theologorum permittunt , In eiuſmodi caſibus (poſt tentatam multoties,ſed fruſtra,reconciliationem, & domeſticam ad tempus ſeparationem) Diuortium fieri poſſe , ne videlicet pars innocens nimio dolore fracta, abiiciat inuocationem , & aliquid iniuſti tentet : vt dicitur, *Patientia nimiùm læſa fit furor.* Innocens tamen ſtatuat interea ſe ad Cœlibatum vocari , & in fide petat victoriam ab illo , qui ſupra vires ſuos tentari non ſinit 1.Cor.10.13.Ideo ſicut Chriſtus non accuſauit, ſed excuſauit Moſem,qui propter duritiem cordis Diuortia conceſſit [a]:Sic cenſent multi Magiſtratum Chriſtianum hodie excuſandum eſſe, ſi miſerè , iniuſtè , tyrannicè,& crudeliter oppreſſis , per Diuortium conſulat : ſatius

enim

a *Matt.19.8*

di Diuortia inter Gentes, ipſósque Iudæos erant in vſu[a]. quare Diuortium in ludibrium & carnificinã vertitur, & innocens pars ſine ſua culpa, priuatur ſuo iure. a Matt. 5. 32. & 19. 3.

Ad hæc ſignificatione Diuortij Scriptura ita vtitur, vt Repudiati liberè rurſus contrahere matrimonium potuerint: Sacerdoti quidem prohibetur Repudiatam ducere[b]: aliis tamen non item[c]: imò in hoc dabatur Libellus Repudij, ne ius eſſet Repudiatam repetere, ac firmum eſſet alterum Matrimonium. b Leu. 21. 7. c Deut. 24. 2.

Poſtremò peruerſa illorum ſententia, qui Legem illã de Diuortiis[d], nunc quoque valere poſſe in Eccleſia Chriſtiana cenſent. d Deut. 24. 1.

LOCVS XIV.

De mundi gubernatione, ſiue Dei Prouidentia.

I. *An-ne, vt Architectus ab extructa domo, ſic Deus ab omnium rerum opificio diſceſſit?*

NOn, ſed perpetuò prȩſens res à ſe conditas moderatur gubernat, regítque, Ioh. 5. 17. *Pater meus operatur adhuc, & ego operor.* Et Sapientiæ. 1. 7. τὸ πνεῦμα συνέχον τὰ πάντα: nec mundus vel nictu oculi ſtare poſſet, ſi ei Deus regimen ſubtraheret.

II. *Quo nomine vocatur Mundi Gubernatio?*

Vulgò Πρόνοια θεοῦ *Prouidentia Dei*, παρὰ τὸ προνοέω ſeu προνοοῦμαι, prouideo & procuro; vt Πρόνοια ſit Prouidentia prouiſio, procuratio, cura, & ſolicitudo, non nuda & otioſa rerum præſcientia & cognitio, ſed actuoſa & efficax rerum omnium adminiſtratio. Libro Sapientiæ 6. 8. ὁμοίως προνοεῖ περὶ πάντων ὁ Θεὸς, *æqualiter cura eſt Deo de omnibus.*

obligatione, idem ius alteri in alterum concedi par e
ca tamen modeſtia ſeruata, quæ mulierem in virum a
gentem, deceat.

XXXI. *Per quos fieri debet Diuortium?*

Non per priuatum hominem; aut priuata authorita
per innocentem coniugem: nemini enim in ſua ipſi
cauſa Iudici eſſe licet; Sed per legitimos Iudices tam E
cleſiaſticos, quam politicos, ſi haberi poſſunt (quia Con
iugium eſt iuris mixti, Diuini, & humani, idque no
temerè, ſed poſt tentatam reconciliationem: atque etia
cauſa legitimè ex allegatis & probatis (neque enim pro
priam turpitudinem alleganti credendum eſt) cogn
& iudicata [a]. Nam nec Abraham ipſe priuato ſuo iud
cio, ſed aperto Dei mandato Agarem expulit, vt habet
Gen. 21. 12.

[a] Matt. 18. 15. 16. 17.

XXXII. *Quænam huic doctrinæ repugnan*

1. Error Pontificiorum, qui legitimam coniugiorum ſe
parationem fieri poſſe cenſent, propter Euangelica
perfectionem, (quam vocant) adipiſcendam, ex lo
Matth. 19. 12. perperam intellecto. Nam ij dicuntur ſe
pſos caſtrare propter Regnum cœlorum, qui à coniug
abſtinent, & continentiam ſeruant ex Dei dono, vt De
ſeruiant liberiùs, ac ſi partibus illis carerent, quibus ſu
viri; qualis eſt amputatio pedis & manus, item exocu
tio, cuius meminit Chriſtus, Matth. 18. 8. 9.

2. Matrimonium poſſe dirimi ob profeſſionem vi
Monaſticæ etiam altero coniugium reclamante, & ſo
Romani Pontificis authoritate

3. Cauſarum matrimonialium cognitionem & di
dicationem ad forum Eccleſiaſticum tantum, i. ad ſol
ſacrificulos & officiales, pecuniarum harpyas, pertine
docent, & inſuper ſeparationem fieri debere, ſiue Diu
tium, quoad menſam & thorum duntaxat, i. verbis t
tùm & nomine tenus, non reipſa; idque ex loco Paul
Cor. 7. 10. *Præcipio vxorem à viro non diſcedere: quòd
diſceſſerit, maneat innupta, aut viro reconciliator*: cùm
ſeparatione illicita loquatur ob leues cauſas, diſſidia
aliquam animorum offenſionem, vt oſtendit verbū,
conciliator. vel de ea qua vxor ſeipſam, non autem
terius, puta Iudicis authoritate, a viro ſeparat: Cuiuſ

di Diuo

Vnde probas hanc Prouidentiam Dei vniuerſalem?

Ex pluribus Scripturæ teſtimoniis. Pſalmus 104. totus egregiam eius continet prædicationem. Chriſtus quoque de ea loquitut. Ioh.5.17. *Pater meus operatur adhuc, & ego operor*. Et Paulus Act 17.28. *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*. Et Heb.1.3. *Omnia Dei verbo*, i. nutu, ſeu potentia verbi Chriſti *ſuſtinentur*.

VII. *Quæ eſt Specialis prouidentia?*

Qua Deus ſingulas mundi partes, & etiam quæ videntur abiectiſſimæ, omnéſque earum actiones, & euentus regit, & moderatur, ſiue in cœlo, ſiue in terra, & inter homines. In Cœlo, ſic vt ne nubecula quidem aliqua generetur, moueatur, mutetur, euaneſcat, niſi nutu Dei. In terra ne herbula quidem naſcatur, floreat, pereat, ſine eiuſdem manu: ne animalculum quidem generetur, ſuſtentetur, niſi à Deo. Inter homines verò, nulli concipiantur, naſcantur, viuant, conſeruentur, moueantur, agant quidquam, mortem obeant, niſi ex nutu & voluntate Dei[a].

[a] Iobi 10.8. 9.10.11. 18. & 14.5. Pſal. 22.10. & 139.5. & 68.21. 1. Sam.2.6.

Da huius Prouidentiæ in ſingulas Creaturas teſtimonia?

Pſal.147.8. *Qui producit ventos de theſauris ſuis, & operit cœlum nubibus, & pluuiam dat terræ in tempore, & producit herbam in montibus: Qui dat niuem ſicuti lanam, & nebulam ſicut cinerem ſpargit*, v.16. *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus ſe*, verſ.9. Chriſtus Matth.5.45. Pater cœleſtis *Solem ſuum ἀνατέλλει, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*. Et cap. 6.30. *Deus lilia & gramen agri veſtit*. Et capit. 10. 29.30. *Nónne duo paſſerculi aſſario veneunt, & vnus ex eis non cadit in terram ſine Patre veſtro? veſtri verò etiam capilli numerati ſunt*. Sic *Deus iniecit ventum in mare, parauit piſcem qui deglutiret Ionam*, Ionæ 1.4.12.& 17. *Parauit Ricinum*, i. fruticem arboroſum, folia habentem ſimilia platano, (vulgus palmam Chriſti appellat.) *qui aſcendit ſupra caput eius: & vermiculum, qui læderet κικεῶνα, & exareſcere faceret*, cap.4.6.7. 1.Sam.2.21. *Deus viſitauit Annam, & concepit, & peperit tres filios & duas filias*. Deut.30.20. *Ipſe eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum*. Eſaiæ.38.5. *Ezechiæ Regi Dominus adiecit quindecim annos*. Ieremiæ 10.23. *Non eſt hominis via e-*

Hæc etiam προορισμὸς καὶ Πρόθεσις, Decretum, & Pro-
a Act.4.28. poſitum Dei appellatur [a]: & a Prudentia (quæ & hominum propria eſt, & ſæpe fallit, & fallitur) toto genere diſtincta eſt.

III. *Quot ſunt partes prouidentiæ Dei?*

Duæ: *Vna* eſt æterna quædam & immutabilis diſpoſitio, qua ab æterno res omnes, poſtquam conditæ eſſent, regere, & ad ſuos fines dirigere, & deducere decreuit.

Altera eſt, ipſa actualis & temporalis totius mundi adminiſtratio qua Deus ſingula à ſe condita, gubernat, regit, moderatur, ſapienter, libere, potenter, & bene, & ad ſuos fines dirigit.

IV. *Cur Deus dicitur omnia adminiſtrare, Sapienter, libere, Potenter, & Bene?*

Sapienter quidem, quia omnia eius oculis nota & a-
b Heb. 4.13. perta ſunt [b], & ad ſuos fines, & tandem ad ſuam ipſius
c Gen.18.21. gloriam, certo conſilio, licet interdum nobis ignoto, di-
Pſal. 33. 13. rigit [c].
15.& 34.16. *Libere*, quia Deus liberrimum eſt agens, qui à nemine
17.&94.8. cogitur ad hanc rerum omnium adminiſtrationem [d].
9.10.&139. *Potenter*, quia non laborat in exequenda ſua volunta-
7.8. te, ſed quæcunque vult, ſicut vult, abſque negotio & defa-
Luc.12.6.7.
d Pſal.115.3. tigatione efficit, neque eius actio vllis viribus impediri,
Ionæ 1.14. vlla lege vinciri poteſt [e], Sapientiæ 8.1. Pertingit o-
e Pſal.115.3. mia à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia
Ionæ 1.14. ſuauiter [f].
f Ioh. 4.8.
Iobi 9.5.6.7 *Bene* autem, quia bene ſemper agit, etiã tum cum in-
g Gen 50 20 ſtrumenta peccant [g].

V. *Quotuplex eſt Prouidentia Dei?*

Rerum creatarum reſpectu triplex, Vniuerſalis, Specialis, & Particularis, ſeu Singularis. Suidas citat ex veteribus Theologis, ἡ τοῦ θεοῦ πρόνοια κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεται, κατ᾽ οἰκονομίαν, ſcilicet in ſuſtentatione rerum: κατ᾽ εὐδοκίαν, in bonis actionibus: κατὰ συγχώρησιν in malis actionibus.

VI. *Quid eſt vniuerſalis?*

Qua Deus creaturas omnes dirigit ſecũdùm arcanum inſtinctum, quem ſingulis in creatione indidit, & ita naturæ ordinem à ſe poſitum conſeruat.

Indurabo cor Pharaonis,ne dimittat populum. Deut. 2.30. *Obdurauit Iehoua Spiritum Sehonis Regis Heſebon, & obſirmauit animum eius.* Et Paulus Rom.9.18. *Deus quem vult indurat.* Exemplo eſt Semei, 2.Sam.16.10. cui Deus dixit, vt malediceret Dauidi, non quidem iubendo vt obediret, (inquit Auguſtinus) ſed eius voluntatem proprio ſuo vitio malam, & maledicum animum, iuſto ſuo iudicio inclinando, vt Dauidem pœnis exerceret. Sic *Medi & Perſæ* nominantur *Sanctificati à Deo*, & inſtrumenta iræ Dei. *Aſſyriorum Rex* in manu Domini eſſe dicitur, velut *virga, baculus, ſecuris, & ſerra*, Iſa 13.3. & 5.3.5.& 10.5.15. Sed & metas præfigit malitiæ ipſorum, ne vlterius ſæuiant, quàm ipſi viſum eſt; ipſáque etiam mala, quæ impij faciunt, ad optimos fines conuertit, ſeruientes gloriæ ſuæ, & electorum ſaluti.

Lib. de gratia & lib. arb. cap.20.

XI. *Sed annon hac ratione mali author ſtatuitur?*

Abſit, quia mali ſic aguntur à Deo, vt etiam ſuas partes agant, conſilio nimirum & voluntate deprauatis: nam malum quod volunt, ſponte, liberè, & ſine coactione & impulſu violento volunt, ſicuti & mali Angeli.

Deinde Deus non infundit malitiã in voluntates malorum, ſicut infundit bonitatem in corda piorum, nec impellit aut allicit voluntates ad peccandum; ſed tantum malas voluntates, ſeu peccantes, quales inuenit, ex corruptione quæ ſequuta eſt auerſionem diabolorum & hominum à Deo, mouet, ciet, flectit, inclinat, dirigit, ſapienter, iuſtè, potenter, vbi, quando, quomodo, & quouſque vult, ſiue mediatè, ſiue immediatè, ad obiecta vel perſequenda vel fugienda, vt impleant (quibus tale nihil propoſitum eſt) quod manus & conſilium Domini decreuit [a]. Propterea probati Scriptores, ſic loquuntur, vt Deum quidem agere propriè in bonis & per bonos: per malos verò agere dicant, non autem ſimpliciter, in malis.

[a] Act. 4.28.

XII. *Sed, An-non ſaltem hac ratione excuſantur ſcelerum authores?*

Non. 1. Quia propria ipſorum conſcientia redarguuntur: & Dei & malorum actiones differunt in voli-

tue, nec viri, vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Prouerb. 21. 1. *Cor Regis eſt in manu Dei, quocunque vult, flectit illud* 1. Cor. 12. 6. *Qui operatur omnia in omnibus & ſingulis.* Et hæc quidem de ſingulari prouidentia Dei.

VIII. *An quia* 1. *Cor.* 9. 9. *inquit Paulus, Nunquid boues curæ ſunt Deo, eos eximit Dei Prouidentiæ?*

Non, quia eos paſcit, vt & cætera animantia, Pſal. 147. 9. *Qui dat eſcam omni carni, qui dat iumentis eſcam ipſorum.* Item Pſal. 36. 7. *Homines & iumenta ſeruas, Domine.* Sed docet non propter boues præcipuè ſcriptam fuiſſe Legem illam, Deut. 25. 4. *Non ligabis os boui trituranti,* ſed propter homines; vt diſcant iuſta officia, & à comparatis Miniſtris Euangelij fideliter laborantibus deberi ſtipêdia, ſciant.

IX. *Cùm omnia Dei nutu & Prouidentia regantur, vnde igitur iſta* ἀταξία *in mundo, qua vt plurimùm bonis malè, malis verò bene accidit?*

Nego eſſe ἀταξίαν, ſed ſapientiſſimam Dei ordinationem dico, qua malos florere ſinit, vt reddantur inexcuſabiles: pios verò flagellis exerceri, vt eorum ſalus tantò meliùs promoueatur[a]. Et ſic magis confirmatur doctrina de futuro iudicio. Et hæc vita breuis eſt: nec pœnæ in hac vita diuturnæ ſunt, nec lætitia: ſed æterna bona, & mala, non ſunt fugaces vmbræ. Et præterea, atrocia delicta plerunque puniuntur atrocibus pœnis in hac vita, vel in proprio corpore vel in poſteris.

[a] Prou. 3. 12. Heb. 12. 10.

X. *Non dubium eſt ſingulas piorum actiones à Deo regi, & gubernari, ſed, An etiam Deus in impiorum cordibus operatur (Vt Auguſtinus loquitur De gratia & lib. Arb. cap. 21.) & illorũ opera ſua Prouidẽtia decernit & regit:*

Qui admittit S. Scripturam, id inficiari nullo modo poteſt, fieri videlicet nihil poſſe, niſi quod ipſe decreuit. Nam Exodi 4 21. & 7. 3. & 9. 12. & 10. 1. inquit Dominus.

Indura-

ſam permiſſionem, nempe efficacem operationem, ſed quam præſtat Deus, non efficiendo illam contumaciam, tanquam iuſtiſſimus iudex, duobus modis: 1. Iam corruptos magis ac magis deſerendo, gratia ſua illos priuando, ſeu Spiritum ſuum negando, vel etiam ab hominibus auferendo, & eos malitiæ ſuæ relinquendo.

2. Impios Satanæ, iræ ſuæ miniſtro, & cupitatibus cordium ſuorum iuſtè tradendo [a]: a Iſa.19.14. Rom.1.24.26.

XIV. *Anne Deus eſt nolens iniquitatem? Pſal.5.5.*

Si ſimpliciter accipias, Deum nullo modo velle, contradicit Scriptura: De Herode enim & Pilato legimus in Actis cap. 4. 28. Eos feciſſe quod conſilium & manus Domini decreuerat fieri. Item euertit Omnipotentiam Dei, quaſi ipſo planè inuito fiat. Ergo explicatio eſt adhibenda. Deum nolle voluntate approbatiua, ſeu voluntate reuelata, ſeu ſigni: hac enim illud damnat, prohibet, punit: vult autem voluntate beneplaciti, ſiue arcana voluntate, quæ tametſi lateat, eſt iuſtiſsima. Præterea diſtingui debet peccatum in actionem ipſam, & malitiam actionis: ab illa certè excludi non poteſt Deus, *In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus*, Act.17.28. Sed quin ſit & volens permiſſor, & ſapientiſſimus ordinator, negari non poteſt, quin negetur Dei Sapientia atque Potentia. Nam & peccatum cedit ad gloriam Dei, diuinæque ipſius iuſtitiæ & miſericordiæ illuſtrationem [b], & ad ſalutem electorum, quibus omnia cooperantur in bonum, Rom.8.27. etiam peccata, vt ait Auguſtinus. Quanquam non per ſe, aut ex ſe, ſed per accidens, & ex Dei bonitate id fiat, ídque in iis demum, quibus remittuntur: & peccata quatenus peccata fuerunt ad hoc ordinata, vt ea filius Dei ſuo expiaret ſanguine. Quin & peccata peccatis punit [c]: vult igitur peccatum, non quatenus peccatum, ſed quatenus pœna, ſeu actus iuſtitiæ, quia omnis pœna peccati, iuſta, eóque bona eſt. Sic non vult Deus fieri inceſtum, quatenus eſt pollutio & violatio ordinis Coniugalis, & Legis tranſgreſsio: & tamen volens Deus, officio Iudicis fungitur, quatenus tam inceſto illo concubitu, quàm aliis ſceleribus Abſalonis, ad exercendas vindictas ſuas vtitur [d].

b Rom.7.5.

c Rom.1.24.

d 2 Sam 12.11. & 16.21.22.

to, i. in eo fine, quem ille & hi propriè ſpectant: nec quod faciunt, faciunt vt Deo, ſed vt ſuis cupiditatibus, obſequantur [a]: ſuntque Prouidentiæ Dei Inſtrumenta, non merè paſſiua, vt ſecuris in manu artificis, ſed actiua: nec ἄλογα, velut equus & canis, ſed λογικά id eſt ratione prædita, quæ internum, voluntarium & electiuum ſuarum actionum principium habent in ſeſe, ſic vt totum malum penes ipſos ſolos reſideat; nonniſi legitimus autem eorum malitiæ vſus penes Deum reperiatur, qui quæ bene vult, per malas malorum voluntates iuſtè exequitur: vt videre eſt in venditione Ioſephi [b], Defectione item decem tribuum à familia & domo Dauidis [c], & traditione filij Dei [d].

[illegible]
[illegible]
[illegible]

2. In vno eodémque impiorum opere, quæ propria Dei actio, bona & iuſta eſt, à defectu & vitio impiorum, diſcernenda eſt. Nam quòd mali peccant eorum eſt: quòd verò peccando hoc vel illud agunt ex virtute Dei eſt, tenebras (prout viſum eſt) diuidentis, vt rectè Auguſtinus ſcripſit: Et ſic in eodem opere, Deus iuſtus; homo reus eſſe comperitur (inquit idem) quia in vna re quam fecerunt, cauſa non vna eſt ob quam fecerunt. Quod Eruditi per ſimilia declarant, Lictoris nocentem ex Magiſtratus iuſſu, iuſto quidem, ſed praua cupiditate interficientis: Equitatis in equo claudo, qui nec cũ equo claudicat ipſe, nec claudicationis in equo cauſa eſt: Item, Animæ quæ in ægro & claudo corpore mouet corpus: Et latronis interficientis aliquem, quem Deus iuſto iudicio vult interfici. Vbi notanda regula, Cùm eiuſdem effectus plures ſunt cauſæ, aliæ bonæ, aliæ malæ, effectus ille reſpectu cauſarum bonarum, bonus eſt: reſpectu vitioſarum, malus.

XIII. *An non præſtaret hæc referre ad Præſcientiam qua Deus, res omnes quidem antequam fiant, prænouit, non autem decernit?*

Non: quia cùm Scriptura dicit, Deum excæcare, indurare [e], tentare [f], tradere in ſenſum reprobum [g], amplius aliquid notat, quàm præſcientiam, aut nudam ſeu otioſam per-

a *Iſa.* 10.5. 6.7.
b *Gen.* 45.8.
c 1. *Reg* 12. & *cap.* 12. 15.16.
d *Act.* 4.27. & 13.27.
e *Iſa* 6.9.10. *Ioh.* 12.40.
f *Deut.* 8.2. & 13.3.
g *Rom.* 1.28.

impoſſibilia, propter naturam cauſæ vel ſubiecti, de quo dicitur: vt, Deus eſt, Deus viuit, Eſt Iuſtus, Bonus, Sapiẽs. Alia Neceſſitas Conſequentiæ, ſeu ex hypotheſi quæ eſt effectuum ex iis, quibus poſitis neceſſe eſt quidem effectũ ſequi, ſed ipſæ tamen cauſæ, vel non exiſtere, vel mutari poterant. Sic Neceſſaria ſunt, quę Deus decreuit vt fiant, propter immutabilitatem diuini decreti: quod tamen Deus liberrimè fecit, id eſt ab æterno, vel non decernere vel aliter decernere poterat. Item quæ per cauſas quidẽ ſecundas fiunt, quæ ſic ſunt à Deo conditæ, vt ſua natura non poſſint aliter agere quàm agunt, ſed tamen ab ipſo tolli, aut impediri, aut mutari poſſunt. Sic Sol neceſſariò mouetur, & tamen conſiſtit in pugna Ioſue [a]: Ignis vrit admota corpora, & tamen non vrit tres iuuenes in fornace Babylonica [b], Sic dicta illa Christi Matth. 18. 7. *Neceſſe eſt vt veniant ſcandala*: & Pauli 5. Cor. 12. 19. *Oportet hæreſes eſſe*, de Neceſſitate conſequentiæ intelligi debẽt, cuius cauſæ proximæ in ipſis hominum, & Diabolorum voluntatibus quærendæ ſunt. Illud autem, *Oportuit Chriſtum pati*, Luc. 24. 46. ex hypotheſi finis. vel Neceſſitate decreti dicitur.

[a] Ioſue 10. 26. 27.

[b] Dan. 3. 92. 94.

Notanda eſt igitur vſitata in Scholis ſententia, Futura quando comparantur ad primam cauſam, & pręſcientiã Dei, eſſe neceſſaria: comparata autem ad cauſas proximas, & ſecundùm ſuam naturam conſiderata, poſſe eſſe contingentia, & nullam eſſe contradictionem, Idem diuerſis reſpectibus eſſe Neceſſarium, & Contingens.

XVII. *Quid differt iſta Neceſſitas à Fato Stoicorum?*

Multum, quia iſti Neceſſitatem in perpetua rerũ ſecundarum ſerie & nexu ineuitabili: nos autem in Dei voluntate & decreto poſitam eſſe aſſerimus.

Deinde illi Deum Neceſſitati, Nos autem Neceſſitatem Deo ſubiicimus.

XVIII. *Nihilne caſu aut fortuitò accidit?*

Nihil planè reipſa, ſi Prouidentiam, potẽtiam & omniſcientiam Dei ſpectes: ſed noſtri reſpectu, qui veras cauſas ignoramus, & euentus inexpectatos tantùm ſpectamus, tale aliquid dici & euenire poteſt, Sic Num. 35. 22.

XV. *An duæ conſtituuntur contrariæ in Deo voluntates, cùm arcano ſuo conſilio decernere & regere dicitur, quæ tamen palàm Lege ſua prohibet?*

Minimè: ſed cùm vna ſit & ſimplex Dei volũtas, multiplex nobis apparet, quia pro imbecillitate mentis noſtræ non poſſumus capere quomodo Deus idem, non eodem modo & fine, (ſic enim ſibi contradiceret,) ſed diuerſo modo velit & nolit fieri: eſt enim ſapientia eius πολυποίκιλος, Eph. 3. 10. & *habitat lucem inacceſſam* 1. Tim. 6. 16. Ideo Auguſtinus ait, Enchirid. ad Laurent. cap. 101. Magna Dei opera, & exquiſita in omnes voluntas eius, vt miro & ineffabili modo non fiat præter eius voluntatem, quod etiam ſit contra eius voluntatem.

XVI. *Anne Prouidentia Dei ſic omnia neceſſariò eueniunt, vt tollatur omnis Contingentia?*

1. Si ad cauſarum ſecundarum naturam reſpiciamus rectè Contingentia, & mutabilitas effectuum aſſeritur. Eſt autem Contingens, quod cùm ſit, habet cauſam quę ex natura ſua poterat aliter agere. Sed reſpectu cauſæ primæ, contingentia quoque neceſſaria ſunt, ita ſcilicet vt ex nutu & voluntate Dei pendeant vniuerſa. Sic oſſa Chriſti naturâ ſua frangi potuerunt, quæ Dei decreto frangi non potuerunt, Ioh. 19. 36.

2. Alia eſt Neceſſitas infallibilitatis, alia Coactionis qualis Neceſſitas in Balaam, cùm benedicit populo Iſrael, reluctans tota voluntate, Num. 23. 12. Sic quæ homines vel Angeli agunt, neceſſariò agunt, quoniam Deus hoc fieri ſuâ Prouidentiâ *decreuit, non tamen coacti aut inuiti: flectit enim Deus eorum voluntatem in eam partem, quam fieri decreuit, vt dum agunt, ipſi etiam velint, ſicut homines (vt viuant in his terris,) neceſſariò quidem, ſed tamen ſponte edunt & bibunt, Deo in eam partem inclinante eorum voluntatē.

3. Alia eſt Neceſſitas Abſoluta, ἁπλῶς ſeu ſimpliciter ſic dicta, Eorum nempe quorũ oppoſita ſunt ſimpliciter impoſ-

regnat in Eccleſia ſua,pios regit, ac fouet,in illis operatur velle & perficere, vt in ſuis præceptis ambulent efficit[a],eos tuetur,& eorum hoſtes terret, coërcet, & proſternit.

a Ezech.36. 27.

Da huius Teſtimonia?

Pſal.17.*Nouit Dominus viam iuſtorum.*Pſal.34.16. *Oculi Domini ſunt ſuper iuſtos.* Et totus Pſalmus 91. *Qui habitat in adiutorio Domini &c.*huc facit.Matth.10.30.*Etiam veſtri capilli omnes numerati ſunt.* Matth.16.18.*Portæ Inferorum aduerſus Eccleſiam non præualebunt.*1.Tim.4.10. *Deus Seruator eſt omnium hominum, maximè fidelium.* Et alia innumera eiuſmodi.

XXIII.*An Deus per ſeſe ſolum ſine mediis, an verò per media & cauſas ſecundas,omnia adminiſtrat?*

Neutrum ſimpliciter,ſed partim per ſe ſolũ ſine mediis,imò ſæpe contra ſeu præter media ordinaria,multa adminiſtrat vt abſque mediis ſuſtentauit Moſem 40.dies in monte[b],& Prophetam Eliam [c].Contra media verò & cauſas naturales,mare rubrum diuiſit[d]:ſicut eius virtute ſteterunt aquæ Iordanis [e],& diuiſæ ſunt aquæ in vtramque partem[f]:Solem retrogredi fecit [g]. Vim ignis in fornace Babylonica cohibuit,ne vreret pueros [h]: Conuertit petram in ſtagna aquarum,& rupem in fontes aquarũ[i]: Ferrum natare fecit in aqua[k].

Partim verò adminiſtrat per ſe, & cũ mediis ſiue cauſis ſecundis ita tamen vt illis Deus ſemper præſens adſit,in iiſque ſpecialem ſuam vim exerat:iuxta illud Deut. 8.3.*Non ex ſolo pane viuit homo , ſed ex omni eo,quod procedit ex ore Dei.*Sic quinque panibus paſcit ingentem multitudinem[l]:ex cauſis ſecundis alium effectum producit, quã ipſarum diſpoſitio & natura ferat:& poſitis cauſis ſecundis in actu,earum effectum impedit,mutat, mitigat, exaſperat:vt Eliæ temporibus toto triẽnio non pluit[m]Eſa.5 6.Mandabo nubibus ne pluant.

b Exod.34. 28.
c 1.Reg.19.8
d Exodi 14. 16.
e Ioſue 3.16.
f 2.Reg.2.8.
g 2.Reg.20. 11.
h Dan.3.21. 26
i Pſal.114.8.
k 2.Reg.6.6.
l Ioh.6.9.11. 12.
m 1.Reg.17. 1.7.
Iacobi 9.17.
1. Reg.8.35.

XXIV.*Cur Deus ordinariè mediis ſiue cauſis ſecundis vtitur, cùm per ſe abſque mediis omnia operari poßit?*

lex habetur De fortuitis homicidiis, quæ nõ eſſe fortuita ex Exodi 21.13. elicitur, vbi Deus illum, qui hoc modo occiditur, in manus interfectoris tradidiſſe dicitur.

Fortuita tamen appellãtur hominum iudicio, quia nõ præmeditato conſilio fiunt à nobis: vbi tamen meminiſſe oportet dictorum Baſilij magni, Ethnicorum voces eſſe, caſum & fortunam: Et Auguſtini, Pœnitere ſe vſum fuiſſe fortunæ nomine.

XIX. *Annon immutabili Dei rerum omnium Prouidentia & adminiſtratione tollitur voluntatis libertas?*

Nequaquam: quia Deus voluntatem humanam regit, & gubernat ſecundùm naturam ipſius. Eſt autem voluntatis humanæ natura, vt quicquid vult ſiue bonum ſiue malum, illud liberè & ſponte, non coactè & inuitè velit, alioquin non eſſet voluntas: ſed noluntas. vt libera certè voluntate & conſultò, Matt. 27.1. Herodes, Pilatus, Iudæi, Ieſum damnarunt: & tamen aiunt Apoſtoli, Eos nõ feciſſe niſi id, quod manus & conſilium Domini decreuerat fieri. Act. 4.27.28.

XX. *Anne Prouidẽtiæ Dei videntur obeſſe loci Scripturæ, vbi dicitur Deum pœnituiſſe, Gen. 6.6. 1. Sam. 15.11. & quæ referuntur nõnulla decretorum eius abrogationes,* Ionæ 3.4.10. Iſa. 38.1.5.

Non, quia illic (quemadmodum quando iraſci dicitur) ad captum noſtrum ſe ſubmittens Scriptura, Deum deſcribit non qualis in ſe eſt, ſed qualis à nobis ſentitur. Denuntiationes autem illæ tacitam continent conditionem, vt Gen. 20.3.7.

XXI. *Annõ dedecet ſummã illã Dei Maieſtatẽ vſq. ad curãda etiã hæc infima, ſeſe demittere?*

Non, quia ſicut non dedecuit ea creare, ſic non dedecet creata curare.

XXII. *Quæ eſt prouidentia peculiaris?*

Qua Deus per gratiam, vel Spiritum Sanctum, viuit & regnat tia ordinauit. vt fines a Deo decretos conſequamur.

XXVI. *Cur verò interdum non vtitur mediis?*

Vt teſtetur ſe non alligatum eſſe cauſis ſecundis. & ſe æquè operari abſque mediis, quàm cum mediis poſſet. Denique, vt deficientibus mediis, ideo tamen de ipſius Prouidentia non dubitemus.

XXVII. *Quis Vſus eſt huius Doctrinæ?*

1. Vt Deum ex rerum omnium adminiſtratione agnoſcamus qualis eſt, nempe ſummè ſapiẽtem, bonum, potentem, omnium rerum Dominum, in cuius nutum reſpiciunt omnes creaturæ, vt ſe ei in obſequium addicant.

2. Vt in illum, tanquam Patrem noſtrum, de omnibus nobis proſpicientem, fiduciam noſtram cõiiciamus, illud vſurpantes, Dominus prouidebit, Gen. 22. 8. Et in eius protectione ſecurè quieſcamus, cuius arbitrio omnes ſubiacẽt quæ alicunde timeri poſſunt noxæ, & cuius imperio Satan cum omnibus ſuis furiis coërcetur.

3. Vt in aduerſis, non in cauſas ſecundas, ſed ad Deũ primam omnium rerum cauſam oculos attollamus, exẽplo Iobi[a]: peccata noſtra agnoſcamus & emẽdemus: Vt & patientes ſimus, ſcientes Deum immittere nobis res aduerſas, non vt perdat, ſed ad bonum[b]. In proſperis verò grati Deum authorem omnium celebremus, cùm cõſtet Deum inclinare animos & actiones hominum, vt nobis bene velint, ac benefaciant[c], & rebus inanimatis vim inſpirare vt nobis vtiles ſint[d].

a Iobi. 1. 21 & 2. 10.
b Gen. 45. 5. & 50. 20. Amos 3. 6. Rom. 8. 27.
c Gen. 31. 24. & 32. 6. & 33. 4. Exod. 3. 21.
d Luc. 12. 15.

4. Vt Deum timeamus, & reuereamur, in cuius manu ſunt omnes creaturæ, & qui omnes aduerſus nos armare poteſt.

5. Vt corda noſtra afficiantur amore erga Deum, qui peculiarem noſtri curam gerit[e].

e Pſal. 55. 23. 1. Pet. 5. 7.

6. Vt Charitatem mutuam colamus, cùm ſimus omnes in vna eadémque Patris familia, & ita connexi, vt alij aliorum ope indigeamus.

7. Ne negligamus media, quæ Deus ordinauit, ſi ſint ad manum, neve ad alios vſus vſurpemus, aut fiduciam in iis collocẽmus[f]: & deficiẽtibus mediis ei nihilominus fidamus, qui verbo omnia poteſt[g].

f 2. Paral. 16. 12.
g Matth. 8. 8.

1. Noſtra cauſa id facit, vt in iis aut per ea faciliùs Deum nobis auxiliantem animaduertamus: cùm enim carnales ſimus, rebus viſibilibus egemus, vt fides noſtra in Dei promiſſionibus meliùs cōfirmetur & acquieſcat, & vt bonitatem ſuam erga nos declaret, dum nos vel nobis, vel aliis regendis, veluti ſibi cooperatores facit.

2. Vt ſe Dominum vniuerſorum probet, qui pro ſua voluntate creaturis & rebus mediis ad gloriam ſuam, & ſalutem noſtram vtitur.

3. Ne abutamur mediis, quippe à Deo ordinatis.

4. Ne prætextu prouidentiæ Dei, negligamus media ſiue cauſas ſecundas à Deo ordinatas: nam qui ea negligit, Dei ordinationem negligit: Neque enim fines actionum ſolum, ſed & media quoque earum decreuit Deus, quæ propterea Prouidentiæ ſubiiciuntur & ſubalternantur: vt ægrotanti medicinæ potio, eſurienti panis. Sic Deus promiſit Dauidi victoriam: ſed ſi pugnet, & ſtruat inſidias[a]: promiſit ſe nutriturum hominem, ſed ſi ipſe laboret[b].

a 2.Sam.5. 19 24.
b Pſal.128 2.

XXV. *Anne ſi diuina determinatio immutabilis eſt, & ex conſilio & voluntate Dei omnia eueniunt infallibiliter, deliberationibus, conſiliis, præceptis, precibus, doctrina, cautionibus, & conatibus noſtris locus eſt?*

Certis & à Deo decretis euentibus certum eſt fruſtra adhiberi media, ſine quibus illos efficere Deus decreuit, vel ſe effecturum dixit: quæ verò media & ipſe adhiberi decreuit, & quibus vti ſe velle in ſuo verbo & naturæ ordine oſtendit, & nos vti iuſſit, ea fruſtra à nobis adhiberi ſine impio Verbi & ordinis diuini contemptu dici non poteſt: nam poſita cauſa prima, nequaquam oportet remouere ſecundam neque contrà: & vt fines, ita & media (quibus ad illos adducere nos ipſi viſum eſt) Deus creauit, & nobis præſcripſit, quæ negligere, eſt Deum tētare[c]. Proinde nec hominum deliberationes tollit Dei Prouidentia, neque prudentiam, & mediorum neceſſariorum perquiſitionem: illa enim omnia eadem Dei Prouiden-

c Matth.4. 4.5.
Act.27. 21. 24.30.31.

voluí exiſtimarunt, & ex fortuita applicatione agentis ad patiens, ſicut atomorum in Sole, effectum produci.

7. Eorum impius error, qui otioſum, & delicatum quendam Deum ſomniant, qui nec ſua, nec aliena curet: vitámque beatam poſt ærumnoſam hanc, pro fabula habent.

LOCVS XV.

De Peccato in Genere, & potiſſimùm de Peccato Originis.

1. *Quæ eſt ratio vocis peccati?*

PECCATVM à peccando. Peccare autem nihil aliud eſt quàm (finitore Cicerone 3. Paradoxo) tranſire lineas, intrà quas continere te deberes. Latinis dicitur *Vitium*, *Malitia*, de prauis animi Qualitatibus. *Error*, *delictum*, de externis, leuioribus erratis. *Flagitium*, *facinus*, *ſcelus*, de externis, enormibus, & notoriis delictis. *Crimen* & *Culpa* de reatu.

Hebræis dicitur חטא. Eſt autem hoc aberrare à ſcopo, quem tibi præfixum aſſequi debueras, vel à recto, puta à norma Legis diuinæ, deuiare.

Græcis dicitur ἁμαρτία, & ἁμάρτημα, ἀπὸ τοῦ ἁμαρτάνειν: dicitur à Suida, τοῦ ἀγαθοῦ ἀποτυχία, ἀπὸ τοῦ ἀποτυγχάνειν σκοποῦ. Vocatur etiam παράπτωμα, id eſt, *offenſa*, *lapſus*, *erratum*, à παρὰ & πίπτειν, prætercadere, cùm ſcilicet vltra rectam iuſtitiæ lineam cadimus: vel à παράπτομαι, quod eſt temerè, & aberrante manu aliquid tangere, Dicitur & ὀφείλημα, *debitum*, vt Matth. 6. 12. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν; propter ſimilitudinem, nempe quoniam qui peccat, tum pœnam Deo, tum iniuriæ compenſationem proximo debet. Vt enim debita ciuiliter obligant ad ſatisfactionem pœnæ, niſi fiat remiſſio, ita

8. Vt exemplo Dei, qui nunquam ab adminiſtratione mundi recedit, noſtro muneri & officio quàm diligentiſſimè incumbamus.

XXVIII. *Quæ ſunt Repugnantia?*

1. Abuſus Prouidentię Dei, in iis qui præpoſterè ſecuri negligunt omnia, dicentes, Quorſum ego cura ac ſolicitudine fruſtra conficerer? Deus prouidebit ac diſponet quæ mihi ſunt neceſſaria: media à Deo ordinata negligunt, vel peccatis ſuis impiè Prouidentiam Dei prætexunt.

2. Dogma *Stoicorum*, De fato, ſeu fatali neceſſitate ex perpetuo cauſarum nexu, & implicita & indeclinabili ſerie, quam vocant εἱμαρμένην, quam ſic explicant. In cauſis eſſentialiter ordinatis ſecunda agente, neceſſariò primam agere, neque poſſe quicquam primam agere abſque ſecundis, nec aliter quàm pro natura & diſpoſitione ſecundarum, imò neque Deum, neque cauſas ſecundas aliter ex ſua natura agere aut ferri poſſe, quàm agunt & feruntur. *Manichæorum*, Sceleratos ex fato tales eſſe κατ᾽ εἱμαρμένην. *Marcionis*, Non voluntate, ſed neceſſitate perpetrari ſcelera.

3. *Eorum* qui arbitrati ſunt tantummodo mundum ipſum factum à Deo, cætera iam fieri ab ipſo mundo, ſicut ille ordinauit & iuſſit. *Philoſophorum* quorundam qui ſenſerunt incorruptibilia, tantùm ſubiacere Prouidentiæ Dei, non corruptibilia, niſi quantum ad ſpecies, quas ipſi ſtatuunt incorruptibiles & æternas. Aliorum etiam qui dicunt, Magna Dii curant parua negligunt. Et *Aſtrologorum*, qui à Deo cœleſtia regi, ſublunaria verò Stellarum viribus, influentiis, conſtellationibus diſpenſari affirmant.

4. Libertinorum Blaſphemia, qui calumniātur peccata ipſa diabolorum & hominum, in quantum peccata ſunt ſimpliciter Deo tribui, nec tamen peccare, quia Lege ſolutus ſit, qui tamen ſibi ipſi lex eſt.

5. Figmentum de nuda præſcientia, & de vniuerſali tantum Prouidentia.

6. Error Epicuri, & omnium propemodum Ethnicorum, qui Fortunam & Caſum mundo dominari, & hominibus præeſſe, omniáque temerè ſurſum deorſum

volu

tiis[a]: Imprimis Lapſus primorum parentum, vt eodem loco (Gen. 3.6.) deſcribitur.

a Ibidem ver.6.

3 Sed ex accidente, Obiecta in ſenſus incurrentia, & ad ſui abuſum, eóque ad peccatum pellicientia[b].

b Gen. 3.6. 1. Ioh.2.16. 2.Sam.11.2.

4. Itidem ex accidente, Lex ipſa Dei ſancta & iuſta, quæ carni placent prohibendo, & quæ diſplicent præcipiendo, iuxta illud:

Nitimur in vetitum ſemper, cupimúſque negata[d].

Quæ omnia confirmantur exemplo primi lapſus Adami.

5. Peccatorum fomenta, Otium, & Mollities[c].

c Rom.3.20. & 4.15. & 5.20. & 7. 7.8.

d Ezech.16. 49.

IV. *Sed cùm nihil contingat in mundo, aut contingere poſſit ſine ſapientiſſima & iuſtiſſima Dei Prouidentia, Annon, Peccati author & cauſa dici poteſt?*

Abſit, quippe qui illud odit, vetat, & punit, vt quod cum ſumma ipſius bonitate pugnet, dicente Iohanne 1. ſua Epiſtol. 2. 16. *Concupiſcentia* (quo nomine omnia peccata intelligit) *non ex Patre, ſed ex mundo eſt.* Et Iac. 1.14 15. *Vnuſquiſque tentatur, dum à propria cupiditate abſtrahitur, & illicitur: Deinde Cupiditas poſteaquam concepit, parit peccatum.* Et Eccleſiaſtæ 7. 30. *Hoc ſcio quòd fecerit Deus hominem rectum, ipſi autem quæſiuerunt ſibi adinuentiones multas,* Etſi peccatum fieri ſinit certo conſilio, vt in Loco De Prouidentia Dei dictum eſt.

V. *Quæ eſt cauſa Peccati Interior?*

Eadē multiplex. 1. Ipſa naturæ corruptio, quæ & ab Apoſtolis Concupiſcentia appellari ſolet, Eph. 2. 3. *Verſati ſumus in Concupiſcentia carnis noſtræ, facientes voluntates carnis, & cogitationum noſtrarum.*

2. Conſenſus voluntatis, Matth. 5. 28. *Qui mulierem aſpexerit ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt cum ea in ſuo corde.*

3. Ignorantia, qua voluntas ſæpe decipitur, de qua etiam Apoſtolus, 1. Tim. 1. 13. *Gratiam habeo Chriſto, qui me in miniſterio conſtituit, qui priùs eram blaſphemus, & perſequutor, & iniurioſus, ſed mei miſertus eſt: nam ignorans id faciebam fidei expers.* Neque enim ignorantia excuſat, cùm

peccata ciuiliter obligant ad satisfactionem pœnæ, n fiat remiſſio. Dicitur etiam ἥττημα, *defectus, vt* 1. *Cor.*6.7. ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν. Iam igitur omnino in potentia in vobis eſt: ab ἡττάομαι, vincor, ſuccumbo. Ite *κακία, πονηρία, malitia, nequitia, prauitas flagitium, ſcelus*[a]. Ite παράβασις, *transgreſsio*[b]: ἀνομία[c]: ἀδικία[d]: ἀσέβεια, quæ refer ad primam tabulam contra Deum: ἀδικία autem ad ſec dam contra homines[e].

a 1.*Cor.*5.8.
b *Rom.*4.15.
c *Heb.*1.9.
d 2.*Tim.*2.19.
e *Rom.*1.18.

II. *Peccatum quid eſt?*

1. Iohan. 3. 4 κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου, ſic definitur. Πᾶ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ, καὶ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομ id eſt Tranſgreſſio Legis ſeu priuatio Legis, id eſt co formitatis noſtrarum tum animi tum corporis action cum Lege diuina: nam vocabulum ἀνομία, vim habet du rum, vtpote quod conſtet ex particula priuante, & voc bulo νόμος: vel (vt breuiter Ambroſius expreſſit,) Pecc tum eſt Legis diuinæ præuaricatio. Auguſtinus ſic, Pe catum eſt dictum, vel factum, vel concupitum, vel cog tatum contra Legem Dei. Nos ſic, Peccatum eſt def ctus, declinatio, ſeu aberratio à Lege ſeu voluntate De obligans ad mortem æternam.

Interdum tamen metonymicè pro toto ipſo homin corrupto, tum pro omnibus ipſius actionibus cu Lege Dei pugnantibus; tum pro victima expiatrice, & ſacrificio pro peccato vſurpatur, Exodi 29.36. *Et vit lum pro peccato offeres per ſingulos dies ad expiandum, & pe cato aſperges altare*, id eſt ſanguine ſacrificij pro peccat Leuit. 8. 15. Et 2. Cor. 5. 21. *Fecit enim vt qui non no peccatum pro nobis peccatum eſſet*, id eſt victima pro pe cato. vel peccator, non quidem in ſeſe, ſed ex omniu noſtrorum peccatorum reatu ipſi imputato; vt poſ ἀντίθεσις addita, vt nos efficeremur iuſtitia Dei, id e iuſti apud Deum, & quidem Iuſtitiâ, non nobis in hærente, ſed quæ cùm in Chriſto ſit, nobis per fide imputatur.

III. *Quæ ſunt peccati cauſæ?*

Duæ, Externa, & Interna. *Externa* multiplex 1. Sata ſuis venenatis afflatibus[f].

f *Gen* 3. 1. 4. 5.

2. Hominès ſuis prauis exemplis, verbis, & bland

tiis

petrari non poteſt: Quo ſenſu dixit Apoſtolus 1. Tim 6. 10 *Auaritiam eſſe radicem omnium malorum.* Et Iacobi 2.10. *Qui offenderit in vno, omnibus teneri.* Et Eph.5.18. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.*

5. Ratione finis, Quatenus ſæpe propter vnum peccatum, alterum etiam admittitur, vt Iudas propter φιλαργυρίαν prodidit Chriſtum[a].

VII. *Eſt-ne peccatum aliquid Poſitiuum an Priuatiuum?*

Peccatum non eſt Poſitiuum, id eſt quiddam ſubſiſtens à Deo conditum, nec eſt ſimpliciter nihil, nec ſimplex & pura priuatio, ſicut mors eſt priuatio vitę, aut tenebræ ſunt priuatio lucis. ſed eſt defectus ſeu deſtructio rei poſitiuæ, videlicet operis & ordinis diuini in ſubiecto, quod culpam ſuſtinet ſuæ deprauationis, & auerſionis à Deo, vt ruina in domo, cæcitas & amiſſio viſus in oculis. Et Paulus vocat defectum ſeu priuationem, cùm ait, *Omnes ca ent gloria Dei*, Rom.3.22. etſi accedunt motus externi & interni, qui ſunt res poſitiuæ, ſed tamen errantes & confuſæ vt in parricidio Cain, motus ſeu eleuatio manuum eſt res poſitiua[b]. Sed peccatum ipſum eſt à Lege Dei defectio, & à voluntate Dei aberratio, ἀταξία, & confuſio ordinis diuini. Hoc ſenſu dicit Thomas, Peccatum non eſſe puram priuationem, hoc eſt, abſentiam tantummodo boni, ſed quendam habitum corruptum, ſeu actum debito ordine priuatum, id eſt lacerationem, & turbationem ordinis, quo debebant regi omnes vires, & inclinationes noſtræ.

VIII. *Quid eſt Subiectum Peccati?*

Creatura Rationalis, quia in eandem ſolam propriè cadit, (quippe quæ ſola Legem & voluntatem Dei intelligit, & προαίρεσιν habet) non autem in brutam naturam.

IX. *Quod ſunt partes Peccati?*

Duæ, Materiale, & formale peccati, ſeu malum culpę, & reatus. Malum culpæ ſeu *materiale* peccati, eſt ἀταξία ſeu ἀνομία, defectus, corruptio, inclinatio, actio, pugnans cum Lege Dei, morbus ipſe inhærens. Reatus verò ſeu *formale* peccati, eſt obligatio ad pœnam tem-

[a] *Ioh.*12.6. *Matt.*26.14. 15.16.

[b] *Gen.* 4.8

earum rerum eſt,quas ex officio noſſe teneris, & vſita
dicitur,Ignorantia excuſat,non à toto,ſed à tanto.

4. Infirmitas animi, fideíque imbecillitas, qua ſit v
vehementibus Satanæ & carnis tentationibus non ſem
pet valeamus reſiſtere,ſed licet videamus meliora, pro
bemúſque,interim tamen victi, deteriora ſequamur: v
contigit Petro[a],cùm Chriſtum abnegauit:& Dauidi, c
adulterium commiſit[b].

a Matt.26. 69. & ſeq.
b 2.Sam.11. 2.4.

5. Ipſa planè voluntaria, deſtinatáque malitia, d
qua,Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile,quis cogno
ſcet illud? Ierem.17.9. Quale fuit peccatum Diabo
li. Iohan.3.8. *Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt, quoniam
à principio Diabolus peccat:* vbi Facere peccatum, ſi
gnificat,non ſimpliciter peccare, ſed ex deſtinata ma
litia dare operam peccato, & ſtudio peccandi tener
Sicut Iudas proditor,qui audit,*Quod facis,fac citiùs.* Qu
modo fideles peccatum non faciunt, 1.Ioh.3.9. *Omn
qui natus eſt ex Deo,peccatum non facit*, id eſt non indul
get peccato, alioquin ſi dixerimus quòd peccatum no
habemus,ipſi ſeducimus nos,& veritas in nobis non eſt,
1.Ioh.1.8.

6. Habitus in peccato, ſeu conſuetudo in peccando,
non poſtrema cauſa eſt peccatorum,vt Eph.2.2. *Ambula
batis in peccatis ſecundùm ſeculum mundi huius.*

7. Ipſum peccatum peccati cauſa eſt, iuxta illud,
Qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati. Ioh.8.34.

VI. *Quot modis contingit vt peccatum peccat alterius cauſa ſit?*

Quinque.1.Cùm vno peccato admiſſo, amittitur gra
tia Sp.Sancti,qua amiſſa nihil aliud poteſt homo, quàm
in alia ſcelera prolabi.

2. Cùm Deus peccata peccatis punit, tradendo illu
qui peccauit in manum Satanæ, qui porrò efficaciter i
illo operatur[c].

c Rom.1.26. Eph.2.2. 2.Theſſ.2.11.

3. Quatenus ex vno peccato, facilis fit in ſimilia lapſus:ex actibus enim cauſantur diſpoſitiones & habitus
inclinantes ad ſimiles actiones.Sic prodigalitas furti, ebrietas libidinis cauſa eſt, & peccatum peccato trahitur.

4. Quatenus vnum peccatum ſine multis aliis per

petra

XIII. *Quis fuit lapſus ille Adami, qui tam horribilem Dei vindictam accendit in totum genus humanum?*

Fuit voluntaria trāſgreſſio mādati ſeu Legis primæ [a]: & ordinis diuini, Diabolo ſuggerente & inſtigante profecta [b].

[a] Gen. 2. 17.

[b] Gen. 3. 4.

XIV. *Vnde factum eſt vt homo ſciens & volēs ſeſe in tam horrendum caſum impelli paſſus ſit?*

Non ex gulæ intemperie, cùm vndique affluerēt quęcunque expetibiles erant delitiæ: ſed ex infidelitate, qua primum in dubium vocata, deinde contempta Dei veritate, deflexit ad mendacium: Vnde emerſit ingratitudo, ambitio, ſuperbia, quibus annexa fuit contumelia & contumacia in Deum: quòd Adam ſua ſorte non contentus tantam Dei liberalitatem indignè ſpreuit, & Deo æqualis fieri affectauit; tum Satanæ calumniis ſubſcripſit, quibus Deum mendacij, inuidiæ, & malignitatis inſimulauit: & plus Satanæ ingentia bona ex peccato mendaciter promittenti, quàm Deo ipſi exitium comminanti credidit: petulanter denique & contumaciter mandatum Dei Creatoris, Principis, Regis, & Domini ſui violauit, eiúſque imperium excuſſit. Qua ratione factum eſt vt execrabili ἀποστασίᾳ à Deo deficiens, ad Diaboli teterrimi hoſtis Dei, caſtra tranſierit, & eius mancipium factus ſit [c].

[c] Rom. 7. 14.

XV. *Quæ eſt illa Naturæ antea bonæ (ad quā Adam creatus fuerat) Corruptio ſeu Deprauatio Tranſgreſſionem illam conſequuta?*

Eſt cœleſtis imaginis (ad quam conditus fuerat Adā) id eſt ſapientiæ virtutis, ſanctitatis, veritatis, iuſtitiæ, quibus antea in Creatione ornatus fuerat, priuatio: & in horum locum, imaginis Satanæ, id eſt cæcitatis, impotētiæ, impuritatis, vanitatis, & iniuſtitiæ ſucceſſio, vt inde nihil niſi peccare potuerit homo [d].

[d] Rom. 6. 16. 17. & 7. 23.

porariam, & æternam, ex ordine voluntatis & iuſtitiæ diuinæ[a].

[a] Rom.5.12. Eph.2.4.

Huic medetur Obedientia, ſeu iuſtitia Chriſti, per fidem nobis imputata; illi, tum cœleſtis illa virtus ex Reſurrectione Chriſti emanans, quam Regenerationẽ vocamus, vulgò Iuſtitiam inhærentem: tum perfectiſſima illa Sanctificatiò humanæ naturæ in Chriſto.

X. *Quis fructus Peccati?*

Mors, eáque triplex. 1. Spiritualis animæ quæ fit vt impij priuati præſentia Spiritus Sancti (quæ eſt anima animæ) nihil eorũ poſſint, quæ Dei ſunt, & ſic mortui Deo, Satanæ viuant.

2. Corporis, qua etiam ſignificantur, quæ ad eam ducunt miſeriæ.

3. Animæ & corporis ſempiterna, niſi hîc fiat conuerſio ad Chriſtum. Cõfirmantur hæc, teſtimoniis. *Morte morieris.* Gen.2.17. *Reuelatur ira Dei de cœlo in omnem impietatem.* Rom.1.18. *Stipendium peccati mors.* Rom.6.23. *Peccatum, cùm conſummatum fuerit, generat mortem.* Iacobi 1.15.

XI. *Vnde grauitas Peccati æſtimanda eſt?*

1. Ex amplitudine læſæ maieſtatis diuinæ.

2. Ex pœna ſequuta lapſum Adæ, & calamitatibus, & ærumnis: vt morbis, bello, fame, peſte, & aliis priuatis aut publicis malis, quibus hodie inuoluimur.

3. Ex dignitate pretij, quo à peccato redempti ſumus, id eſt ex morte Filij Dei, quem oportuit fieri victimam, vt expiaret peccatum, & iuſtitiæ Dei ſatisfaceret.

4. Ex pauoribus conſcientiæ, quibus cruciãtur corda ſenſu iræ Dei.

5. Ex morte temporali.

6. Ex comminationibus æternarum pœnarum, quas Deus ſeriò commitnatur iis, qui non conuertuntur.

XII. *Peccatum igitur quotuplex?*

Duplex, nempe primus ille lapſus, tum Angelorum quorundam (de quo dictum eſt in Loco De malis Angelis) tum primorum hominum.

Deinde lapſum hunc conſequuta naturæ humanæ, antea bonæ, corruptio ſeu deprauatio.

XIII. *Quis*

cato originali, eiúſque reatu liber & exemptus extitit, ſicut nec in Abrahæ lumbis decimatus fuit; ſed in Melchiſedechi perſona repræſentatus, vt æternus Sacerdos, nõ decimas dans, ſed accipiens.

XX. *Quæ cauſa eſt cur hoc peccatum propagetur à patre in liberos?*

Lex taliter naſcendi humano generi iuſtè impoſita à Deo, ſi peccaret homo: ſicut ex ignobili Patre naſcitur ignobilis filius, ex leproſo leproſus, ex venenato ſerpente, ſerpens.

XXI. *Sed, An iuſtum eſt vt tota ſoboles vnius pœnam luat?*

Apud Deum iuſtiſſimum: quin apud omnes gẽtes receptum eſt, vt quod facit caput, quatenus caput, illud toti corpori meritò imputetur, & liberi omnibus bonis paternis ſpolientur, propter parentis rebellionem. Nā vt Dominus feudi ab ingrato Vaſſallo & poſteris ipſius, iuſtè aufert feudum, quod priùs certis conditionibus ei conceſſum fuerat: ſic iuſtitię diuinę opus eſt, quòd Adę & omnibus poſteris ipſius adimit bona, quæ antea generi humano in primo illius parente data fuerant.

Præterea quod fecit Chriſtus, tanquam omnium Electorum & Eccleſiæ caput, Eccleſiæ imputatur, dicimúrque in Chriſto Legem ſeruaſſe, mortui eſſe, ſepulti, reſuſcitati, ſederéque in cœleſtibus, Eph. 2. 6. & aliàs ſæpe. Ergo quod Adamus, tanquam caput humani generis, peccauit, illud iure nobis imputatur, quia pro toto genere humano & ſingulis hominibus ſupponebat, & totam ſuam ſpeciem repræſentabat: Itaque amiſit Depoſitum conſeruandum pro tota ſpecie.

XXII. *Sed qua ratione ſeu modo, tum reatus, tum labes illa, & corruptio, manat ad poſteros?*

Reatus quidem per imputationem, vt dictum eſt: Corruptio verò non exemplo aut imitatione duntaxat, aut praua ſolùm conſuetudine, ſed propagatione & generatione; quia Gen. 5 3. dicitur Adam genuiſſe filium Seth ad imaginem ſuam, id eſt peccatorem, a Rom. 5. 12. Iobi 14. 4. & 15. 14.

XVI. *Quotuplex eſt iſta Corruptio?*

Duplex, Originalis & Actualis. Illa parens, hæc miſera proles: illa camarina peſſima, hæc peſtis teterrima: illud originale, ſeu nobiſcum naſcens & propagatum[a]: hoc actuale, ſeu accerſitum, ſeu factum peccatum dicitur. Quæ tamen ſunt ſpecies potiùs inter ſe ſubalternatæ, quàm pugnantes: alterum enim eſt veluti cauſa & radix, alterum verò vt fructus & effectum: quæ diſtinctio colligitur ex Rom. 5.14.

[a] Eph. 2.3 & Pſal. 51.7.

XVII. *Quid nomine Peccati Originalis intelligis?*

Eſt labes illa, quæ à primo omnium hominum ſecundùm carnem parente, in omnes, qui ab illo naſcũtur, deriuatur.

XVIII. *Sed quid deriuatur ab Adamo in poſteros?*

Tam formale, quàm materiale ipſius peccati, id eſt vt manifeſtè docet Apoſtolus Rom. 5. à verſ. 12. ad finem vſque cap. nõ ſolùm ipſa iuſtitiæ originalis priuatio totiuſque naturæ corruptio: ſed etiam reatus, id eſt obligatio ad pœnam æternam, qua ſe Adamus, & poſteritatem ſuam inuoluit, id eſt Ipſa prima Adæ inobedientia quatenus nobis omnibus imputatur, ac proinde quæ licet nõ actu, reatu tamen & imputatione in omnes homines pertranſiit, ſicuti Rom. 5 12. Omnes in Adamo tanquam in radice & maſſa generis humani peccaſſe pronuntiamur, quippe qui omnes in eius lumbis eramus. Et verſ. 16. item 18. Per vnius lapſum reatus venit in omnes homines ad condemnationem. Et verſ. 19. Per vnius inobedientiam omnes iniuſti, id eſt Rei irę Dei, & morti æternæ obnoxij conſtituti ſunt.

XIX. *Cùm Leui dicatur decimatus in Abraham, quia fuit in lumbis Abrahæ. Heb. 7. 9. Quomodo non etiam Chriſtus in Adam peccaſſe dicitur?*

Quia nõ eſt communi more ratione ſeminali de ſemine viri natus, ſed de Spiritu Sancto conceptus: ideo à pecnec propagationi, ſed gratiæ & miſericordiæ Dei, ſeu liberrimæ Dei Electioni, remiſſio peccatorum & iuſtitia addicta eſt.

Denique Sancti ſunt, quia in fœdere diuino comprehenduntur, de quo dicitur, Ego ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te, Gen. 17.7.

XXVII. *Eſt-ne Originale Peccatum alienum, an verò cuiuſque proprium?*

Alienum quidem, quia ab Adamo commiſſum propagine ab eodem in nos deriuatur: non minùs tamen cuiuſque proprium, quàm fuerit Adæ. 1. Quia Adam non vt homo priuatus, ſed vt totius humani generis caput, peccauit.

2. Quia vt natura humana per ipſum communicata, propria fit vniuſcuiuſque, ſic & ipſius peccatum per propagationem communicatum, & per peccatum ingreſſa mors, vniuſcuiuſque fit propria.

3. Quia id poſtulabat antitheſis inter obedientiam Chriſti, & inobedientiam Adæ[a]. Sicuti igitur obedientia Chriſti ita communicatur membris ipſius, vt quiſque fidelis dicere poſsit illam eſſe ſuam: ſic iniquitas Adæ omnium hominum ita communis facta eſt, vt quiſque propter ſuam culpam puniatur.

An ſicut peccatum Adæ, ſic peccata aliorum parentum transfundi in poſteros dicendum eſt?

Non eſt par ratio; quia primum illud peccatum non tam perſonale & proprium Adæ fuit, quàm naturale, i. totius humanæ naturæ commune, quæ originaliter & naturaliter erat in eius lumbis, eóque verè Originale. Reliqua verò peccata Adami & reliquorum hominum vere perſonalia fuerunt: de quibus Ezech. 18.20. *Filius non portabit iniquitatem patris, ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur.*

Nihil tamen abſurdi erit, ſi dicamus peccata proximorum parentum per corruptum ſemen communicari liberis cörpore, primò peccatorum labe, deinde per corpus anima infecta: vnde illud Exodi 20. 5. *Viſitabo iniquitates Patrum in filios.* Quòd verò non ſemper filij naſcantur impiis parentibus ſimiles, id ex peculiari Dei gratia eſt.

---

[a] Rom. 5.18. 19.

a Pſal. 51. 7. Deinde quia paruuli quoque infantes non exēplo peccant, ſed in peccatis concipiuntur & naſcuntur[a]: & Apoſtolus, ait Eph. 2. 3. *Omnes* non μιμήσει ſed φύσει, à natiuitate *filios eſſe iræ*. Sed meminerimus dicti, Quærendum eſſe potiùs qua via poſſimus ex eo malo euadere, quàm quomodo in nos inuaſerit.

XXIII. *Sed cur, ſi à piis parentibus corruptionē ducunt liberi, non etiam eorum puritate ſanctificantur?*

Quia non ex eorum generatione ſpirituali deſcendūt, ſed ex generatione carnali: non enim ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm naturam naſcuntur ex ipſis poſteri.

Ex natura enim reatus & corruptio: Iuſtificatio autem quæ opponitur reatui, & Sanctificatio, quæ corruptioni, ex ſupernaturali gratia eſt, Ioh. 1. 13. *Filij Dei, non ex ſanguinibus, ſed ex Deo.* Et cap. 3. 3. *Niſi quis renatus fuerit, &c.*

XXIV. *In quos deriuatur Peccatum illud Originis?*

b Pſal. 51. 7. In omnes ab Adamo deſcendentes, ne infantibus quidem exceptis in vtero matrum conceptis[b]: nam licet iniquitatis fructus non protulerint, eorum tamen natura eſt quoddam tamen peccati ſemen, & ideo Deo odioſa & abominabilis Rom. 5. 14 *Mors pertranſiit in omnes, quia omnes etiam peccauerunt:* Infantes autem non peccauerunt actualiter, Ergo originaliter.

XXV. *Nullúſne excipitur?*

c Luc. 3. 23, &ſ. d Matt. 1. 18. Luc. 1 35. Solus Chriſtus, qui licet ab Adamo continua ſerie deſcenderit[c], tamen non modo naturali, vt cæteri, & ſine interuentu & ſemine viri ſola virtute Spiritus Sancti conceptus eſt ex Maria Virgine, & à prima conceptione ſanctificatus, vt ſine peccato eſſet[d].

XXVI. *Atqui liberi fidelium ſancti ſunt*, 1. *Cor.* 7. 14. *& Si radix ſancta, etiam rami ſancti ſunt, Rom.* 11. 16.

Sancti ſunt quoad ſocietatē cum Eccleſia attinet, quā in Symbolo profitemur, Communionem Sanctorū eſſe: nec petatur.)nec motus cordis,vt ſunt affectus: nec tantùm ἀταξία appetitionum:ſed eſt propenſio omnium virium ad faciendum ea,quæ Lege Dei prohibentur,vt ſunt caligo,dubitatio in mente de Deo,& eius Prouidentia: in voluntate & corde,contumacia aduerſus Deum.

XXXII. *Anne, quia Paulus dicit Rom. 7. 18. Scio non habitare in me,hoc eſt in carne mea, bonum: & verſ. 23. Video aliam Legem in mēbris meis repugnantem Legi mentis meæ, inde ſequitur ſuperiorem partem animæ non eſſe Subiectum Concupiſcentiæ, ſed tantùm partem ſenſitiuam?*

Minimè,quia carnem & membra non opponit menti,id eſt rationi,qualis eſt ſine luce Sp.Sancti,ſed carnem opponit Spiritui,id eſt donis ſpiritualibus, ſeu Regenerationi,quatenus per Spiritum Sanctum inchoata eſt in homine.

XXXIII. *Sed Priuatio illa iuſtitiæ originalis, & Concupiſcentia, ſunt-ne peccatum?*

1. Sunt;quia priuatio illa eſt ἀνομία.

2. Quia peccatum eſt,non talem eſſe,qualem te eſſe iubet Deus. Concupiſcentia verò & ipſa peccatum eſt, quia Deut.10 16,iubemur *Circuncidere præputium cordis noſtri* & in Lege dicitur,*Non concupiſces*,Exodi 20.17.

3. Quia Rom.7.7.docet etiam Apoſtolus in renatis remanere concupiſcentiam,quam conſtanter vocat peccatum,aduerſus quam indeſinenter pugnandum: & diſertè affirmat pugnare cum Lege Dei, *Concupiſcentiam, inquiens, neſciebam peccatum eſſe, ni Lex diceret, Non concupiſces. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo*, Matth.5.28. Et 1.Ioh.2.16. *Concupiſcentia carnis non eſt ex Patre.* Et Apoſtolus vocat malum, id etiam quod non vult, i. cui non præbet aſſenſum,Rom 7.19. *Non ago,*(inquit) *bonum quod volo,ſed malum,quod nolo.* Quare Auguſtinus tria concupiſcentiæ tribuit,quod ſit peccatum, & pœna peccati, & cauſa peccati. *Lib. 3. contra Iulian.*

XXVIII. *Eſt-ne Peccatum Originis ſubſtantia an accidens?*

Non eſt ſubſtantia: eſſet enim anima vel corpus. Iam verò corpus & anima quoad ſubſtantiam, ſunt bonæ Dei creaturæ, quæ etiamnum creantur à Deo. Ergo non ſunt peccatum. Nec ſubſtantialis eſt proprietas, aut aliquid ſubſtantiale in homine: ſed eſt aduentitia qualitas, quæ tamen naturalis dicitur, non quòd à natura fluxerit (quatenus creata eſt) ſed quia hereditario iure, vt dicitur, ſuos comprehenſos tenet, & in ipſa hominis natura, viribus, & facultatibus naturalibus inhæret, & ipſi homini innata eſt Eph. 2.3. *Natura ſumus filij iræ.* Rom. 7.17.20. 21 *Peccatum in me habitat, malum mihi adiacet*, inquit Apoſtolus.

XXIX. *Eſt-ne autem ſeparabile accidens?*

Auguſtinus. Peccatum Originis remittitur, non vt nõ ſit, ſed vt non imputetur; tranſit reatu, manet actu, ideò mors quoque ipſa manet.

XXX. *Quod eſt autem Subiectum Peccati Originis?*

Totus homo anima & corpore à capite ad pedes, cum omnibus viribus & facultatibus corporis & animæ, ſuperioribus & inferioribus, mente, voluntate, ſenſualitate, vnde Apoſtolus Eph. 4.17.18. contendit mentem vanitati & cogitationem in cæcitati, cor verò prauitati addictũ eſſe. Et Rom. 8.7 τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς eſſe inimicitiam aduerſus Deum. Idem etiam ex Renouatione clariùs patet, quam Apoſtolus menti, animæ, & corpori tribuit [a].

[a] Rom. 12.1. Eph. 4.23. 1. Theſ. 5.23.

XXXI. *Quot ſunt illius Corruptionis partes?*

Duæ; Defectus, & Concupiſcentia, ſiue praua & inordinata inclinatio ad malum. Defectus, eſt carẽtia iuſtitiæ originalis; v. ſunt in mente cæcitas, & ignorantia de rebus diuinis; in voluntate & corde auerſio à Deo, ſiue priuatio dilectionis Dei, & hominum [b]. 1. Cor. 2.14. *Animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei.* Concupiſcentia verò, non eſt naturalis appetitio cibi, potus, generationis, & delectationis in ſenſibus, (hæc enim in ſe peccatum non eſt, modò ſit ordinata, & quod licitũ eſt appetatur.)

[b] Rom. 3.23.

pereſt tamen offenſa Dei & reatus. In Originali autem peccato materia eius non tranſit: experimur enim naturæ corruptionem eſſe reſiduam, cum adhuc quoque in peccata ruamus, & ad res diuinas corpore & animo ineptiſſimus.

XXXVII. *Quis finis ſeu merces peccati Originalis?*

Æterna damnatio, cum omnibus huius vitæ incommodis[a].

XXXVIII. *Quis Effectus?*

Decipit, operatur omnem concupiſcentiam, occidit[b].

XXXIX. *Quis Vſus doctrinæ de Peccato Originis?*

Triplex. 1. Vt agnoſcamus noſtram immunditiem, & omnem arrogantiam ſeponamus, & vera humilitate ad Chriſtum propitiatorem confugiamus.

2. Vt qua ratione nobis iniuſtitiam Adæ imputari intelligimus, eadem credamus nos iuſtitia Chriſti coram Deo verè & perfectè iuſtos reputari: vt docet Apoſtolus Rom. 5. 15. & ſeq.

3. Vt, quoniā vitioſa fuit, & eſt generatio noſtra, Regeneratione nobis opus eſſe ſciamus: iuxta illud Ioh. 3. 5. *Niſi quis renatus fuerit, non poteſt ingredi Regnum cælorum.*

XL. *Quæ repugnantia?*

Errores, 1. *Pelagianorum*, qui negant propagatione, ſed imitatione tantùm & exemplo deriuari peccatum Originis ad poſteros: Mortem eſſe conditionem humanæ naturæ, etiamſi Adam non fuiſſet lapſus: Item Peccatum Adæ nemini niſi ipſi ſoli obfuiſſe: Infantes naſcẽtes non afferre ſecum prauitatem naturæ pugnantem cum Lege Dei, aſſerunt, contra Pauli Rom. 5. 12. & ſeq. aſſertionem.

2. *Monachorum*, qui negant peccatum Originis eſſe peccatum dignum morte, ſed vt tantùm reatum ob aliena delicta, vel duntaxat peccati fomitem: contra Pauli vocem, qui dixit Eph. 2. 3. nos naſci filios iræ. Item ſtatuunt eſſe tantùm in corpore, ſenſibus, & inferioribus facultatibus, non autem in mente, & voluntate. Item per Baptiſmum tolli nõ tantùm reatum, ſed etiam prauita-

[a] Gen. 2. 17. & 3. 19.

[b] Rom. 5. 18. 17.

XXXIV. *Quid eſt igitur peccatum originale?*

Anſelmus ſic deſcribit peccatum originis; *Eſt carentia iuſtitiæ originalis debitæ ineſſe.* Nos ſic, Eſt non tantùm originalis iuſtitiæ priuatio, ſed tum naturæ humanæ prauitas & corruptio in omnes animæ partes diffuſa ab Adám in eius poſteros propagata: tum reatus, quo naſcentes quoque infantes & ipſi corrupti, propter Adæ lapſu, Rei ſunt iræ Dei, & mortis æternæ, donec fiat remiſſio,
a *Ioh.*1.29. & niſi beneficium Chriſti ſuccurrat[a]: & quæ naturæ noſtræ corruptio operain nobis profert, quæ Scriptura vo-
b *Gal.* 5.19. cat Opera carnis[b].

XXXV. *Quomodo vocatur hoc Peccatum in Scripturis?*

Peccatum *habitans*, quia in carne manet perpetuo
vſque ad mortem; ſed in non renatis regnat, in renatis
c *Rom.*7.17. 20. verò habitat tantùm, non regnat [c]: *Malum adiacet.*
[d] *Peccatum* εὐπερίστατον *vndique circunſtans & circumuallans*
d *Rom.*7.17. *nos*, omnéſque vires occupans [e]: *Senſus & intelli-*
e *Heb.* 12.1. *gentia carnis* [f]. Item *Peccatum* abſolutè ἁμαρτία [g], quia
f *Rom.* 8.6. eſt ſcaturigo & fons omnium peccatorum: *Corpus pec-*
g *Rom.*7.8.
h *Rom.*6.6. *cati* [h]; quia in eo conſociata ſunt omnia peccata,
i *Rom.*7.23. quæ data occaſione erumpunt: *Lex membrorum*, [i]. quòd
ei tanquam Legi omnia membra animi & corporis ob-
temperent, i. omnes hominis partes & facultates; *Caro* [k].
k *Gen.*6.3. *Concupiſcentia* &c. (quibus opponitur Spiritus, qui ſigni-
l *Gal.* 6.17. 22. ficat Regenerationis gratiam [l]: *Cor hominis* [m]: Item *vetus*
Adam [n].
m *Gen.*8.21.
n *Rom.*6.6.

XXXVI. *Quomodo differt Originale peccatum ab Actuali?*

Quemadmodùm arbor & fructus, vel radix & rami, Originale eſt inſtar arboris & radicis, ex qua rami & fructus vitioſi enaſcuntur, Peccata videlicet Actualia, non tantùm exteriora, ſed etiam interiora. *Ex corde*, inquit Chriſtus, Matth. 15.19. *exeunt cogitationes malæ*: & Gal. 5.19. recenſentur carnis, i. peccati Originalis opera & fructus.

Præterea, in actuali peccato, materia non perſtat: vbi enim quis vel adulterium commiſit, vel blaſphemiam dixit, actiones illæ ſtatim re confecta eſſe deſinunt: Su-

pere-

LOCVS XVI.

De Peccato actuali.

I. *Quid eſt Peccatum Actuale?*

EST fructus Peccati Originis,cùm actu violatur lex Dei,videlicet omnis cogitatio,affectio,loquutio,actio,omiſſio pugnans cũ voluntate Dei,vnde homo obſtringitur nouo reatu, & fit Reus iræ Dei & mortis æternæ:de quo Iacobi 1. 15. *Cupiditas poſtquam concepit, parit peccatum peccatum verò peractum gignit mortem*:vbi per cupiditatem,radicem, i.peccatum originale: per peccatum peractum,Peccatum Actuale,i.fructum eiuſdem indolis ac naturæ intelligit.

II. *Quotupliciter diuiditur?*

Bifariam.1.Prout conſideratur in ſeſe:abſque vlla relatione.Nã peccatorum quæ producit Peccatum Originale,alia ſunt interna ſolũ,nempe dubitationes de Deo, incendia malorum affectuum, malæ cogitationes,volũtates prauæ,ſiue illæ ſint informes,ſiue plenæ & reſolutæ(vt loquuntur in Scholis:)Alia ſunt externa, quæ ſeſe ſuis operibus produnt extra, adhibito aliquo externo corporis miniſterio.

2. Prout conſideratur ante vel poſt traditam doctrinam Euangelij de Chriſto,de Iuſtificatione,& Regeneratione.

III. *Quotuplex eſt Peccatum in ſeſe ante, ſeu citra doctrinam de Chriſto conſideratum?*

Duplex, Omiſſionis,& Commiſſionis [a]:illud, cum nõ facimus.ſed omittimus bonum, quod facere prohibet. Iacobi 4.17. Prius manat ex eo,quòd ſumus ad bonum inepti poſterius ex eo,quòd ſumus ad malum omne procliues.

2. Reſpectu etiam obiecti,dicitur aliud peccatum in Deum,aliud in proximum fieri.

tem Concupiſcentiæ: Concupiſcentiam non eſſe peccatum, ſed naturalem appetitionem, & eſſe tãtùm in ſenſitiuo appetitu: & homini datam, vt cum ea luctando magis ac magis ad virtutem acuatur, & maiore merito ſibi Deum deuinciat. Item, Paruulos damnatos pro ſolo peccato Originali, nullam habere pœnam ſenſus in corpore, ſed tantùm pœnam damni, i. carentiam viſionis & fruitionis Dei: etſi credibile eſt, in quibus originis peccatum nondum in actiones proſiliit leuius eſſe puniendos. Item Mariam matrem Domini conceptam, & natã eſſe ſine Peccato Originis, quod idem de Iohanne Baptiſta ſentiunt: proinde Chriſtum pro Maria & Iohanne Baptiſta non eſſe mortuum, quòd tantùm pro peccato Originis mortuus ſit, quo illi caruerint.

3. Eorum qui ipſam duntaxat naturæ corruptionem non reatum etiam Adami nobis imputatum dicunt: & contrà, qui hunc tantum, non illam nomine peccati Originalis accipiunt.

4. Eorundem *Pontificiorum*, qui in Lege tantùm prohiberi actualia delicta ſtatuunt, & proinde hominem Legi Dei ſatisfacere poſſe.

5. *Flaccianorum*, qui docent non eſſe accidens, ſed ipſammet humanam naturam, & corruptam ſubſtantiam contra illud Pauli, Rom. 7. 21. *Peccatum mihi adiacet*, & contra ea teſtimonia, quæ docent, Deum etiam poſt lapſum, authorem eſſe humanæ naturæ: Item ea, quę docent Chriſtum humanam noſtram naturam & ſubſtantiam aſſumpſiſſe, hominémque, non autem peccatum, redemiſſe.

6. *Philoſophorum*, qui Peccatũ vocant id tantùm, quod rationi repugnat, cum ratio ipſa nihil aliud quàm errare poſſit, quoad à luce Dei ſit illuſtrata.

7. *Libertinorum*, qui Peccatum eo tantum circunſcribunt, quo quis ſe peccare putat.

8. Manichæorum blaſphemia, qui dicunt Peccatũ à Deo Profecta eſſe.

LO.

vita peccati dicitur) extinctus eſt per Chriſti virtutem, quicum per fidem coaluerunt:& contrà,viuere Deo,ſeu iuſtitiæ,ſeu Chriſto,qui innocētiæ & ſanctitati ſtudent[a]. a *Rom.*6.10. 11. 3. *Pet.*2.24.

V. *Vnde ſumitur hæc Diuiſio?*

Ex Epiſtola Rom.6.12. *Ne Regnet peccatum in mortali veſtro corpore, vt obediatis peccato in Cupiditatibus corporis.* Et v.14. *Peccatum vobis ne dominetur, non enim eſtis ſub Lege, ſed ſub gratia.* Et ex 1.Ioh.3.6. *Quiſquis in eo manet,non peccat: quiſquis peccat, non vidit eum, neque nouit eum.* Et verſ. 9. *Quiſquis natus eſt ex Deo, non facit peccatum, quoniam ſemen ipſius in eo manet.* Et tamen eadem Epiſtola cap.1.8. *Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipſos fallimus, & veritas in nobis non eſt.*

VI. *Quæ eſt ſecunda Diuiſio?*

Peccatum aliud dicitur Mortale,aliud Veniale.

VII. *Quid vtrumque Pontificij dicunt eſſe?*

Peccatum *Mortale* dicunt, Regnantia opera carnis: *Veniale* verò definiunt,cupiditatem carnis,ſine deliberato aſſenſu,quæ non diu cordi inſideat. Et præterea Originis labem vix peccatum eſſe agnoſcunt, vt pote quam ipſi volunt leuicula aquæ aſperſione ablui,ex opere operato,quod aiunt.

VIII. *Eſt-ne hæc Diuiſio admittenda?*

Non ſimpliciter,quia omne peccatum,ſiue magnum, ſiue paruum,hominem facit reum mortis æternæ[b]. b *Rom.*5.14. & 6.13.

2. Quia Cupiditas ipſa,naturâ ſua peccatum eſt: pugnat enim cum Lege Dei, *Non Concupiſces*, Exodi 20.17. Et Gen.6.5.& 8.21. *Omnis cogitatio humani cordis, à pueritia tantùm malum eſt.*

3. Quia Iacobi 2.10. *Quiſquis totam Legem ſeruauerit, offenderit autem in vno factus eſt omnium reus*, nempe quia etſi non totum Legis,tamen totam Legem tranſgreſſus eſt,violata videlicet Legiſlatoris maieſtate.

4. Patet etiam hoc,tum ex diuinæ naturæ, tum ex peccati conſideratione:nam infinitam Dei maieſtatem, nullus venialiter violare poteſt, quin infinitæ pœnæ ſit obnoxius:& infinita illa Dei puritas, vel minimam in peccatore labeculam ferre non poteſt. Fallitur ergo qui coram Deo vllum peccatum eſſe exiſtimat,quod æterne

3. Reſpectu Legis, aliud mortuum, aliud viuens. Mortuum eſt, quod in nobis quidem eſt, ſed non agnoſcitur pro peccato, neque ita furit vt ſolet poſt Legis cognitionem. Viuens, quod tale agnoſcitur, & furit in nobis poſt
a Rom. 7. 9. Legis cognitionem[a].

4. Reſpectu principij interni, ſeu ortus peccati, aliud eſt infirmitatis, quod imbecillitate noſtra obrepit nobis inuitis & repugnantibus; vt ira ſubita, cogitationes vanæ, cupiditas rerum illicitarum. Aliud ignorantiæ, de quo Pſal. 19. 13. Leuit. 5. 17. Et Chriſtus Luc. 23. 34. *Pater remitte illis, quia neſciunt, quid faciant.* Aliud malitiæ, quod ipſum duplex eſt: vnum directè pugnans contra gratiam, & eſt Blaſphemia in Spiritum ſanctum (de quo peculiari loco:) alterum non directè pugnans contra gratiam, & Spiritum ſanctum, vt ſunt peculiares lapſus contra Decalogi præcepta vt Idololatria, adulterium, &c.

5. Reſpectu complementi Redemptionis Chriſti: peccata præcedentia, ea ſunt, quæ commiſſa ſunt toto illo tempore quod præceſſit Redēptionem morte Chriſti peractam: peccata pręſentis temporis, quæ committuntur tempore manifeſtationis Euãgelij, quo tum pręcedentium tum præſentium facta remiſſio per ſanguinem Chriſti annunciatur. Rom. 3. 24.

IV. *Quomodo diuiditur conſideratum poſt traditam Doctrinam de Chriſto?*

Tripliciter. Prima Diuiſio eſt, qua aliud dicitur regnans ſeu peccatum peccans: aliud non regnans, ſeu non peccans. *Regnans* eſt, cùm homo non renatus ſeruit, & quaſi frænum laxat peccato, & toto corde, totáque [illegible] fertur & ruit ad peccandum. Hoc etiam *Voluntarium* dicitur, quòd deſtinato conſilio ~~&~~ propoſito ſcienter, plena voluntate, & ~~contra~~ conſcientiam fit: cui viuere dicitur quiſquis eſt in carne, & ſexto caſu Mor-
b Eph. 2. 5. tuus peccatis [b], aut mortuus in peccatis [c], qui peccatis
c Col. 2. 13. magis immerſus & immortuus tenetur.

Non regnans eſt cùm homo renatus, à Spiritu Dei retractus & impeditus non fertur toto impetu ad peccandum, & dicitur *Inuolutarium*, quòd pij illi reluctentur, Rom. 7. 19. *Quod nolo malum, hoc ago.* Cui & mori di-
d Rom. 6. 2. cuntur tertio caſu [d] ij, in quibus vigor (qui tranſlatitiè

vita

Peccatum aliud dicitur Remiſſibile, aliud Irremiſſibile.

XII. *Quid eſt Remiſſibile?*

Omne peccatum, quod in Patrem & Filium committitur[a]. quæuis Legis diuinæ tranſgreſſio, cui accidit Reſipiſcentia; quæ à Deo remitti ſolet, ſi tranſgreſſor in illam peccare deſinat, & confugiat ad propitiatorē Chriſtum, alioqui minimè: proinde ab euentu, non à natura, Remiſſibile dicitur.

XIII. *Quid differt peccatum Remiſſibile à Veniali.*

Quòd Remiſſibile ſit, quod omnibus credentibus remitti poteſt. Veniale verò, quod ſingulis iam credentibus actu remittitur.

XIV. *Quæ repugnantia?*

1. *Pontificiorum* impropria illa diſtinctio peccati in Mortale, & Veniale, niſi diuerſo electorum, & reproborum reſpectu.

2. *Stoicorum* παράδοξον, qui paria peccata omnia cenſebant, eò quòd peccatum ſit, quicquid non licet: quod quidem Non licet, in quouis genere par ſit.

* * *

LOCVS XVII.

De peccato in Spiritum ſanctum.

I. *Quid eſt Peccatum Irremiſſibile?*

PECCATI genus ita lethiferum, vt illud ſine vlla veniæ & remiſsionis ſpe mors æterna conſequatur, ſeu cui Reſipiſcentia non cōtingit.

II. *Quomodo appellatur?*

Peccatū in Spiritum ſanctum, Blaſphemia Spiritus, i. in Spiritum[b], & κατ' ἐξοχήν, Peccatum ad mortem[c].

[a] Matt. 12. 31. & ſeq.

[b] Matt. 12. 31.

[c] 1. Ioh. 5. 17.

iræ pondus ſecum non trahat.

IX. *Súnt-ne igitur omnia peccata paria?*

Hactenus paria ſunt, vt vel minima minimi peccati cogitatio, mortem æternam millies mereantur, iuxta dictum, Gal.3 10. *Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat ea:* Et Rom.6.23. *Stipendium peccati, mors eſt.* Sed tamen comparatione vnius ad alterum, alia aliis ſunt grauiora, prout magis minúſue aberrant ab inſtitutis Dei, & prout obiecta variant. vt grauius eſt peccatum, quo immediatè contra Deum, quam contra hominem: & grauius, quo contra parentes, quàm quo aduerſus alios delinquitur. Contrà leuiùs peccat, qui fame coactus furatur, quàm qui libidinis
a Prou.6.30 causa vxori proximi ſtuprum infert[a].

Differunt etiam gradibus peccata vt iraſci, vel concupiſcere vxorem alterius, peccatum eſt: ſed grauius, occi-
b Matth.5. dere, vel mœchari[b]. Et circunſtantiarum & cauſarum
21.22.27.28. varietate[c]. Quinetiam lex ipſa diſcernit opera primæ, &
c Matt.11. ſecundæ tabulæ[d]. Et Dominus dicit ad Pilatum, Ioh.19.
22.24. 11. *Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet*: proinde illa
d Exodi 34. nec paribus pœnis punienda ſunt.
1.

X. *Quatenus ergo diuiſio illa admitti poteſt?*

Non qualitatis peccati, ſed peccantium perſonarum reſpectu, quatenus vel non credunt. vel credunt. Nã peccatum *mortale* eſt, quod omnes non credentes reos facit mortis æternę Et talia ſunt peccata omnium hominum, donec credant, i. donec fide accipiant remiſſionem peccatorum.

Veniale verò eſt non quod meretur veniam, ſed quod gratis propter Chriſtum credentibus remittitur, & cõdonatur, ac tale eſt omne verè credentium peccatum. Nam quod ſua naturâ & per ſe eſt mortale, in his ex gratia & miſericordia Dei fit veniale, dum eis remittitur & condonatur, iuxta illud Rom.8.1. *Nulla eſt condemnatio iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, neque enim in iudicium veniunt, ſed tranſeunt à morte ad vitam.* Ioh.5.24 Breuiter. Electis peccata omnia, etiam grauiſſima, per Chriſtum ſunt venialia[e]. re-
e Ioh.3.16. probis verò nulla non mortalia[f].
f Rom.6.23.

XI. *Quæ eſt tertia diuiſio?*

Peccatum

& miraculis Chriſtum agnoſcerent, nec ignorarent Spiritus ſancti virtute fieri illa Chriſti opera. Hinc igitur per locum à concreto colligo, quòd materia, ſeu generica differentia peccati in Spiritum ſanctum, ſit, *Abnegare Chriſtum cognitum & eius ſanctum Euangelicum, & contra ſcientiam, & conſcientiam adſcribere Satanæ opus, quod eſt Spiritus ſancti proprium.* Atque hic eſt vnus modus, & quaſi vna ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, quod fuit Phariſæorum. Quale eorum eſt, qui veritatem cognouerunt, ſed veritati nomen non dederunt, & tamen veritatem probris & conuitiis inſectantur, & hæreticam, erroneam, ac diabolicam vocant.

Poſtremò. Occurrit locus Heb. 6. 4. *Impoßibile eſt eos, qui ſemel fuerunt illuminati. & poſt Catecheſin Chriſtianiſmum profeßi, & per Baptiſmum Eccleſiæ allecti ſunt, guſtaueruntque donum cœleſte atque participes fuerunt Spiritus ſancti, guſtaueruntque bonum Dei verbum, & virtutes ſeculi futuri.* non autem deglutiuerunt, multò minus concoxerunt; ſi prolabantur (ſcilicet non in particulare peccatum aduerſus primam vel ſecundam tabulam, ſed in vniuerſalem ἀποστασίαν à Chriſto) *vt denuò renouentur per Pœnitentiam, rurſus ſibi crucifigentes Filium Dei, & ludibrio habentes.* Et Heb. 10. 26. *Voluntariè*, i. pleno aſſenſu, *peccantibus*, & ex profeſſo deficientibus à Chriſto poſt acceptam notitiam veritatis, *non relinquitur pro peccato hoſtia*: Eſtque hic modus eorum, qui veritatem non ſolùm cognouerunt, ſed etiam profeſſi ſunt.

Ex quo, 1. colligo alterum modum, ſiue alteram ſpeciẽ iſtius peccati, Eſſe videlicet *à Chriſto verè agnito, & ab Euangelio, per Spiritum ſanctum illuminantem corda cognitio, vniuerſaliter & pleno aſſenſu deficere, Chriſtum negare, eius veritatem deſtinata malitia perſequi totis viribus, & eum contumelia afficere, ſpreta ipſius victima.*

2. Colligo, Subiectum iſtius peccati nõ eſſe in omnibus reprobis, ſed in iis tantùm qui Chriſtum & veritatem eius agnouerunt.

3. Electos huic peccato non eſſe obnoxios, cùm de iis ſeruandis conſilium Dei irritum fieri non poſſit.

IV. *Quid eſt igitur Peccatum in Spiritum ſanctum?*

III. *Quodnam verò illud eſt ?*

Vt meliùs intelligamus, teſtimonia Scripturę colligẽda ſunt, ex quibus tum quid non ſit, tum quid ſit intelligatur. *Primò* igitur occurrit, dictum 1. Ioh. 5 17. *Omnis ἀδικία eſt ἁμαρτία, ſed non ad mortem. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem: eſt peccatum ad mortem, non pro illo vt roget quis dico.* Hic diſtinguitur Peccatum ad mortem, ab ἀδικία quæ eſt tranſgreſſio totius Legis. Hinc igitur colligo, Peccatum in Spiritum ſanctum, non eſſe Legis moralis tranſgreſſionem vllam, nec vniuerſalem, nec particularem, ſiue ex ignorantia, ſiue ex infirmitate, ſiue ex malitia contra legem commiſſa ſit.

2. Venit in mentem locus Matth. 12. 31. *Quiſquis loquutus fuerit aduerſus filium hominis: remittetur ei:* Et Pauli, qui 1. Tim. 1.13. Fatetur ſe blaſphemum fuiſſe in Chriſtum, perſequutorem, & violentum, ſed tamen cõſequutum eſſe miſericordiam, quòd ignorans hoc fecerit in incrudelitate. Ex quo colligo, blaſphemiam & perſequutionem Chriſti, atque eius Euangelij, quæ ex ignorantia proficiſcitur, non eſſe peccatum in Spiritum ſanctũ.

3. Occurrit abnegatio Petri, qui reclamante conſcientia, & equidem cum execratione, Chriſtum abnegauit [a]: ſed ex periculi circunſtantis horrore, nec iudicio mentis cum lingua conſentiente, & fide illa (pro qua rogarat Dominus non deficeret) [b] non extincta, ſed intus æſtuante; alioqui ſeſe perſequutoribus Chriſti adiunxiſſet, cùm è contrario flens amarè ſeſe foras proripuerit. Vnde colligo abnegationem Chriſti, quæ proficiſcitur ex infirmitate, nec ex animo abiiciendi Chriſtum, ſed ſic vt aliquem ad ſalutem ſibi aditum relictum norit, non eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, etſi nihil propiùs ad hoc peccatum accedit, quàm eiuſmodi abnegatio.

[a] *Matt.26. 69 & ſeq.*

[b] *Luc.22.32.*

4. Occurrit dictum Domini, Matth. 12. 31. & ſeq. [c] vbi obiicit blaſphemiam in Spiritum ſanctum Phariſæis, qui non ſolùm Chriſtum, & eius Euangelium aſpernabantur, verum etiam dicebant Chriſtum eiicere dæmonia per Beelzebub principem Dæmoniorum, & habere Spiritum impurum, cùm tamen ex Prophetis, doctrina,

& miraculis

Nam Manaſſes filius Ezechiæ, Rex Iuda, multis annis furioſe perſequutus eſt verbum Dei, erectis abominandis idolis contra Dei præceptum [a], & cruore innocenti in Ieruſalem effuſo[b]: Verùm quia poſtea egit Pœnitẽtiam[c] peccatum in Sp. ſanctum non ad ſummum faſtigium perduxit proinde hoc peccatũ in eo inchoatũ quidem, ſed non conſummatum fuit.

a 2.Reg.21.6
b 2.Reg.24.4.
c 2 Paral.33.12.13.

VII. *An pro peccantibus in Spiritum ſanctum preces ſunt concipiendæ?*

Quò propiùs videbitur ab extremo periculo quiſpiã abeſſe, eò magis ſolicitè conari nos decet omnibus modis illum in viã reuocare, ac precibus præſertim illũ Domino commendare. Si quem tamen Dominus tãquam digito nobis commonſtrarit ad mortem peccare, quid nobis faciendum ſit apertè docet 1.Ioh. 5.16. *Non pro illo dico vt roget quis.* Et 1.Sam 16.1. Dominus Samuelem obiurgauit, quòd in perpetuo luctu eſſet propter Saulem, quem reiecerat. Vt enim deſperatis morbis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam: ſic Deus non vult Spiritum precum fruſtra gemere, & vota facere pro iis, quorum morbi ſunt immedicabiles.

VIII. *Cur hoc Peccatum dicitur committi ſpecialiter in Spiritum ſanctum?*

Non reſpectu eſſentiæ, aut perſonæ diuinæ Spiritus: nec enim maior eſt Spiritus ſancti dignitas, quàm vel Patris, vel Filij; nec oſtendi vna Trinitatis perſona poteſt quin peccati iniuria in vnicam Deitatem ipſam redundet. Sed reſpectu gratiæ & illuminationis, cuius Spiritus ſanctus eſt proprius effector in cordibus hominum, quatenus videlicet proprium & immediatum officium Spiritus ſancti eſt, illuminare nos, & in veritatis lucem introductis iter ad Patrem, & Filium, & ſeipſum nobis patefacere: etſi enim opus hoc commune eſt tribus perſonis, tamen Spiritus Sanctus peculiariter & præcipuè hic agit, quemadmodum Pater in opere Creationis, & Filius in opere Redemptionis.

IX. *Cur dicitur Irremiſſibile.*

Non propter difficultatem remiſſionis obtinendę, vt nonnulli exiſtimant: non etiam quòd ſit potentius aut

Eſt ἀποστασία vniuerſalis à Chriſto, i. voluntaria veritatis Euangelicæ euidenter cognitæ renuntiatio, & rebellio ex odio veritatis nata, coniuncta cum tyrannica, ſophiſtica, & hypocritica oppugnatione. Vel ſic, Peccare in Spiritum ſanctum dicitur is, qui diuinæ veritati, cuius fulgore ſic perſtringitur, vt ignorantiam cauſari nequeat, tamen deſtinata malitia reſiſtit, in hoc tantùm vt reſiſtat.

V. *Da huius Peccati exempla?*

Prioris ſpeciei exemplum præbent Phariſæi illi ipſi, aduerſum quos Dominus de hoc peccato diſſeruit, Matt. 12. 24. 31. Illi enim Chriſtum norant non modò eſſe à Deo, Joh. 3. 2. ſed etiam quis eſſet, Joh. 7. 28 *Et me noſtis, et vnde ſim noſtis*, (inquit Chriſtus) & tamen non deſinebant ſcientes, repugnante conſcientia, operibus illius diuinis detrahere, & eum odio veritatis ad mortem vſque perſequi. Tales ex Iudæis nonnulli, Act. 6 10. qui cùm reſiſtere Spiritui per Stephanum loquenti non poſſent, reſiſtere tamen contendebant. Non dubium tamen quin ex illis multi Legis zelo ad id raperentur: vnde Petrus Act. 2. 41. in die Pentecoſtes recepit tria millia hominum agentium Pœnitentiam, qui Chriſtum vſque ad mortem crucis perſequuti erant. Sed fuiſſe alios apparet, qui malitioſa impietate in Deum furerent, i. in doctrinam, quam eſſe à Deo non neſciebant.

Poſterioris ſpeciei exemplum eſt Saul, & Iudas, & Arius: item Iulianus Apoſtata. Hic enim ritè inſtitutus fuerat in religione Chriſtiana, cognouerat veritatem Euangelij, quam & publicè pro feſſus eſt, ſuſcepto Baptiſmo: ſed poſtea ſuaſu quorundam, malè philoſophantium Libanij, Iamblici, & aliorum, defecit à Chriſto, factus eſt hoſtis Chriſti, & perſequutor Eccleſiæ, ſacrificauit idolis Gentium, & conatus eſt totis viribus abolere religionē Chriſtianam.

VI. *Vnde iudicandum de hoc Peccato?*

Difficile eſt de eo iudicium facere, hoc præſertim tēpore, quo nō ita viget in Eccleſia donum διακρίσεως πνευμάτων, vt in veteri Eccleſia,[a] quo Petrus Ananiæ & Sapphiræ hypocriſin cognouit[b]. Itaque de hoc non niſi à poſteriori, & ex finali impœnitētia iudicium fieri debet.

Nam

a 1. Cor. 13. 9.

b Act 5..8 9.

veniam, ſeu remiſſionem peccatorum, abutentes loco Heb.10.26. cùm inter lapſum eorum, qui ſcientes peccant, & lapſum eorum, qui ex profeſſo reſiliunt in vniuerſum à Chriſto, delectantur impietate, & veritati bellũ indicunt, latum ſit diſcrimẽ: alioquin actum eſſet de Dauide, & Petro, imò de nobis omnibus contra dictũ Chriſti, *Septuagies ſepties remitte*, Matth.18.22. Et Ezech.18.21. *Quacunque hora ingemuerit peccator, non ampliùs recordabor peccatorum eius*: & contra exempla Dauidis, Ezechiæ, Manaſſis, Petri, qui in gratiam recepti ſunt.

LOCVS XVIII.

De libero arbitrio poſt lapſum.

I. *Quid vocabulo Liberi Arbitrij in hac diſputatione intelligi conſueuit?*

FACVLTAS ſeu potentia mentis vel intellectus humani ad bonum malúmve cognoſcendum & diſcernendum: voluntatis verò ad vtrumvis eligendum, vel repudiandum: denique & virium ad vtrumlibet præſtandum.

II. *Quæ eſt ratio huius appellationis?*

Reſpectu mentis monſtrantis obiectum eligẽdum aut repudiandum nominatur Arbitrium. Liberum verò, reſpectu voluntatis vltrò & ſua ſponte ſequentis iudicium intellectus, aut repudiantis.

III. *Eſt-ne eiuſmodi Arbitrium in homine poſt Lapſum?*

Non poteſt ſimpliciter ad hanc quæſtionẽ reſponderi, ſed opus eſt diſtinctione duplici. Diſtinguendæ enim ſunt hominum actiones quarum quædã ſunt naturales & ſenſuales vt edere, bibere, loco moueri: quædã morales & animales, vt ſunt priuatæ, oeconomicæ, politicæ, maius quàm gratia Dei:(nam ſtat hæc Pauli regula, Rō. 5.20. *Gratia exuperat peccatum*) ſed quòd æterna cæcitate ob ſuam ingratitudinem iuſto Dei iudicio & ordinatione, qui non patitur ſe irrideri, aut Spiritum ſuum, qui eſt Spiritus veritatis, mendacij argui[a], percuſſi ſunt, qui hoc Peccatum peccant.

a Gal. 6.7.

2. Propter impœnitentiam, ſeu propter reſipiſcendi impoſſibilitatem, vt Apoſtolus Heb.6 4.6. *Impoſsibile eſt tales renouari ad Reſipiſcentiam.* Cùm enim vera Reſipiſcentia proficiſcatur à Dei Spiritu: Spiritum autem Dei in vno Chriſto per fidem nanciſcamur, ideo nunquam poſſunt reſipiſcere, qui in Spiritum ſanctum peccarunt, & proinde nunquam remiſſionem obtinere: nam ſi reſipiſcerent: certè veniam conſequerentur, ſicut per Ezechielem cap.18.21. Deus ſe propitium fore pollicetur, ſimul ac verè conuerſus fuerit peccator; cùm Deus eũ, qui ſeriò reſipiſcit, non magis poſſit quam Spiritum ſuum deſpicere.

3. Quia nulla alia reſtat hoſtia, vbi à Chriſti hoſtia diſceſſum eſt[b].

b Heb.10.26

X. *Quid differt Peccatum irremiſsibile à mortali?*

1. Quòd irremiſſibile quidem omne, eſt mortale[c]: ſed non omne mortale eſt irremiſſibile.

c 1.Ioh.5.16.

2. Quòd mortale fit veniale, quando iam credunt, qui antea non credebant: irremiſſibile autem nunquam fit veniale, quia nunquam Pœnitentiam agunt, aut credunt, qui hoc peccatum habent.

XI. *Quæ ſunt Cognata huic Peccato?*

Peccatum Diabolorum qui ſcientes volentes agnitam veritatem horribili odio & furore perſequuntur.

2. Abnegatio Chriſti ex infirmitate profecta.

3. Peccata contra conſcientiam ſæpius repetita, ſunt iter ad Peccatum in Spiritum Sanctum: nam vt de morbis corporis, ſic de morbis animi rectè dicitur.

Serò medicina paratur,
Cùm mala per longas inualuêre moras.

XII. *Quæ Contraria huic Doctrinæ?*

Error *Donatiſtarum* & *Nouatianorum*, qui lapſis negabāt veniam,

VI. *Quid verò? Annon dicit Paulus, Rom. 2. 14. Gentes naturaliter ea, quæ Legis ſunt, facere: & verſ. 15. Oſtendere opus Legis ſcriptum in cordibus ſuis?*

De Legis naturalis notitia loquitur Apoſtolus inſcripta omnium hominum mentibus, quę ad tollendum hominibus ignorantiæ prætextum, ſeu ad reddendum eos inexcuſabiles ſufficiat; non autem de implendæ Legis facultate. Et Paulus non dicit Gentes Legem feciſſe, ſed ea quæ ſunt Legis, id eſt externa aliqua opera, quomodocunque congruentia cum Lege. Alibi enim in Scriptura, vt Ierem. 31. 33. dicuntur habere Legem in cordibus inſcriptam, quorum corda Deus ſancto ſuo Spiritu circuncidit[a].

VII. *At Ethnici præclaris donis excelluerunt, quæ videntur demonſtrare naturam hominis in totum vitioſam non eſſe.*

1. Corruptio & vitioſitas naturæ non eſt purgata, ſed intus cohibita à Deo, ne inſtar belluæ præcipitanter feratur in perniciem generis humani.

2. Non fuerunt illa dona communes naturæ dotes, ſed ſpeciales Dei gratiæ, quas variè, & ad certum modum profanis alioqui hominibus diſpenſat, vt humano generi conſulat.

3. Quicquid in illis laude dignum fuit, ambitione pollutum fuit, & à ſtudio illuſtrandæ Dei gloriæ alienum.

4. Non virtutes propriè, ſed ſimulachra & laruæ virtutum fuerunt, quæ vt in foro politico laudem habeant, apud cœleſte tribunal nullius ſunt momenti ad iuſtitiã promerendam. Quin & peccata ſunt, quia quicquid abſque fide, id eſt agnitione & fiducia Mediatoris fit, peccatum eſt, Rom. 14. 23.

VIII. *Qualis igitur reliqua eſt voluntas in homine non renato?*

Penitus praua, quippe quæ prona inclinatione ad peccandum feſtinat, quidem non voluntate priuatus eſt

[a] Deut. 30. 6.

externæ item actiones in Sacris: quædam verò ſupernaturales ſiue ſpirituales.

In primo genere, delectus homini relictus eſt.

In ſecundo, mẽs multis tenebris eſt immerſa, iudicium non eſt integrum, nec voluntas alacris, nec vires ad præſtandum firmæ. Hinc illud Medeæ,

Video meliora probóque,
Deteriora ſequor.

In tertio genere altera diſtinctio adhibenda eſt: nam conſideratur homo poſt lapſum trifariam, Ante conuerſionem ſiue regenerationem, in conuerſione, & poſt cõuerſionem.

IV. *Quid igitur ſentis de libero Arbitrio in ſtatu hominis ante conuerſionem?*

Planè prauum eſſe nam anima quidem cum ſuis potentiis Intellectu & Voluntate, quoad eſſentiam manſit integra: ſed harum potentiarum vires ad bonum ſpirituale prorſus amiſſæ ſunt. Intellectus enim planè cæcus eſt in rebus diuinis, carens vera Dei cognitione, & Verbi ipſius intelligentia ſalutari, iuxta Dauidis illud,
a Rom. 3. 11. Pſal 14. 3.[a] *Non eſt homo qui intelligat.* Et Pauli 1. Cor. 2. 14. ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ. Et Rom. 8. 7. φρόνημα *carnis ſimultas eſt erga Deum: nam Legi Dei non ſubiicitur, nec poteſt quidem.* Et Eph. 4. 23 iubet nos renouari Spiritu mentis noſtræ, ſic vocans intimum mentis noſtræ, nempe illud quod Philoſophi ἡγεμονικὸν vocant.

2. Voluntas à Deo penitus auerſa eſt, Pſal. 53. 3. *Non eſt qui exquirat Deum, omnes deflexerunt.*

3 Vires & conatus planè ſublati, *ſimul inutiles facti ſu,*
b Rom. 3. 12. Pſalmo eodem[b]. Et 1. Cor. 12. 3. *Nemo poteſt dicere Domini Ieſum, niſi in Sp. Sancto.* Et 2. Cor. 3 5. *Non ſumus ex nobis idonei ad cogitandum bonum*, Et Philip. 2. 13. *Deus eſt qui* ϗ θέλειν, ϗ τὸ ἐνεργεῖν *in nobis operatur.*

V. *An igitur quoad res ſpirituales ſtipites ſumus?*

Minimè: neque enim vel intelligendi, vel volendi facultate homo per peccatũ ſpoliatus eſt, ſed cæca & peruerſa eius intelligentia, & voluntas reddita eſt.

VI. *Quid*

Spiritu Sancto, habet ſe etiam actiuè, id eſt voluntas in conuerſionis actu, non eſt otioſa, neque ſine vllo motu aut ſenſu (vt ſtatua) ſed ſequitur trahentem Sp. Sanctum. Nam eodem momento efficit Deus, vt per gratiam velimus, & reipſa velimus, id eſt mouet & flectit voluntatem, & efficit vt velimus reipſa: ſic tamen vt penes Spiritum Dei tota ſit & maneat actionis efficacia. Vnde Auguſtinus lib. de grat. & lib. arbitrio, cap. 2. *Certum eſt nos velle cùm volumus, ſed ille facit vt velimus, qui operatur in nobis velle.* Ideo Philip. 2. 13. *Deus eſt qui operatur in nobis velle & perficere:* vbi Velle, non de ſubſtantia voluntatis, ſed de noua qualitate accipitur.

XI. *Quomodo accipiendum eſt quod Chriſtus inquit Ioh. 6. 44. Nemo venit ad me, niſi Pater traxerit eum?*

Non ſic quaſi voluntas in actu conuerſionis, id eſt in qua iam fit initium tractionis per Verbum & Spiritum ſanctum, habeat ſe hoſtiliter & repugnanter: nec ſicut arreptitiorum membris maligni Spiritus vtuntur: neque enim inuiti credimus, cùm fides ſit notitia in mente, & aſſenſus in corde: ſed quia ex nolentibus volẽtes, expugnantibus conſentientes, & ex torpentib. currẽtes fecit Deus. Quo ſenſu accipiendum eſt dictum Chryſoſtomi, ἕλκει μὲν ὁ Θεὸς, βουλόμενον δ᾽ ἕλκει, id eſt *quem trahit Deus, volentem trahit* alioquin repudiandum: vnde Act. 26. 19. *Non fui inobediens cæleſti viſioni.*

Quæ ſunt igitur cauſæ Conuerſionis noſtræ?

Efficiens princeps, & cauſa per ſe efficax, vna eſt, nẽpe Spiritus ſanctus, de quo Ezech. 36. 26. *Dabo vobis cor nouum, Spiritum nouum ponam in medio veſtri, & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & faciam vt in præceptis meis ambuletis.*

Inſtrumentalis ſeu medium, eſt Verbum Dei, Rom. 10. 17. *Fides eſt ex auditu, auditus verò per verbum Dei,* per quod lectum, auditum, cogitatum, Sp. Sanctus regulariter eſt efficax, illuſtrans mentem, & flectens voluntatem.

Subiectum autem Conuerſionis, eſt intellectus & voluntas hominis, quæ tamen etiam concurrere dicitur, nõ homo, sed voluntatis sanitate. Ideo Bernardus, Simpliciter velle hominis, est: malè velle, corruptæ naturæ: bene velle, supernaturalis gratiæ.

IX. *Sed annon libere ad malum propende voluntas hominis?*

Si liberum opponitur coactioni seu violentæ impulsioni, liberè, id est sponte, vltrò, & cupidissimè ad malũ fer-
a Iac.1.14. tur. & sic liberum est Arbitrium ad malum[a]. Sed si op-
Prou. 2.14. ponatur vel seruituti vel necessitati, certè non libere, sed
necessariò ad malum tendit, & sic seruum est hominis arbitrium, sed ita vt hæc necessitas & seruitus voluntaria sit. Ita voluntas hominis non renati serua est, & libera, diuerso respectu. Serua, propter necessitatem: Libera, propter voluntatem, Iohan. 8. 34. *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.* Et vers. 36. *Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis.* Ergo si ipse non liberauerit, non libera, sed serua erit voluntas: & proinde verius non liberum, sed seruum & captiuum arbitrium dicendum
b 2.Pet.2.19. est: nam à quo quis deuictus est, huic seruus addictus[b]
quòd si peccato addictus, iam non ampliùs liber.

X. *Quomodo voluntas hominis habet se in conuersione, actiuéne, an merè paßiuè?*

Respectu gratiæ extrinsecus aduenientis & præuenientis, voluntas, quatenus nondum cœpit renasci, habet se
c Rom.9.21. mere passiuè, vt lutum in manu figuli[c]: quia omnes e-
ius vires quoad spiritualia & cœlestia, sunt extinctæ, quibus se præparare ad gratiam, vel eam oblatam ex sese accipere possit, aut se naturalibus viribus ad Deum conuertere, aut velle aut appetere, aut persequi quod bonum est, & Deo placens: Sumus enim omnes mor-
d Eph.2.1. tui in peccatis[d]: mortuus autem ad sui viuificationem
Col.2.13. nonnisi passiuè se habet: imò voluntas non modò mortua est, sed quod amplius est, contumax ex sese, & per se nonnisi repugnare potest, non mota, nec accensa
e Ioh.6.44. diuinitus[e]. Ideo Dauid Psalm. 51. 21. *Crea in me Deus cor mundum,* Sed respectu temporis, quo fit ipsa côuersio, voluntas non habet se vt truncus, sed dum sanatur

tum, Electionem, & vocationem efficacem ſpectes, qui electus eſt, non poteſt nō accipere ſuo tempore gratiam: neque enim poteſt irritum fieri Dei conſilium, Pſa.33.11. *Conſilium Domini manet in æternum.* Et Eph.1.11. *In quo ſumus prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius, qui omnia ex conſilio voluntatis ſuæ efficit.* Soli tamen Deo tribuuntur & accepta feruntur dona ſpiritualia: Et renati, non ſua, ſed ſingulari, Spiritus ſancti virtute ſtant, ac lapſi reſurgunt, & ad finem perſeuerant, Pſal 37.23. *A Domino greſſus hominis diriguntur, & via eius delectabitur: dum ceciderit, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam:* Et Heb.13.5. *Non ego deſeram te, neque derelinquam.*

XIV. *Sed poſtquam conuerſi ſumus, & primæ gratiæ locum dedimus, Annon vires noſtræ ſubſequenti gratiæ cooperantur?*

Vbi Dei gratia regnat, eſt obſequendi promptitudo, & perſeuerandi conſtantia, ſed à Spiritu Dei vbique ſibi conſentiente proficiſcens: Omnia poſſum in eo qui me corroborat, Philipp.4.13. At hominem à ſeipſo ſumere, vnde Dei gratiæ collaboret, Scripturæ planè repngnat, Philipp.2.13. *Deus eſt qui efficit in nobis & velle, & perficere, pro ſua bona voluntate.* Item Pſal.23.6 & 59.11. *Miſericordia eius præuenit me, & miſericordia eius ſubſequetur me.* Item Philipp.1.6. *Qui bonum opus in vobis cœpit, perficiet vſque ad diem Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Et 1.Pet.1.5 *Qui virtute Dei cuſtodimini per fidem ad ſalutem.* Totum igitur beneficium Conuerſionis, & ſaluationis noſtræ, in initio, medio, & fine gratuitum eſt.

XV. *Si homo in ſpiritualibus nihil poteſt, Ergo fruſtra proponuntur pœnæ, præcepta, obiurgationes, exhortationes, promiſſiones, vt, Si volueritis bona terræ comedetis, &c.*

De Pœnis reſpondeo, cùm voluntaria cupiditate peccetur, illas iure peccatoribus irrogari. De aliis reſpondet Auguſtinus Lib. de corrept. & gratia. *O homo in præceptio* ad Conuerſionem,ſed in Conuerſione quia Conuerſio, ſine eo quod conuertendum eſt non fit, ſed quatenus mouetur,non à ſe,ſed à Spiritu Sancto, vt ipſa quoque acta,agat,& facta de nolente volens,velit. Non enim voluntas Subiectum tantum eſt operationis diuinæ quam Spiritus Sanctus in Electis exercet, ſed etiam inſtrumentum tale,quod à Spiritu Sancto renouatum & motum,ipſum quoque vnà operatur,& ſeſe mouet.

XII. *Quale eſt Liberum Arbitrium hominis renati?*

Partim ad bonum partim ad malum.

Quomodo ad bonum?

Quia per Verbum Dei à Spiritu Sancto renouata eſt natura hominis ex parte tantum,& proinde liberatur ex parte,quod antea ſeruum erat arbitrium, id eſt quia accenſa eſt in mente noua lux & agnitio Dei: In voluntate & corde nouæ inclinationes & motus cum Lege Dei congruentes,vt ſic homo à Deo actus,ipſe porrò agat,vt Ioh. 6.45 *Omnis qui audiuit à Patre meo,venit ad me:* & Philipp. 2.13. *Deus eſt qui efficit in vobis vt velitis.*

Quomodo ad malum?

1. Quia in hac vita tantùm inchoatur, non autem perficitur Regeneratio,hoc eſt mentis voluntatis & affectuum renouatio [a], ac ſemper manent reliquiæ carnis ſeu peccati,quæ agnitionem in mente nonnihil obſcurant,& voluntatem inclinant,vt non quæ volumus, illico faciamus[b].

[a] 1.Cor.13.9. 12.& 2. Cor.11.9.
[b] Rom.7.19

2. Quia renati interdum ad tempus à Deo efficaciã ſuam non ita vt antea in eis exerente quaſi deſeruntur,& ſibi relinquuntur,vt in peccata prolapſi humilientur,& ad Deum redeant,vt videre eſt Pſal.51.13.& ſeq.

XIII. *Eſt-ne in poteſtate noſtra reſpuere,vel accipere oblatam Dei gratiam,& in gratia perſeuerare,vel ab ea iterum excidere?*

Si,qualis eſt homo,ſuâ naturâ,conſideretur,totus peccato mancipatus,ſanè poteſt reſpuere gratiam, nec poteſt ſeipſum ad Deum conuertere. Sed ſi Dei propoſitum, ius tabulas haberet deſcriptas, eámque adeò ſinguli ex ore recitare poſſent, & intus haberent quaſi in cognitione & animo inſculptam.

2. Ex Pauli accommodatione Rom. 10. 8. addimus, Moſem loqui non de præceptis Legis ſimpliciter, ſed de promiſſionibus Euangelicis, & eum facilitatem illam non in hominis virtute, ſed in ope ac præſidio Spiritus Sancti ponere, qui opus ſuum potenter in noſtra infirmitate peragit[a].

XVIII. *Quis vſus huius doctrinæ?*

Vt homo nihil boni penes ſe reliquum eſſe edoctus, humilietur: Deum paupertatis ſuæ confeſſione glorificet: ad bonum quo vacuus eſt, aſpiret ſuis viribus diffiſus, in Dei virtutem recumbat: quod ſibi deeſt, in Deo recuperandum diſcat: magnitudinem beneficiorum Chriſti agnoſcat, gratuitum donum operantis Spiritus Sancti prædicet: eiuſdem operationi obedientiam præbeat: eóque tenaciùs Inuocationi inhæreat.

XIX. *Quæ pugnantia?*

1. Error *Platonis*, qui diſputat, Vitium non eſſe voluntarium, & Homines non ſponte eſſe malos: Et *Ariſtotelis*, dicentis, Rationem deprecari ad optima ſeu hortari: Alienam eſſe rationem à peccatis (in fine Ethicorum) cũ tamé ratio non ſolùm quæ ſunt veræ pietatis, non intelligat, ſed etiam in rebus ad hanc vitam pertinentibus ſæpiſſimè allucinetur & cæcutiat.

2. *Ciceronis*, Fortunam à Deo petendam, à ſeipſo ſumendam eſſe Sapientiam.

3. *Pelagianorum*, Hominem propriis naturæ viribus, ſine gratia Sp. Sancti ad Deum ſe conuertere poſſe, & ex puris naturalibus implere Legem.

4. *Semipelagianorum*, qui Conuerſionem partim gratię Dei partim viribus liberi Arbitrij tribuunt: Et *Scholaſticorum*, Hominem faciendo quod in ſe eſt, mereri gratiam de Congruo: Liberum Arbitrium cooperari gratiæ Dei: & in motibus ſpiritualibus non ablatum, nec amiſſum, ſed tantùm infirmatum; voluntatem ſemet ipſam præparare ad gratiam poſſe.

5. *Patrum Tridentini Concilij*, qui vires & facultates animæ, peccatorum laqueis conſtrictas quidem & impli-

[a] 2. Cor. 12. 9

me cognoſce: quid debeas agere: In correctione cognoſce, tuo te vitio non habere. In petitione cognoſce, vnde accipias quod vis habere. Et Deus non ſine medio id eſt ſine verbo, & ſine auditione, lectione, & meditatione Doctrinæ ſonantis in miniſterio, & non ſine lucta voluntatis conuertit hominē, & fidem accendit. Duritiem certè impij nullis niſi ſibi ipſis imputare queunt: verbo autem vrgentur in conſcientiis, & in diem iudicij magis inexcuſabiles redduntur: pij verò, vt hortationi pareant, per hortationem præparantur, & per reprehenſiones peccati redarguuntur. Denique promiſſionibus ſuis teſtatur Dominus, quàm indigni ſint ſua benignitate impij: pios verò earum dulcedine, ad ſuorum præceptorum amorem allicit.

XVI. *At Zacharias cap. 1.3. Conuerſionis noſtræ effectus, inter Deum & nos videtur partiri, inquiens, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos?*

Reſpondeo, Zacharias loquitur de exteriori Conuerſione ad bona opera, & Conuerſionem Dei notat, non quâ cor noſtrum ad reſipiſcentiam renouat, ſed quâ ſe beneuolum ac propitium rerum proſperitate teſtatur. Nam de Conuerſione interiore Ieremias in Threnis cap. 5.21. ſic habet, *Conuerte nos Domine, & conuertemur.* Et Deut. 29.4. *Non dedit vobis Dominus cor ad intelligendum.* Cui cōſonat Auguſtini petitio, Da, Domine, quod iubes, & iube quod velis.

XVII. *At Moſes Deut. 30.11.14. Mandatum quod præcipio tibi hodie non eſt occultum, neque procul poſitum, ſed iuxta te eſt, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud.*

1. Reſpondeo in genere, Moſem loqui non de facultate præſtandi Legi integram obedientiam, ſed de notitia naturali & doctrinali præceptorum Decalogi, ita vt nullam ignorantiam populus prætexere poſſet, cùm e-

ius

3. 27. Euangelium vocatur *Lex fidei μιμητικῶς*, id eſt Doctrina quæ ſalutem proponit ſub conditione, Si credideris. ad Philipp. 3. ſignificat Religionis præſcriptum ſeu regulam: quo ſenſu Paulus ſe fuiſſe Phariſæum ſecundum Legem, i. religione, dicit.

2. In Specie κατ' ἐξοχὴν Lex indicat totum vetus Teſtamentum, Rom. 3. 39. *Scimus quòd quæcunque Lex dicit, iis dicit, qui in Lege ſunt.*

3. Cùm opponitur Lex Prophetis, libros Moſis duntaxat ſignificat, & diſtinguitur à Prophetis & Pſalmis; vt Luc. 24. 44. *Quæ ſcripta ſunt in Libro Moſis, Prophetis, & Pſalmis* Et Rom. 3. 21. *Iuſtitia fidei teſtimonium habet in Lege & Prophetis.*

4. Cùm opponitur Euangelio, pro Lege morali, & eius appendicibus vſurpatur, vt eodem cap. verſ. 28. *Nos iuſtificamur fide abſque operibus Legis.*

5. Quando opponitur gratiæ, iram Dei & damnationem, & ἀκριβοδίκαιον ſignificat vt Rom. 6. 14. *Nos nõ ſumus ſub Lege, ſed ſub gratia.* Sic Gal. 3. 18. Si Spiritu ducimini, non eſtis ſub Lege.

6. Interdum opponitur veritati, & tum vmbras Legales id eſt Ceremonias Legis denotat, vt Ioh. 1. 17. *Lex per Moſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum.*

8. Quando opponitur tempori Chriſti exhibiti notat totam Moſis politiam ſeu œconomiã, vt Gal. 3. 20. *Priuſquam venit Fides, ſub Lege cuſtodiebamur*: & conſtitutionem Sacerdotij, Matth 11. 13. *Lex & Prophetæ vſque ad Iohannem*[a].

8. Lex interdum per μετωνυμίαν, pro iure, authoritate, imperio, ſeu vi ad aliquid impellente ſumitur, vt cùm dicitur, *Lex Spiritus vitæ, Lex peccati & mortis*[b]: *Lex membrorum*[c].

III. *Quid autem voce Legis hoc loco intelligis?*

Doctrinam hominum mentibus à Deo inditam, & poſtea à Moſe repetitam, quæ ſancta & iuſta præcipit, & vitam æternam promittit, ſub conditione, *Si omnia feceris*: maledictionem verò minatur, ſi vel in minimo defeceris[d].

---

[a] *Heb.* 7. 12. & 10. 1.

[b] *Rom.* 8. 2.

[c] *Rom.* 7. 23.

[d] *Iacobi* 2. 10 *Gal.* 3. 10.

catas dicunt, vt homo non poſſit ſe propria virtute extricare, ſed illas tamen nec deletas, nec extinctas eſſe, ſed languidas duntaxat: ſicut ægrotus, cuius vires morbo ſunt fractæ & attenuatæ, qui aduemente medico, & manum admouente reficitur: aut ſicut auicula, quæ habet facultatem volandi, ſed funiculo alligata, non poteſt vſum illius exercere.

6. *Dogma* illud *de prima gratia vniuerſali*, quòd Dominus omnibus aperiat oculos, vt videre, aures hactenus, vt audire poſſint, ſi velint, cùm requiratur vt poſſint velle.

7. Error *Enthuſiaſtarum*, qui iactitant ſpeculationes, viſiones, colloquia diuina, afflatus ſine verbo Dei, & imaginantur rapi ad conuerſionem homines coactos, & ideo Verbi prędicationem contemnentes, raptum ſeu tractu illum Spiritus expectant.

* * *

LOCVS XIX.

De Lege.

I. *Vnde vocabulum Legis deductum eſt?*

VEl à ligando, quòd Lex obliget eos quibus lata eſt, vel ad obedientiam, vel ad pœnam. Vel à legendo, quòd leges publicè legi conſueuerint: vel ab eligendo, quòd tradat eligendorum & fugiendorum normam, Græcè νόμος, quod ſuum cuique tribuat.

II. *Quaſnam habet ſignificationes vocabulum Legis?*

1. In genere pro Doctrina omni vſurpatur, quæ aliquid præſcribit, ſicut Hebræis תורה dicitur à תור (thor) ordinauit, vel à ירה, id eſt docuit: qua ratione Euangeliũ etiam dicitur Lex, Eſaiæ 2.3. *De Sion exiuit Lex, & præceptum Domini de Ieruſalem.* Sic Ierem. 31.33. *Dabo Legem meam in viſceribus eorum, & in corda eorum ſcribam eam.* Et Rom.

dauit Dominus. Rom. 9. 4. *Iſraelitarum ſunt* αἱ διαθῆκαι, καὶ ἡ λατρεία, καὶ ἡ νομοθεσία. Quarum prima ſpecies Iudæis communis cum aliis Gentibus, poſteriores priuati, & quaſi municipalis iuris fuerunt.

IX. *Quid eſt Lex moralis?*

Eſt præceptio diuina continens pie iuſtéque corã Deo viuendi regulam, requirens ob omni homine perfectam & perpetuam obedientiam erga Deum, quæ promittit vitam æternam perfectè obedientibus: mortem verò & damnationem minatur, eam non perfectè præſtantibus, iuxta dicta, *Qui fecerit hæc, viuet in eis*, Leuit. 18. 5. Deut. 27. 26. Gal. 3. 12. Et Deut. 27. 26. Galat. 3. 10. *Maledictus qui non fecerit omnia verba Legis huius.* Dicitur autem *Moralis* ἠθική, quia perpetua viuendi regula eſt, ad quam mores cuiuſque ſunt exigendi, tum erga Deum, tum erga proximum, ſummatim Decalogo comprehenſa [a].

X. *Quid eſt diſcrimen inter hanc Legem moralem, & humanas Leges de moribus?*

Ingens: nam humanæ Leges tantùm poſtulant aut vetant externa opera, & perfunctoriam ſaltem diſplicinam & quandam duntaxat affectuum interiorem moderationem, ad mentis noſtræ iudicium requirunt. At Lex Dei non tantùm requirit externa facta, ſed totius naturæ conuerſionem ad Deum, abſolutam obedientiam, & affectuum omnium compoſitionem, regulam æternam mentis diuinæ, & ſpirituales motus integrè & purè Legi congruentes. Quod ſentit Paulus, dum dicit Rom. 7. 14. *Lex eſt Spiritualis*: Et Deuter. 6. 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde & proximum ſicut teipſum.* Item; *Non Concupiſces*, Exod. 20. 17.

Deinde, illæ tantùm temporales pœnas: hæ æternam iram Dei, & temporales ſimul æternáſque pœnas denuntiant.

XI. *Eſt-ne Lex moralis à Lege Naturæ diuerſa?*

Non.

Cur igitur opus fuit promulgatione Decalogi?

[a] Exod. 20. 2. Deut. 5. 6.

IV. *Quæ epitheta Legi tribuuntur?*

Diuerſa: ſed diuerſo reſpectu: nam quando inſtituitur collatio Legis & Euangelij, præcipuè in articulo Iuſtificationis, tunc Paulus tribuit Legi quaſi ignominioſas appellationes, ſed χ῀π noſtra culpa, non Legis. Vocat enim *Pædagogum*, & *Carcerem concludentem*[a], *Iugum ſeruitutis*[b]: *Potentiam* ſeu vim *peccati*[c]: *Operationem iræ & mortis*[d]: *infirma & egena Elementa mundi*[e]: *Miniſterium mortis & condemnationis*: *Literam occidentem*[f]: *Chirographum contrarium nobis*[g]: *Teſtamentum generans ſeruitutem*[h], Per ſe verò conſiderata, vt à Doctrina à Deo promulgata, dicitur *Lex ſancta*, & *Mandatum ſanctum & bonum*[i]: & *Viuus Sermo*[k]: & *mandatum ad vitam*[l].

V. *Quis Legis author.*

Deus ipſe, qui eam initio in Creatione mentibus hominum inſeruit: deinde in monte Sin. tabulis lapideis incidit & eam promulgandam dedit[m].

a Gal. 3. 23. 24
b Gal. 5. 1. Act. 15. 10.
c 1. Cor. 15. 56.
d Rom. 4. 15. & 7. 5.
e Gal. 4. 9.
f 2. Cor. 3. 6. 7. 9.
g Col. 1. 14.
h Gal. 4. 24.
i Rom. 7. 12.
k Act. 7. 38. Heb. 14. 17.
l Rom. 7. 10.
m Exodi 32. 16.

VI. *Quæ ſunt* Συναίτια, *ſeu, Qui Adminiſtri?*

1. Angeli, qui non authores, ſed internuntij fuerunt, & adhibiti teſtes in promulgatione Legis à Deo facta, Act. 7. 53. *Accepiſtis Legem per diſpoſitionem Angelorum.* Et Gal. 3. 19. *Lex ordinaria eſt per Angelos in manu Mediatoris*, ſiue Internuntii, id eſt tradita Moſi eius internuntio per miniſterium Angelorum.

2. Moſes ſingulariter à Deo deſignatus, Exodi 19. 3. 20. & Ioh. 17. *Lex per Moſem data eſt*, quod confirmatur Act. 7. 38. Nam Moſes medius inter Deum & Populum Internuntius[n], bis è monte deſcendens duas tabulas Legis à Deo per miniſterium Angelorū acceptas ad Iſraelitas detulit[o].

n Deut. 5. 5.
o Exod. 32. 15. & 34. 29

VII. *Quæ materia ſeu argumentum, ſiue Obiectum Legis eſt?*

Dilectio Dei & proximi, Matth. 22. 37. 39. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota cogitatione tua: & proximum ſicut te ipſum.*

VIII. *Quotuplex eſt Lex Moſis?*

Triplex, Moralis, Ceremonialis, & Iudicialis. Deut. 6. 1. *Hæc ſunt præcepta, & Ceremoniæ, & Iudicia, quæ mandauit*

XV. *Quînam autem hæc duo dicta conciliantur, quæ tribuuntur Hieronymo, Maledictus qui dicit, Impoſſibilia Deum præcepiſſe, & Maledictus qui dixerit, Legem eſſe poſſibilem?*

Diſtinctione temporum & ſubiectorum. Deus non præcepit impoſſibilia, primis ſcilicet parentibus ante lapſum, nec etiam renatis, quibus Lex poſſibilis eſt per gratiam: idque .i. Per imputationem ſatisfactionis Chriſti, & remiſſionem peccatorum: Finis enim ſeu ſcopus, impletio, & *perfectio Legis eſt Chriſtus in iuſtitiam omni credenti*, Rom. 10.4. Et vt ait Ambroſius, *Perfectionem Legis habet, qui credit in Chriſtum.*

Deinde per inchoationem nouitatis, quæ fit à Spiritu Sancto vſque ad gradum aliquem bonæ conſcientiæ, ſecundùm quem nominãtur perfecti[a], ſed imperfecta perfectione[b]. Hoc ſenſu mandata Dei grauia non ſunt[c], quia adiunctam habent remiſſionem peccatorum [d], & quia Spiritus renouationis operatur huiuſmodi velle in credentibus, vt delectentur Lege Dei [e]. Lex autem eſt impoſſibilis, homini ſcilicet in hac corrupta natura propriis viribus & actionibus: & non veretur dicere Scriptura, De Obſeruatione Legis, Eſſe iugum quod nec Apoſtoli, nec credentes, nec primitiua Eccleſia, nec Patres ferre potuerunt, Act. 15.10. quod certe de Iuſtificatis & renatis etiam intelligendum eſt.

XVI. *Quis eſt Vſus Legis Moralis?*

Triplex, Coercere, Damnare, Docere. 1. *Externus*, qui & Pædagogicus ſiue Diſciplinaris, & Politicus dicitur, qui pœnarum formidine, & diuinæ vltionis terrore homines, etiam non renatos continet ab externo opere peccati, & ad publicam hominum communitatem fouendam, & pacem tuendam neceſſarius eſt: quem vſum commendat Apoſtolus, 1. Timoth. 1.9. cùm tradit, Legem non eſſe iuſto poſitam, (non modò quoad Iuſtificationem vel condemnationem, ſed quoad coactionem: vt mater ſponte amat & alit ſobolem, non coacta Lege, etiamſi Lex quoque id præcipit) ſed iniuſtis, immorigeris &c. Et valet hic vſus ad continendum vnum-

[a] *Philipp.* 3. 15. 1. *Cor.* 2.6.

[b] *Philipp.* 2. 12.

[c] 1. *Ioh.* 5.3.

[d] *Rom.* 6.14.

[e] *Rom.* 7.22. *Pſal.* 1.2. & 119.14.

1. Quia poſt lapſum Adæ, caligo acceſſit mentibus hominum quæ, notitiam Legis naturæ obſcuriorē fecit: tum aſſenſio languidior, & magna inferiorum virium contumacia.

2. Quia Deus ſe Legis naturæ, & notitiarum naturalium authorem eſſe noua hac publicatione declarare voluit, & teſtari, quòd Legem ſuam habere noluerit pro re derelicta.

3. Extare voluit expreſſam vocem Iudicij ſui aduerſus peccatum, & ſciri, Pœnas non accidere caſu, ſed ordine diuino.

4. Vt conſtaret certa Deum colendi ratio.

XII. *Quis finis Legis?*

1. Tim 1.5. *Finis præcepti eſt Charitas ex puro corde, & conſcientiâ bonâ & fide non ficta.*

XIII. *An Legi obedientiam, quam requirit præſtare poſſumus?*

Non poſſe etiam renatos, non ſolùm arguit vniuerſalis experientia, & Scripturæ teſtimonia teſtantur, vt Eccleſiaſt. 7.21. Prouerb. 20.9. 1. Reg. 8.46. *Non eſt homo iuſtus ſuper terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Dauid Pſalm. 143.2. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Et Paulus, *Volentibus facere bonum* (loquitur enim de vno eodémque opere quod bonum eſt) *adiacet malum*, Rom. 7. 21. Et Philip 3.12. *Non quòd iam apprehenderim, aut perfectus ſim.* Verùm noua via in cœlum monſtrata, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus id euincit: *nam ſi ex Lege iuſtitia,* inquit Paulus Gal 2.21. *Chriſtus fruſtra mortuus eſt.*

XIV. *Ergóne Deus iniuſtus eſt, qui impoſſibilia à nobis exigit?*

Abſit, quia repetit à nobis quod ſuum eſt, & quod antè dederat: nam facultatem præſtandi Legem primis noſtris parentibus in Creatione dederat: vt ſi quis mutuò det alicui pecuniam, hic verò ſua negligentia & culpa amittat aut diſſipet, nec ſit ampliùs ſoluendo, creditor tamen iniuſtitiæ argui nō poteſt, ſi & ab ipſo & hæredibus eius creditam pecuniam exigat.

XV. *Quinam*

dens Lege augetur, ſanantur autem pauores cordis conſternati Iudicio Legis, effuſo oleo, id eſt audita conſolatione Euangelij.

XVIII. *Quis eſt Tertius Vſus?*

Eſt ſpiritualis, quia pertinet ad homines Spiritu Dei regenitos, quos docet & inſtituit; in vero Dei cultu, & rectè viuendi regula, de quo vſu Ezech. 20. 19. *In præceptis meis ambulate, &c.* Huius vſus reſpectu Dauid, inſignibus encomiis Legem commendat, *Lex Domini immaculata, conuertens animas, Iuſtitiæ Domini recta, lætificantes corda, præceptum Domini lucidum, illuminans oculos*, &c.[a]

[a] *Pſal.* 19. 8. 9.

XIX. *Anne Regenitis per Spiritum ſanctum opus eſt Lege, cùm Doctorem, & Ductorem habeant Spiritum ſanctum?*

Opus eſt. 1. Quia ratio humana, quamprimum non regitur verbo Dei, facilè aberrat.

2. Non vult Deus nos noſtro marte & arbitrio excogitare opera, aut cultus: ſed vult nos verbo ſuo regi, ſicut dicitur Pſalm. 119. 105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum:* Et Matth 15. 9. *Fruſtra colunt me mandatis hominum.*

3. Non alia eſt quàm dictat Spiritus Sanctus, ab ea, quam præſcribit Lex, piè & bene viuendi regula.

4. Propter carnis reliquias: neque enim fideles ex omni parte ſunt renati: ideóque eos de voluntate Dei in dies magis ac magis edoceri, & exhortationibus ceu ſtimulis eorum pigritiam excitari ad obſequendi promptitudinem oportet.

XX. *Quæ eſt Lex Ceremonialis?*

Quæ præſcribebat ritus Eccleſiaſticos, & externas Ceremonias, vt 1. Sacrificia.

2. Sacra, vel loca & vaſa, vel tempora, & ſolennitates.

3. Sacramenta.

4. Obſeruationes quaſdam in cibo[b], veſtitu[c], aratione, Satione[d] Arborum, preputio[e], aucupio, & aliis nonnullis; & cultus externos quorum vſus erat durante politia Moſaica, tum 1 in Tabernaculo, quod fuit portatile: Deinde in Templo Solomonis, quod fixum fuit in vno loco: tum extrà.

[b] *Deut.* 14. 6. 12. 21. *Leuit.* 17. 12.

[c] *Deut.* 22. 5. 11.

[d] *verſ.* 10.

[e] *Leuit.* 19. 19.

[f] *verſ.* 23.

[g] *Deut.* 22. 6

quemque in ſuo officio,& regendos externos mores, quo vſu contenti ſunt Phariſæi & Hypocritæ: cuius etiam reſpectu Paulus Philipp. 3. 6. ante conuerſionem ſe irreprehenſum fuiſſe dicit.

XVII. *Quis ſecundus Vſus?*

Internus ſeu arcanus , qui ferit conſcientiam hominis,& detegit,arguit, & damnat peccatum, producítque hominem ad tribunal Dei, eúmque maledictionis ſententiæ ſubiicit: De quo vſu, Rom. 3. 20. *Per Legem eſt cognitio peccati*, Et cap. 7. 9. *Ego aliquando ſine Lege viuebam*, id eſt ſecurus, non ſentiebam Iudicium Legis, ſed veniête mandato, peccatum reuixit, & ego mortuus ſum, id eſt me morte & damnatione dignum intellexi.

Huius vſus reſpectu, *Lex iram operari* dicitur, Rom. 4. 15. quia iram Dei denuntiat, nóſque ſubiectos iræ Dei proclamat: Et 2. Cor. 3. 7. *Lex eſt miniſterium mortis*, id eſt facit vt ex agnitione peccati intelligamus nos morte, id eſt damnatione dignos. Hoc autem habet Lex, non ſuo (quippe quæ ſua natura bona & ſancta eſt) ſed naturæ noſtræ corruptæ vitio. Sed vt Lydius lapis non eſt aurum, ſed index diſcernens purum aurum ab adulterino: ſic Lex non eſt cauſa peccati , ſed index diſcernens iuſta ab iniuſtis. Rom 7. 5. 7.

Valet autem hic vſus ad terrendos deploratos, & ad non deploratos ſubigendos, præparandóſque ad remedium quærendum, & excipiendum in Chriſto propoſitum. Quo reſpectu Lex dicitur fuiſſe Pædagogus ad Chriſtum Gal. 3. 24. nam cùm iniuſtitiæ omnes accuſaret ſimul admonebat in promiſſo Meſſia quærendam iuſtitiam, niſi perire mallent.

Huius vſus exemplum habemus in Dauide, poſt auditam obiurgationem Nathan [a] : Ezechia dicente , *Sicut Leo, contriuit omnia oſſa mea* , Iſa. 38. 13. Et Act. 2. 14. 23. 37. cùm ad concionem Legis à Petro habitam , obiiciente Iudæis ingratitudinem erga Deum, & homicidium innocentis Chriſti i. violationem vtriúſque Tabulæ, ipſi corde compuncti dixerunt Apoſtolis, *Quid faciemus, viri Fratres?* Quibus Petrus reſpondit, Pœnitentiam agite, verſ. 30. Nam ſicut calx viua accêditur aqua, & oleo reſtinguitur: ita peccatum per Acci-

[a] 2. *Sam.* 12. 1 13.

dens

corpore Adulterij, ſtupri, furtorum, & omnium denique externorum delictorum contra ſingula præcepta Decalogi.

XXIII. *Quis vſus erat Legis Iudicialis?*

1. Conſeruatio politiæ pro conditione loci, tẽporis, & Gentis.

2. Vt eſſet illuſtris diſtinctio politiæ illius (in qua ex certa ſtirpe naſciturus erat Meſſias,) ab aliis Gentibus.

XXIV. *Quatenus Lex eſt abrogata?*

Quoad Iuſtificationem attinet, eodem modo de omnibus partibus Legis ſentiendum eſt, videlicet quòd nullus ſit iuſtus, ſeu acceptus ad vitam æternam propter vlla opera Legis.

Quoad Obedientiam attinet, diſcernendæ ſunt partes Legis, & quidem Lex moralis duas habet veluti partes; quæ ſunt præcepta ſeu regula vitæ & appendix de promiſſionibus ſeu comminationibus.

Quoad Regulam vitæ, Lex neque in hac, neque in futura vita abolebitur quoad ipſa præcepta: Deus enim perpetuam dilectionem erga ſe & ſuam creaturam ſuo ordine requirit: & hoc reſpectu teſtatur Dominus, ſe non veniſſe ad Legem abolendam, ſed ad implendam, nec præteriturum apicem ex Lege, quin omnia fiant, Matt. 5. 17. 18.

Quoad appendices verò, promiſſiones omnes Legis, renatis ſiunt in Chriſto ratæ[a].

Quoad Comminationes, inexorabilem ſeueritatem Legis & ſeueram exactionem, hæ renatis ſunt abolitæ, Rom. 6. 14. *Non eſtis ſub Lege, ſed ſub gratia. Item Nulla damnatio his, qui ſunt in Chriſto*, cap. 8. 1. Item Gal. 3. 13. *Chriſtus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum.* Et cap. 4. 4. *Chriſtus Legi ſubiectus eſt, vt eos qui ſub Lege erant, redimeret.* Cæterùm non renati, Legi toti, eiúſque damnatoriæ ſententiæ obnoxii ſunt, iuxta illud Gal. 3. 10. *Maledictus qui non fecerit õia, quæ ſcripta ſũt in libro Legis.*

XXV. *Eſt-ne Lex Ceremonialis abrogata?*

Abrogata eſt, non quo ad ſignificationem, aut Scripturam ne legatur, poteſt enim nos erudire de Ieſu Chriſto: ſed quoad vſum, & externam obſeruationem; nam Dan,

---

[a] *Rom.* 8. 4

XXI. *Qui Vſus erat Ceremoniarum & Sacrificiorum?*

1. Vt eſſent picturæ ſeu imagines cultus interioris, qui Deo debebatur.

2. Vt demonſtrarent immunditiem peccati hominibus inhærentem,&teſtarentur quid in ſeſe mereantur homines, mortem nimirum & damnationem æternam & eatenus erant Legis moralis appendices.

3. Vt piis viſibiles & palpabiles eſſent conciones de Paſſione & Morte Chriſti,per quam ab illa miſeria liberarentur,& eatenus fuerunt Euangelij ceu quidam typi, quo reſpectu etiam Lex dicitur,& præcipuè quidem Pæ-
a Gal.3.24. dagogus ad Chriſtum[a]. Nam Circuncíſio ſemen Abrahæ promiſſum myſticè prædicabat: Ablutiones admonebant ſordium abſtergendarum per ſanguinem Chriſti: Sacrificia typicè victimam ſequuturam adumbrabant:vnde Coloſſ.2 17 & Hebr.10.1. *Vmbram Lex habebat futurorum bonorum,non ipſam rerum imaginem, corpus autē Chriſtus.*

4 Vt eſſent ſigna & Sacramenta , per quæ Spiritus Sanctus eſſet efficax,non ex opere operato,ſed ex fide vſurpata quo ſenſu ſacrificia dicuntur expiationes pecca-
b Leuit.16.27. torum[b].

5 Vt eſſent notæ profeſſionis , ſigna & diſtinctiones ſeu maceries,quibus Iſraelis Eccleſia à reliquis Gentibus diſcerneretur,& à multiplici Gentium idolomania arceretur.

XXII. *Quid fuit Lex Iudicialis ſeu Politica?*

Fuit præceptio de externis actionibus , quibus regi ciuilem Iſraelitarum ſocietatem oportuit: ſeu Ius ciuile Iſraeliticum de Magiſtratibus, diſtinctione dominiorum diſtributione hæreditatum,pœnis delictorum, diſtinctione & dominio hæreditatum, ordine iudiciorũ, contractibus,ritibus coniugiorum repudiis,ſeruitute ordine & legibus militiæ,teſtibus , vſuris,ſuſcitando fratri ſemine pœnis blaſphemiæ, periurij , profanationis Sabbathi , & Ceremoniarum , ſeditionis, inobedientiæ, homicidij, damni dati , vel in rebus , vel in

corpore

ſtrare, quo Reſpublica Iſraelitica fuit adminiſtrata, ſed illis vti licet Legibus politicis ſuarum Gentium, quę cum Lege naturæ & Decalogo congruunt, iuxta præceptum, Rom. 13. 1. Omnis anima poteſtatibus, quæ prȩſunt, ſubdita eſto[a]. a 1. Pet. 2. 13.

Deinde Deus illuſtri ſuo iudicio deleuit politiã Moſaicam[b]. Non eſt autem abrogata quoad ſubſtantiam & finem, ſeu naturalem & vniuerſalem æquitatem, quæ eſt iuris diuini & naturalis, & quoad genus morale illud, vt turbantes ſocietatem humanam, puniantur, conſtet honeſta pax, & tranquillitas publica, & valeat iudicium & iuſtitia. b Dan. 9. 26. 27. Mat. 24. 15.

XXVII. *Quæ diſparata?*

A Lege diſparatur Euangelium, de quo ſequenti loco.

XXVIII. *Quæ repugnantia?*

Erro. 1. *Manichæorum*, qui dixerunt Legem malam eſſe quòd iram operetur, Rom. 4. 15. cùm non propriè id faciat, ſed ipſius tranſgreſſio: & eam ad neſcio quem alium authorem quàm Deum retulerunt.

2. *Pelagianorum*, qui ad illam præſtandam à natura ſe diſpoſitos eſſe ſunt opinati.

3. *Antinomorum* & *Libertinorum*, qui ſentiunt Chriſtianis non ampliùs Lege Dei morali opus eſſe, nec Decalogum in Eccleſia Chriſtiana prædicandum, quia fideles ſint per Spiritum renati.

4. *Phariſæorum*, qui exiſtimarunt Impletionem Legis eſſe facilem & poſſibilem[c]: & quædam eſſe magna mãdata, vt de peccatis craſſioribus, homicidij, adulterij, periurii: quædam eſſe minima, quorum tranſgreſſionem Deus non curet, vt interiores affectus aberrantes à lege Dei[d]. Eorundem & Ebionitarum, qui Legis Ceremonialis obſeruationem cum Euangelio coniungendam eſſe docebant. c Matt. 19. 20. d Matt. 5. 19.

5. *Pontificiorum*, qui Legis perfectam obſeruationem ab homine renato pro ſtatu viatoris præſtari poſſe affirmant: Et Scripturam tribuere piis diuerſa & ſeparata opera, quorum quædam ſint bona, quæ ſatisfaciant Legi; quædam mala, quæ pugnent cum Lege; nec Legem exigere ab hominibus aliam perfectiorem obedientiã, quam quæ in hac vita præſtari poſſit: imò homi-

9.27. *Chriſtus confirmabit pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis ceſſare faciet hoſtiam, & ſacrificium.* Et Chriſtus Matth 11.13. *Lex & Prophetæ vſque ad Iohannem.* Et Ioh.1.17. *Lex per Moſem lata eſt, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta.* Ideo publico Spiritus Sancti decreto in Concilio Apoſtolorum, Act.15. 6. & ſeq. abrogatæ ſunt Ceremoniæ, nec ampliùs in vſum reuocandæ, cùm Chriſtus (cuius typi fuêre) aduenerit, omnéſque impleuerit, & deleuerit quod aduerſus nos erat chirographum in decretis, Coloſſ. 2.13.14. id eſt, Ceremonias, quæ inſtrumenta erant ſolennia, quæ reatum & immunditiem noſtram teſtabantur. Sic Heb. 10. 14. *Vnica oblatione Chriſtus conſummauit in æternum ſanctificandos.* Hoc ipſum etiam velo templi in paſſione Chriſti ſciſſo, eſt ſignificatum [a]. Ideo Paulus Si circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit, Galat.5.2.

[a] *Matt.*27.51.

Pro hac autem ſubſtituit Dominus, duorum Sacramentorum adminiſtrationem, ex ipſius regula in Eccleſia Chriſtiana ad finem ſeculi obſeruandam, Marci 16.15. *Ite, prædicate, baptizate.* Et 1. Corinth.11.26. *Annuntiate mortem Domini, donec veniat.* Quæ autem pertinerent ad ordinem, libera Eccleſiis reliquit.

XXVI. *Eſt-ne autem Iudicialis ſimiliter abrogata.*

Eſt quoad obligationem, quatenus videlicet nulla Reſpublica tenetur recipere Leges politicas Gentis Iſraeliticæ & quoad modum, limitationem, formam, & determinationem pœnarum, ſeu conſtitutionem certis circunſtantiis deſcriptam, quæ eſt in Arbitrio & libertate optimorum Principum, pro loci, temporis, & perſonarum exigentia, relicta: Lex enim forenſis obligat tantùm eos quibus eſt lata. Item, Lex lata ad certum tempus, non retinet authoritatem poſt illud tempus: Solis autem Iſraelitis, & quidem ad tempus lata fuit, Gen.49. 10. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Legiſlator de medio populi eius, donec veniat Silo.* Quò referri poteſt illud Chriſti Luc.16.16. *Lex & Prophetæ,* id eſt politia Moſaica, *vſque ad Iohannem.*

Fuit ergo Lex Iudicialis iuris poſitiui: proinde non coguntur Chriſtiani eodem modo ſuas politias admi-

niſtrare,

Ἑλληνικῶν .i. ἔθυε τὰ εὐαγγέλια, i. ſacrificia obtulit pro accepto fauſto nuntio.

II. *Sed qua ſignific atione Scriptura vſurprt Euangelij vocem?*

1. Sicut εὐαγγελίζειν ſignificat Læta nuntiare, Iſa. 52. 7. *Quam pulchri pedes ſuper montes euangelizantium pacem, & annuntiantium bonum*, pro quo Prophetæ vtuntur verbo בשר, quod ſignificat res bonas & nouas nuntiare: Sic Apoſtoli κατ᾽ ἐξοχὴν. Euangelium dixerunt [a], inſigne & lætum illud nuntium de ſalute per Chriſtum parta credentibus, ſeu ſolenne patefactæ & exhibitæ in Chriſto Dei gratiæ præconium, Luc. 2. 10. *Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit toti populo, quia hodie natus eſt vobis Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus.*

a Marc. 1. 15.

Deinde per μετωνυμίαν, pro hiſtoria ipſa de Chriſto, i. de iis quæ docuit & fecit [b], accipitur, cuiuſmodi Euangelia quatuor numeramus.

b Act. 1. 1.

Interdum etiam ipſam doctrinæ Euāgelij, promulgationem, annuntiationem, ſiue euangelizationem declarat, vt 1. Cor. 9, 14. ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν: & 2. Cor. 8. 18. Οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, cuius laus eſt in Euangelio.

III. *Sed quæ eſt ratio nominis?*

Quòd quemadmodum maleficis propter ſua crimina acerbiſſimo & ignominioſiſſimo ſupplicij generi adiudicatis, nihil iucundius & optatius contingere poteſt, quàm vt à ſententia damnatoria liberati, gloria regia, & libertate gaudeant: Ita hominibus ob peccata ſua maledictis & æternùm damnatis, nihil meliùs, optatius, & fauſtius accidere poteſt, quàm audire ſe à damnatoris ſententia abſolutos, inter filios Dei cenſeri & eſſe.

IV. *Euangelium quid eſt?*

Eſt doctrina cœleſtis ex arcano ſinu Dei Patris per Filium prolata, per Apoſtolos prædicata, & in libris noui Teſtamenti comprehenſa, bonum & lætū toti orbi afferens nuntium, nempe humanum genus per mortē Ieſu Chriſti vnigeniti Filij Dei redemptum eſſe: ita vt cūctis hominibus, modò reſipiſcant, & credant in Ieſum Chriſtum, parata ſit peccatorum remiſſio, ſalus, & vita æterna.

nem poſſe plura facere, ſi velit, quàm debeat, quæ vocant opera Supererogationis & proinde homines eius obſeruatione fieri iuſtos coram Deo, & mereri vitam æternam.

6. *Eorundem*, qui κακοζηλίᾳ Ceremonias Leuiticas in Eccleſiam inuehunt.

7. *Fanaticorum*, qui ſolis politicis Legibus Iſraelitarum Chriſtianas Reſpublicas regi volunt.

8. Anabaptiſtarum, qui finxerunt Patriarchas de Euãgelio ſiue promiſſionibus vitæ æternæ nihil credidiſſe, ſed tantùm externis corporalibus promiſſionibus ſaginatos fuiſſe; quia dicuntur fuiſſe in Lege[a], & ſub Lege[b] & quia ſcriptum ſit, Matt. 11. 13. Lex vſque ad Iohannem. Omnes denique errores de vera Legis ſententia: tum peccata pugnantia cum ſingulis Decalog præceptis.

a Rom. 3. 19.
b Gal. 4. 3. 5.

LOCVS XX.

De Euangelio.

I. *Quid ſignificat Euangelij vox?*

PRoprie bonum, lætum, fœlix & fauſtũ nuntium: qua ſignificatione apud Ariſtophanẽ vſurpatur, Εὐαγγέλια κἀγὼ 'φρασ᾽ αὐτοῖς, lęta nuntia ipſis enarraui. Sic apud Appianu de nece Ciceronis, τῷ Ἀντωνίῳ εὐαγγέλιον διαφέροντι.

2. Præmium quod datur lętum afferentibus nuntiũ, Hom. Οδυσσ.

Εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω,
Αὐτίκ᾽ ἐπεί κεν κεῖνος ἰὼν τὰ ἃ δώμαθ᾽ ἵκηται.
Ἕσσαι με χλαῖνάν τε, χιτῶνά τε, εἵματα καλά.

Hoc eſt, *Euangelium mihi eſto, Statim vbi redierit ille in ſuas ædes, vt veſtias me pulchris veſtibus, Chlæna, & Tunica.*

3. Sacrificium ob lętum nuntium acceptum, Xenophon

en eius *Immanuelem*, id eſt nobiſcum Deum fortem, quia Verbum caro factum eſt, Ioh.1 14. Et totũ 53. Iſa. caput Euangelicam concionem continet de morte, & promiſsiones fuerunt potiùs Euangelicæ, quàm ipſum Euangelium, cùm vaticinati ſint de re futura, non autem rem exhibitam annuntiarint, Gal.3.16. *Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones.* Ideo Apoſtolus Rom.1.1. dicit, Seſegregatum *ad Euangelium Dei* (ſcilicet annuntiandum) *quod ante Deus promiſerat per Prophetas in Scripturis ſanctis.* Si promiſſum fuit, nondum igitur tunc exhibitum. Et 1. Pet.1.10. *De qua ſalute inquiſierunt, & ſcrutati ſunt Propheta, qui de ventura in nos gratia vaticinati ſunt.* Sed demum Apoſtoli illud exhibitum publicarunt, vnde aliquando Euangelium ſuum nominant, Rom. 2. 16. *Iudicabit Dominus ſecundùm Euangelium meum:* & 2. Cor.4.3. *Quod ſi opertum eſt Euangelium noſtrum,* &c. quod videlicet illius eſſent, non authores, ſed præcones.

VIII. *An-ne igitur vnum & idem Euangeliũ ab initio mundi, aut vna & eadem ratio ſalutis conſequendæ omnibus temporibus communis fuit?*

Fuit: nam Heb.11.4. *Abel per fidem accepit teſtimonium, quòd eſſet iuſtus coram Deo.* Et verſ.7. *Noe factus eſt hæres iuſtitiæ, quæ ſecundùm fidem eſt: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad Iuſtitiam,* Gen.15. 6. [a] Et Act.10 43. *Chriſto omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, Remiſsionem peccatorum accepturum per nomen eius quemuis, qui crediderit in eum.* Et Heb.13. 8. *Ieſus Chriſtus heri & hodie idem eſt, & in ſeculum.* Ideo Apoc.13. 8. *Agnus* dicitur *occiſus ab origine mundi,* non actu, ſed efficacia.

[a] Rom.4.3.

IX. *Ergóne nihil intereſt inter Doctrinam noſtram, & illorum, qui ſub Lege vixerunt?*

Nihil quoad ſubſtantiam, ſed nonnihil quoad diſpenſationis modum. Nam illis πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, Heb.1.1. multipliciter ac diuerſè, & proinde obſcuriùs & particulatim, & veluti per gradus, diuerſiſque modis, &

V. *Quid eſt* ἀ[?]λιον κύριον *author, ſiue cauſa efficiens Euangelij?*

Deus, qui arcanum noſtræ Redemptionis beneplacitum reuelare dignatus eſt, vnde Euangelium Dei dicitur Rom. 1. 1. Συναίτιον, concauſa, Λόγος, i, Filius Dei, qui é ſin Patris prodiens, id nobis enarrauit. Ioh. 1. 18. ſicut in Paradiſo primam ipſe Euangelij promiſſionem protuli Gen. 3. 15. Semen mulieris conteret caput Serpentis.

VI. *Quæ cauſa organica, ſeu per quos Euangelium Mundo patefactum eſt?*

1. Per Angelum Dei, nato iam Ieſu Chriſto, dicentem, Luc 2. 10. *Euangelizo vobis gaudium magnum, quia na eſt vobis hodie ſeruator mundi.*

2. Per Iohannem Baptiſtam, qui ſummam Euangelij prædicauit, Chriſtum oſtendens, & vocans Agnu Dei, i. victimam expiandis mundi peccatis à Deo deſtinatam quo nomine Prophetis maior fuit Iohannes[a] Quia tamen virtutem & gloriam, quæ demùm enitui in Reſurrectione Chriſti, non explicauit, Chriſtus nega eum fuiſſe parem Apoſtolis[b], ſed medium inter Prophetas & Apoſtolos locum tenuiſſe innuit.

3. Per ipſum Chriſtum in carne manifeſtatum, cui[c] tribuitur propriè, quòd Euangelium Regni Dei prædicarit ſed in Iudæa tantùm.

Demùm per Apoſtolos ex mandato Chriſti[d]: quod fecerunt prædicatione, & ſcriptis.

VII. *Annon Patriarchæ & Prophetæ etiam prædicarunt ſcriptiſque mandarunt Euangelium?*

Etſi iam inde ab initio mundi myſterium Euangel ſignificatum fuit Patribus, déque hoc loquuti ſunt, & ſcripſerunt Prophetæ, vt Gen. 3. 15. *Semen mulieris conteret caput ſerpentis:* Et Gen. 12. 3.[e] *In ſemine tuo benedicen omnes gentes:* Gen. 49 10. Silo, (i. Chriſtus, ſemen mulieris, ex ſecundis editus, ſine virili operatione,) veniet ablato ſceptro, & regia dignitate à populo Iſrael: Deu 18. 15. Deus repetit & illuſtrat promiſſionem Euangelij;[f] Iſa. 7. 14. *Ecce Virgo pariet Filium, & vocabit n*

men ei

a Luc. 7. 26.

b Matt. 11. 11.

c Mat. 4. 23.

d Marc. 16. 15.

e Gen. 18. 18. & 22. 17. 18 & 26. 3. 4 & 28. 14. 15.

f Pſal. 2. 6. 8. & 8. 6. & 41. 7. & 110. 1. 4. &c.

bis hæreat, qui ſuæ voluntariæ contumaciæ ipſi ſibi cōſcij ſunt.

XII. *Quis finis Euangelij.*

Nobis per Legem reis, gratiam Dei & miſericordiā promiſſam per fidem in Chriſtum proponere & applicare, ſeu peccatorum remiſſionem, & noſtram coram Deo iuſtificationem in vno Chriſto, atque ex mera Dei gratia polliceri[a]. a *Rom.* 3.23. 24.

XIII. *Quænam ſunt Effecta Euangelij?*

1. Fidem creare, vnde, verbum fidei dicitur[b]. 1. *Pet.* 1.9. b 1. *Tim.* 12. 6.

2. Reconciliare Deo, ideo verbum Reconciliationis[c]. c 2. *Cor.* 5.19

3. Spiritum ſubminiſtrare, ideo vocatur Miniſteriū Spiritus[d], quia Spiritus vim adiunctam habet. d 2 *Cor.* 3.8.

4. Regenerare, vnde dicitur bonum ſemen[e]. e *Matt.* 13. 37.

5. Prædicatione remiſſionis peccatorum, omniumque bonorum in Chriſto afflictas conſcientias conſolari & reficere vnde vocatur bonum Dei verbum[f]. f *Heb.* 6.5.

6. Spiritualiter ægrotos ſanare: vnde ſermo ſanus dicitur[g]. g *Tit.* 2.8.

7. Mortuos in peccatis viuificare, ideo verbum vitæ dicitur[h]. h *Philipp.* 2.15.

8. Pacare turbatas conſcientias, ideo vocatur Euangelium pacis[i]. i *Eph.* 6.15.

9. Regnum Dei ſtabilire, ideo Euangelium Regni Dei[k]. 10. Cedere in mortem incredulis, credentibus verò in vitam, vnde odor mortis ad mortem [l], ſed per accidēs, & odor vitæ ad vitam dicitur, Οἷον μύρον τῇ ἀσθενεστέρᾳ, ῥώμη, τῷ δ' ἀκαθάρτῳ, φθορά, inquit Nyſſenus. k *Marc.* 1. 14. l 2. *Cor.* 2.16

Denique in vitam æternam ſeruare: vnde vocatur Euangelium ſalutis noſtræ[m]. m *Eph.* 1. 13.

XIV. *Sed vnde eiuſmodi Euangelij efficacia eſt?*

A Solo Deo per Spiritum ſanctum, vnde Rom. 1. 16. ſumpta definitione ab effecto, Euangelium dicitur *Potentia Dei in ſalutem omni credenti.* Sic 1. Cor. 1. 18. id eſt, viuum & efficax Inſtrumentum diuinæ potentiæ, quæ ſeipſam exerit in ſalutis noſtræ cognitione in nobis efficienda: ideo *ſceptrum* potentiæ Dei nuncupatur [n], & *brachium* Dei [o]: Apocal. autem 14. 9. dicitur Euange- n *Pſal.* 110. 2.45.7. o *Iſa.* 53.1.

quò propiùs dies imminebat , eò clariùs reuelata eſt gratuitæ in meſſia Reconciliationis doctrina. Nūc verò nobis per ipſum Filium tota clariſſimè & pleniſſimè proponitur.

Deinde cùm eam modicè deliberauerint veteres, vberior eius nobis affertur fruitio. Ideo Chriſtus gratiæ menſuram, qua Iudæos ſuperamus extollens, Diſcipulis dicit, Matth.13.16.17. *Beati*, inquit , *oculi qui vident quæ videtis : Beatæ aures , quæ audiunt quæ auditis : multi enim Reges & Prophetæ hoc optarunt , nec adepti ſunt.* Denique in venturum Meſſiam illi , nos in exhibitum credimus.

X. *Quæ eſt materia Euangelij, ſeu ſubiectum circa quod illud verſatur?*

Chriſtus mortuus pro peccatis noſtris , & excitatus propter iuſtificationem noſtram, Rom.4.25. De hoc enim eſt Euangelium, & hunc vnicum concionatur, Rom. 1. *Euangelium quod promiſerat de Filio ſuo.* Qua de cauſa vocatur *Euangelium Ieſu Chriſti* [a], *& Teſtimonium Chriſti* [b], item *Verbum Crucis* [c] , quia eſt prædicatio de Chriſto crucifixo : Et verſ. 22 *Iudæi ſigna petunt , & ſapientiam, nos autem prædicamus Chriſtum Dei virtutem , & Dei ſapientiam.*

[a] *Marc.*1.1.
[b] 1.*Cor.*1.6.
[c] *v.*18.

XI. *Quod eſt ſubiectum Cui, ſeu Ad quos pertinet Euangelium?*

Marc.16.15, docet Chriſtus , *Profecti in mundum vniuerſum , Prædicate Euangelium omni Creaturæ* , i. non quidem ſingulis hominibus, ſed omnibus Gentibus, vt exponunt Matthæus cap.26.13.& 28.19.& Lucas 24.47. Quo ſignificatum eſt Gal.3.28. In Euangelio non eſſe Iudæū, neque Græcum, neque ſeruum, neque liberum, non maſculum, aut fœminam. Hinc *Euangelium præputij* dicitur, Gal.2.7. metonymicè , & *Euangelium circuncißionis*, quod inter Gētes à Paulo, & inter Iudæos à Petro, annuntiandū fuit. At virtus & efficacia Euangelij , ſeu promiſſionum Euangelicarum , ad ſolos credentes & electos pertinet, teſte Chriſto, Ioh.17.9. *Non pro mundo rogo* , (inquit) *ſed pro iis, quos dediſti mihi, quia tui ſunt.* Neque propterea Deus quemquam ludificatur, cùm vitiū omne in reprobis

Pœnitentiam,& detegere peccata ipſi nota[a],ſed ad quorum veram & ſalutarem reſipiſcentiam nos inuitat ſolum Euangelium.

XVII. *Quæ Repugnantia?*

1. Siniſtra expoſitio verborum *Auguſtini*,de Fide & operibus,cap.9. Propriam Euangelij doctrinam eſſe non tantum de fide,verum etiam de moribus fidelium. *Hieronymi* in Prologo ſuper Marcum, quatuor eſſe qualitates Euangelii; Præcepta quæ iubent declinare à malo, Mandata quæ iubent facere bonum,Teſtimonia quæ oſtendunt quid ſit credendum de Chriſto, Teſtimonia Exemplorum quæ monſtrant perfectionem, vt *Diſcite à me quia mitis ſum*,Matth.11.29.

2. Impiorum blaſphemia,qui diſſidiorum facem,& malorum lernam, Euangelium vocant.

LOCVS XXI.

De conuenientia & diſcrimine Legis & Euangelij.

I. *Súntne aduerſæ doctrinæ,Lex & Euangelium?*

NOn,ſed diuerſæ & diſparatæ duntaxat, ſic vt in quibuſdam conueniant,in aliis verò latè diſcrepent.

II. *In quibus conueniunt?*

1. Cauſa efficiente:nam vnus & idem Deus author eſt Legis & Euangelij.

2. Fine vltimo:nam idē planè requirit Deus,& Lege,& Euangelio,ſi vltimum finem ſpectemus, videlicet plenam,perfectam,& ſpiritualem iuſtitiam,quæ ad vitam æternam ducat:nam abſque perfecta iuſtitia, hoc eſt, integra obedientia erga Legem Dei, nemo vitam ingreditur:& quę Lex requirit,videlicet ſatisfactionem pro cul-

[a] Rom.3.20

lium *æternum*, non ratione diſpenſationis, quæ originem habuit tempore Chriſti, & finem habitura eſt cum hoc ſeculo: ſed efficacitatis, quæ iam inde ab orbe condito, in omnem æternitatem duratura eſt.

XV. *Quot ſunt Partes Euangelij?*

Duæ: Prædicatio Pœnitentiæ: & Promiſſio Iuſtificationis, ſiue Remiſſionis peccatorum, Luc. 24 47.

XVI. *Eſt-ne Legis an Euangelij proprium munus prædicare Pœnitentiam?*

Si Pœnitentiæ nomine non μεταμέλειαν ſed μετάνοιαν, i. non contritionem, ſed ſalutarem ad Deum conuerſionem per fidem intelligis, Euangelij, (quatenus generaliter accipitur pro toto miniſterio noui Teſtamenti) non Legis, munus eſt, 1. Quia eius eſt inuitare ad pœnitentiam, cuius eſt gratiam offerre: eſt autem hoc Euangelij: Ideo in nomine ſuo vult Chriſtus prædicari pœnitentiam, Luc. 24. 46.

2. Quia Baptiſmus, qui eſt Pœnitentiæ, quæ in mortificatione peccati , & noui hominis excitatione conſiſtit, aſpectabilis concio & ſymbolum[a], non eſt Legis, ſed Euangelij ſacramentum[b].

3. Quia vera Pœnitentia abſque Regeneratione eſſe nequit: nemo autem niſi par Euangelium Spiritu ſancto intus per fidem agente regeneratur[c].

4. Quia fides & Reſipiſcentia indiſſolubili nexu cohærent: At fides per Euangelium annunciatur, & per illud tanquam medium infunditur , & ingeneratur cordibus noſtris à Spiritu ſancto[d]: Ergo & Reſipiſcentia

5. Quia Lex operatur mortem, 2. Cor. 3. 7. Rom. 4. 15. Ergo non dolorem illum, qui ſecundum Deum eſt, 1. Cor. 7. 10 & proinde nec veram pœnitentiam.

6. Quia inſeparabili vinculo pœnitentia & remiſſio peccatorum coniunctæ ſunt[e].

7. Quia quod Lucas 9. 6. dicit Euangelizare, Marcus 6. 12. illud ipſum explicans, dixit, Prædicare vt reſipiſcerent homines: vt doceat Euangelium eſſe Prædicationem pœnitentiæ & remiſſionem peccatorum in nomine Chriſti. Fatemur tamen Legem eſſe Παρασκευὴν ad

Pœni-

[a] Rom. 6. 3.

[b] Marc. 16. 16.

[c] 1. Pet. 1. 23.

[d] Ioan. 17. 20.

[e] Luc. 24. 46.

promiſſiones legales æternæ vitæ & bonorum temporilium ſunt conditionales, i. requirunt conditionem perfectæ impletionis tanquam cauſam, vt *Si feceris hæc, viues in eis*: vbi particula *Si*, pro Quia, eſt αἰτιολογικὴ, i. deſignans cauſam, quia in Lege requiritur obedientia noſtra, tanquam cauſa. At Euangelicæ ſunt gratuitæ, & dantur non propter impletam Legem, ſed gratis propter Chriſtum. Ideò cùm dicitur, *Si credideris*, particula *Si*, non eſt αἰτιολογικὴ, ſed συλλογιστικὴ, id eſt deſignans conſequentiam, nec ſignificatur cauſa vel meritum, ſed modus & inſtrumentum ſine quo non poteſt fieri applicatio beneficiorum Chriſti. Itaque Euangelium & Legem præcipuè diſcernit particula Gratis, Rom. 3. 24. *Iuſtificati gratis, ipſius gratia, per Redemptionem Ieſu Chriſti*: quæ gratia multis parabolis pingitur in Euangelio[a].

a Matt.18. 11.23. & 20. 1. Luc. 7.41. & 15.11.

4. Differunt τῇ ποιήσει ϗ παθήσει, i. effectibus, adiunctis, efficacia & officio vtriuſque. Nam 1. Lex docet bona opera, nec ſuppetit vires ſuis auditoribus, quibus illa præſtare poſſint, nec mentes hominum mutat: de Lege enim dicit Moſes, Deut. 29.4. *Audiuiſtis, & vidiſtis, ſed non dedit vobis Deus cor intelligens.* Sed Euangelium ſubminiſtrat Spiritum ſanctum Electis, qui ſimul dat, quod Euangelium poſtulat, nempe fidem, Ierem. 31. 33. *Scribam Legem meam in corda eorum, non attramento, ſed Spiritu meo.* Et, *hoc ſolùm*, (inquit Apoſtolus, Gal. 3. 2.) *ſcire ex vobis velim, Ex operibus Legis Spiritum accepiſtis, an ex auditu fidei.* Ideo Paulus 2. Cor. 3. 7. 8. vocat Legem, Scriptum mortuum *in tabulis lapideis* inſcriptum, Euangelium verò Spiritum cordi inſinuatum. Et verſ. 9. idem vocat Legem, *miniſterium condemnationis*, Euangelium verò *miniſterium iuſtitiæ*. 2. Lex morbum indicat, accuſat, exaſperat, & retegit peccata, non tollit, Rom. 3. 20. Sed Euangelium tegit peccatum, ſanat morbum gratuitam peccatorum remiſſionem annuntiando per ſolum Chriſtum: eôque per Legem nemo potuit vnquam iuſtificari, per fidem verò Euangelii omnes iuſtificamur. 3. In Lege reuelatur ira Dei ſuper omnem hominem, In Euangelio ſine Lege reuelatur iuſtitia Dei ex fide in fidem, Rom. 1. 17. & 3. 21.

15. Differunt Lex & Euangelium applicatione ad obiecta, ſeu ad diuerſos gradus hominũ, nam ſicut Apoſto

pa & pœna,& perfectiſſimam obedientiam,Euangelium credentibus offert in Chriſto,& ſic per Euangelium Lex ſtabilitur,non deſtruitur,Rom.3. 31.

III. *In quibus verò diſcrepant?*

1. In modo notitiæ,quia Lex , naturâ quodammodo nota eſt:nam vt dicitur Rom.2. 15. *Gentes oſtendunt opus Legis ſcriptum in cordibus ſuis.* At Euangelium nullo rationis acumine percipitur,ſed de eo dicitur, Ioh. 1.18. *Deum nemo vidit vnquam, Filius qui eſt in ſinu Patris , ipſe*
a Col.1.26. *enarrauit nobis.* Et Eph.1.6 [a] Euangelium dicitur *my-*
2. Tim.1.10. *ſterium*, i. Arcanum , *abſconditum à ſeculis,patefactum autem miniſterio Spiritus*. Et 1.Cor.1.23. *Prædicamus Chriſtum crucifixum,ſtultitiam gentibus,& offendiculum Iudæis.* Et 2. 7. *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam præfinierat Deus ante ſecula in gloriam noſtram , quam nemo Principum huius ſeculi cognouit.*

2. Tum Patefactionis ordine,quia Lex præcedit,Euangelium ſequitur,naturâ promulgatione,miniſterio: Tum Miniſtro,quia Miniſter Legis fuit Moſes: Mini-
b Ioh.1.17. ſter Euangelij Chriſtus[b];Tum modo perueniendi ad fi-
& 7.22. nem Legi & Euangelio communem,ſeu in conſequendæ iuſtitiæ ratione:nam Doctrina Legis eſt Lex operum quæ concionatur de faciendo , & imputat mercedem facienti;Euangelium verò eſt Lex fidei,quia ei qui non operatur,credit autem ei qui iuſtificat impium,imputat fidem ad iuſtitiam,Rom.3.21.& 4. 5.& 10. 5. Praeterea Lex requirit ab homine propriam hominis iuſtitiam , & perfectam obedientiam erga omnia mandata Dei,quam ipſe pro ſe pręſtet,Leuit. 18. 5. Matth. 19.17. *Si vis ingredi ad vitam,ſerua mandata* ; Eam verò non ha-
c Deut.27. benti,minatur maledictionem [c]. At cùm homini , vitio
26. carnis ſuæ,hunc finem aſſequi ſit impoſſibile [d], Euan-
Gal 3.10. gelium offert alienam,nempe Chriſti , fide accipien-
d Rom.8. 3. dam,vt credentes Euangelio , habeant ex imputatione,
7. quod Lex requirit ex proprietate , Rom.5. 19. *Vnius obedientia iuſti conſtituentur multi.* Et *Chriſtus eſt impletio Legis ad iuſtitiam omni credenti* , Rom 10.4. vel quod idem eſt, Lex debiti noſtri ſummam flagitat,; Euangelium eius remiſſionem annuntiat.

3. Differunt forma ſeu differentia promiſſionum: ni promiſſio-

promiſſiones legales æternæ vitæ & bonorum temporalium ſunt conditionales, i. requirunt conditionem perfectæ impletionis tanquam cauſam, vt *Si feceris hæc, viues in eis*: vbi particula *Si*, pro Quia, eſt αἰτιολογικὴ, i. deſignans cauſam, quia in Lege requiritur obedientia noſtra, tanquam cauſa. At Euangelicæ ſunt gratuitæ, & dantur non propter impletam Legem, ſed gratis propter Chriſtum. Ideò cùm dicitur, *Si credideris*, particula *Si*, non eſt αἰτιολογικὴ, ſed συλλογιστικὴ, id eſt deſignans conſequentiam, nec ſignificatur cauſa vel meritum, ſed modus & inſtrumentum, ſine quo non poteſt fieri applicatio beneficiorum Chriſti. Itaque Euangelium & Legem præcipuè diſcernit particula Gratis, Rom. 3. 24. *Iuſtificati gratis, ipſius gratia per Redemptionem Ieſu Chriſti*: quæ gratia multis parabolis pingitur in Euangelio[a].

4. Differunt τῇ ποιήσει κ̀ παθήσει, i. effectibus, adiunctis, efficacia & officio vtriuſque. Nam 1. Lex docet bona opera, nec ſuppetit vires ſuis auditoribus, quibus illa præſtare poſſint, nec mentes hominum mutat: de Lege enim dicit Moſes, Deut. 29. 4. *Audiuiſtis, & vidiſtis, ſed non dedit vobis Deus cor intelligens.* Sed Euangelium ſubminiſtrat Spiritum ſanctum Electis, qui ſimul dat, quod Euangelium poſtulat, nempe fidem, Ierem. 31. 33. *Scribam Legem meam in corda eorum, non attramento, ſed Spiritu meo.* Et, *hoc ſolùm*, (inquit Apoſtolus, Gal. 3. 2.) *ſcire ex vobis velim, Ex operibus Legis Spiritum accepiſtis, an ex auditu fidei.* Ideo Paulus 2. Cor. 3. 7. 8. vocat Legem, Scriptum mortuum *in tabulis lapideis* inſcriptum, Euangelium verò Spiritum cordi inſinuatum. Et verſ. 9. idem vocat Legem, *miniſterium condemnationis*, Euangelium verò *miniſterium iuſtitiæ*. 2. Lex morbum indicat, accuſat, exaſperat, & retegit peccata, non tollit, Rom. 3. 20. Sed Euangelium tegit peccatum, ſanat morbum gratuitam peccatorum remiſſionem annuntiando per ſolum Chriſtum: eóque per Legem nemo potuit vnquam iuſtificari, per fidem verò Euangelii omnes iuſtificamur, 3. In Lege reuelatur ira Dei ſuper omnem hominem, In Euangelio ſine Lege reuelatur iuſtitia Dei ex fide in fidem, Rom. 1. 17. & 3. 21.

15. Differunt Lex & Euangelium applicatione ad obiecta, ſeu ad diuerſos gradus hominũ, nam ſicut Apoſto

[a] Matt. 18. 11. 23. & 20. 1. Luc. 7. 41. & 15. 11.

pa & pœna, & perfectiſſimam obedientiam, Euangelium credentibus offert in Chriſto, & ſic per Euangelium Lex ſtabilitur, non deſtruitur, Rom. 3. 31.

III. *In quibus verò diſcrepant?*

1. In modo notitiæ, quia Lex, naturâ quodammodo nota eſt: nam vt dicitur Rom. 2. 15. *Gentes oſtendunt opus Legis ſcriptum in cordibus ſuis.* At Euangelium nullo rationis acumine percipitur, ſed de eo dicitur, Ioh. 1. 18. *Deum nemo vidit vnquam, Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit nobis.* Et Eph. 1. 6. [a] Euangelium dicitur *myſterium*, i. Arcanum, *abſconditum à ſeculis, patefactum autem miniſterio Spiritus.* Et 1. Cor. 1. 23. *Prædicamus Chriſtum crucifixum, ſtultitiam gentibus, & offendiculum Iudæis.* Et 2. 7. *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam præfinierat Deus ante ſecula in gloriam noſtram, quam nemo Principum huius ſeculi cognouit.*

a Col. 1. 26. 2. Tim. 1. 10.

2. Tum Patefactionis ordine, quia Lex præcedit, Euangelium ſequitur, naturâ, promulgatione, miniſterio: Tum Miniſtro, quia Miniſter Legis fuit Moſes: Miniſter Euangelij Chriſtus[b]; Tum modo perueniendi ad finem Legi & Euangelio communem, ſeu in conſequendæ iuſtitiæ ratione: nam Doctrina Legis eſt Lex operum quæ concionatur de faciendo, & imputat mercedem facienti: Euangelium verò eſt Lex fidei, quia ei qui non operatur, credit autem ei qui iuſtificat impium, imputat fidem ad iuſtitiam, Rom. 3. 21. & 4. 5. & 10. 5. Præterea Lex requirit ab homine propriam hominis iuſtitiam, & perfectam obedientiam erga omnia mandata Dei, quam ipſe pro ſe prſtet, Leuit. 18. 5. Matth. 19. 17. *Si vis ingredi ad vitam, ſerua mandata*; Eam verò non habenti, minatur maledictionem [c]. At cùm homini, vitio carnis ſuæ, hunc finem aſſequi ſit impoſſibile [d], Euangelium offert alienam, nempe Chriſti, fide accipiendam, vt credentes Euangelio, habeant ex imputatione, quod Lex requirit ex proprietate, Rom. 5. 29. *Vnius obedientia iuſti conſtituentur multi.* Et *Chriſtus eſt impletio Legis ad iuſtitiam omni credenti*, Rom. 10. 4. vel quod idem eſt, Lex debiti noſtri ſummam flagitat, Euangelium eius remiſſionem annuntiat.

b Ioh. 1. 17. & 7. 22.
c Deut. 27. 26. Gal 3. 10.
d Rom. 8. 3. 7.

3. Differunt forma ſeu differentia promiſſionum: ni

promiſſio-

5. *Pelagij* & *Scholaſticorum* error, qui docuerunt Patriarchas, Legis naturæ: Iudæos, Legis Moſaicæ: Chriſtianos verò nouæ & Euangelicæ Legis obſeruatione iuſtificari & ſeruari.

* * *

LOCVS XXII.

De Diſcrimine Veteris & Noui Teſtamenti.

I. *Qui ſignificat vox Teſtamenti?*

PROPRIE iuſtam voluntatis noſtræ ſententiam, de eo quod quis poſt mortem ſuam de bonis ſuis fieri velit. Græci propriè & peculiariter διαθήκην vocant.

2. Vſu Scripturæ, Fœdus ſeu pactum inter Deum & Homines qui prius diſſidebant, in quo Deus homini bona ſua, ſalutem nempe & vitam æternam promittit; & homo viciſſim in Deum promittentem fiducia promiſſionis recumbit, fidémque ſuam teſtimonio fœderis elit, atque confirmat[a]. Et hanc ob cauſam Hebræis dicitur ברית, quod propriè Græcis συνθήκην ſignificat. i. pactionẽ inter viuentes initam.

3. Metonymicè addito epitheto veteris aut noui, ſignificat libros ac partes diſtinctas Bibliorum; Vetus quidem ſcripta Moſis & Prophetarum, Nouum verò Scripta Euangeliſtarum & Apoſtolorum, 2. Cor. 3. 6. *Deus idoneos nos fecit Miniſtros noui Teſtamenti.* Et ver. 14. *Vſque in hodiernũ diem idẽ velamẽ in lectione veteris Teſtamenti manet.*

II. *Cùm vox Hebræa* ברית, *non declaret* Διαθήκην *ſeu Teſtamentum, ſed* συνθήκην, *pactionem inter viuẽtes, 1. Reg. 5. 12. Cur Græci Sacrorũ Bibliorũ Interpretes, vocant fœdus Dei initum*

[a] Heb. 7. 22.

lus iubet, 2. Tim. 2.15. Doctores rectè ſecare verbum Dei, ſeu (vt ipſe loquitur) ὀρθοτομεῖν, Legis prædicatio propriè ad impœnitentes & nondum conuerſos, vel in peccatis perſeuerantes, hypocritas, & ſecuros pertinet, ſicut Chriſtus Matth. 22.37. Legis comminatione vtitur aduerſus ſuperbum Legiſperitum. Ideo inquit Apoſtolus 1. Tim. 1.9. *Lex iniuſtis poſita eſt.* Euangelium verò pertinet ad pœnitentes: Ideo Chriſtus Luc. 4.18. ex Iſa. 61.1. docet prædicandum eſſe Euangelium pauperibus ſpiritu, & contritis corde. Proinde etiam Luc. 7.48.50. pœnitenti mulieri gratiam concionatus eſt.

IV. *Eſt-ne neceſſarium & vtile ſcire diſcrimē Legis & Euangelij?*

1. Eſt, quia appellatio ipſa, reipſa conuincit aliud Doctrinæ genus eſſe Legem, aliud Euangelium.

2. Quia ignoratio diſcriminis fons eſt errorum obſcurantium lucem doctrinæ de Chriſto, & Iuſtitiæ fidei; & perturbationum conſcientiæ. Contrà, ex diſcrimine vtriuſque, officium & beneficia Chriſti meliùs intelliguntur.

3. Diſcernitur & agnoſcitur Eccleſia ab aliis ſectis, & vera fides & conſcientia retinetur in magnis & veris cōſcientiæ pauoribus.

V. *Quæ repugnantia?*

1. Error *Pontificiorum*, qui Legē & Euangelium nō diſcernunt, ſed Euangelium in Legem trāsformant, & perfectiorem Legem dicunt. Et veterem Legem eſſe timoris, nouam verò amoris: Et Chriſtum meruiſſe, & donare nobis illam gratiam, qua poſſimus præcepta implere, & per ea conſequi iuſtitiam & vitam æternam.

2. *Monachorum*, qui quæ Chriſtus Matth. 5.38. & 6.31. & 19.11.12.21. ad explicandam Legem, ad lancinandam conſcientiam, & excitandum ſui deſiderium, dixit, vocāt conſilia iis tantùm neceſſaria, qui perfectius aliquid expetunt, quàm Lex Moſis præcipiat: Et talia tria maximè fingunt tradi, De non vindicando, De Paupertate. De Virginitate: Præcepta verò omnibus neceſſaria dicunt, cùm contrà nulla penitùs vocula ſit à Chriſto emiſſa, cui neceſſariò non ſit obtemperandum.

Deus ſe obſtringit ad dandum ſalutem omnibus, qui credunt in Chriſtum.

V. *Sed Annon duorum fœderum Scriptura meminit?*

Sanè, propter eiuſdem fœderis diſpenſationem aliter atque aliter diuerſis temporibus à Deo inſtitutam, quorum alterum Vetus, alterum Nouum nominatur. Notandum tamen vetus fœdus duobus modis dici, interdum quidem reſpectu ad Moſis Legiſlationem tantùm, & dicitur Fœdus legale, cuius ſanctio deſcribitur Exodi 24. Interdum verò ad ſignificandum fœdus gratiæ ſeu gratuitum, qualiter factum eſt cum Abrahamo, & eius poſteris, Gen. 17. 7.

Noui autem fœderis appellatione, nonniſi gratuitum fœdus intelligitur.

De quo vtroque Ierem. 31. 31. 32. &c. *Ecce dies venient, dicit Iehoua, & feriam cum domo Iſrael, & cum domo Iuda pactum meum, non ſecundùm fœdus quod pepigi cum Patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum ; vt abducerem eos de terra Aegypti, ſed iſtud eſt fœdus meum, quod feriam cum domo Iſrael, Poſt dies illos,* (dixit Iehoua) *dabo Legem meam in medio eorum, & in corde eorum inſcribam eam , & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum , & propitius. ero iniquitatibus eorum.* Quibus ſubiungit Apoſtolus. Heb. 8. 13. *Dum nouum dicit, antiquauit prius.* Et Gal. 4. 24. docet, Agarem ſeruam montis Sinai vmbram, à quo Lex; & Saram liberam, figuram fuiſſe cœleſtis Ieruſalem, à qua fluxit Euangelium, additque his notari duo Teſtamenta, vnum quidem in ſeruitutem, prolem, id eſt ſeruos generans: alterum verò in libertatem, ſeu liberos filios. Et caput 9. ad Hebræos comparationem inſtituit veteris & noui Teſtamenti cuius ſumma huc redit, quòd vetus fuerit vmbra noui, & nouum complementum veteris.

Sed hîc, vbi quæritur De Veteris & Noui fœderis ſimilitudine & diſcrimine, nos Veteris appellatione gratuitum tantum intelligimus, qualiter poſt lapſum ſtatim cum primis parentibus initum, & cum Abrahamo pactũ, cuius Lex Moſis adminiculum fuit, & tandem in Chriſto renouatum, Dan. 6. 27.

initiũ cũ hominibus Διαθήκην *ſeu Teſtamẽtũ?*

1. Quia Διαθήκην voce generali, etiã συνθήκην, i. pactum ſeu fœdus ſignificat Παρὰ τὸ Διατίθεσθαι, quod in genere ſtipulari & paciſci ſignificat, Luc. 22. 29. Διατίθεμαι ὑμῖν καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου βασιλείαν. i. Paciſcor vobis Regnum, ſicut pactus eſt, vel diſpoſuit mihi pater.

2. Deinde quia hoc fœdus Dei cũ hominibus commune quiddam habet cum Teſtamento, & à reliquis fœderibus alienum: nam in cæteris fœderibus nihil minùs requiritur quàm mors eorum qui fœdus ineunt: hic cõtrà, Pactum inter Deum & homines initum, morte Chriſti ſanciri oportuit. Has ob cauſas Apoſtolus quoque Heb. 9. 15. 16. 17. vocem διαθήκην retinuit, & ex propria illius ſignificatione argumentum duxit.

3. Et Teſtamentum dicitur, quia voluntatis Dei teſtimonium quoddam exiſtit.

III. *Quot autem partibus conſtat Teſtamentum inter Deum & Homines?*

Tribus. 1. Promiſſione gratuita ex parte Dei.

2. Fide in promiſſionem ex parte hominis.

3. Eiuſdem externa teſtificatione ſiue ſymbolo quarum partium ſingulæ per Synecdochen Teſtamenti nomen accipiunt, vt Gal. 3. 17. *Teſtamentum ante confirmatum à Deo, Lex non facit irritum*: vbi Teſtamentum pro promiſſione à Deo Abrahamo facta [a], vſurpatur. 2 [b]. Dixit Abrahamo Deus, *Tu ergo teſtamentum meum ſeruato*. Et Pſal. 44. 18. *Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te, & iniquè non egimus in Teſtamento tuo*, vbi Teſtamentum pro fide hominis erga Deum ſumitur 3. Gen. 17. 10. *Hoc eſt teſtamentum meum, vt circuncidatur vobis omnis mas.* Et Luc. 22. 20. *Hoc poculum eſt nouum Teſtamentum in ſanguine meo.* Et Act. 7. 8. *Deus dedit Abrahamo Teſtamentum Circunciſionis*, metonymicè dictum, pro externo teſtimonio ſeu ſigno & teſſera Teſtamenti, Gen. 17. 11.

[a] Gen. 17. 7.
[b] v. 9.

IV. *Vnúm-ne an plura Teſtamenta Deus cum Hominibus pepigit?*

Sicut iam inde à lapſu primorum parentum eadem fuit & eſt ratio conſequendæ ſalutis per Chriſtum: ſic vnum eſt fœdus ſeu Teſtamentum Dei perpetuum, quo

Deus

X. *Quomodo fine ſeu ſcopo conueniunt?*

Quia Vetus Teſtamentum, perinde ac nouum, non ad carnalem ſeu terrenam felicitatem, præſentíſque vitæ bona, ſed multo magis ad beatæ immortalitatis ſpem Electos excitabat.

XI. *Vnde hoc probas?*

1. Ex fœderis ipſius formula, quæ vnica fuit ante & poſt Christi in carne manifeſtationem: ſic enim pepigit ſemper cum ſeruis ſuis Dominus, vt cũ Abrahamo, Gen. 17.1.7. *Ego ſum Schaddai, id eſt Omniſufficiens Deus, Deus tuus, & ſeminis tui poſt te, Tu pactum meũ cuſtodi, Ambula corã me, & eſto integer* Leuit. 26.12. *Ero vobis in Deum, & vos eritis mihi in populum*: quibus verbis vitam, ſalutem, & omnem beatitudinem, etiam cœleſtem comprehendi Prophetæ ipſi declararunt. Nec enim ſolis corporibus Deum ſe fore denuntiat, ſed animis præcipuè: animæ autem niſi per iuſtitiam Deo coniunctæ ſint, alienæ ab ipſo in morte manent. Sed & iam defunctis Abrahamo, Iſaaco, Iacobo, profeſſus eſt ſe Deum ipſorum eſſe[a].

2. Exemplis Patrum, Adami, Abelis, Noe, Abrahami, Iſaaci, Iacobi, qui inter innumerabiles, toto vitæ curriculo tentationes & ærumnas, præſentem vitam negligẽtes ad felicitatis æternæ domicilium toto pectore anhelarunt, ſic vt illorum & credentium ſub nouo Teſtamento idem fuerit ſcopus: quod confirmat Apoſtolus Hebr. 11.9.10. *Fide commoratus eſt Abraham in terra promiſſa, tanquam alienus in caſulis habitando, cum Iſaac & Iacob conſortibus eiuſdem hereditatis. Exſpectabat bene fundatam ciuitatem, cuius opifex ac conditor eſt Deus.* Et verſ.13. *In fide defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis promiſſionibus, ſed procul eas aſpicientes, confeßiſunt ſe eſſe inquilinos in terra Chanaan,* Gen.47.9. Vnde neceſſe eſt promiſſionem illius terræ à Deo illis factam non eſſe principaliter & propriè intelligendam de illa ipſa terra, & terrena felicitate percipienda, ſed de vita æterna per illam ſignificata: Et ſepeliri voluerunt in illa terra, tanquam in ſymbolo vitæ æternæ ſibi diuinitus dato[b]. Et Iacob moribundus profitebatur ſe expectaturum ſalutem Domini[c].

[a] Exo.3.6. Matth. 22. 32.

[b] Gen. 47. 29. 30. & 50.25.

[c] Gen.49.18

VI. *Quomodo iſta duo Teſtamenta tam diuerſa, vnum ſunt?*

Subſtantiâ, ſeu cauſarum omnium reſpectu, Efficiente, Materia, Forma, & Fine.

VII. *Quomodo Efficiente conueniunt?*

Quia vtriuſque fœderis cauſa προηγουμένη, antecedens quidem fuit miranda Dei συγκατάβασις, qua ex mera miſericordia ſe demiſit ad homines fœdere ſibi obſtringendos, quod teſtatur Moſes, Deut. 8.17. & 9.5. Dei puri miſericordiam contra Iudæorum merita afferẽs. Et Ioſue.24.2.3. Προκαταρκτικὴ verò ac meritoria cauſa, Mor Mediatoris[a].

a *Apoc.*13. 8. *Dan.*26.27.

VIII. *Quomodo Materia?*

1. Quia eiuſdem fundamentum & ſubſtãtia ſolus Chriſtus eſt Mediator, ſine quo Deus non poteſt homines i gratiam recipere, & qui eſt ſemen illud benedictum, i quo benedicendæ erant omnes Gentes[b]. *S.* Paul 2. Cor.5.19. *Erat Deus in Chriſto nonimputans peccata ipſorum.* Et Heb.13.8. *Chriſtus manet hodie. heri, idem, & in ſecula.*

b *Gen.*12.3. & 22.18.

2. Quia eadem eſt Sacramentorum ſignificatio, imò eadem ſunt Sacramenta vtriuſque fœderis, eadem, inquam, ſignificatione & vſu: hoc eſt, eiuſdem gratiæ teſtimonia: ſicut eundem Baptiſmum, & Cœnam eandem Iſraelitas nobiſcum habuiſſe teſtatur Paulus, 1. Cor.10.

3. Nam licet in materia ſignorum, & numero, nonnulla appareat diuerſitas, tamen hic in rationem non venit; ſicut in annulo coniugali ad contrahendum obligatione non ſpectatur, aureúſne, an argenteus, vnúſne an plures, ſed tantùm finis, & adiecta promiſſio, cui confirmandæ adhibetur.

IX. *Quomodo Formâ conueniunt?*

Quia ratio per quam adhæremus Deo, vnica ſemper fuit, nempe fides, vt fusè demonſtrat Apoſtolus, Heb 11. & Chriſtus Ioh.8.56. *Abraham exultauit vt videret diem meum, & vidit*, oculis ſcilicet fidei. Et Paulus Rom.3.21. dicit *fidei iuſtitiam teſtimonium habere à Lege & Prophetis.* Et Gen.15.6. *Cridiḋit Abrahã Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam.* Rom.4.24. Quod ſcriptum eſt propter nos, &c.

X. *Quo*

XIV. *Quæ eſt prima differentia?*

Sumpta eſt à modo ducendi ad finem vtrique Teſtaméto propoſitum, nempe ad vitam æternam: nam in vetere Teſtaméto, Eccleſia, cuius ętas adhuc tenera & puerilis erat, adminiculo terrenorũ beneficiorum, inprimis ſub craſſiore typo terræ Chanaan, ad cœleſtem hæreditatem ceu manu ducebatur. Ideo Abraham in accepta terræ illius promiſſione hærere non ſinitur: ſed maiori promiſſione ad altiora euehitur. Audit enim à Deo, Gen. 15. 1. *Ego protector tuus, & merces tua magna valde.* Sic Dauid a benedictionibus temporariis, ad ſummam illam atque vltimam aſſurgit, Pſal. 73.26. *Deus portio mea in ſempiternum.* Et Pſal. 16. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, Tu es qui conſeruas hæreditatem meam mihi*: ſicut contrà, priuatio illius terræ, tanquam ſymboli æternæ vitæ, maledictionis loco habita fuit. In nouo autem Teſtamento iſtiuſmodi terrenis & craſſis ſubſidiis omiſſis, rectà & ſine inuolucris ad vitæ æternæ meditationem ducimur.

XV. *Quæ eſt altera differentia?*

Sumpta eſt ab annexa Doctrina, ſiue à modo ducendi homines ad fontem & authorem ſalutis, & gratuitæ Dei miſericordiæ cognationem in Chriſto: nam ante aduẽtum Chriſti, adminiſtratio fuit oneroſior, moleſtior, atque ſumptuoſior: veteres enim ducebat Deus multò rigidiùs videlicet introducta pædagogia, miniſterio, tutelæ & curatione Legis [a], rigidis eũ conditionibus, atque impoſito iugo multarum variarum ceremoniarum [b], & maledictionis onere. Nos verò ſuauius & liberaliùs citra Legis duram illam exactionem, remoto à noſtris humeris maledictionis onere, & ceremoniarum illarum iugo intolerabili, per prædicationem Euangelij, Matth 11.28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos: Tollite iugum meum ſuper vos, iugum enim meum ſuaue eſt.*

Atque ex hoc adiuncto diſcrimen ſumit Ieremias 31. 31.32. inter vetus & nouum Teſtamentum, metonymia adiuncti pro ſubiecto Legem illam Moſaicam per ſe, & in ſeſe cõſideratã, vocans fœdus Legale & *antiquum* quia fuit fœdus Creationis, quo ſtipulabatur Deus à nobis perfectam obedientiam, ex propriis noſtris viribus præ-

[a] Gal. 3.24. & 4. 1.2.3.

[b] Act. 15.10

3. Ex teſtimonio ipſius Balaam, qui huius finis cognitione non caruit, cùm diceret, Num. 23. 10. *Moriatur anima mea morte iuſtorum, & nouiſſima mea, ſimilia eorum ſint.* Id quod poſtea Dauid explicauit, Pſalm. 116. 15. pretioſam vocans mortem Sanctorum in conſpectu Domini, mortem verò impiorum peſſimam.

4. Teſtimonio Prophetarum, qui pleniſſima luce vitam æternam, & regnum Chriſti conſpicati ſunt, & expectarunt, vt Dauid Pſalm. 39. 13. *Aduena ſum & peregrinus, quemadmodum omnes Patres mei.* Et verſic. 6. 7. 8. *Vanitas omnis homo viuens, velut vmbra quiſque ambulat, Et nunc quæ expectatio mea? Domine, Spes mea ad te ipſa, &c.* Præ aliis inſignis eſt illa ſententia Iobi cap. 19. 25. *Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Saluatorem meum, Repoſita eſt ſpes in ſinu meo.* Teſtantur etiam Prophetæ fœdus illud Dei cum Patribus initum, ſpirituale, æternum, & cœleſte fuiſſe[a].

[a] *Iſa.* 51. 6. & 66. 22. *Dan.* 12. 2.

5. Quia Chriſtus cœleſtem fælicitatem promittens Diſcipulis ait Eos recubituros in Regno cœlorum cum Abraham, Iſaac, & Iacob, Matth. 8. 11.

6 Quia Sancti illi Patres, eodem fidei Spiritu, quo nos, præditi fuerunt[b]. Ex quibus & ſimilibus aliis locis euincitur. In veteri Teſtamento eundem finem fidelibus propoſitum fuiſſe, qui in Nouo credentibus propoſitus eſt ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

[b] *Gn.* 15 6. 2 *Cor.* 4. 13. *Heb.* 11.

XII. *Cùm vnum ſit idémque reipſa Teſtamentum, cur duplex dicitur, Vetus nempe & Nouum?*

Diuiſione non generis in ſpecies, ſed ſubiecti in accidentia varia enim adiuncta non efficiunt ſubſtantiã re variam.

XIII. *Diuerſitas ergo fœderis in quonam conſiſtit?*

Tota in adiunctis, quæ vulgò Acceſſoria vocant, ſeu in adminiſtrandi ratione, & τῆς οἰκονομίας circunſtantiis.

XIV. *Quæ*

tur clariùs per prædicationem Euangelij, & Baptiſmū, ac Cœnam Domini, ac præſentem hæreditatem, & corpus ſolidum exhibet, ſeu Chriſtum exhibitum demonſtrat[a].

Atque huiùs etiam Adiuncti reſpectu veteri Teſtamento Nouum opponitur[b]: Eſtque illud mactatione pecudum, & aſperſione ſanguinis eorum, hoc verò ſanguine Chriſti ſancitum, vnde Chriſtus in Cœna, Luc. 22. 20. *Hic calix nouum Teſtamentum eſt in ſanguine meo.* Illud temporale & antiquandum, & per Chriſti aduentum ſublatum, quia rerum futurarum imaginem habebat: hoc, quia ipſum corpus & veritatem exhibet, æternum, & nunquā interiturum, Pſal 110. 4. *Iurauit Dominus, & non pænitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum, &c.* Vnde Auguſtinus, In Teſtamento veteri eſt occultatio noui: In Nouo manifeſtatio veteris.

XVII. *Quæ eſt quarta differentia?*

A quantitate Spiritus quod iam maior ſit copia Spiritus quoad efficaciam in nouo Teſtamento, & maior lux cognitionis, quàm fuit olim ſub veteri, ſi corpus ipſum Eccleſiæ ſpectes[c]. Nam licet fuerint ſub veteri Teſtamento nonnulli, qui maioribus à Deo donis ornati videntur, quàm vlli ſub nouo, vt Abrahamus[d]: tamen ſub Nouo, non ſingulorum fidelium, ſed vniuerſorum, ſeu totius corporis Eccleſiæ reſpectu, iudicium de abūdantia & maiore efficacia Spiritus faciendum eſt. Hinc Ioel. 2. 28. *Effundam*, id eſt cum ſumma copia, *de Spiritu meo ſuper omnem carnem.* Hinc etiam Vetus Teſtamentum à Paulo literale vocatur[e]: Nouum verò Spirituale, quòd Deus maiorem ſui Spiritus efficaciam in Euangelij, quā Legis prædicatione exerat.

XVIII. *Quæ eſt poſtrema differentia?*

Ab amplitudine ſeu nouitate populi ex Iudæis & Gentibus collecti, ſeu vniuerſitate receptorum in fœdus nam vetus propriè ad Abrahamum & ipſius poſteros Iſraelitas pertinuit[f], Deut. 32. 8. *Quando diſtribuebat Altiſſimus Gentes, quando diuidebat filios Adam, in poſſeſſionem illi ceſſit populus ſuus Iacob, funiculus hereditatis eius*[g]. Nouum verò ad omnes Gentes pertinet, quas Deus luce Euangelij dignatus eſt, Marc. 16. 15. *Ite in orbem v-*

[a] *Act.* 1. 8. *Matth.* 26. 28.

[b] *Heb.* 10. 1. *& ſ.*

[c] *Act.* 2. 17. *Ioh.* 7. 38. 39 *Ierem.* 31. 34 *Iſa.* 11. 9. *&* 54. 13. *Ioh.* 6. 45. 1. *Cor.* 2. 10. 1. *Ioh.* 2. 20. 27.

[d] *Rom.* 4. 18. *& ſeq. Heb.* 11. 17. *& ſ.*

[e] 2. *Cor.* 3. 6

[f] *Gen.* 15. 18. *&* 17. 7.

[g] *Matt.* 10. 5. 6. *&* 15. 14. *Rom.* 5. 8.

ſtandam[a]: Euangelium verò, *Nouum* ſeu gratuitum ſub conditione fidei ex gratuito fauore ab ipſo nobis donādæ[b].

a Gal.3.12. Matth.19.16.17. Deut.6.5. Luc.10.27.
b Eph.2.8. Ioh.6.45.

Sic Adiuncti huius reſpectu Apoſtolus 2.Cor.3.9.7.8. 6.11.& Gal.4.24 confert vetus Teſtamentum ſeu Legē cum nouo ſeu Euangelio, & Vetus vocat *Literam*, & miniſterium mortis & condemnationis in literis poſitum, & inſculptum lapidibus, quia Lex audientium reſpectu non maiorem vim habet quam ſcriptum aliquod per ſe omnis virtutis expers, & nihil aliud poteſt quā accuſare iniuſtitiæ, & maledictione inuoluere vniuerſum humanum genus.

Nouum verò, quatenus Legi opponitur, per ſe, nudè & in ſeſe conſideratæ, vocat *Spiritum*, & miniſterium Spiritus & iuſtitiæ, i. prædicationem Euãgelij, quia Dei miſericordiam reuelat, per quam iuſtificamur, & Spiritu Chriſti renouamur quem Euangelium ſecum habet adiunctum, qui fidem quam à nobis exigit, etiam donat Electis.

Adhæc vocat Vetus, *Seruitutis*, quòd timorem ſeruilē in animis generet, quòd Lex addita duriſſima, & planè ἀδυνάτῳ conditione nihil niſi timorem iræ Dei in animis noſtris excitare poteſt. Nouum autem, *Libertatis*, quòd credentes in fiduciam filialem erigat, Rom.8.15. Non accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum ad timorem, ſed Spiritum adoptionis, per quem clamamus, Abba, Pater.

XVI *Quæ eſt tertia differentia?*

Sumpta eſt à qualitate reuelationis: nam in veteri Teſtamento omnia obſcuriùs proponebantur: & Vetus, promiſſionibus nec non typis, figuris, ceremoniis, & variis ritibus Chriſtum venturum adumbrabat, erátque σκιαγραφία, rudis delineatio Noui: nam ſicut ipſe ſummus Sacerdos typus fuit Chriſti[c], ſimiliter & propitiatorium[d]. Sic & Sacrificia, vmbræ fuerunt, imò oculares & viſibiles de Paſſione Chriſti conciones, & purificationes Legales, vnicam & veram peccatorum expiationem per ſanguinem Chriſti futuram adumbrabant, vt dicitur Hebr.10.1. *Vmbram Lex habuit futurorum bonorum, non ipſam rerum imaginem.* Nouum verò adminiſtratur

c Heb. 8 1. 2.& 9.7.8. 9.11.
d Rom.3.24.

Vetus ratione promiſſi, Nouum ratione exhibiti Chriſti. Item, Vetus ratione adiuncti: nam Legis promulgatio tempore præceſsit miſsionem Chriſti, & amplam illam Euangelij declarationē: vel Nouum, quaſi renouatum, ſicut Ioh. 13.34. Dominus mandatum de dilectione, nouum vocat.

Præterea, quia demum morte Chriſti confirmatum: Teſtamentum enim in mortuus. ratum eſt, alioquin non valet, dum viuit, qui teſtatus eſt, Heb. 9.17.

XXIV. *Quis Teſtator?*

Dei Filius.

XXV. *Qui Hæredes?*

Omnes credentes.

XXVI. *Quæ Hereditas?*

Omnia bona, Chriſti morte nobis parta.

XXVII. *Quæ Tabulæ Teſtamenti?*

Libri ſacri, ſeu ſcripta ſacra.

XXVIII. *Quæ Sigilla?*

Sacramenta; Veteris quidem, Circunciſio, & Paſcha: Noui verò, Baptiſmus, & Cœna.

XXIX. *Quis vſus huius Doctrinæ?*

Oſtendit vnam fuiſſe ſemper ſalutis conſequendæ rationem, videlicet per fidem in gratuitam promiſsionem de Ieſu Chriſto, & vnam eandémque fuiſſe Eccleſiam & eſſe, veteris & noui Teſtamenti.

XXX. *Quæ pugnantia?*

1. Error *Serueti*, & quorundam *Anabaptiſtarum*, qui fingunt Iſraeliticum populum in hac terra ſaginatum citra ſpem vllam cœleſtis immortalitatis.

2. Furor *illorum*, qui imaginati falſo ſunt triplicem ſalutis viam videlicet Legem Naturæ, Legem Moſis, & Legem Chriſti, ac ſi tria fuiſſent fœdera Dei, ſubſtantia diuerſa.

niuerſum,& prædicate Euangelium omni Creaturæ:qui crediderit, & baptizatus fuerit,ſaluus erit,& Act.10.15.34.35.43.Rom.1.16.& 3.29.& paſſim.

XIX. *Sed, Annon mutabilis , aut ſui diſsimilis Deus videri poteſt,qui quod ſemel instituerat,poſtea mutarit?*

Nequaquam,quia nec propoſitum ſuum mutauit,nec ab illo aliena fecit:ſed contrà ſummè ſapiens , qui variis ſeculis,variis quoque modis vti prudenter nouit, ad electos ſuos adducendos ad cognitionem ſalutis ſuæ in Chriſto,prout videbat vtrorumque , tum veterum (inquam)tum nouorum conditionem poſtulare (prout medicus alia ratione vtitur in curando puero , alia in viro adulto,pro diuerſitate temperamenti:)neque tamen propterea ſui diſſimilis,aut inconſtans dici poteſt. Ideo Paulus Eph.3.10. hanc fœderis diſpenſationem vocat πολυποίκιλον σοφίαν ,quia Deus pro ſua Sapientia,aliter vocat Gentes,quàm olim Iudæos.

XX. *Quid eſt igitur Vetus Teſtamentum?*

Eſt ſolennis confirmandi fœderis ratio,Lege morali, ceremoniis,& ſacrificiis comprehenſa & ad hunc finem ordinata,vt cõſeruaretur promiſſio gratię & vitæ æternę propter Chriſtum,cum conditione fidei , & obedientiæ ex fide præſtandæ.

XXI. *Quid Nouum?*

Plena manifeſtatio gratiæ Dei,qui mundo illuxit poſt Chriſti in terras aduentum , quæ citra Legis duram exactionem , & ceremoniarum adminiſtrationem perficitur.

XXII. *Quando id inſtitutum?*

In Paradiſo ſtatim poſt lapſum primorum parentum, edita prima promiſſione Euangelica de Chriſto venturo[a] & poſtea ad certã familiam nempe Abrahę facta[b], ac tempore exhibiti Chriſti præſtita & ipſius ſanguine & morte confirmata.

XXIII. *Sed cur vnum & idem Teſtamentum Vetus & Nouum appellatur?*

a Gen. 3.15.
b Gen.12.3. & 17.4.5. 19.& 22. 18
c Luc.22. 19.

explicat Chriſtus ipſe, Ioh.17.19. *Pro iis ſanctifico*, id eſt *offero meipſum* Patri in hoſtiam ſanctam & placatoriem, vt ſint & ipſi verè ſanctificati in æternum.

III. *Quæ cauſæ efficientes Paſsionis Chriſti?*

Tres, Deus, Satan, & Homines, ídque diuerſo reſpectu.

1. Ipſa βούλησις τοῦ θεοῦ, abſoluta & ſumma Dei voluntas, hoc eſt, ordinatio Dei, qua negotium hoc ab æterno ſic diſpoſuit, vt iuſtitiam & miſericordiam ſuam patefaceret.

2. Προκαταρκτικὴ, ſeu cauſa impulſiua externa, eſt calamitas generis humani, & tyrannis Diaboli in genus humanum.

3. Προηγουμένη, cauſa interna impellens fuit inenarrabilis Dei Patris amor erga ſuam Creaturam, ſicut dicitur Ioh.3.16. *ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum illum vnigenitum dederit, &c.*

4. Συναίτιον ἑκούσιον καὶ αὐθαίρετον, & obſequens cauſa, ipſe Filius Dei, qui vt inquit Paulus Philipp.2.7. *Exinaniuit ſeſe, accepta ſerui forma, factus obediens Patri vſque ad mortem crucis*: nam ἑκουσίως καὶ προθύμως, voluntariè ſe in manus hoſtium tradidit: iuxta vaticinium Iſaiæ 53.7. *Oblatus eſt, quia voluit:* Et Heb.10. 4. ex Pſalmo 40.7.8.9. *Quia impoſsibile erat ſanguine taurorum & hircorum auferre peccata. ideo ingrediens* (in mundum ſcilicet, *Chriſtus dixit, Hoſtiam & oblationem noluiſti, Corpus autem adaptaſti mihi, Holocautomata pro peccato nõ probaſti; Tunc dixi, Ego venio, In capite Libri ſcriptum eſt de me, vt faciam voluntatem tuam, mi Deus.*

Satan etiam eſt primaria cauſa Paſſionis Chriſti, quia odio inueterato perſequutus eſt ſemen mulieris, & cùm aliud non poſſet, calcaneum eius momordit, vt prædictũ eſt, Gen 3.15.

Omnes homines cauſa ſunt mortis Chriſti, & ipſis imputari debet propter reatũ, & peccatum, quo omnes ad vnum implicantur.

5. Cauſa famulans ſeu inſtrumentalis, adeóque τὰ συνεργὰ mortis Chriſti, fuerunt Satan, Iudas, Sacerdotes Iudæ numerantes 30. argenteos [a], Annas item, & Caiphas, Pilatus, Populus clamans, *Tolle, Tolle* [b], & milites

[a] *Matth.*26. 15.

[b] *Iob.*10.16

LOCVS XXIII.

De Paſſione & Morte Chriſti.

I. *Quid voce Complexa Paſsionis Chriſti intelligis?*

SYNECDOCHICE quicquid iam inde à conceptionis momento perpeſſus eſt Chriſtus, (vt quod ſtatim à natiuitate in præſepi iacuit; quando matri nullus erat locus in diuerſorio. Luc.2 17. Et poſtea cùm octauo à natiuitate ſua die ſanguinē ſuum in Circunciſione effudit, eodem cap.verſ.21.) Et deinceps vſque ad tempus, quo victima in ara crucis factus eſt pro nobis, præſertim verò omne iniuriarum genus, & ſupplicium illud horrendum, quo ſub Iudice Pilato affectus eſt.

2. Paſſiones Domini vocantur cruces ſiue calamitates myſtici corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, ſeu membrorum eius, quæ hic peragi debent, dum omnia membra ſuo quodam modo & menſura, per crucem Chriſto capiti conformentur: vnde Apoſtolus Coloſſ. 1.24. *Adimpleo reliquias Paſsionum Chriſti in carne mea pro corpore ipſius, quod eſt Eccleſia*, id eſt pro Eccleſiæ conſolatione[a], *Accepêre enim iuſti, non dedere coronas: & de fortitudine fidelium nata ſunt exempla patientiæ, non dona iuſtitiæ.* inquit Leo primus.

a 2 Cor.1.5.6.

3. Metonymicè, hiſtoria Paſſionem ipſam Chriſti deſcribens ſignificatur.

II. *Quid eſt paſsio Domini?*

Eſt pars obedientiæ Chriſti, qua ipſe innocens, hoſtia pro nocētibus factus eſt. Vel ſic, Eſt ſacrificium propitiatorium, quo ſeipſum Filius Dei homo factus, Patri obtulit, vt mereretur omnibus credentibus in ipſum æternam iuſtificationem, ſanctificationem, liberationem à peccato, & morte æterna, adeóque vitam æternam: ſicut

explicat

ſertim vbi voluntas hominis, Dei voluntati ſubiicitur.

2. Ita augetur iſte cruciatus, vt præ eius acerbitate ſanguinis grumos ſudet, Luc. 22. 44. Tandem in cruce tanquam ab his doloribus oppreſſus, & à Deo derelictus, exclamat, *Deus mi, Deus mi, cur dereliquiſti me,* Matth 27. 46. minimè quidem quaſi ſeparatus fuerit Deus ab homine, ſed quia (inquit Bernardus) eſt quædam derelictio vbi nulla fuit in tanta neceſsitate virtutis exhibitio, nulla maieſtatis oſtenſio: quæ querimonia non deſperantis, aut diffidentis (Deum enim Deum ſuum vocat) ſed luctantis cum triſtiſsima tentatione, fuit.

Hinc Dauid de Chriſto vaticinans, Pſalm. 18. 5. 6. *Dolores inferni circundederunt me*, id eſt horrendis doloribus affectus ſum, & tantis quidem vt, ſi Angelo vel Angelis omnibus hi dolores ſuſtinendi fuiſſent, in nihilum redacti, & planè oppreſsi fuiſſent. Et Hebr 5. 7. dicitur *Deprecationibus & ſupplicationibus oblatis cum clamore valido & lacrymis apud eum, qui poterat ipſum ſeruare à morte, & exauditis precibus liberatus à metu*, id eſt pauore & percuſsione de iudicio illo iræ Dei ſeueriſsimo cogitantis.

VII. *Sed quæ cauſæ tantorum in Anima Chriſti cruciatuum?*

Non vna, ſed plures. 1. Cogitatio tyrannidis peccati, mortis, & Satanæ graſſantis in humanum genus.

2. Meditatio ſupplicij horrendi, infamis, & execrandi[a] quod in ſuo ſanctiſsimo corpore perpeſſurum ſe prȩuidit, & contumeliarum quibus afficeretur. a Gal. 3. 13.

3. Cogitatio ingratitudinis maximæ partis mundi.

4. Præcipuè ſenſus horrendæ iræ Dei, quam ipſe ſuſtinuit propter peccata noſtra, quæ expianda in ſe receperat: vnde Ioh 1. 29. dicitur Agnus Dei, qui tollit ſeu geſtat peccata mundi.

VIII. *Quæ fuit Paſsio corporis?*

Externa illa præter dolores illos quos in anima ſuſtinuit quæ diſtribui poteſt pro ratione ſubiectorum ſeu locorum in quibus variè afflictus eſt, vt ſunt Hortus: Domus Caiaphæ, ſeu Sacerdotum Concilium, Prætorium, ſeu carnifices Romani; quibus tamen inſtrumentis peſſimis Deus ſic vſus eſt, vt ipſe quidem opus omnium ſanctiſſimum, Redemptionem videlicet generis humani, peregerit: Inſtrumẽta verò perditiſſima (nemo enim niſi ſceleratiſſimus prodere, damnare & occidere innocentẽ potuit) non coactè, ſed vltrò, & aduerſante conſcientia peccantia, iuſtiſſimis pœnis affecit.

IV. *Quod eſt ſubiectum huius Paſsionis?*

Dominus ipſe Filius Dei, homo factus.

Vtrum autem Paſsio fuit perſonæ, an alterutrius naturæ tantùm?

Paſſio fuit perſonæ, quia perſona illa, quæ paſſa eſt, Deus eſt & homo: non tamen in diuina (fieri enim nequit vt immutabile patiatur, & immortale moriatur) ſed in humana natura aſſumpta, quæ patibilis fuit. Ideo Paulus perſonæ reſpectu dicit, Act. 20 28. *Deum ſibi acquiſiuiſſe Eccleſiam ſanguine ſuo.* Reſpectu autem humanæ naturæ, 1 Pet. 4. 1 affirmat Apoſtolus *Chriſtum paſſum eſſe carne*, Et Epiſtola ad Hebræos 2 14. dicit, *Filium Dei participem factum fuiſſe carnis & ſanguinis, vt per mortem eum deſtrueret, qui mortis habebat imperium.* Etſi igitur Paſſio & mors propriè eſt carnis ſecundùm naturam ad λόγ tamen pertinet ſecundùm perſonam quia & verbi & carnis vna eademque eſt perſona.

V. *Quæ fuit formalis cauſa?*

Ipſa Paſſio tum animæ tum corporis, quæ vtraque certis gradibus & partibus ab Euangeliſtis deſcripta eſt.

VI. *Quæ fuit Animæ paſsio?*

Internus animi cruciatus, quem Chriſtus potiſſimùm poſt adminiſtratam Cœnam ſenſit, & qui per ſuos gradus aſſurgit. 1. enim in horto, iram Dei in noſtra peccata accenſam ſentiens, ex ingenti animi anguſtia exclamat Matth. 26. 38. *Vndequaque triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*: &, *Pater, ſi poſsibile eſt, remoue à me calicem iſtum*: quo Hebraico idiomate intelligit iram Dei, & ſupplicium pro peccatis noſtris: veruntamen addit per conditionem, *Non ſicut ego volo, ſed vt tu vis*, Marc. 14. 36 quo ſignificat, non voluntatum repugnantiam, ſed diuerſitatem, quæ per ſe vitioſa non eſt, præ-

ſertim

puli abnegationem patitur, vt culpam defectionis Adami à Deo lueret.

XII. *Quid in Prætorio?*

1. Siſtitur Pontio Pilato Præſidi Romano, vt vel ex eo conſtet Chriſto patiente, ſicut prædictum erat, Gen. 49. 10. ſceptrum Regium à domo Iuda ablatum fuiſſe, ac proinde Meſſiam alium non eſſe expectandum: ac Chriſtum vt innocentem à terreno Iudice pro nobis condemnatum, vt condemnationem cœleſtis Iudicis nos effugiſſe ſciamus.

2. Illic falſò accuſatur trium ſcelerum, Seductionis populi, Seditionis, & Regni affectati, quòd euertat Gentem, prohibeat cenſum dare Cæſari, & ſe Chriſtum Regem eſſe dicat. Ergo læſæ maieſtatis accuſatus eſt, tam in foro Eccleſiaſtico, quàm in politico: illic diuinæ, hîc humanæ, vt crimen læſæ Maieſtatis, cuius Rei eramus omnes in Adamo, in ſe traduceret, & extremè ſe humiliãdo & obediendo, expiaret. Nec ſe defendit vt facillimè poterat, ſed ſilet, & ſicut Agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum, Iſa. 53. 7. ne videlicet ſi ipſe abſolutus fuiſſet, nos periremus: vt & ſuo ſilentio, nobis ad Deum clamandi copiam faceret[a].

3. Ibidem tamen pronuntiatur innocens voce Iudicis, quia in ſeipſo purus erat, nec ſuo, ſed alieno nomine Reus: Et quæritur eius liberatio, imò flagellatur, ſi vel hac ratione animi Iudæorum pacari poſſint: Sed nihil fit: Confertur & poſthabetur Barrabæ ſeditionis authori, & primario latroni: Et ſummis & ſeditioſis clamoribus populi ad crucem poſcitur; vt nos ſanctorum Angelorum conſortes factos, in filiorum Dei dignitatem ſubueheret.

4. A Iudice ſedente pro tribunali vice Imperatoris, & totius Imperij Romani nomine condemnatur, tanquã planè nocentiſſimus, & morte dignus, quia ſe vadem pro nobis æternæ mortis Reis coram æterno Iudice ſiſtebat.

5. Iam condemnatus, vt Regni affectator, ridetur à militibus, & veſte militari ſeu chlamyde purpurea ſuperinduitur: in maiorem contemptum: Corona ſpinea imponitur capiti ipſius, datur pro ſceptro arundo in dextram

---

[a] Rom. 8. 15.

Locus extra vrbem, vbi ſumebatur ſupplicium de latronibus.

IX. *Quid paſſus eſt in Horto?*

1. Oſculo à diſcipulo traditus eſt.

2. Manibus militum captus & vinctus, tanquam fu & latro abductus eſt, vt à peccatorum & Diaboli vinculis nos eriperet.

3. Ab omnibus ſuis diſcipulis derelictus, ne Redemptionis & ſalutis noſtræ gloriam vel aliqua ex parte in ipſos transferremus.

X. *Cur autem Chriſtus ſecundus Adam in horto comprehendi voluit.*

Vt peccatum, quod in horto Paradiſi primus Adam commiſit, deleret.

XI. *Quid patitur in domo Caiaphæ ſeu Sacerdotum Concilio?*

1. Siſtitur iudicio Eccleſiaſtico, neque enim eum per tumultum interfici oportuit, ſed iudicio ſiſti pro nobis, qui æterni Iudicis ſentētij obnoxij eramus, & pro noſtris criminibus condemnari merebamur.

2. Illuditur.

3. Falſis teſtimoniis & conuitijs, de deſtructione Tēpli, & cultus Dei, premitur. Matt. 26. 61.

4. Adiuratur per Deum viuentem, vt dicat An ſit Chriſtus filius ille Dei.

5. Vbi veritatem confeſſus eſt, ſtatim blaſphemiæ & mortis Reus peragitur: quia eum illius criminis culpam luere oportuit, quo primus Adam æqualitatem cum Deo affectauerat.

6. A miniſtro Sacerdotis alapa percutitur.

7. Conſpuitur in faciem.

8. Denuo colaphis cæditur, vt dedecus peccati à nobis detegeret.

9. Obtecta facie percutitur, & iubetur vaticinari, quis illum percuſſerit, & baccillorum ictibus à miniſtris cæditur. Quæ probra omnia nobis debita paſſus eſt, vt nos ab omni probro liberaret, & nobis conſuleret, qui faciem vel imaginem primam amiſeramus, & ad faciem Dei liberum aditum daret. Denique turpem diſcipuli abne

inter horribiles neruorum omnium, & totius corporis cruciatus, vitam ſuam finiebant: mors autem crucis ſummè abominãda, & ipſius Dei ore maledicta fuit[a]. a Deut.21.23. Gal.3.13.
Hanc ipſam maledictionem ſubire voluit Dei filius, vt nos à commerita maledictione liberaret; & conſtaret peccatum, propter quod Deus voluit filium ſuum ſubire hoc ſupplicium, ſummè abominandum eſſe: vt, ſicut mors per lignum ingreſſa eſt in mundum, ſic per lignũ tolleretur è mundo. Denique vt veritas reſponderet figuræ. nã ſicut victima in altare tollebatur, & offerebatur[b]: b Leuit.1.9.13. Deut.12.27.
ita Chriſtus è terra exaltatus in aërem, ſuſpenſus & interfectus in cruce, quia poteſtates aëris debellare debuit, Eph 2.2. *Sed* & Ioh.3.14. *Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ſic oportuit exaltari filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat ſed habeat vitam æternam.*

4. Patitur medius inter duos latrones, tanquam latronum Princeps, vt impleretur Scriptura Eſaiæ 53. 12. Inter maleficos reputatus, & pro peccatoribus orauit, vt quam merueramus pœnam penderet, & nos ſecundò in Regno Patris Angelorum conſortes faceret: quo etiã ſupplicij merito, infames ſuppliciorum locos, & ipſa facinoroſorũ ſupplicia ſanctificauit, ne quis illorum infamiam in ipſum credentibus apud Deum fraudi eſſe arbitretur, & hominum ſaluti officere.

5. Expanſis manibus crucifixus eſt, vt vna Iudæos, altera Gentes ad ſe inuitaret, omnibus meritum ſuum offerret. & tanquam futurus Iudex omnium, qui poſiturus eſt alios à dextris, alios à ſiniſtris.

6. Pendet viuus in cruce tres integras horas, videlicet à ſexta ad nonam, i. à duodecima noſtra meridiana, vſque ad tertiam pomeridianam. Quæ ſumma Chriſti ignominia arrogantiæ noſtræ merces eſt, & ſimul ſumma noſtra gloria. & ſummum pretium coram Deo, quo deleta eſt iniquitas noſtra. Ideo Paulus Gal.6.14. *Abſit mihi gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

7, Et nudus pendet, vt ſatisfaceret pro peccato primorum parentum qui veſte Innocentiæ nudati ſunt, & vt nos ſua innocentia, gloria, & immortalita[illegible] veſtiret, ſua paupertate ditaret: vt denique qualis in Paradiſo homo primus habitauerat, talis in Paradiſum homo ſecundus intraret. Et veſtes eius, aleæ infamis fortunæ ſubiieius,vt Regnum ipſius ridiculum, miſerum,ſeu calamitoſum,& arundineum eſſe innuát:& genu flexione illuditur,hoc ſcommate, *Aue Rex Iudæorum*. Conſpuitur ruſum in faciem dantur illi alapæ,percutitur ſanctiſſimum caput eius fuſtibus.

Hæc omnia,ſi perſonam Chriſti reſpicis iniuſtiſſimè at ſi perſonam, quam in ſe recepit,id eſt noſtram,iuſtiſſimè perpeſſus eſt:nam *Dominus*,inquit Eſaias 53 6.co *cit in eum iniquitates omnium noſtrûm.* Ea ergo probra pertulit, tum quia nos ea meriti eramus, tum vt à talibus nos eriperet.

XIII. *Quid extra Prætorium?*

1. Exutus purpura ducitur extra Ieruſalem, geſtans crucem, cui affigendus erat:cuius facti typus præceſſerat in Iſaaco[a] : quemadmodum enim (vt dicitur Heb. 13.11.)eorum pecorum corpora extra caſtra populi Iſrælitici exurebantur, quibus impoſita erant populi peccata,ideóque maledicta, adeò vt Sacerdotes nihil de iis,c derent[b]:Sic Chriſtus peccata noſtra,iiſque debitam maledictionem, vnà cum cruce maledictionis ſymbolo tanquam κατάρα factus pro nobis[c], ſeu victima maledicta,& indicta hominum conſortio, extra Ieruſalem geſtat,qui in ſe puriſſimus & innocentiſſimus erat, vt ſolus agnoſcatur victima, qua expiatur peccatum mundi. Quod enim Simon quidam Cyrenæus coactus fuit pondus crucis Chriſti ex nimia fatigatione & triſtitia ſub onere labeſcentis in ſe recipere[d],tum Iudæorum immanem inſolentiam & ſæuitiam, tum conſociationem Chriſti patientis,& Sanctorum ipſius Martyrum(ſed citra expiationem) oſtendit.

a Gen.22.6.

b Leuit.4.11 & 6.30 & 16.27.

c Gal.3.13.

d Marc.15.21.

2. Ducitur in locum Cranij,Hebraicè Golgotha, in quo ſeditioſi,latrones,aliíque ſcelerati,ſolebant ignominioſiſſimè ſuppliciis affici, vt appareat planè *nouiſſimus virorum & plenus dolorum*, iuxta Eſaiæ vaticinium 53. cap.verſ. 3.

3. Crucifigitur quo ſupplicij genere nullum illo tempore atrocius & ignominioſus erat: nam vt ex Pſalm. 22.17 & verbis Thomæ,Ioh.20.25.colligitur,ſupra crucem validiſſimè extenſi,ad illam per manus & pedes clauis addactis,affigebantur , & deinde in ſublimè erecti,

inte

Neutrum, ait Damaſcenus: Deitas enim inſeparabilis *de Orth. Fide.* ab vtroque permanſit, & quod ſemel aſſumpſit Λόγος, nunquam poſtea dimiſit.

XVI. *Sed quomodo fieri potuit vt animæ, quæ erat in Paradiſo, & corpori, quod erat in terra, Diuina natura vnita permanſerit?*

Natura Filij diuina, quia infinita. & ſimul vbique præſens eſt, tota & impartibilis manſit vnita vtrique ſimul, id eſt tam animæ Chriſti, quæ erat in Paradiſo, quàm corpori ipſius quod iacuit exangue in terra: neque enim cùm ſit ſimpliciſſima natura diuina, atque adeò impartibilis, dicendus eſt Deus habere aliam partem in cœlo, & aliam in terra, ſed eſt totus in cœlo, & totus in terra, non alternis temporibus, ſed vtrumque ſimul, quod nulla natura creata poteſt Hinc dictum Auguſtini, Totius Trinitatis proprium eſt, vt vbique ſit tota per ſpatia locorum non diuiſa.

XVII. *An Chriſtus iam mortuus fuit verus homo?*

Fuit: nam etſi anima & corpus ſeparata erant; atque adeò vera mors erat, tamen vnionis perſonalis nexu, in vno velut tertio cohærebant, vt vita noſtra verè fuerit abſcondita in Chriſto etiam mortuo. Alij verò reſpondent Chriſtum in illo triduo fuiſſe hominem naturaliter, quia verè & anima & corpus extitit: in Reſurrectione autem (poſt reuerſam animam in corpus) formaliter.

XVIII. *Quis igitur mortuus eſt, & quæ mortis eius Adiuncta?*

Filius Dei, ad cuius mentionem tota natura exhorreſcit: illo enim pendente in cruce tres horas ante mortẽ, Solis Eclipſis contra naturæ ordinem facta eſt, & durauit à ſexta ad nonam: vnde tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, Matth. 27. 45. i. per orbem terrarum, vt vult Tertull vel (vt alij) per regionem Iudææ, quę Iudęis miſerrimam cæcitatem portenderet.

Moriẽte autem Domino, velum templi ſciſſum eſt, vt ſciamus illius merito viam cœlorum nobis apertam[a], & *a Heb.3. 5.*

ciuntur, quod & prædictum Pſal. 22. 19. vt rerum euentibus ipſum eſſe. qui venturus erat, crederemus.

8. Sitit, Corporaliter, ex doloris acerbitate, & ex ſenſu iræ diuinæ: & Spiritualiter; ex ardentiſſimo ſalutis noſtræ deſiderio.

a Prou. 31. 6. 7.

9. Loco aromatici, aut pretioſi vini, quod ad mortem damnatis, vt eo confortarentur, dari conſueuerat[a], acerbiſſimo potu, felle & aceto mixto potatur, vt in eo impleatur, quod diu antea prædictum fuit à Dauide. Pſal. 69. 22. Vtque ſecundus Adam ipſe lueret pœnas dulcis illius liquoris, quem primus Adam ſuxit ex pomo vetito.

10. Conuitiantur ei omnis loci homines, plebei, Sacerdotes, Scribæ, & latro in cruce, & milites precibus illius illudunt, & in ſenſum plane impium detorquent, quaſi relicto Deo à creaturis auxilium petat.

11. Moritur: nihil enim profuiſſet crucifixio, niſi anima à corpore auulſa fuiſſet, quia Deus dixerat, *Moriendo morieris*, Gen. 2. 17.

12. Eius latus lancea perforatur, ex quo effluxit ſanguis, vnde naſcitur & viuificatur Eccleſia (ſicuti ex latere Adami formata eſt Eua) & aqua, vnde recens nata lauatur Eccleſia. Et ex hoc vulnere, tanquam vitæ fonte, manat Eccleſiæ ſalus, & conſolatio, omníſque peccatorum expiatio, perſolutio, & ablutio, ſeu purificatio (quam ſanguine fieri oportuit) facta intelligitur: nam ſine effuſione ſanguinis nulla fit peccatorum remiſſio, Heb. 9. 22. Illo autem vulnere plena facta eſt mortis Chriſti fides: nam effuſa aqua ex illo lateris vulnere, indicauit ferrum vſque in περικάρδιον penetraſſe, illius videlicet aquæ conceptaculum, quo vulnerato, neceſſe eſt omne animal protinus mori.

XIV. *Quo tempore crucifixus?*

In Feſto Paſchatis, vt ſe vere Agnum Paſchalem eſſe oſtenderet, mactatum pro peccatis mundi.

XV. *An ſicut Anima Chriſti triduo ſeparata fuit à corpore, ſic Diuinitas ſeparata fuit ab vtrinque: vel, An fuit Diuinitas coniuncta animæ, & ſeparata à corpore?*

Neu-

ſeat à me calix iſte, veruntamen non vt ego volo, ſed vt tu vis?

Optimè, nempe ſecundùm diuerſa principia, & diuerſos reſpectus: quod enim noluit Chriſtus, ex infirmitate carnis, quæ mortem tanquam inimicam naturæ humanæ, naturaliter & ſine vitio reformidat; quod autem voluit, ex promptitudine Spiritus fuit, quia neceſſaria erat ad humani generis ſalutem, iuxta illud quod ſubiicit Chriſtus, verſ 41. *Spiritus quidem promptus eſt, ſed caro infirma.* Imò in eo obedientia Chriſti magis elucet, quod etſi aliter hæc fieri cuperet caro, tamen ſimpliciter ſe voluntati Patris totum ſubiicit.

XXIII. *Qui ſunt igitur Effectus ſeu Fructus paſsionis Domini?*

Plures ſunt, 1. Pleniſſima pro peccatis ſatisfactio: chirographum enim quod cōtra nos erat per Legem, è medio ſublatum, & cruci affixum eſt, Col. 2.14. vt peccatorū noſtrorum memoria ſanguine Chriſti deleretur, ne vnquam in Dei conſpectum veniant[a]. a1. *Ioh.* 1.7.

2. Deus placatus eſt & reconciliatus homini[b], b *Rom.* 3.24.

3. Diabolus victus[c]. c *Gen.* 3.15. 1. *Ioh.* 3.8.

4. Mors abſorpta[d], & eius metus ſublatus[e], vt nihil aliud ſit fidelibus quàm tranſitus ad vitam æternam. d *Oſea* 13. 14. e *Heb.* 2.15.

5. Homo à peccatis abſolutus, & iuſtificatus eſt[f]. f *Rom.* 4. 25. & 5.19.

6. Maceries diruta inter Iudæos & Gentes[g]. g *Eph.* 2.14.

7. Omnia in cœlo & in terra, i. omnes fideles tam veteris quàm noui Teſtamenti, vni capiti Chriſto ſubiecta ſunt, & per ἀνακεφαλαίωσιν ad caput vnde exciderant reuocata, & ſimul in vnum corpus collecta, Pſal. 2.8. Eph. 1. 10. 22. Col. 1. 22.

8. Vaticinia completa, veritas figuris Iſaaci, Samſonis, Ænei ſerpentis, Sacrificiorum, & reliquorum typorū conſentanea facta eſt.

9. Carnis noſtræ mortificatio: nam *mortuus eſt ſemel, vt nos peccato in perpetuum moriamur*, 1. Pet. 2.24. Et *vetus noſter homo cum eo crucifixus eſt, vt aboleatur corpus peccati, ne poſthac ſeruiamus peccato*, Rom. 6.6.

10. συλλήβδην vt dicam, Gratuita peccatorum remiſſio, macularū animæ purgatio, & vita æterna nobis parta eſt.

legales Ceremonias abrogatas:terra mota:petræ ſciſſæ monumenta aperta,ex quibus Sancti aliquot Reſuſcitati,vrbem ingreſſi ſunt.Quibus ſignis ſceleris in Dei fili commiſſi indignitas,impiorum durities,& mortis Chriſti virtus arguitur. Quorum & hic effectus fuit, quò multi ex hoſtibus Chriſti conuerſi ſunt,adeò vt dic *Hic homo iuſtus fuit,& verè filius Dei.*Matt.27.54. *Et turbæ,quæ conuenerant ad ſpectaculum illud, cùm vidiſſent fiebant,percutientes pectora ſua,*reuerſæ ſint,Luc.23.48.

XIX: *Quis finis Mortis & Paſsionis Chriſti*

Summus, eſt glorificatio Dei ob Iuſtitiã & Miſericordiam.Proximus verò,Humani generis Redemptio,& æterna ſalus,Ioh.3.14. *Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto,ſic oportet Filium hominis exaltari in cruce, vt omnis qui credit in eum,non pereat,ſed habeat vitam æternam:* Et Rom.4.25.*Mortuus eſt propter delicta noſtra,*ſcilicet expianda.

XX. *Quibus vtilis eſt Chriſti mors & Paſsio?*

Etſi ſufficiens pretium potuit eſſe pro peccatis omnium hominum,tamen actualiter & efficaciter pro Electis ſu mortuus eſt,qui ~~ipſum~~ recipiunt,& in eum credunt,Ma.1.21.*Seruabit populum ſuum ex peccatis ipſius,*Ioh.10.15.*Animam pono pro ouibus meis.* Et cap.17.19.*Pro eis*(qui credu & quos Pater mihi dedit) *ſanctifico meipſum.* Secus enim ſequeretur Chriſtum otioſè & ſine fructu pro mult mortuum,& ipſam efficaciam mortis Chriſti per homines poſſe irritam reddi.

XXI.*Vnde pendet æſtimatio & efficacia mortis Chriſti?*

1.A dignitate perſonæ:ideo enim Paſſio & mors Chriſti perfecta eſt & accepta Deo. 1.Quia eſt volũtaria obedientia Filij præſtita mandato Patris:*humiliauit enim ſeipſũ obediens factus vſque ad mortẽ,mortem autem crucis.*Philipp.2.7.

2. Quia eſt infiniti meriti,eius quippe hominis,qui Deus eſt.

XXII.*Quomodo cum hac obedientia ſtare poteſt triplicata illa precatio Chriſti in Horto, Matt.26.39.Pater mi,ſi poßibile eſt, tranſeat*

LOCVS XXIV.

De Sepultura Chriſti.

I. *Sepultura, ſeu ſepelitio, quid eſt?*

Eſt progreſſus mortis, adeóque & mortis
confirmatio, ſiquidem non viui, ſed mortui
ſepeliri conſueuerunt. A ſepeliendo
ſeu ſepiendo dicta, quia cadauer terra, vel
lapide, vel alia materia circunſepitur, &
ſepulchro conditur. Funerare verò vel
Pollincere, eſt cadauer ſepulchro mandandum, ablutio-
nibus & vnctionibus, & ſimilibus ritibus curare[a] : vnde a *Gen.* 50.
Pollinctores, à Libitinariis diſtincti. 26.

II. *Sepultura autem Chriſti quid?*

Matth. 26. 12.
Eſt pars exinanitionis Chriſti, qua corpus ipſius poſt 3.
mortem ab anima ſeparatum, iuxta Iudæorum morem
in ſepulchro reconditum eſt[b]: ſic tamen vt gloriæ Re- b *Matt.* 27.
ſurrectionis ipſius fuerit præludium. 60.
1. *Cor.* 15. 4.

III. *Quænam cauſa primaria?*

Deus, qui non modò Sepulturæ mortẽ mentibus ho-
minum inſculpſit, iuxta illud; *Terra es, & in terram ibis,* c *Gen.* 23. 4
Gen. 3. 19. vt teſtatur antiqua Sanctorum ſepultorum e- 15 & 49.
xempla[c] & ſepulturæ priuatio, quæ inter iræ diuinæ ſi- 29. & 50.
gna recenſetur[d]. Sed ſpecialiter omnia, quæ ad ſepultu- 13.
ram Chriſti fiebant, ordinauit. 2. *Reg.* 13.
30. *Tobiæ* 4.
3.

IV. *Quinam Adminiſtri fuerunt?*

Viri nobiles, prædiuites, Senatorij ordinis, Ioſephus ab d *Pſal.* 79.
Arimathea, (quam nonnulli eandem fuiſſe putant cum 3.
Ramathaim[e]) & Nicodemus qui Diſcipuli Domini, ſed 2. *Reg.* 9. 10.
occulti propter metum Iudæorum fuerunt[f]; & qui vt *Ierem.* 14.
grati diſcipuli bene merito Magiſtro ſepulchrales hono- 16. & 21.
res exhibuerunt, quem quãdo periculũ nullum, aut cer- 19.
tè exiguum apparebat, viuentem confiteri non auſi e 1. *Sam.* 1.
fuerãt. Illi enim (apertis Diſcipulis Chriſti præ metu di- 1
f *Ioh.* 3. 2.
& 19. 38.

Qua eſt autem ſalutaris meditatio mortis Chriſti?

1. Si veniat in mentem magnitudo iræ Dei ad ſus peccatum, quæ alio modo placari non poterat.

2. Immenſa Dei miſericordia, qui potiùs vo filium pati mortē ignominioſiſſimam, quàm genus humanum à ſe conditum perdere.

3. Humilitas extrema æterni Filij Dei rerum omni Domini, qui infra omnes Creaturas deiectꝰ fuit: qua humiliatione teſtatus eſt amorē ſuum erga genus humanum, cuius redimendi cauſa, tanta perpeſſus eſt.

4. Fœditas peccati ex turpiſſimo mortis genere.

5. Sors piorum in hoc mundo, ad conformitatē Chriſti capitis Quæ omnia peccati odium nobis pariant, vitæ integritatem excitent, ad certam ſalutis fiduci concipiendam, & patientiam in aduerſis erigant. Auguſtini dictum eſt memorabile, *Inſpice vulnera pendentis ſanguinem morientis, pretium redimentis; Corpus habet in cruce inclinatum ad oſculandum, brachia extenſa ad amplexandum, tum denique corpus expoſitum ad redimendum. Hæc quanta ſitis cogitate, hæc in ſtatera cordis veſtri appendite, ut totus vobis figatur in corde, qui totus pro vobis fixus eſt in cruce.*

XXIV. *Quomodo nobis applicatur Paſsio Chriſti?*

Verbo, Fide, & Sacramentis. *Verbo* enim quaſi manu Dei offertur, *Fide* veluti manu hominis accipitur, *Sacramentis* obſignatur.

XXV. *Quæ pugnant cum Sacrificio & Paſsione Chriſti?*

1. Blaſphemia Marcionitarum & Manichæorũ, qui Chriſtum non verè, ſed δοξαστῶς paſſum eſſe aſſeuerarũt.

2. Blaſphemia Pontificiorum, qua affirmant Chriſtum adhuc quotidie in Miſſis à Sacrificulis Patri offerri realiter pro viuis & mortuis, contra id quod habetur, Heb. 10. 14. Vnica oblatione conſecrauit in perpetuum eos, qui ſanctificantur.

3. Iuſtitia operum Indulgentiæ, Inuocationes Sanctorum, fictum purgatorium, & quicquid homines excogitant pro ſatisfactione peccati.

Locus, Tempus, Obſignatio, & Cuſtodia ſepulchri.

Vbi ſepultus eſt Dominus?

In horto herbis & arboribus conſito, proximè locum vbi fuerat crucifixus: vbi Ioſeph habuit ſepulchrum, vt in ipſo deliciarum loco, conſpectu monumenti, mortis admoneretur.

1. Quia primus Adamus in horto ſpiritualiter mortuus fuerat.

2. Quia, inquit Cyrillus, *recurſus ad Paradiſum morte Chriſti nobis preparatus eſt.*

3. Copioſus fructus prouenturus erat ex ipſius morte & ſepultura ad omnes credentes.

4. Quia de cruce tranſitus eſt in Paradiſum.

Deinde, In ſepulchro, 1. *Exciſo in petra*, ne cauillarentur aduerſarij à Diſcipulis corpus Domini per ſubterraneos meatus extractum.

2. *Nouo*, vt mortis conditionem illius merito innouatam ſciremus & propter myſterium noui pectoris, in quo recondi gaudet Dominus.

3. *In quo nullus antea ſepultus fuerat*, ἵνα μὴ συκοφαντηθῇ ἡ ἀνάστασις, ὡς ἄλλου ἀναστάντος, inquit Theophilactus, i. ne alium, alióſve, non ipſum Chriſtum reſurrexiſſe; aut contactu, vel virtute alterius illic anteà ſepulti reſurrexiſſe calumniarentur; ſicut de illo legimus, 2. Reg. 13. 21. qui in Elizæi ſepulchrum abiectus; reuixit, cùm huius oſſa tetigiſſet.

4 *Alieno*, quia (vt ait Aug.) pro aliena moriebatur & ſepeliebatur ſalute.

VII. *Quid contigit circa ſepulchrum Chriſti?*

Ingens ſaxum ad oſtium monumenti aduolutum eſt, 1. ex more.

2. Ne corpus Domini cuiuis aduerſariorum pateret ludibrio.

3. Diuino conſilio, ad maiorem Reſurrectionis certitudinem, & ad tollendam fraudis, ac ſublati corporis ſuſpicionem. Acceſſit obſignatio & cuſtodia, vtrumque nō ſine ſingulari Dei prouidētia, nēpe vt infenſiſſimi Chriſti hoſtes, quorū ſigillo & cuſtodia munitum fuit Chriſti ſepulchrum, cogerentur inuiti mox ſequutam reſur-

ſperſis & deliteſcentibus) diuinitus excitati & confirmati, donatum ſibi corpus Ieſu à Pilato acceperunt, vt non veniret in manus impurorum carnificum, qui latronum corpora in fœditos puteos deiicere ſolebant. Ex quo apparet, quanta virtus mortis Chriſti fuerit, quæ adeò fortes reddidit hos viros, vt non vererentur facinus ſordidiſſimum & periculoſiſſimum aggredi: nempe ex cruce deponere hominem totius Concilii, & Præſidis authoritate damnatum, & hoc facto illorum iudicium iniquitatis & impietatis accuſare , & ſic extrema pericula experiri propter ipſum, & in extrema Chriſti pẽdentis inter duos latrones ignominia ſe ipſius diſcipulos profiteri: quantò magis nos decet hoc, cùm iam regnet in gloria?

V. *Quis modus Sepelitionis fuit?*

Ioſephus, vt habetur Mat. 27. 58. abiit fidenti animo petitum corpus Ieſu à Pilato: à quo (poſtquam ex Centurione illum certò cognouiſſet expiraſſe, Marc. 15. 44.) id obtinuit: ſic Deo benedicente iis, qui vel ipſius, vel publicæ ſalutis negotium ſeriò & bona fide agũt. Nicodemus interea, vt habetur Ioh. 19. 39. mixturã myrrhę & aloes quæ putredinem arcent, ad libras fermè centum parauit. Atque ita ambo venerunt, & palàm ſuis manibus Chriſti corpus nudum de cruce depoſuerunt, & linteis mundis cum aromatibus illis pretioſis obuinxerũt, more Iudæorum erga nobiliores propter ſpem Reſurrectionis: & ad ſignificandum Chriſtum quieſcere velle in mente pura virtutibus bene olentibus condita.

Non fuit tamen pollinctum, quia non licebat propter temporis breuitatem imminebat enim Sabbatum, quo nihil operis facere licebat: & mulieres Sabbatho demùm finito venerunt ad monumentum, vt Ieſum vngerẽt, ſed iam reſurrexerat [a].

[a] Ioh. 20. 1. Marc. 16. 1.

Aromata tamen illa fuerunt (quod ad Deum attinet) typi viuifici odoris ex morte Chriſti redundantis. Et Sepultura glorioſa Innocentiã Chriſti declarare, & crucis probrũ magna ex parte abolere Deus voluit, ſicut Eſaias prædixerat; *Et erit ſepulchrum eius glorioſum*. cap. 53. 10.

VI. *Quæ ſubiecta & Adiuncta ſepelitionis Chriſti?*

ti in hac vita documentum ſit,& quietis æternæ ab omnibus laboribus poſt hanc vitam, ſymbolum.

X. Quî factum eſt quod corpus Chriſti à corruptione toto illo tempore immune fuerit?

Non aromatũ virtute,quibus ne pollinctum quidem fuit:ſed quia corruptionis cauſa eſt à peccato, peccatum autem nullũ, neque in carne , neque in oſſibus Chriſti fuit,imò non ampliùs habuit alienum, quod ſibi imputari voluerat : aboleuerat enim illud per præcedentem mortem.

XI. Qui ſunt fines Sepulturæ Domini?

1. Vt conſtaret eum verè eſſe mortuum.

2. Vt mortem velut in imum ſuum antrum refugientem perſequeretur, &vinceret.ſicque per mortem eius: facta peccatorum noſtrorum expiatio firmiori teſtimonio niteretur.

3. Vt vnà ſecum in ſepulchro peccata noſtra ſepeliret,& in æternum abſconderet à conſpectu Dei.

4. Vt ipſius ſepulturæ conſortes facti, peccato & ipſi ſepeliamur.

5. Vt noſtra κοιμητήρια ſanctificaret, & viuifico mortis ſuæ odore perfunderet , atque ita ſepulchri horrorem nobis excuteret, & Reſurrectionis ſpem firmaret.

XII. Quæ Effecta?

1. Quòd ſicut,Iona in mare proiecto,& in piſcis ventre conditò,ſedata eſt tempeſtas maris , & reducta tranquillitas[a]: ita Chriſto è numero viuorum eiecto,& in ſepulchro condito,omnes tempeſtates iræ Dei,quæ in noſtra peccata concitatæ erant,ſedatæ ſunt, eluceſcente ſereno illo vultu Seruatoris noſtri Dei. a Ione 1.15

2. Quòd ſicut ab effectu mortis,i.corporis reſolutione corpus ſuum aſſeruit:ſic eâdem virtute corpora noſtra in incorruptionem aſſerturus eſt:vt iam ſepultura ſit inſtar ſementis,qua in terram corpora noſtra depoſita,vbi per illam reſoluta corruptionem ſuam exuerint,olim in die nouiſſimo glorioſa & clarificata reſurgant.

3. Sepultura ſiue ſepelitio veteris hominis , ſeu peccati ſenſim in nobis intereũtis:qua ratione dicimur Rom. b 1.Cor.15. 36.42.43.

rectionem confirmare. Et in hunc etiam vſum etiamnũ hodie manet Sepulchrum Chriſti inuiolatum. Tametſi enim Turcæ illud conſeruant lucri gratia (quod nõ paruum faciunt ab iis qui eò religionis gratia ſe conferunt) tamen Deus vult illud extare, vt ſit monumentum hiſtoriæ mortis, ſepulturæ, & reſurrectionis Chriſti.

VIII. *Quanto tempore iacuit in ſepulchro?*

1. Non tãto quanto Ionas in ventre piſcis, i. tribus naturalibus diebus [a]: neque enim vſquequaque veritatem typo reſpõdere neceſſe fuit. Sed ſciendum eſt (Chriſto quaſi ad victoriam properante) Scripturam ſolere συνεκδοχικῶς principio & fini tribuere totius rei appellationem, & triduum ponere pro tempore contingẽte tres dies: nam eo ipſo die (quo Chriſtus mortuus eſt, qui nobis dies Veneris dicitur) tribus horis integris ab ipſius morte, & paulò plus, curatum eſt funus, & ſepulturæ traditum: hic eſt primus dies ſepulturæ Chriſti.

2. Sequenti die per totum ſabbathum (ex Iudæorum more, qui diem naturalem 24. horis conſtantem à veſpera ad veſperam ſupputant) in Sepulchro iacuit: hic eſt ſecundus dies.

3. Ineunte die ſequente (qui primus erat hebdomadis, & dies Solis dicitur, antequã illuceſceret) duodecim horis aut circiter quieuit in ſepulchro; & eodem ipſo die reſurrexit, vnde nobis dies Dominicus dicitur. Quadraginta ergo ferè horæ elapſæ ſunt à morte ad reſurrectionem Domini. Et tres reputantur dies, quia (inquit Auguſtinus) prima dies accipitur ſecundùm partem ſui poſtremam: ſecunda, ſecundùm ſe totam & integram: tertia, ſecundùm partem ſui primam. Et ſic ſunt tres dies, & quælibet harum dierum ſuam habet noctem.

[a] Ionæ 2. 2. Mat. 12. 40

IX. *Cur autem Sabbatho potiſsimùm toto quieuit Dominus in ſepulchro?*

Quia ſicut Deus abſoluto Creationis opere die ſexta quieuit die ſeptima, Gen. 1. 41. & 2. 2. Ita Filius Dei perfecto opere Redemptionis in cruce die ſexta hebdomadis, quieuit die ſeptima in ſepulchro; vt hæc quies Chriſti in Sepulchro, fidelibus quietis ſpiritualis ab operibus pecca-

ti in

53.9. *Et erit ſepulchrum eius cum diuite*, ſeu glorioſum,

XVI. *Quæ pugnantia?*

1. Fraus impoſtorum, qui ſuperſtitioſè & imperitiè linteum oſtendunt adorandum, in quo integrum corpus depictum eſt, quod etiam ſtultè ſudariũ vocant, cùm ex more Iudæorum ſolum caput ſeorſim ſudario ſeu peplo, reliquum corpus linteis ſiue faſciis inuolui conſueuerit[a].

[a] *Ioh.11.44. Tũ qui fuerat mortuus, prodijt pedes & manus vinctus faſciis, facies autem eius ſudario erat obuincta.*

2. Superſtitio Pontificiorum, qui thure, aqua luſtrali, & aliis nugis ſepulchra conſecrant, quæ ipſe Chriſtus ſanctificauit, & ſuperſtitioſis exequiarum ritibus, candelis, crucis præceſſione, carminibus funebribus, diſtributionibus, carnis panis, vini, pecuniæ, & ſimilium rerum, ἀνδριάντοις, id eſt conuiuiis parentalibus, albis & atris veſtibus, Miſſis denique ſalutem animarum promoueri putant: & locum Sepulturæ Templis coniungi voluerunt, & in ipſis templis prope ſummum altare haberi, Superſtitionis & quæſtus gratiâ, vt à mortuis etiam tributum exigere, & ex fumo, tinnitu nolarum, aquæ aſperſione quæſtum facere poſſint.

3. Faſtus eorum, qui vel ſuperba Sepulchra ædificãt quod in Sobna olim accuſauit Eſaias, cap. 22.15. 16. 17. & in iis arma ſua oſtentant, quaſi poſt mortem adhuc minas & belli terrorem circunferre cupiant, aut ſumptuoſis veſtibus inutiliter & pauperum damno inuoluuntur, quibus apud vermes ſuperbiant, contra Scripturę teſtimonia, Iobi 1.21. *Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ, nudus etiam eò reuertar*, 1. Tim. 6.7. *Nihil in mũdum intulimus, haud dubium quod nec auferre quid poſſimus*, 1. Cor. 15.43. *Seminatur corpus in ignominia, reſurget in gloria.* Et Ambroſij dictum in Sermone, *Quid proficit ſepulchrorum ſuperbia? Damna ſunt potiùs viuentium quàm ſubſidia mortuorum.*

4. Luctus immodicus quorundam, quo ſe vel de defunctorum ſalute dubitare, vel de Dei auxilio deſperare perhibent, contra grauem Apoſtoli admonitionem, 1. Theſſ. 4.13.

5. Figmentum Gentium, qui animas, quarũ corpora inhumata iacerent, vagari exiſtimarunt, ſicuti de Palinuro, & reliquis naufragij ſociis nugatus eſt Virgilius.

6. Feritas illorum, qui mortuorum corpora feris dilanianda obiiciunt, vel per negligentiam illa Sepulturæ

6.4.vnà cum ipſo in mortem eius ſepulti,vt mortui peccato,non ampliùs viuamus in eo, deſideria eius facientes, ſed quieſcamus ab eo,vnde Ambroſius, *Sepultura Christi, eſt requies Chriſtiani.*

XIII. *Quis Vſus?*

1. Vt quãdo Peccata noſtra Chriſtus in Sepulchro cõdidit,ne ea refodere,& iterum in lucem proferre ſtudeamus:hoc enim eſſet ſepulchrum Chriſti violare,& ſacrilegium committere.

2. Vt curemus ſepulturã defunctorũ,vt ea honeſta ſit & inuiolata,nec negligantur,aut infeſtentur contra humanitatis Legem corpora defunctorum,quæ cùm viuerent,organa & templa Spiritus Sancti fuerunt,ſiquidem credentium fuerint,1.Cor.3.16.& 6. 19. ſed quieſcere ſinantur,tanquam in molli lectulo. *Caro mea requieſcet in ſpe*,inquit Propheta,Pſal.16.9.

XIV. *An-ne opus eſt morem illum Iudæorum condiendi aromatibus corpora reuocare?*

Non,quia Chriſtianis(quibus veritatis lux pleniſſima fulget) certior & firmior eſſe debet fides reſurrectionis ex Chriſti à mortuis Reſurrectione, quàm vt illam ritibus ſuperuacaneis confirmari oporteat.Quod verò Chriſtus,Matth.26.10. ad Diſcipulos de mulieris facto dicit, *Opus bonum operata eſt erga me*, non probat hoc quaſi ordinarium cultum,ſed propter Circunſtantiam; quia hoc ſymbolo ſeſtatum eſſe voluit,Odoriferum fore ſuum ſepulchrum.

XV. *Sepultura Christi ad ſtatum Exinanitionisne,an Exaltationis Chriſti pertinet?*

Ad vtrumque:nã pars fuit pœnę & miſerię,dum corpus eius non minùs quàm aliud cadauer in terram proiectum,rurſus pars & initiũ gloriæ,quod honorificè à Primatibus Iudæorum ſepultus eſt;& initium victorię,quod *eius corpus corruptionem non ſenſit*, vt prædictum fuit Pſal. 16.10. Act.2.27.31.licet in ipſo Sepulchro exanime & quidem abſque vllo aromatum pigmento iaceret,vnde Eſaię

53.9.Et

zarum in ſinu eius. Tertullianus, *Nobis Inferi,* inquit, *non nuda cauoſitas, nec ſubſidialis aliqua mundi ſentina, ſed in foſſa terra, & in alto vaſtitas, & in ipſis viſceribus terræ abſtruſa profunditas.* Locum hunc Gręci vocant ἅδην, quaſi Tenebroſum dicas, ab α priuante particula, & εἰδεῖν, videre, quod ibi omnia ſint tenebricoſa, vt nihil lucis videri poſſit. *Lib. de Anima, c. 35.*

3. Dolores inferorum, i. terrores & cruciatus animę, quales damnati in Inferno ſentiunt, 1. Sam. 2. 6. *Dominus deducit ad inferos, & reducit, &c.* Et Pſal. 18. 8. *Dolores Inferni circundederunt me.* Item Pſal. 116. 3. *Circundederunt me funes mortis, & anxietates Inferni inuenerunt me, tribulationem & dolorem inueni.*

4. Quibuſdam ſignificat totũ ſtatum & conditionẽ mortuorum, ſiue bonorum bonã, ſiue malorum malam.

5. Aliis humiliationis extremum gradum.

III. *Vocabulum Deſcenſus quid ſignificat?*

1. Propriè motum è ſuperiore loco ad inferiorem.

2. Modificatè συγκατάβασιν ſeu humiliationis Chriſti extremum gradum vt Eph. 4. 10. *Qui deſcendit, id eſt qui ſeipſum exinaniuit, & forma ſerui ſumpta,* ſe miſeræ huius terrenæ vitæ conditioni ſubiecit, *ipſe etiam eſt, qui aſcendit ſupra omnes cœlos.*

IV. *Quæ eſt ergo ſententia huius Articuli, Deſcendit ad inferos?*

Varia eſt, prout varia ſignificatione voces illæ ſimplices explicantur.

Quæ eſt Prima?

Eorum qui hanc clauſulam additam putant ἐξηγήσεως gratia, contra Valentinianorum hæreſim, eáque nihil aliud ſignificari, quàm quod Chriſtus verè mortuus iacuerit, & ſepulchro cõditus fuerit, vt alij homines verè mortui & ſepulti.

Quid ſentis de hac Expoſitione?

Dilutam eſſe, quia non eſt veriſimile Sepulturã Chriſti claris verbis expoſitam obſcuriore verborum complexu indicari, nec conuenit ſuperflua ταυτολογία tali Compẽdio, quo ſummatim quàm fieri poteſt pauciſſimis verbis præcipua fidei capita notantur.

honore fraudant: vel in illorum oſſa & cineres deſæuiūt.

7. Pſeudo nicodemi, qui exemplis Ioſephi & Nicodemi abutuntur ad fouendam carnis ignauiam, nec iis in melius proficiunt, vt fidei robur proferant, quando ipſorum operam Deus requirit.

* * *

LOCVS XXV.

De Deſcenſu Chriſti ad inferos.

I. *An Articulus de deſcenſu Chriſti ad Inferos, ſemper fuit reliquis adiunctus in Symbolo?*

RVFINVS in Symbolum, qui ſcriptis Cypriani accenſetur, teſtatur olim in Eccleſiæ Romanæ ſymbolo non fuiſſe expreſſum, nec in Græcis Eccleſiis fuiſſe vſurpatum. Tertullianus tamen, Deſcenſum Chriſti ad Inferos apertè confitetur ſicut & Athanaſius Auguſtinus, & alij ex Patribus.

Lib. de re ſur. carnis. *In ſymbolo* *Serm. 115. de tempor.*

Sed Scripturæ teſtimoniis potiſſimùm cōfirmatur[a]: & tota Eccleſia vbique terrarum hodie illum Articulū, magno conſenſu agnoſcit & confitetur. Et Rufinus ipſe hūc Articulum manifeſtè ponit & probat. Nec omnino omittendus fuit, cùm ad plenam Redemptionis noſtræ fidē nobis faciendam maximè conducat, & ſummam piis conſolationem adferat.

a Pſal. 16 10 Iſ. 53 8. Act 2.24. Heb. 5 7. Eph. 4 9.

II. *Quid infernus in Scriptura ſignificat?*

1. Sepulchrū, ídque propriè[b], Pſal. 6. 6. *Nō eſt in morte, qui memor ſit tui; in Inferno autem quis gratias tibi aget?*

b Gen. 42. 38.

2. Locum horribilem puniendis reprobis deſtinatū, Num. 16. 30. de Chore & coniuratis ſcribitur, quòd viui deſcenderint in Infernum. Luc. 10. 15. *Et tu Capernaum, quæ euecta es in cœlum, vſque ad Inferos deprimeris.* Et cap. 16 23. *Mortuus eſt epulo, ac ſepultus eſt, & apud Inferos ſublatis oculis ſuis cùm eſſet in tormentis vidit Abrahamum procul, & Lazarum*

2. Ex dicto Chriſti in cruce, Conſummatum eſt, Ioh. 19. 30. Ergo nihil illi patiendum ſuperfuit, cùm mors finem cruciatibus ipſius attulerit. 3. Quòd Chriſtus in anima, cùm adhuc eſſet in corpore, horribiles cruciatus pertulerit, teſte terribili illo clamore, Deus mi, Deus mi, &c. Matth. 27.46. qui cœlum & terram concuſſit.

2. Alij verò Animam Chriſti ad Inferos quidẽ deſcendiſſe fatentur, non vt illic quicquam pateretur, ſed ſicut corpore in terris Euangelium prædicauerat viuis: ita mortuus apud Inferos ſuo Spiritu Euangelium prædicaret, quæ ſententia ad ſecundam ſuperiorem accedit. Sed quorſum hoc? cùm poſt mortem Prædicationi & Reſipiſcentiæ locus non ſit relictus. Adde quòd Patri in manus Spiritum ſuum commendauit, & latroni dixit, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, vbi certè non eſt Infernus, Luc. 23.43.46.

3. Patres ferè contendunt, in ipſo Terræ motu & Reſurrectionis momento[a], Chriſtum ſe viuum Inferis exhibuiſſe & declaraſſe non tam verbis, quàm reipſa Victorem mortis & Principis tenebrarum: & Satanã nihil ampliùs habere poteſtatis in Electos, datúmque ſibi eſſe nomen ſupra omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, Philip. 2.10. vnde Aug. *Totus filius fuit apud Patrem, totus in vtero Virginis, totus in cœlo, totus in terra, totus in cruce, & totus in Inferno.*

Quid ſentis de hac Patrum ſententia?

Non audeo damnare, quando non pugnat cum Sacris literis, & nihil habet abſurdi. Conſenſus autem Patrum, quando non pugnat manifeſtè cum Sacris literis, nõ eſt nihili faciendus.

Quin hæc ſententia probabiliter colligi poſſe videtur ex verbis Apoſtoli, Eph. 4.9. *Illud Aſcendit ſupra omnes cælos, quid eſt niſi quòd etiam deſcendit in Inferiores partes terræ.* Nam antitheſis aperta eſt inter *Supra omnes cælos, & Inferiores partes terræ.* Atqui illud accipitur ſecundùm literã: Ergo & hoc alterum ad literam intelligẽdum videtur: nulla autem pars terræ inferior eſt Inferno, qui locus damnatorum eſt. Quanquam alij per inferiores illas partes terram ipſam ſimpliciter intelligant, quæ mundi pars eſt infima: in quã deſcendit Chriſtus & per multos annos in ea vixit.

[a] Mat. 28.2.

V. *Quæ eſt Secunda?*

Hieronymi & Pontificiorum, qui cenſent Animam Chriſti à corpore ſeparatam perueniſſe ad locum quendam quem Lymbum Patrum vocant, Inferni ſcilicet partem ſuperiorem, ſeu ſuperiorem quandam contignationem, in qua nullæ ſint pœnæ, ſed priuatio duntaxat melioris & perfecti boni, vbi fidelium Patrum Spiritus ante Incarnationem Chriſti hærerent: vnde poſtea Chriſti anima eò reipſa perueniens, illos ſecum in cœlum eduxerit. Quod cõfirmãt ex Matthæi cap. 27. 52. *Multa corpora Sanctorum*, ſiue poſt Chriſtum, ſiue cum Chriſto *Reſurrexerunt*. Et 1. Pet. 3. 19. *Per quẽ Spiritibus, qui ſunt in carcere, profectus prædicauit.* Et 4. 6. *Mortuis quoque prædicatum eſt Euangelium.*

An tibi hæc ſententia placet?

Minimè, 1. quia eiuſmodi locus nullo Scripturę teſtimonio probatur.

2. Quia non omnium Sanctorum, ſed quorundam duntaxat corpora cum Chriſto Reſurrexiſſe legũtur, ad teſtificandam vim Reſurrectionis Chriſti, qua vita nobis reſtituitur.

3. Locus, 1. Pet. 3. 19. de Spiritu Chriſti per os Noe immorigeris & impiis prędicante Reſipiſcentiam. Locus verò 4. cap. de prædicato Euangelio ſuperiorum temporum hominibus mortuis, i. qui tum quidem cùm eis prædicaretur, viui erant, nunc verò cùm iſtud de illis dicitur mortui ſunt, manifeſtè intelligendus eſt.

Quia non parum detrahit virtuti ſacrificij Chriſti, cuius pretium infinitum eſt, extendens ſe ad omnia tempora, iuxta dictum in Apoc. 13. 8. *Agnus occiſus eſt ab origine mundi.* Non ergo minus Abraham victimæ Chriſti merito ab Inferis ereptus eſt, quàm Paulus, aut aliquis alius pius poſt exhibitum Chriſtum mortuus.

VI. *Quæ eſt Tertia?*

Eorum qui exiſtimant Chriſtum reuera deſcendiſſe ad Tartareas ſedes. Sed horum ſententia trifariã ſcinditur. Sunt enim qui animam Chriſti iacente corpore in Sepulchro eò deſcendiſſe dicant, vt illic pateretur pro animis hominum. Quæ opinio ex eo refellitur. 1. Quòd Chriſti ſanguis perfectiſſima eſt totius mundi expiatio. 1. Ioh. 2. 2.

2.

iniquitates. Et Pſal.18.6. *Dolores Inferni circundederunt me*, Et Act.2.24. Petrus dicit, Implicitum fuiſſe ταῖς ὠδῖναις τοῦ θανάτου, doloribus quos parit maledicto & ira Dei. Et Gal. 3.13. dicitur *Factus pro nobis κατάρα*, verè, & ſine tropo, non in ſeſe quidem, ſed quatenus vas noſter erat, ſic vt verè ſenſerit onus ſibi impoſitum. Et Heb.5.7. Apoſtolus ſcribit, Chriſtum *cum lacrymis & clamore valido orantem à ſuo metu fuiſſe exauditum*: Et (quod prodigioſum eſt) de eo refertur, Præ vehementia cruciatus, guttas ſanguinis ex eius facie fluxiſſe, nec potuiſſe recreari, niſi Angelorum conſpectu, Luc.22.43. Et tandem Chriſtum eò vſque deiectum fuiſſe videmus, vt coactus fuerit vrgente anguſtia exclamare, *Deus mi, Deus mi, ecquid me deſeruiſti?* Matt. 27. 46. Ex quibus colligitur ipſum non cum morte communi, ſed cum inferorum copiis, æternęque mortis horrore, quaſi conſertis manibus luctatum fuiſſe.

X. *Atqui huic ſententiæ videtur obſtare, quòd hi cruciatus animæ, doloribus corporis in Symbolo poſtponantur?*

Id fit quòd hi in ſenſus priùs incurrunt, illi verò non item.

XI. *At obiici contrà poteſt, Licet morti & crucifixioni poſtponi debeant, non tamen Sepulturæ, in qua nullus fuit dolor, poſtponi debere?*

Etſi ad Inferos Chriſti Deſcenſus ipſa morte terminatus, tempore præceſſit Sepulturam corporis, tamen huic poſtponitur in ipſa Narrationis articulorum fidei ſerie, nempe quòd vno tenore deſcribere placuit quæcunque ad corporis ipſius exinanitionem pertinent.

XII. *Sed, potuítne vnquam Deus Chriſto ſuo vnico, & Dilectiſsimo iraſci, vel eum deſerere?*

Nunquam, ſed fauorem & auxilium ſuum ad tempus ita occultauit, vt natura Chriſti humana verè has anguſtias ſentiret, quibus vrgetur derelicti & abiecti à Deo: Et

V II. *Quæ eſt Quarta ſententia?*

Illorum qui dicunt nihil aliud ſignificari quàm deſcendiſſe Chriſtum in ſtatum demortuorum, & aliis mortuis conſociatum, pro quibus mortuus fuerit, iuxta illud Dauidis Pſal. 28. 1. *Repuſor cum deſcendentibus in ſepulchrum.* Et Pſal. 88. 5. 6. *Sum ſimilis viro, quem deficit virtus, Repu inter mortuos ſemotus, vt confoßi iacentes in ſepulchro, quorum recordaris ampliùs, qui manu tua excißi ſunt:* vnde excitatus dicitur, non è ſepulchro, ſed ex mortuis: quæ ſententia prima ſuperiore non multùm differt.

V III. *Quæ eſt Quinta?*

Illorum, qui allegorice ſeu metaphoricè per Deſcenſum Chriſti, ſummam ignominiam intelligunt, & extremam humiliationem, qua oppreſſus fuit Filius Dei, dum ad tertium vſque mortis ſuæ diem tanquam à morte & diabolo proſtratus & victus, in Sepulchro iacuit, inſultantibus quaſi ipſi diabolo & Phariſæis, ac ſi iam ampliùs non eſſet.

Hàncne etiam probas?

Non improbo: nam & typo in Dauide propoſito reſpondet Pſal. 88. 7. *Ponis me in Sepulchro omnium infimo, in tenebroſißimis & profundißimis locis:* & loco illi, Eph. 4. 10. plane conſentanea eſt, quo vt per Aſcenſionem ſupra omnes cœlos ſummam exaltationem: ſic per Deſcenſum ad infimas partes terræ, ſeu ad Infernum, ſummam humiliationem Chriſti, & demiſſionem intelligit Apoſtolus. Sic Iſa. 14. 15. Deſcenſus ad inferos pro extrema humiliatione accipitur. *Extuliſti te* (Nebucadnezar) *ad cælum vſque, ſed ad infernum detraheris ad latera ſepulchri.* Et ſic locus Matth. 11. 23. exponi poteſt, *Sublata es tu Capernaum vſque ad cælum, deprimeris vſque ad Infernum.*

IX. *Quæ eſt Sexta?*

Eorum qui per Deſcenſum Chriſti ad Inferos ſignificari aiunt, ſummos illos animi cruciatus, quos ſuſtinuit Chriſtus in agone & cruce, de quibus in Paſſione dictum eſt.

Eſt-ne Orthodoxa hæc expoſitio?

Eſt, quia Scripturæ conſentanea, & fidei analoga: nã Eſaias 53. 5. *Attritum* (Chriſtum) dicit fuiſſe *propter*

iniquita

quitur, nullíque credentium pertimeſcendos: ſequeretur enim aliquos dolores Chriſtum non tuliſſe noſtra cauſa, quod abſurdum eſt.

2. Limborum, Patribus ſub lege, infantibus, baptiſmi ſigno priuatis ſub Euangelio, deſignatorum.

LOCVS XXVI.

De Reſurrectione Chriſti.

I. *Quid dicitur Reſurgere?*

ILLVD (inquit Hieronymus) demum reſurgit quod priùs moriẽdo cecidit: ac proinde neque diuinitas, neque anima Chriſti propriè, ſed idem illud corpus, quod per mortem ceciderat, reſurrexit. Pertinet tamen Chriſti Reſurrectio etiam ad animam ipſius, ſed κατά τι, id eſt quatenus per Reſurrectionem fuit corpori ſuo reſtituta.

II. *Quid eſt igitur Reſurrectio Chriſti?*

Eſt primus gradus Exaltationis, quo ipſe ſecundùm humanam naturam virtute Dei, depoſita infirmitate, & mortalitate, anima in ipſius corpus reuerſa, reuiuiſcens, tertio die è ſepulchro ceu victor & triũphator mortis & Inferni gloriosè prodiit: vt viuificet omnes in ſe credẽtes, vtque in extremo die reſuſcitatis mortuis, tanquam Rex Eccleſiæ, det omnibus electis lætam victoriam, immortalem vitam, abiectis impiis in perpetuos cruciatus.

III. *Qua virtute reſurrexit Chriſtus?*

Non vlla precaria, aut naturę creatæ, ſed propria ſuæ Deitatis virtute, Ioh. 10.18. *Nemo tollit animam meã à me, ſed ego depono eam per meipſum, Poteſtatem habeo deponẽdi eam, & poteſtatem habeo rurſus eam aſſumendi:* vnde ex ipſius Reſurrectione vera eius Deitas demõſtratur, Rõ. 1.4 his verbis:

(vt ait Bernardus) *Serm.5.de verbis Eſaiæ.* Eſt quædam derelictio, vbi nõ fuit in tanta neceſſitate virtutis exhibitio nulla maieſtatis oſtenſio.

XIII. *Cur hos eum cruciatus experiri oportuit?*

1. Quia cùm omnium noſtrûm Peccata in ipſum coniecta fuiſſent, idcirco ſic iram Dei aduerſus ea ipſum ſentire oportuit, ac ſi ipſe vnus omnium hominum peccata perpetraſſet.

2. Vt omnes dolorum & tentationum formas, mortíſque adeò & inferorum tormenta noſtra cauſa experiretur & ſuperaret.

3. Vt nos ab inferorum poteſtate liberatos in cœlorũ gaudia eueheret.

XIV. *Quis fructus ad nos redit ex Deſcenſu Chriſti ad Inferos?*

1. Parta de Diaboli poteſtate, mortis honore, & Inferorum doloribus victoria[a]. a Oſea 13. 14.

2. Triumphus actus de hoſtibus noſtris, Col.2.15 Expoliata imperia & poteſtates, (id eſt Satanam cum Angelis ſuis [b]) traduxit palam triumphatis illis per crucem. b Eph.6.12.

3. Deuicto mortis aculeo aperuit credentibus regna cœlorum: vnde Hilarius, *Lib.2.de Trinitate.* Crux, mors, Inferi, vita noſtra ſunt.

XV. *Quis vſus Deſcenſus Chriſti ad Inferos?*

1 Ne iam in morte ea formidemus, quæ Princeps noſter deglutiuit.

2. Vt quò humiliorem & abiectiorem cernimus eu noſtra cauſa factum, eò minùs vel de Patris beneuolentia vel de noſtra per filium expiatione facta, & futura in cœlos exaltatione, dubitemus.

XVI. *Quid Repugnat huic Doctrinæ?*

1. Purgatorij figmẽtum, cuius cũ dolores nec ſubiiſſe, nec toleraſſe legatur Chriſtus, qui tamẽ omne genus dolorum pro nobis pertulit [c], tum hos fictitios eſſe conſequitur, c Iſa. 53. 3 4.

3. Ex Prophetis, vt Eſa. 53. 10. *Cùm poſuerit animam ſuam hoſtiam pro peccato, videbit ſemen longæuum, & voluntas Domini in manu eius proſperabit*: Reſurget igitur. Et Daniel 9. 24. Chriſtum dicit occidendum, & tamen ei tribuit perpetuum Regnum, in quo erit ablata iniquitas, & adducta ſempiterna iuſtitia. Ergo Chriſtum excitatum iri præuidit. Quæ vaticinia ipſo euentu ſunt probata.

VII. *Figuræ quæ?*

1. *Adam.* ſoporatus, & rurſum excitatus de cuius dormientis latere fabricata eſt Eua, Gen. 2. 21. 22. typus fuit Chriſti mortui, & reſuſcitati, de cuius latere aperto exiuit ſanguis & aqua, vnde nata & purgata eſt Eccleſia.

2. *Iſaacus* rogo impoſitus, vt cremaretur, & liberatus per Angelum[a], typus fuit Redemptoris, qui ſic in ſacrificio pro nobis ex humanitate eſt mortuus, vt tamen immortalis maneret ex Diuinitate.

3. *Ioſeph* in carcerem coniectus, & poſtea eductus, & ad ſummos honores euectus[b], Chriſtum retulit à morte reſurgentem, qui imperium cœli & terræ accepit.

4. Vt *Samſon* obſeratis ciuitatis Gazæ portis occluſus, & fractis ſeris, ſubtractiſque portis ſecurè egreſſus[c]: ſic Dominus aperto obſignato ſepulchro à morte liberatus eſt.

5. *Ionas* viuus ex aluo piſcis eiectus[d], & Chriſtus viuus rurſus prodiit è ſepulchro. *Dauid* denique toties è perſequutione elapſus, & ad regnũ euectus adumbrauit mortem & Reſurrectionem Domini.

VIII. *Quis autem horum omnium vſus eſt?*

Vt ex iis fides noſtra confirmetur: firmitas enim noſtræ fidei, inquit Auguſtinus, in eo eſt, quòd omnia quæ de Chriſto prædicta ſunt, Ieſu Mariæ filio euenerunt: Eſt ergo verus Meſſias, & Seruator mundi.

IX. *Quæ ſunt concomitantia Reſurrectionis Chriſti Adiuncta?*

Tempus.

X. *Quo tempore Chriſtus mortuus, & reſuſcitatus eſt?*

Eo ipſo quo patriarcha Iacob prædixit venturum adhuc ſtante politia Moſaica, ſed ad ruinam inclinante.

[a] *Gen.* 22. 9. 11.

[b] *Gen.* 39. 20. & 41. 42.

[c] *Iudic.* 1[illegible]. 3.

[d] *Matt.* [illegible] 40.

Declarato Filio Dei potenter ſecundùm Spiritum Sanctificationis per reſurrectionem à mortuis.

Quia tamen opera Trinitatis ad Extra ſunt indiuiſa, Reſuſcitatio hæc actiuè ſumpta tum Chriſto, tum Patri, & Spiritui Sancto tribuitur, Eph. 1.20. *Deus potentiam ſuam exeruit in Chriſto, cùm excitauit ex mortuis, & collocauit eum ad dextram ſuam in cælis*, Item Col. 2.12. & Rom. 8.11. *Si Spiritus eius, qui excitauit Ieſum à mortuis habitat in vobis, is qui excitauit Chriſtum ex mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora veſtra, per viuificantem & inhabitantem ipſius Spiritum in vobis* nam potentia illa, qua reſuſcitatus eſt Chriſtus, tribus perſonis eſſentialiter communis eſt.

IV. *An Humanitas Chriſti ad reſurrectionem eſt cooperata?*

Secundùm diuinam naturam Chriſtus ipſe ſuam effecit Reſurrectionem [a], paſſus eſt ex infirmitate carnis, & viuit ex virtute Dei. Sed ſecundum humanam naturam propriè reſurrexit, quæ Deitati reſuſcitanti obſequens eſt, & pro eius voluntate & virtute ſeſe mouit. Vnde ἀποτέλεσμα ſeu effectum commune vtriuſque naturæ eſt, nempe *abſorpta mors in victoriam*, 1. Cor. 15.14. & toti Chriſto tribuitur Reſurrectio [b] ſed actiuè ſecundùm Spiritu ſanctificationis: paſſiuè verò ſecundùm carnem.

[a] 2. Cor. 13. 4.

[b] Rom. 1 4.

V. *Vnde ſumenda eſt confirmatio, & certa ſcientia Reſurrectionis Chriſti?*

Ex Adiunctis ſiue Teſtimoniis, Antecedentibus, Concomitantibus, & Conſequentibus.

VI. *Quæ ſunt Antecedentia?*

Partim vaticinia, partim figuræ, ſeu typi, quibus Reſurrectio Chriſti præſignificata eſt. Vaticinia ſunt clara pronuntiata de Chriſti Reſurrectione futura, vt inter plurima hæc.

1. Ex Moſe, Gen. 3.15. *Semen mulieris conteret caput Serpentis*, id eſt Chriſtus peccatum, mortem, & Satanam vincet, quod nonniſi reſurgendo facere potuit.

2. Ex Pſal. 16.10. vbi Dauid in perſona Chriſti ait, *Non derelinques animam meam in Inferno, nec dabis Sanctum tuum pati corruptionem.*

3. Ex

manæ Dies iam cœperat, id eſt die Solis, Marc.16.1.2.9. vt quo die Deus fecit cœlum & terram, eadem die terra gratia, & cœlum gaudio Reſurrectionis Domini repleretur, vnde hæc dies *Dominica* dicitur, Apoc.1.10.

Qua hora diei?

Oriente Sole, Matth. 28.1. vt ſe verum Solem eſſe ſignificaret, qui illuminat eos qui ſedent in tenebris, & in vmbra mortis, ad dirigendos pedes eorum in viam pacis, Luc. 1. 79.

XI. *Quæ ſunt adiuncta Conſequentia?*

Signa, Teſtes, & Apparitiones Chriſti poſt reſurrectionem.

Quæ ſunt ſigna, ſiue εἰκότα, teſtantia Ieſum verè à mortuis Reſurrexiſſe?

Quatuor præcipuè.

1. Terræ motus, quaſi terra eum ſuperis reddere geſtiente, & in teſtimonium factæ Reſurrectionis, tum etiã eius efficaciæ, adeóque Omnipotentiæ Christi, qui ſuo nutu, cœlum, terram, & maria concutit.

2. Ingens ſaxum miniſterio Angeli remotum à ſepulchro. Matth.28.2.

3. Sepulchrum vacuum.

4. Veſtes denique ſepulchrales relictæ in ſepulchro, videlicet linteamina, & ſudarium ſeorſim inuolutũ, Ioh. 20.5.6.7. Quæ ſigna mẽdacij arguebant cuſtodes ſepulchri, qui etſi ſcirent ex terræ motu & aliis ſignis Chriſtum verè reſurrexiſſe, id quod etiam principibus Sacerdotũ indicarunt, Mat.28.11. tamen pecunia corrupti mẽtiebãtur Domini corpus à diſcipulis furtim ablatũ fuiſſe, Mat.28.13. Nec enim diſcipuli Magiſtrum nudum relictis veſtibus abſtuliſſent, cùm commodius eſſet corpus inuolutum auferre: nec timidi, vbi aderant milites cuſtodes, tam compoſitè & ſeorſim veſtes conpoſuiſſent cùm res ipſa propter cõiunctum periculum moram nullam admitteret.

Quid hæc depoſitio veſtium in ſepulchro indicauit?

Dominum non indigere vllis funebribus ornamentis, ſed immortalitatem induiſſe, Recuperatã nobis in Chriſto priorem innocentiam in Adamo amiſſam & quòd

Gen. 49:10. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Legiſlator de medio eius, donec veniat Silo.* Et Daniel ipſum annū Paſſionis Chriſti expreſſit: vnde promiſſionum diuinarum certitudo perſpicitur, & fides noſtra de promiſſis adhuc non completis confirmatur, & Iudæorum error de nondum exhibito Meſſia refutatur.

Quo tempore anni reſurrexit?

Verno, vt tēpus ipſum nos admoneret de virtute mortis & Reſurrectionis Domini, ſicut eleganter expreſſit Lactantius hiſce verſibus,

Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi,
Omnia tum Domino dona rediſſe ſuo,
Námque renaſcenti poſt triſtia Tartara Chriſto,
Vndique fronde nemus, gramina flore fauent.

Quo die Anni?

Eo die, vt teſtantur Chronologi quo Moſes cum populo ſuo Iſraelitico tranſiit per medium maris rubri, & peruenit ſecurus ad littus, tanquam ex Sepulchro ad vitā, oppreſſo Pharaone cum ſuis in mediis fluctibus, Exod. 14.22.28 Ita Dominus cum ſuo populo, id eſt Eccleſia, oppreſſis hoſtibus à morte tranſiit ad vitam per ſuā glorioſam Reſurrectionem.

Quo die à morte?

Tertiò iuxta figuram: Sicut enim Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre Ceti fuit, ſic filius hominis tribus diebus in ſepulcro iacuit [a]: & iuxta Prophetiam Oſeæ 6.2. *Viuificabit nos* (Meſſias ſcilicet) *poſt biduum: die autem tertio ſuſcitabit nos* (in ſua ſupple perſona) *& viuemus in conſpectum eius.* Nam Chriſti Reſurrectio, quæ contigit tertia die, noſtræ pignus eſt. Sed hîc meminiſſe oportet calculi Auguſtini, de quo in Loco de Sepultura, dictum eſt.

[a] Matt. 12.

Cur diſtulit in tertium diem?

Vt conſtaret illum verè mortuum eſſe, non tamen vltra triduum, ne fides diſcipulorū periclitaretur & labaſceret, diſtulit ad extremum diem, propter ſpem noſtrā, 1. Pet. 1.3. *Benedictus Pater Domini noſtri, qui regenuit nos in ſpem viuam per Reſurrectionem Chriſti ex mortuis.*

Præterea, vt eſſet primus reſurgentium, 1. Cor. 15.20.

Quo die Hebdomadis.

Tranſacto Sabbatho, quando primus ſequentis ſeptimanæ

pulchro regreſſis in via [a], vt abſit omnis ſuſpicio fraudis a *Mat*.28.9
& violentiæ, & ſe muliebris ſexus Redemptorem eſſe
oſtendat.

3. Duobus diſcipulis, Cleopæ & eius ſocio, euntibus
in Emmaus [b], à quibus primò cùm non cognoſceretur, b *Luc*.24.
quòd eorũ oculi tenerẽtur, poſtea in fractiõe panis aper 13.31.
tis eorum oculis agnitus eſt, ac rurſus *ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν, inconſpicuus factus eſt*, non in ſeſe abſolutè, ſed diſcipulorum reſpectu, & ideo *ἀπ' αὐτῶν, ab ipſis*, id eſt videri ab ipſis deſiit, qui tamẽ per ſe viſibilis erat. Quod factum vel propter repentinam diſceſſionem ab ipſis, vel quòd acies viſus eorum iterum fuerit obtuſa ne eum viderent.

4. Simoni Petro ſoli. Luc. 24.34. [c]. c 1.*Cor*.15.5

5. Apoſtolis *τοῖς ἕνδεκα* à Marco [d], vel *τοῖς δώδεκα* à Pau d *Marc*.16. 14.
lo [e], propter cõmunem ſocietatis appellationẽ ſic dictis, e 1.*Cor*.15.5
etſi excepto Thoma collectis in Ieruſalem, *Ad quos ingreſſus*, Ioh. 20. 28. *θυρῶν κεκλεισμένων, ianuis clauſis*, (non per ianuas clauſas, ſed poſtquam ianuæ clauſæ fuiſſent, nec quiſquã ei aperuiſſet, cùm paries vel ianua omnipotente Dei virtute aditũ præbere penetranti corpori vno momento potuerit, & creatura cedere Creatori) *ſtetit in medio eorum ipſorum, & dubitantibus an ipſe eſſet, ſe videndum, & contrectandum præbuit*, & veritatem corporis ſui probauit, ſuſpicionẽmque omnem de ſpirituali ingreſſu, & dimenſionum penetratione, incircunſcriptione, inuiſibilitate, illocalitate, ſpectri denique apparitione, exemit. [f] f *Marc*. 16. 14.

XIV. *Quæ ſequentium dierum Apparitiones?* *Luc*.24.26.

Sec. 1. Octauo die à Reſurrectione apparuit diſcipulis *Ioh*. 20. 19.
Thoma præſente, clauſis ianuis iterũ ad eos ingreſſus [g]. & *ſeq*.

2. Apud mare Tyberiadis, ſeptem diſcipulis piſcanti- g *Ioh*. 20.
bus [h]. 26.

3. Vndecim ſimul diſcipulis in monte quodam Gali- h *Ioh*.21.1. 2.
leæ, vbi conſtituerat illis Ieſus [i]. i *Mat*.28.

4. Pluſquàm quingentis fratribus ſimul [k]. 16.

5. Iacobo ſeorſim [l], de quo teſtimonium Pauli no- k 1.*Cor*.15.
bis ſufficit. 6.

6. Ipſo die aſcenſionis Apoſtolis in monte Oliueti, l *ibidem verſ*.7.
quando ſublatus eſt in cœlum ab oculis eorum [m]. m *Luc*.24.

XV. *Cur Euangeliſtæ & Paulus*, 1. *Cor*.15.5. 50. *Act*.1.6.11.

ſublata cauſa pudoris, Reſuſcitati in extremo die ad vitam æternam ornabuntur loco veſtium gloria cœleſti.

XII. *Qui teſtes?*

1. Hoſtes Chriſti, ipſi videlicet milites Romani, quibus cuſtodia ſepulchri à Pilato demandata fuit, qui perhibuerũt teſtimonium de Reſurrectione Domini Pontificibus: licet pecunia ab iſtis corrupti, (quod vſitatum eſt iſti hominum generi) mentiti fuerint audacter diſcipulos Ieſu ſe dormientibus corpus ipſius abſtuliſſe. Sed tranſparens eſt mendacium, nam ſi dormierunt cuſtodes, vnde ſcire potuerunt corpus Domini furtim à diſcipulis ablatum eſſe? ſi vigilarunt, cur ſe dormiuiſſe mentiuntur?

2. Angeli Dei apparentes in veſtibus candidis, nunc in ſepulchro ſedentes [a], nunc extra Sepulchrum ſtantes: non tanquam ſine eorum opera nõ poſſet Chriſtus exire Sepulchro, ſed vt ſe Chriſti miniſtros eſſe teſtarentur, vt illi & Eccleſiæ ſeruiant [b], & fides fieret mulieribus & Apoſtolis Chriſtum reſurrexiſſe, ne cœleſtes quoque teſtes tantæ rei deeſſent: nam teſtantur Chriſtum verè Reſurrexiſſe, Luc. 24. 4. 5. 6, Marc. 16. 6. *Quid quæritis viuentem inter mortuos?* Item, *Surrexit*, inquiunt, *Non eſt hic.*

3. Diſcipuli Domini ſepulchrum vacuum & Chriſtũ ſuſcitatum poſt mortem viderunt, qui ſuſpectæ fidei eſſe non potuerunt, cùm Reſurrectio Chriſti illis perſuaderi non potuerit, niſi propriis oculis & auribus cõiuncti fuiſſent, nedum vt ex compoſito eam ſint commenti, & doctrina, vita, & ſanguine ſuo teſtati ſint.

4. Ipſemet Ieſus mortuus & ſepultus, qui tot modis ſe coràm rediuiuum exhibuit.

XIII. *Quæ fuerunt Apparitiones Chriſti Reſuſcitati?*

Multiplices, quibus tum ipſo Reſurrectionis die tum aliis ſequentibus viuum ſe exhibuit Chriſtus, idque 40. diebus, quibus in his terris conuerſatus eſt, repreſſis adhuc claritatis & fulgoris ſui radiis.

Quoties apparuit ipſo die Reſurrectionis?

Quinquies. 1. Mariæ Magdalenæ ſoli apud Sepulchrum ex qua ſeptem dæmonia eiecerat [c].

2. Eidem Mariæ Magdalenæ, & alteri Mariæ à Se-

pulchro

[a] Ioh. 20. 12.

[b] Heb. 1. 14.

[c] Marc. 16. 9. Ioh. 20. 14.

ſubiecti miſeriis huius vitæ,& morituri: At Chriſtus primus abſorpta mortalitate,omnibúſque animalis vitę infirmitatibus ſemel depoſitis, reſurrexit ad immortalitatem [a].

3. Effectibus.

XVIII. *Qualis Reſurrexit Chriſtus?*

Totus glorioſus 1. Diuinitatis reſpectu, quia quæ in Chriſto antea occultata erat,plenè ſe manifeſtauit & patefacta eſt.

2. Humanitatis,quia infirmitatibus & proprietatibus accidentalibus, cum quibus Chriſtus natus fuerat, tum aduerſitatibus & miſeriis omnibus,cibi,item potus,ſomni,& ſimilium neceſſitatibus depoſitis; nouis qualitatibus,ſed creatis, ſupra & præter naturæ communem ordinem,vt in anima ſapientia, lætitia &c. in corpore incorruptibilitate,ſubtilitate,agilitate,claritate, atque fulgore vi Deitatis inhabitantis ad ſummum vſque perfectionis gradum ornata eſt,& longè ſupra omnes creaturas exaltata [b], ſed ſeruatis proprietatibus eſſentialibus, ſic vt ipſius corpus ſit etiamnum in gloria,iuxta ordinariam œconomiā,viſibile,palpabile, organicum, finitum & circunſcriptum,vt Chriſtus ipſe poſt Reſurrectionem docet, *Videte manus & pedes meos,ego enim ipſe ſum, palpate & videte: nam Spiritus carnem & oſſa non habet, prout me conſpicitis habere.* Luc. 24.39.

XIX. *Quibus Reſurrexit Chriſtus?*

Electis tantùm: impij enim non propter Chriſti Reſurrectionem,ſed iuſto Dei iudicio ad æternam damnationem reſurgent, & vi ſanctionis illius additæ mandato ipſi Adamo facto,Gen. 2. 17. *Qua die comederis de arbore ſcientiæ boni & mali, morieris morte,* tam prima quàm ſecunda ſcilicet.

XX. *Quis finis* Oῦ?

1. Gloria Dei & Chriſti,ſalúſque Electorum,Rom.6. 4. *Chriſtus reſurrexit in gloriam Patris.*

2. Quoad ipſum Chriſtum, vt æterna gloria potiretur ex Legis formula [c].

3. Vt nos à mortalitate aſſertos, in vitam æternam traduceret.

[a] Rom.6.9.

[b] Pſal.45. 7.8. Ioh.3.34.

[c] Leuit.18.5 Gal.3.12.

non ſeruant ſimilem ordinem apparitionum, ſed alij alias Apparitiones notant?

Vt non tam ordo & numerus Apparitionum, (quietiam maior eſſe potuit) quam veritas Reſurrectionis, in qua ſpes ſalutis noſtræ poſita eſt, ſpectetur: & varietas illa conuincat, Euangeliſtas non ex compoſito ſcripſiſſe hiſtorias illas, ſed vt Dominum vere reſurrexiſſe demonſtrarent.

XVI. *Cur autem non omnibus apparuit, vel ſaltem Pontificibus & Senioribus populi?*

1. Quia cùm Regnum Chriſti non ſit de hoc mũdo Ioh.18.36. nec pendet ex humano patrocinio.

2. Vt apud Deum eſt tempus miſericordiæ, ſic etiã iudicis.

3. Quia Reſurrectio Chriſti à Prophetis prædicta, ab Apoſtolis publicè prædicata, populis quibuſuis promulgata, & teſtimoniis Aſcenſionem conſequutis, ſatis ſupérque confirmata eſt. vt 1. viſibili donatione Sp. Sancti in die Pentecoſtes. 2. dono linguarum. 3. admirabili *παρρησίᾳ*, & confidentia dicendi in Apoſtolis. 4. Efficacia Euangelij in cõuertendis pluribus. 5. Miraculis ab Apoſtolis editis per inuocationẽ Chriſti.[a]. 6. Apparitione ipſius Domini facta Stephano, cùm lapidaretur[b], & Paulo cùm proficiſceretur Damaſcũ[c]. 7. Eccleſiæ cõuerſatione, iuxta promiſſionem Chriſti, Matth.16. 18. Portæ Inferorum non præualebunt aduerſus eam. 8. Baptiſmo & Cœna Domini[d]. 9. Senſu denique habitantis Chriſti in cordibus piorum, & arrhabone Spiritus.

[a] *Act.* 2.22. 43 & 3.6. & 4.4.31.
[b] *Act* 7.55.
[c] *Act.* 9.3 1.*Cor.* 15.8.
[d] *Rom.* 6.4.

4. Quia conditio Regni Chriſti, quod eſt gratia, hæc eſt, vt non obiiciatur oculis corporeis, ſed mẽtis & fidei, iuxta illud, *Beati qui non viderunt, & crediderunt*, Iohan. 20.29.

XVII. *Reſurrectio Chriſti & aliorum mortuorum quid differunt?*

1. Cauſa Efficiente. Chriſtus enim reſurrexit propria virtute, id quod nemo præter illum ~~ſolum~~ potuit vnquam.

2. Fine alij enim qui ſunt excitati, ſurrexerunt iteri

membra ſumus, ſubſequemur. Vt igitur cùm videmus hominis caput ſuper aquas extare, non dubitamus quin reliqua quoque membra emerſura ſint, & ſtatim ſubſequutura, ſic de Chriſto & nobis ſtatuendum eſt. Hinc Paulus 1. Cor. 15. 20. *Chriſtus reſurrexit, Ergo & nos reſurgemus.* Et 1. Theſſ. 4. 14. *Si credimus quod, Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ſic & Deus eos, qui obdormierunt in Ieſu*, id eſt in fide(qua ſunt Chriſto inſiti) *adducet cum illo.* Item: *Noſtra conuerſatio eſt in cœlis, vnde expectamus Seruatorem Dominum noſtrum Ieſum, qui transfigurabit corpus noſtrum humile, vt conforme fiat eius corpori glorioſo.* Philipp. 3. 20.

XXII. *Quis vſus Reſurrectionis?*

1. Vt ex fide huius Articuli inenarrabile gaudiū conſcientiæ concipiamus ex viuo ſenſu Remiſsionis peccatorum, Iuſtificationis & Regenerationis noſtræ per Reſurrectionem Chriſti. Hinc enim lætitia ſumma, quòd formoſum, glorioſum, immortalē hominem in Chriſto contemplamur, qui ante in Paſſione tam miſerabilis, ignominioſus, triſtis, cruentus, fœdus, horribilis, propter peccata noſtra fuit.

2. Vt tam in proſperis quàm in aduerſis cogitemus de fœliciſsimo ſtatu quem exſpectamus in futura vita, & ad ſpem ſequuturæ gloriæ mentem erigamus. Sic Iobi 19. 25. *Scio quòd Redemptor meus viuit* &c. Paulus 2. Tim. 2. 8. *Memor eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis.*

3. Sit nobis triumphus & ſecuritas in morte, quòd Chriſtus reſurgendo, duplicem noſtram mortem, ſcilicet culpæ & gehennæ ſuperauit & deſtruxit.

XXIII. *Quæ Repugnantia?*

1. Pertinacia Iudæorum, qui negant Chriſti Reſurrectionem.

2. Error Eutychianorum, qui naturam humanam in Chriſto poſt Reſurrectionem in diuinam cōuerſam ſomniarunt.

3. Vbiquitariorum, qui corpus Chriſti incorporeum faciunt, ſiue ante, ſiue maximè poſt eius Reſurrectionē, dum poſitis veri corporis proprietatibus, iam nullo certo loco eſſe, ſed vbique ineffabili modo diffuſum contendunt.

XXI. *Qui effectus & fructus Reſurrectionis Chriſti?*

Primus Chriſtum concernit, quòd ſua Reſurrectione declaratus eſt Dei Filius, Rom. 1. 4 factus eſt victor & triumphator peccati mortis, & inferni, totiúſque regni Satanæ: nam in Chriſto Deus cum Diabolo, iuſtitia cum peccato, vita cum morte luctata eſt, & vicit, & completum eſt vaticinium, Gen. 15. *Semen mulieris conteret caput Serpentis,* i. *Chriſtus deſtruet opera Diaboli,* 1. Ioh. 3. 8.

Secundus Satanam reſpicit, qui conculcatus iacet ſub pedibus victoris, Ioh. 16. 11. *Princeps huius mundi iam iudicatus eſt,* & expulſus, quantum ad fideles attinet; ſic quidem vt illis eo modo quo vult, nocere non poſſit, & trepidet ad nomen Ieſu Chriſti, à quo ſcit ſe victum & damnatum ad æternas pœnas.

Tertius ad nos pertinet, quibus excitatus eſt vt abſoluemur à peccato, & iuſtificaremur. 1. Cor. 15. 17. *Si Chriſtus non reſurrexit, adhuc eſtis in peccatis mortui*: mors enim Chriſti inefficax eſt, ſi Chriſtus in morte mãſit. Et Rom. 4. 25. *Reſurrexit propter Iuſtificationem noſtram*: non quòd ad pretium pro peccatis noſtris aliqua facta ſit acceſſio, cum in morte planè ſit ſatisfactũ: ſed quòd Reſurrectio Chriſti teſtimonium ſit euidens de Chriſti perfecta iuſtitia & obedientia ſecundum legem; non quoad partes tantum, vt Eliæ & aliorum Sanctorum iuſtitia, ſed quoad gradus partium; quę ſufficiat nobis ad iuſtitiam coram Deo, & firmiſſimè teſtetur Paſſionem Chriſti eſſe ſacrificium ſufficiens, acceptum Deo, & placans iram eius,
a Luc. 11. ipsúmque mortem planè deuiciſſe, & exarmaſſe [a]; & pro
22. inde peccatum ex quo dependet mortis imperium [b], per
b Oſea 13. fectè deleuiſſe. Neque enim peccata noſtra expiata eſ
14. ſent Chriſti morte, ſi mors ſuperior fuiſſet in hoc certamine: vnde fides & ſpes noſtra tutò in Deum recum
c 1. Pet. 1. bit [c]. 2. Quia virtute Reſurrectionis Chriſti viuifica
21 mur, id eſt regeneramur in ſpem viuam [d]. Et Rom. 6. 4.
d Eph. 2. 3. Reſurrexit, vt nos in nouitate vitæ ambulemus. 3. Eſt cau
1. Pet. 3. 3. ſa ὑπόστασις, fulcimen, & pignus noſtræ Reſurrectionis ad
6. immortalitatem: cum enim Chriſtus ſit caput noſtrum, & reſurrexerit, (*vos enim omnes,* inquit Paulus Gal. 3. 28. *vnius hominis inſtar eſtis in Chriſto*) neceſſariò & nos qui eius mem-

Paulus autem de ea teſtatur, Eph. 4 8. *Quapropter dicit Scriptura.* Pſal. 68.19. ἀναβὰς εἰς ὕψος, *cùm aſcendiſſet in ſublime, Captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus. Ceterùm illud Aſcendit, quid eſt niſi quod etiam deſcenderat priùs in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe etiam eſt qui aſcendit,* ὑπὲρ ἄνω πάντων τῶν οὐρανῶν, *longè ſupra omnes cœlos. vt impleret omnia.* Vide 1. Tim. 3.16. Heb. 4.14. & 9.24.

II. *Quid per Aſcenſionem intelligi debet?*

Non mutatio ſiue μεταβολὴ conditionis vnius in alteram, aut diſparitio, ſed propriè φορὰ, id eſt motus de loco in locum, & quidem inferiore ad ſuperiorem: nam aſcendere dicuntur, qui ex inferiore loco ad ſuperiorem migrant, vt 2, Reg. 2.12, *Et aſcendit Elias per turbinem in cælum.* Et Pſal. 139 8. *Si aſcendero in cælum, tu ibi es.*

Figuratè verò κατ' ἀνθρωποπάθειαν Deo tribuitur, Gen. 17.22. *Aſcendit Deus à facie Abraham.* Et Pſal. 47.6. *Aſcendit Deus in Iubilo, & Dominus in voce tubæ.* Sed & aſcendere in cœlum, Ioh. 3.13. prima verſiculi parte, allegorice ſignificat Spiritualis intelligentiæ luce præditum eſſe.

III. *Vtrum propriè, an figuratè, hîc vſurpatur?*

Proprie ſanè, quod ex diuerſis loquutionibus, quibus ἐξηγήσεως gratia vſi ſunt Euangeliſtæ, manifeſte côuincitur. Marcus enim cap. 16. 19. ἀνελήφθη, inquit, id eſt *ſurſum & in altum receptus eſt* εἰς τὸν οὐρανόν. Et Luc. 24. 51. διέστη ἀπ' αὐτῶν, *diſiunctus ab eis.* At recedendi verbo abitionem in alium locum denotari palàm eſt. Et quónam receſſerit idem innuit, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν, *ferebatur ſurſum in cælum;* Ferebatur inquit, quæ iterum motus ex loco in locum certiſſima nota eſt, Act. 1. 9. ἐπήρθη, eleuatus eſt, & *Nubes* ὑπέλαβεν αὐτὸν, *ſuſceptum abſtulit ab oculis eorum.* Non quòd inuiſibilis factus ſit in ſeſe, ſed quia altiùs & longius profectus eſt, quàm diſcipuli viſu & oculis eum aſſequi poſſent. Adde quòd Apoſtoli oculis & viſu eum ſequuntur quouſque poſſunt, non diſparentem, vel euaneſcentem, ſed proficiſcentē: nam πορευομένου αὐτοῦ (quæ loquutio motum de loco ad locum diſertè exprimit) *illi intentis in cælum oculis conſtiterunt:* quod ſtul-

4. Pontificiorum, qui quotannis ſimulachrũ Chriſti Sepulchro includunt, & huic excubitores adhibent ſacrificulos & monachos, qui illius funus lamentabili cantu celebrant: & quæ ille in pauperes conferre iuſ-
a Ioh.12.8. ſit [a], in ſimulachrum ligneum conferunt. 2. Peregrinationes ſuperſtitionis ergô inſtituunt ad locum illum, quem Ieſus ſua Sepultura nobilitauit; contra dicta Chriſti, Ioh.4.23. *Venit hora & nunc eſt quando veri adoratores adororabunt Patrem in Spiritu & veritate.* Et Pauli, 1.Tim. 8. *Volo viros orare in omni loco attollentes puras manus abſque ira & diſceptatione.*

LOCVS XXVII.

De Aſcenſione Chriſti.

I. *Quænam eſt Hiſtoria Aſcenſionis Chriſti?*

SVMENDA eſt primùm ex Marco, cap.16.19. *Dominus poſtquam loquutus fuiſſet eis, ἀνελήφθη, ſurſum receptus eſt in cælum, & ſedit à dextra Dei.*

Deinde ex Luca in Euangelio; cap.24.50. *Eduxit Ieſus diſcipulos foras vſque in Bethaniam, & ſublatis in altum manibus ſuis, benedixit eis, & factum eſt dum benediceret illis. διέστη, receßit ab eis, καὶ ἀνεφέρετο, ſurſum ferebatur in cælum.*

In Actis verò cap. 1. 9. *Atque hæc loquutus, reſpicientibus illis, ἐπήρθη, eleuatus eſt in altum, & nubes, ὑπέλαβεν, ſuſceptum abſtulit illum ab oculis eorum. Cùm autem eſſent intentis in cælum oculis, πορευομένου αὐτοῦ, proficiſcente illo. Ecce viri duo adſtiterunt illis, amicti veſtibus albis: qui & dixerunt, viri Galilæi, quid ſtatis intuentes in cælum? Hic Ieſus qui ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν, ſurſum receptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum ἐθεάσασθε, conſpexiſtis eum proficiſcentem in cælum.*

modò naturæ proprium eſt. Et vt Theodoretus ait, κοινὰ τοῦ προσώπου γέγονε τὰ τῶν φύσεων ἴδια, id eſt *Quæ naturarum propria ſunt perſonæ communicantur.*

VI. *Quæ Aſcenſionis Chriſti cauſa Efficiens ſeu Author?*

Chriſtus ipſe, qui Diuinitatis ſuæ omnipotente virtute humanam ſuam naturã euexit, & cœlo intulit: ſed quia vna eſt diuina potentia Patris & Filij, Tranſlatiò hæc in cœlum, quemadmodum & Reſuſcitatio virtuti etiam Patris tribuitur, Act. 2. 33. *Dextera*, i. virtute & potentia *Dei euectus eſt, & promiſſum Spiritum ſanctum adeptus eſt à Patre.* Et cap. 5. 30. *Deus Patrum noſtrorum excitauit Ieſum, quem vos interfeciſtis, hunc, (inquam) Deus dextera ſua euectum conſtituit principem, & Seruatorem*; humana verò natura corporis agilitatem per Reſurrectionem conſequuta, ad Deitatis nutum ſeſe mouens, ſurſum profecta eſt, ac propriè, vereque aſcendit: vnde hæc Aſcenſionis cauſa, adminiſtra ſeu ſubſeruiens dici poteſt.

VII. *Vnde Aſcenſionis ratio & certitudo nobis ſumenda eſt?*

Ex Adiunctis ſeu circunſtantiis, Temporis nimirum, Loci ex quo, modi Aſcenſionis, & Loci ad quem; ac Teſtium denique.

VIII. *Quo tempore Aſcendit?*

Quadrageſimo pòſt ab ipſius Reſurrectione die: poſtquam Diſcipulis de regno Dei loquutus eſt. i. eos de rebus ad ſalutem pleniùs inſtruxit, & de ſua Reſurrectione, & veritate corporis ita confirmauit, vt de iis ampliùs dubitare non poſſent.

IX. *Ex quo loco aſcendit?*

Lucas in Euangelio, cap. 24. 10. dicit Diſcipulos eductos fuiſſe à Chriſto foras Bethaniã vſque vicum Iudeæ, & inde Chriſtum aſcendiſſe. In Actis verò, cap. 1. 12. Reuerſos eſſe ex monte Olíueti, qui eſt prope Ieroſolymã: vnde liquet, ex aliqua montis illius parte non procul à Bethanienſi vico Chriſtum in cœlum aſcendiſſe.

X. *Cur ſibi hunc locum delegit?*

tè feciſſent, niſi illum in altum ferri vidiſſent. Denique Angeli defectui viſus Apoſtolorum ſupplétes, aſſumptũ Chriſtum ab illis in cœlum teſtantur: (ne quid minùs verè factum ſuſpicemur) & ſic venturum, quemadmodum ipſum viderunt euntem in cœlum.

Hinc Græci Patres *τοῦ χριστοῦ ἔνσαρκον ἀνάληψιν*, aſſumptionem Chriſti in carne factam, & *ἀνάβασιν* vocarunt. Ex quorum examine conſequitur Aſcenſionem Chriſti fuiſſe actum non indiuiduum, ſeu momentaneum, ſed diuiduum, motionis & progreſsionis partibus atque temporibus & locis diſtinctum, quo de loco inferiore in ſuperiorem, è terris ſcilicet in cœlum ſubuectus eſt.

IV. *Cùm in dicto Pauli, Eph. 4. 10. Qui deſcendit ipſe etiam eſt qui aſcendit, verbũ Deſcendendi figuratè Chriſti humiliationem ſignificet, cur non verbum aſcendendi etiam figuratè pro eiuſdem exaltatione & glorificatione ſumitur?*

Quia cùm deſcendit Chriſtus de cœlo, deſcendit ſine mutatione loci, cùm eſſet Deus tantùm, non homo, ſed deſcenſu illo ſuo factus eſt homo: cum verò aſcendit in cœlum, aſcendit cum mutatione loci, quum eſſet Deus & Homo.

V. *Quis Aſcendit?*

Chriſtus *θεάνθρωπος*, idem qui ex Maria Virgine homo natus eſt, qui paſſus & mortuus eſt, reſurrexit, & poſt Reſurrectionem ſuam 40. dies in terris cum diſcipulis commoratus eſt: Is inquam, & non alius aſcendit, *Qui deſcendit, ipſe etiam eſt qui aſcendit*, Eph. 4. 9. Totus ergo Chriſtus realiter aſcendit, quia idẽ Chriſtus verus Deus, verúſq; homo, ſed reſpectu humanitatis ſuo corpore propriè & localiter aſcendit è terra in cœlũ, ſicut verè & locali motu aſcenderat antè è ſepulchro in terram viuentium. Ideo huius reſpectu dicitur apud Marcum, *Surſum receptus*: & apud Lucam in Actis, *Eleuatus*. Diuinitati enim hæc non conueniunt, de qua dicitur Ierem. 23. 24. *Cælum ego & terram impleo*: ſed per communicationem *ἰδιωμάτων* de tota Chriſti perſona dicitur, quod

alterius

ctione de Filio, καὶ υἱὸν οὐρανὸν δεχθῆναι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως. Et Oecumenius *Scholiaſtes*, *Cœlos*, vocat τῦ ἀποσταλμένυ ὑποδοχὴν, id eſt *miſſi* (Chriſti ſcilicet) *receptaculum*, nempe æternæ beatitudinis locum extra hunc mundum corruptibilem, adeóque ſupra aut extra omnes cœlos.

XIII. *At Paulus Eph. 4. 10. dicit, Eum aſcendiſſe longè ſupra omnes Cœlos?*

Rectè. Scriptura enim meminit trium cælorum, Aëris, cœleſtium orbium, & beatarum ſediū, in quas Chriſtus receptus eſt. Ergo rectè ſupra omnes cœlos aſcēdiſſe dicitur, quia non intra vel infra cœlos mundanos remanſit, ſed ſupra aërem & æthercam regionem ſeu orbes cœleſtes euectus eſt: nec in illis cœlis aſpectabilibus conſtitit, ſed ſupremum cœlum ingreſſus eſt, quod eſt ſupra omnes hos cœlos mobiles & mundanos, quod luce gloriáque Dei illuſtre atque clarum, nullíſque mutationibus obnoxium, ſed nobis adhuc in terra verſantibus inuiſibile eſt. Et hoc eſt illud τὸ ὕψος, de quo Pſal. 68. 19. *Aſcendiſti in altum.*

XIV. *Quibus nominibus appellatur Cœlum illud?*

1. Cœlum cœlorum, & excelſum cœlorū habitaculū[a]. a 1. Reg. 8.
Itē τὰ ὕψιστα[b]. Itē tertiū cœlū[c], reſpectu aëris, quod eſt 27. 39.
primum, & nobis proximum[d], & orbium cœleſtium. b Matt. 21.
2. κατ' ἐξοχὴν Paradiſus ſeu hortus amœnitatis[e]: quia 9.
per terrenum Paradiſum (in Edē plātatum[f]) adumbra- c 2. Cor. 12.
tum fuit, & pro terreno illo Paradiſo nobis paratum eſt. 2.
3. Domus Dei Patris habitatio, domicilium, ſedes & d Matt 6.
locus beatorū[g]; quia illic Pater apertè & immediatè ſe, 26.
& gloriam ſuam, bonaque ſua manifeſtat, & plene com- e Luc. 23.
municat beatis. 43.
4. Cœlum Empyreum Scholaſtici vocant, nō quòd 2. Cor. 12. 4.
igne ardeat, ſed quòd ignea luce ſplendeſcat. Apoc. 2. 7.
f Gen. 2. 8.
g Ioh. 14. 2.

XV. *At ſi Chriſtus ſuper omnes mundanos Cœlos aſcēdit, Ergo eius corpus nō eſt ampliùs in loco, quia (vt probat Ariſtoteles in primo*

Vt quemadmodum humanæ imbecillitatis, maximíque erga nos amoris argumentum præbens in Oliuarii monte cum morte colluctans ſanguinem deſudauerat, Luc.22.39.44. ſic ex eodem in cœlos migrans, certum diuinitatis ſuæ exhiberet ſpecimen[a], & ita gloriæ Chriſti inſeruiret locus, qui ignominiæ, & paſſioni ipſius initium dederat.

a Ioh.6.62.

2. Vt montana nos de cœleſtibus admoneant.

3. Vt hinc migrantibus in cœlum ex Bethania, quæ domus affiictionis exponitur, ad cœleſtia gaudia per Chriſtum aditum, & per multas tribulationes in Regnū Dei ingreſſum nobis patere ſciamus.

XI. *Quis Aſcenſionis modus?*

1. Quòd diſceſſurus à ſuis boni hoſpitis inſtar, ſolenni modo ſublatis in cœlum manibus, eis benedixit, & valedixit id eſt diuinæ protectioni eos commendauit, vt teſtaretur ſe benedictum illud eſſe ſemen, in quo omnes gentes benedicūntur[b]: ſalutem plenam nobis partā eſſe, nóſque ab omni maledictione liberatos, & Patri recōciliatos eſſe omnib. in ſe credentibus benedixiſſe, & ſui benedictionem perpetuò ratam fore, cum *ipſi omnis poteſtas data* ſit *in cœlo & in terra*, Matth 28.18.

b Gen.22.18.

2. Videntib diſcipulis in altum ſublatus eſt: Ergo nō diſparuit, aut in ſeſe inuiſibilis factus eſt, ſed ſpectātibus diſcipulis viſibiliter è terra (vbi priùs fuerat) ſurſum in cœlum (vbi priùs non fuerat) profectus eſt.

3. Acceſſit miniſterium Nubis quæ illum abeuntem excepit, inſtar vehiculi ſubuexit & ſubuectum tādem illorum oculis abſtulit, vt ſe illum eſſe teſtaretur, de quo Pſal 104.3. *Qui ponit nubem* vel nubes *vehiculum ſuum*: & ſimul curioſitatem, & vltiorem perueſtigationem ſuorum veluti interpoſito velo cohiberet.

XII. *Quo aſcendit?*

1. In cœlū. Et ne vox cœli ambigua & incerta eſſet, aut de cœleſti cōuerſione (qualis in terris etiam eſſe poteſt) aut cœleſti gloria duntaxat intelligeretur, Lucas illum *in altum* ſublatum, & Marcus, Eum *receptum eſſe ſurſum in cœlum*, dicit. Act.5.21. dicitur oportuiſſe illum *cœlo capi*. Quo modo & Nazianzenus exponit. 2. Con-

cione

largitionibus,teſtantur. Vel ſic intellige, vt Bernardus 1.*Serm. de*
vertit,vt adimpleret omnia quæ ſcilicet prædicta erant, *aduentu.*
& quæ ad ſalutem noſtram requirebantur.

XVIII. *Qui Teſtes?*

1.Angeli:cõueniebat enim vt qui in conceptione,natiuitate,tentatione,morte,Reſurrectione,Angelorum teſtimonio & miniſterio vſus fuerat,nunc quoque eoſdem teſtes adhiberet, quando maximum Diuinæ maieſtatis ſuæ opus erat deſignaturus:idque primum vt ſeparationis manſuetiſſimi Domini & Magiſtri dolorem, aduentus futuri pollicitatione,ſedarent.

2. Vt deficiente Diſcipulorum aſpectu, iter in cœlũ monſtrarent; inquit Chryſoſtomus Homilia de Aſcenſione Domini.

3. Vtque docerent illum, licet corpore abſentem, ſuos tamen Spiritu ſuo protecturum eſſe,& Angelorum miniſterio facile defenſurum.

His accedit teſtimonium Diſcipulorum.

XIX. *Quinam fuerunt prænuntij huius Aſcenſionis?*

Dauid,mille annis antequam contigit, triumphum hunc in Spiritu vidit,& triumphanti Chriſto ἐπινίκιον cecinit[a].

Enoch filius Iared, ſeptimus homo ab Adam,vt inſi *a Pſal.68.5.*
gniter pius,& propheta raptus in cœlum, eam deſigna- *19.*
uit[b];ſubitò nempe ex mortali in immortalem mutatus, *b Gen.5.24.*
& in æternam illam beatitudinem traductus[c]. *Heb.11.5.*
c 1.Cor.15.

Imprimis autem Eſaias per turbinem curru & equis *52.*
igneis,i.ignea luce fulgentibus tranſlatus eſt in cœlum, *1 Theſſ.4.*
non modò Aſcenſionis Domini, ſed & vitæ æternæ te- *17.*
ſtimonium & exemplum illuſtre fuit. Nam quod apud *d 2.Reg.2.*
Ioh.3.13.dicit Dominus,*Nemo aſcendit in cœlum,niſi qui deſ-* *11.*
cendit de cælo,Filius hominis qui eſt in cælo,de iure & propria
Aſcenſionis virtute, eiuſque ſublimitate ſupra omnes
Creaturas intelligendum eſt.

XX. *Sed quid differt aſcenſio Eliæ ab aſcenſione Chriſti?*

de cælo) Supra omnes cælos nullus eſt locus?

Etſi non omnis locus eiuſdem rationis eſt, & qualis deſcribitur in phyſicis ab Ariſtotele, vbi tamen eſt corpus aliquod, ibi ſpatium ſit quo contineatur corpus neceſſe eſt, iuxta Celebre Auguſtini dictum. *Tolle ſpatia locorum corporibus, & nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, non erunt.* Hoc igitur ſpatium, Scriptura vocat locum. Ioh. 14. 2. *vado vobis paraturus locum.* Sed & Ariſtoteli Christi Ieſu authoritatem opponimus.

XVI. *Annõ pugnat Aſcenſio Chriſti cum eius dicto, Matt. 28. 10. Ero vobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi?*

Tract. 50. in Iohann.

Non pugnat: ait enim Auguſtinus, *Et abijt, & hic eſt: redibit, & nos non deſeruit: corpus enim ſuum intulit cælo, maieſtatem non abſtulit mundo.* Chriſti igitur dictum reſpectu Diuinitatis intelligendum eſt, quæ vbique ſemper præſens eſt, in nullóque certo loci ſpatio contineri poteſt, cùm ipſa contineat omnia: præſertim verò de perpetua ipſius in Eccleſia præſentia ἐνεργητικῇ in credentium animis, non de præſentia humanitatis, quæ finita eſt, & circunſcripta loco; ſecundùm quam dicit, Ioh. 12. 8. *Pauperes ſemper vobiſcũ, me autem non ſemper habebitis,* Et Matth, 24. 23 prædixit Antichriſtos dicturos, *Ecce hic eſt, ecce illic.* Et Paulus iubet vt *annuntiemus mortem Domini, donec veniat,* 1. Cor. 11. 26.

XVII. *Quid eſt igitur quod dicit Paulus Epi. 4. 10. Chriſtum aſcendiſſe ſupra omnes cælos, vt impleret omnia?*

Id eſt, vt donis & beneficiis ſuis per Spiritum ſanctum effuſis cumularet totam Eccleſiam, ex Iudæis, & Gentibus conſtantem [a]. Sic enim accipitur Implendi verbum[b]. Et reſpondet hæc particula illi, quod antè dixit ex Pſal. 68. 19. *Aſcendit, & dedit dona hominibus,* ſumpta ſimilitudine à Principibus, qui poſt partam victoriã toti populo liberalitatem ſuam, vel epulis ſolennibus, vel largi-

a Ioh. 14. 16.
b Iſa 33. 5. Ierem. 31. 25.

qua humanitas in altum ſublata eſt.

3. Vt deuicta morte, ea gloria potiretur ſecundùm humanitatem, quæ ante mũdi iacta fundamenta illi parata erat[a]. Tum enim Chriſti gloria maxime conſpicua facta, eſt quando nouus hoſpes Homodeus cœlos ingreſſus eſt quod à ſeculo non viderant Angeli: Quò pertinet illud Pſal.24.7. *Aperite principes portas veſtras, vt ingrediatur ille Rex gloriæ.* a Ioh.17.5.

4. Vt nobis manſionem pararet in cœlis, & ſpem certam faceret fore vt animi noſtri à corporibus ſepatati ad ipſum migrent: vltimo autem die corporenos quoque in cœlum aſcendamus, vbi enim caput, ibi & membra eſſe oportet, Ioh 14.3.

XXII. *Quinam ſunt Effectus & Fructus Aſcenſionis Domini?*

1 Captiua ducta captiuitas ſeu triumphus, quo triumphauit de Satana, morte, peccato, & inferno, de quo Col. 2.15. *Expoliatos principatus & poteſtates oſtentauit, palàm triumphans de illis per ſemetipſum.*

2. Miſſio paracleti, 1. Spiritus Sancti, 1. quidem viſibilis quinquageſimo ſcilicet die poſt Reſurrectionis diem Act.2.1.& ſeq. quem Apoſtoli non erant accepturi, niſi ab eis corporaliter diſcederet Chriſtus, Ioh.16.7. Deinde viſibilis donorum variorum eiuſdem in eccleſia effuſio. Et huc etiam pertinet illud Eph.4.10. *Aſcendit ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα* non humanitate ſua (quia inquit Auguſtinus, *Immortalitatem ei dedit, naturam non abſtulit*) Epiſt. ad Dardanum. ſed diſtributione donorum Spiritus in corda omnium Electorum vbicunque locorum ſint. Quo pertinet quod Ioh.7.39. ait, Spiritus nondum erat datus, quia Chriſtus nondum fuerat glorificatus.

3. Via nobis in patriam cœleſtem aperta: hactenus enim Paradiſus cuſtoditus fuerat, per romphæam rutilantem, ſed Aſcenſione Chriſti, Cœlum apertum eſt, à quo per Adamum excluſi eramus.

4. Aditio hæreditatis cœleſtis, noſtro omnium nomine, ſic vt non nuda ſpe ſalutem tantùm expectemus, ſed reipſa iam in capite noſtro, & in carne noſtra poſſideamus, Eph 2.6. Deus cor reſuſcitauit, & cor ſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu. Hinc Tertul-

Sicut vmbra à corpore; aut pictura ab homine viuo. i. enim Elias tranſlatus eſt in cœlum ſine doloribus mortis; vt Deus hoc publico teſtimonio doctrinam eius comprobaret. & hoc pacto Iſraelitas ab idololatria ad ſynceram religionem & pietatem reuocaret. Sed Chriſtus antequam aſcenderet paſſus eſt & mortuus, ſed reuixit, & Reſurrectionis ſuæ gloriam aſcendendo declarauit, & omnia à ſe priùs dicta & facta confirmauit.

In homil. aſcenſionis. 2. Elias in curru igneo Angelorum miniſterio aſcendit, quia (vt ait Gregorius) *Homo purus adiutorio indigebat alieno; nec in cœlum per ſe aſcendere poterat, quem carnis ſuæ infirmitas grauabat.* Chriſtus autem non curru, ſed potentia propria ſine miniſterio Angelorum, in cœlum euectus eſt, quia qui fecerat omnia, ſuper omnia ſua virtute ferebatur.

3. Elias reliquit Elizæo pallium, & duplicia χαρίσματα ſui Spiritus, Chriſtus autem Apoſtolos circundedit pallio ſuo, i. induit eos virtute ex alto, implens eos donis Spiritus ſancti, & tradidit eis poteſtatem edendi miracula duplicia, & Chriſti miraculis maiora[a], non naturâ, ſed numero, & efficacia, ſeu maiore cum effectu; maiore (inquam) non virtute Diſcipulorum, ſed Magiſtri in illis efficacis: præcipuè verò conuerſionem Gentium ad Chriſtum per prædicationem Euangelij.

4. Elias factus eſt Ciuis cœlorum, vni autem Chriſto datum eſt nomen ſupra omne nomen, ac tantò excellentior Angelis factus eſt, quantò præſtantius præ illis ſortitus eſt nomen, Eph. 1. 21. Philip 2. 9. Heb. 1. 4.

a Ioh. 14. 12.

XXI. *Quis finis huius Triumphi?*

1. Vt completum & perfectum eſſe opus noſtræ Redemptionis obſignaret, adductámque æternam iuſtitiam teſtificaretur: quam ob cauſam fidei catholicæ cõfirmationem Auguſtinus vocat. Quò etiam illud facit, Eph. 4. 10. *Aſcendit vt impleret omnia*, ſcilicet quæ de ipſo extabant oracula: quale quod de ipſius Aſcenſione prædictum fuit, & quæ ad Redemptionis noſtræ negotium compleri oportebat. Quo ſenſu dicit Chriſtus Matth. 5. 17. *Non veni ſoluere Legem, ſed πληρῶσαι, adimplere,* i. ſeruare & perficere.

2. Vt ederet illuſtre teſtimonium ſuæ Diuinitatis, à

qui

inuiſibiliter nobis adſit: & quibus cœlum idem eſt quod gloria, quíque cœlum faciunt, Locum quendam ſpiritualem ac incorporeum, qui omnino vbique ſit. At hoc nihil aliud eſt, quàm ſuprema infimis, & infima ſupremis cõmiſcere, & veritatem corporis Chriſti negare.

2. Mores eorum qui prauis affectibus indulgent, glebæ affixi ſunt, carnis opera ſequuntur, reipſa teſtantur, parùm ſibi eſſe curæ cœleſtia, & ſceleribus ſuis potius deſcendunt ad inferna, quàm in cœlum conſcendunt.

LOCVS XXVIII.

De Seſsione Chriſti ad dextram Patris.

I. *Eſt-ne Seſsio Chriſti ad dextram Patris diſtinctus Articulus ab eius Aſcenſione?*

EST: nã Marc. 16.19. manifeſtè diſtinguit, dum ait, Dominum poſtquam loquutus fuiſſet, ſurſum receptum fuiſſe in cœlum, & *ſediſſe ad dextram Dei.*

Deinde, Aſcenſio in cœlum, ſi loci mutationem ſpectes λόγῳ incarnato, Angelis ipſis, Eliæ, & reliquis Electis communis eſt. *At cui vnquã Angelorum dixit, Sede ad dextram meam*, Heb. 1. 13. Ideo Seſsio cum Aſcenſione, nec poteſt, nec debet confundi.

II. *Dextra quid ſignificat?*

Dextra & ſiniſtra propriæ ſunt differentię poſitionum corporalium, & propriæ ſunt hominis, non Dei, quippe qui Spiritus eſt incorporeus, Ioh 4. 24. & proinde neque dextrum, neque ſiniſtrum latus habet, ſed prorſus immenſus & infinitus eſt. Quia autem in dextra manu maxime ineſt & conſpicitur robur hominis, & dextra ipſa

Lib. de reſur. carnis. lianus, *Quemadmodum nobis arrhabonem ſpiritus reliquit, ita & à nobis arrhabonem carnis accepit, & vexit in cælum pignus totius ſummæ illuc quandoque redigendæ: Securi igitur eſtote, Caro & Sanguis: vſurpaſtis enim & cælum & regnum Dei in Chriſto.*

5. Sicut Leuit.16.2. Sacerdos ſummus quotannis non abſque ſanguine intra velum in ſanctum ſanctorum ingrediebatur, vt aſſiſteret Deo pro populo: ita & Chriſtus intrauit in cœlum ad interpellandum pro nobis, vt dicitur Heb.9.24. *Non manu facta ſancta ingreſſus eſt Chriſtus, ſed ipſum cælum, vt appareat nunc in conſpectu Dei pro nobis*, vbi Dei oculos in ſuam iuſtitiam ita conuertit, vt à peccatis noſtris auertat, & ad eius thronum viam ſternit, eúmque gratioſum reddit, qui alioqui miſeris peccatoribus formidabilis eſt.

XXIII. *Quis vſus?*

1. Vt in formidine peccati & mortis, ad Aſcenſionẽ Chriſti confugiamus, quæ victoriæ ipſius contra hoſtes noſtros certiſſimum ſigillum eſt.

2. Vt in tentationibus ſtatuamus eſſe in cœlis, qui pro nobis interpellet, & gratiam Patris nobis conciliet, 1.Ioh.2.1. Filioli, hæc ſcribo vobis ne peccetis, quòd ſiquis peccarit, Aduocatum habemus apud Patrẽ, Ieſum Chriſtum Iuſtum.

3. Vt ſpe noſtræ quondam ad illum aſcenſionis noſtra damna leuemus.

4. Vt quandoquidem in Cœlis iam viuit & regnat caput noſtrum, ibíque noſtrum eſt πολίτευμα, relictis huius ſeculi ſtudiis, ad cœleſtia aſpiremus, Col 3.1. *Si reſurrexiſtis cum Chriſto, ſuperna quærite.*

5. Vt ſciamus videre illum omnia, ac aperta eſſe omnia oculis illius[a], vt nihil ſit quòd animo puſilli ſimus.

XXIV. *Quæ pugnant?*

1. Dogma Vbiquitariorum, qui Aſcenſionem in dubium reuocant, & quibus Aſcendere idem eſt quod diſparere ſeu inuiſibilem fieri: quaſi in Aſcenſione Chriſti nullus corporis motus ex loco in locum factus ſit, ſed mutatio tantùm vt qui priùs viſibiliter in terris verſabatur, nunc inuiſibilis factus, verè tamẽ & corporaliter, ſed inuiſi-

[a] *Heb* 4.13.

1. Metaphoricè tribuitur Deo, Eccleſiæ, & ipſi Chriſto 1. enim Deus dicitur ſtare ad dextram hominū, cùm eis opitulatur, eóſque protegit aduerſus hoſtes & pericula: vt Pſal 16.8. *Poſui Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris meis eſt, ne commouear.* Sic Deus Pater hac ſignificatione dicitur ſtare ad dextram Chriſti Pſal. 110, 5. *Iehoua à dextris tuis, conteret in die iræ ſuæ reges.* i. tibi præſtò eſt: & hoſtes tuos debilitabit. Deinde Eccleſia dicitur ſtare ad dextram Chriſti. i. proximè ipſum dignitatis & honoris gradu frui, Pſal. 45.10. *Regina*, i. Eccleſia, *ſtat à dextra tua*, nempe Chriſti, i. proximo ſtat dignitatis gradu. 3. Chriſtus ad dextram Dei Patris ſedere[a], ſtare[b], & eſſe dicitur[c].

a Marc. 16. 19.
b Act. 7. 55.
c Rom. 8. 34.

V. *Propriéne an metaphoricè Chriſtus dicitur ſedere ad Dextram Patris?*

Non propriè: nam Deitati ipſius nullo modo cōuenit & quamuis corporeæ alteri naturæ poſſit accommodari propria ſignificatione: non eſt tamen exiſtimandum corpus illud glorioſū in cœlis vel perpetuò ſedere, vel moueri, vel ſtare, quanuis verè ſit circunſcriptum & locale; & dextra Dei multò minùs propriè accipienda eſt, cùm Deus ſit incorporeus, vt dictum eſt.

VI. *An-ne, cùm Chriſtus ſedeat ad dextram Patris, ſequitur Patrem ſedere ad ſiniſtram?*

Non, cùm Pater ſit circunſcriptus, & in æterna beatitudine omnis dextra ſit, quia ibi nulla miſeria.

VII. *Quid ergo ſignificatur hac loquendi formula?*

Auguſtinus accipit pro Quieſcere cum Patre in æterna illa beatitudine; hoc enim conuenit Chriſto (inquit) poſt tot exantlatos labores, poſt crucem, & poſt mortē, vt quieſcat beatus in cœlo: non vtique otioſus, regit enim Eccleſiam, & interpellat pro nobis, ſed tamen ſine labore Idem etiam Auguſtinus Dextrā Patris vocat, æternam illam, ineffabilémque fœlicitatem, quò peruenit Filius hominis etiam carnis immortabilitate percepta.

In Expoſit. Symboli.

Contra Serm. Arian. c. 12.

gerendis rebus aptior eſt, & ad confirmandam fidem vſitatior: interdum Dextra hominis, pro potentia, robore, auxilio; operibus, fide data ab homine, accipitur, vt Pſal. 14.48. *Dextra eorum, dextra mendax.*

Deinde ab hominibus, κτ̃ μεταφορὰν ſeu ἀνθρωποπαθῶς ad Deum transfertur, & tum 1. (ſicut manus & brachium Dei virtutem, potentiam, & auxilium ſignificat, vt Pſal. 44.3. *Brachium eorum non ſaluabit eos, ſed dextra tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui.* Et Act 2.33. Dextra Dei exaltatus eſt Chriſtus. 2. Maieſtatem, imperium, gloriam, & honorem Diuinitatis, Pſal. 110. 1 iubetur Chriſtus ſedere ad dextram Patris.

3. Locum beatitudinis & fœlicitatis, qua fruemur in æterna vita, Pſal. 16. 11. *Delectationes in dextra tua in perpetuum*, Et Eph. 1. 20. καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

III. *Quid ſignificat Sedere?*

Propriè Situm corporis deſignat, qui opponitur ſtationi aut motioni. Metalepticè verò habitare, commorari, verſari, quieſcere: & Seſſio habitationem ſignificat, vt Luc. 24.49. *Sedere hic in Ciuitate, vſque quò induamini virtute ex alto.* Quo modo dicimus de aliquo homine, In illa regione ſedit per tres annos.

Deinde Imperare, & regere, vt 1. Reg. 1. 30. *Salomon filius meus ſedebit in ſolio poſt me.* Et Prou. 20. 8. *Rex qui ſedet in ſuo ſolio iudicij, diſſipat omne malum in intuitu ſuo.* Sic de gubernatione Meſſiæ Iſaias 16. 5. *Præparabitur in miſericordia ſolium, ſedebitque ſuper illud in veritate in Tabernaculo Dauid.* Et hoc ſenſu Seſſio, regiam ſeu iudiciariam dignitatem denotat.

IV. *Quid autem ſignificat complexim, Sedere ſiue ſtare ad Dextram alicuius?*

1. In rebus humanis metonymicè ſignificat proximum dignitatis & honoris locum penes aliquem obtinere, vt Pſal. 45. 10. *Adſtat Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.*

2. Regni ſeu Imperij ſocium & conſortem eſſe[a].

3. Auxilium ferre, vt Pſal. 142. 5. *Reſpiciebam ad dextram, an aliquis mihi adſtaret*, ſcilicet ad opem ferendam

4. Meta-

[a] Matt. 20. 21.

X. *Quæ Cauſa Efficiens?*

Pater,cuius voluntate & ordinatione ſedet ad dextram Patris,Pſal.110.*Sede à dextris meis.* Et Eph.1. 20. *Et fecit eũ ſedere Deus ad dextram ſuam in ſupercæleſtibus.*

XI. *Seſsio verò hæc, eſt-ne totius perſonæ, an alterius duntaxat naturæ, putà humanæ?*

Vocabula & phraſes ſecundùm ſubiectam materiam ſunt accipiendæ.Sedere igitur ad dextram Patris,duo declarat.Interdum enim gloriæ,maieſtatis,potẽtiæ, & honoris diuini ſummam æqualitatem: interdum verò qualitatem.i.ſummam perfectionem & fœlicitatem carnis Chriſti ad dextram Dei exaltatæ, quam gratiam habitualem vocant Scholaſtici. Itaque poſtrema ſignificatione, ſeſſio eſt naturæ humanæ, qua ipſa natura humana in Chriſto eſt beatior cœteris creaturis,& ſuper omnes creaturas habet regiam & iudiciariam poteſtatem[a]:ſed priore quæ potiſſima eſt & præcipua totius perſonæ, quia ſicut tota perſona humiliata fuit, ſic & exaltata eſt tota in Reſurrectione, Aſcenſione in cœlos, & Seſſione ad dextram Patris[b].

[a] *Ioh.*5. 27.

[b] *Philip.* 2. 8.9.10.11.

XII. *Sed an ſicut dicitur excitatus à mortuis, non reſpectu diuinæ naturæ, ſed humanæ, ſic etiam dici non debet ſedere ad dextram Patris reſpectu tantùm Humanitatis.*

Non, quia Seſſio Chriſti ad dextram Patris, non eſt proprietas naturæ, ſed eſt ſtatus perſonæ,& ad Mediatoris,Regis,& Sacerdotis officium pertinet. Nomina autẽ officij,id eſt quæ deſignant officium Chriſti,dicuntur de Chriſto reſpectu vtriuſque naturæ. Chriſtus ergo quatenus Deus,non tamẽ ſimpliciter & abſolutè,reſpectu naturæ diuinæ,quam eandem habet cum Patre,ſed quatenus Deus in carne manifeſtatus,ſedet ad dextram Patris ſicut contrà idem Chriſtus, non quatenus homo ſimpliciter,ſed quatenus homo in tali perſona ſubſiſtens,ſedet ad dextram Patris neque enim vlli rei creatæ per ſe cõſideratæ conuenit ſedere ad dextram Patris. Ideo Apo-

2. Damaſceno eſt, Simul cum Patre habere æqualē gloriam Diuinitatis, quam habuit ante ſecula. Et hoc ſenſu propoſitio tranſitiua Ad, ſolam diſtinctionem perſonalem denotat, & originis ordinem, non autem gradum naturæ vel dignitatis, qui nullus eſt in diuinis perſonis.

3. At nos etiam ſignificari dicimus, Chriſtum omnē poteſtatem in cœlo & in terra adeptum eſſe: ſicut ipſemet optimus ſui interpres explicat, Matth. 28. 18. phraſi deſumpta à Rege aut principe aliquo, qui habeat filiū, eúmque vnigenitum, vel primogenitum, quem tandem heredem & ſucceſſorem collocat, ſederéque facit ad dextram ſuam, vt ſecum regnet, & iure damnationis vtatur ſuper omnia, quæ ad Regnum pertinent. Vnde etiā Auguſtinus, *Ipſam dextram intelligite*, (inquit) *poteſtatem, quam accepit ille homo ſuſceptus à Deo, vt veniat iudicaturus, qui priùs venerat iudicandus. Non enim Pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorent Filium ſicut honorant Patrem.* Iohann. 5. 22.

VIII. *Quid eſt igitur Seßio Chriſti ad dextram Patris?*

Eſt ſtatus ipſius ſumè glorioſus, vel exaltationis Chriſti ſummus gradus, in quē ſalua naturarū veritate a Patre collocatus eſt: in quo nō ſolùm quieſcit à laboribus, & ineffabili gloria, ſummâque fœlicitate fruitur; ſed in primis conſtitutus eſt, non ſolùm caput Eccleſię, ſed Rex & Gubernator cœli & terræ, vt vnà cum Patre omnia regat tam in cælo, quàm in terra, ſubiectis illi rebus omnibus creatis.

IX. *Vnde confirmas hanc expoſitionem?*

Ex Pſal. 110. 1. *Sede* (inquit ad Chriſtum Pater) *à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Quod Paulus 1. Cor. 15. 25. exponens dicit, *Oportet illum regnare, donec ponat inimicos ſcabellum pedum eius.* Ergo Sedere eſt Regnare. Et Eph. 1. 21. poſtquam Apoſtolus dixit Chriſtum ſedere ad dextram Dei in cœleſtibus, ſubiicit expoſitionis gratia, eundem exaltatum ſupra omnes principatus & poteſtates. Item omnia ſubiecta eſſe pedibus eius, capútque Eccleſiæ conſtitutum.

Iure quidem ab ipſo primo vnionis hypoſtatycæ momento: actu verò ſeu de facto (vt loquuntur) poſt ipſius perpeſſionem, reſurrectionem, & aſcenſionem: nam ita hos Articulos Scriptura, & Symbolum Apoſtolicum diſtinguit, vt Reſurrectionem, & Aſcenſionem in cœlum, Seſſio ad dextram Patris conſequatur[a]. a Marc.16, 19.

XV. *Quis Locus huius Seßionis ad dextram Patris?*

Luc.24.26. Eph.1.20.21. Heb.1.3. 3.Pet.3.22. Apoc.3.21.

Quoad diuinam naturam, quæ infinita eſt, ſedet Chriſtus ad dextram Patris vbique quoad humanam verò naturam, quæ finita eſt, ibi ſedet vbi eſt cum ſuo corpore, i. poſt Aſcenſionem in cœlis. At non in terris, Col.3.1. *Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ſedens in dextra Dei.* Heb.1 3. *Conſedit in dextra maieſtatis in excelſis.* Et 8.1. *Habemus Pontificem, qui conſedit ad dextram throni maieſtatis illius in cælis*: nam aliud eſt Chriſti ſtatus glorioſus, aliud eſt locus Ideo vtrumque diſtinguit Apoſtolus, Eph.1.20. *Sedit ad dextram Dei ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.* Illud enim Sedere addextram Dei, qualitatem ſeu ſtatum, hoc verò, In ſupercœleſtibus, locum ſignificat.

Status quidem ſemper manet & manebit idem, locus verò mutari à Chriſto poteſt, vt non ſemper vno eodémque loco ſedeat, ſed ibi vbi vult in cœlis, & mutabitur etiam. Nam nunc eſt in tertio illo cœlo, in quod aſcendit, & in quo nō captiuus detinetur, ſed libere verſatur, & de conſilio Patris manebit vſque ad extremū Iudiciū, Act. 5.21 *Quem oportet cœli cupiant*, &c. In extremo autem die in nubibus viſibiliter deſcendet è cœlo, Matt.24.30. (Sedens tamen ſemper ad dextram Patris) Matt. 26.64. *Videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei.* Item 25 31. *Cùm venerit Filius in ſede maieſtatis ſuæ* ad iudicandos viuos & mortuos, peracto Iudicio redibit iterum in cœlos, vbi ipſum ſedentem ad dextram Patris in æternum videbimus, quia cum ipſo ſemper erimus[b]. b Ioh. 14.3. & 17.21. 1.Theſſ.4.17

XVI. *Cur Sedere potiùs dicitur quàm ſtare?*

Vt ſciamus cōmiſſæ ſibi adminiſtrationis poſſeſſionē ſolenniter adiiſſe, nec ſemel tantum adiiſſe, ſed in ea perſtare, donec ad Iudicium deſcendat. Nec obſtat quod ſtolus Heb.1.13.inquiens, *Ad quem Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis* (quaſi dicat, Ad nullum) ex Seſſione Chriſti ad dextram Dei concludit non eſſe Puram Creaturam, ſed verum etiam Deum, Deum ſcilicet manifeſtatum in carne.

Proinde humana in Chriſto natura, ſicut in ſeſe ſimpliciter conſiderata ἀπροσκύνητος ἐστιν ὡς κτίσις, vt ait Damaſc.lib.4.ca.2.adorari non poteſt, cùm ſit Creatura, ſed tantum quatenus perſona filij Dei inſeparabiliter vnita
a Luc.24 52. Lib.4.ca.2. eſt [a]. Adoratur enim vna ὑπόστασις vna adoratione cũ carne eius, ab omni creatura, inquit Damaſcenus. Sic etiã per ſeſe ad dextram Patris ſedere non dicitur, ſed in perſona filij Dei, nempe quia qui idem homo eſt etiam Deus eſt, Patre alioquin gloriam ſuam alteri non daturo. Quanquam eadem humanitas in ſeſe à diuinitate corporaliter inhabitante, tot & tantis gratiis & donis exornata eſt, quot & quanta in Creaturam cadere poſſint, vt ſuper omnes alias Creaturas ineffabiliter emineat, ſiue gradum, ſiue numerum illorum donorum ſpectes, & hæc carnis Chriſti excellentia ipſis etiam Angelis ſit incomprehenſibilis: ſed ſic tamen vt hæc glorificatio non aboleat aut cõfundat proprietates naturæ, nec Seſſio ad dextram ſubiectionem tollat, de qua Ioh 14 2.8. *Pater maior me eſt*. Et 2. Cor. 15.28 *Ipſe filius ſubijcietur ei qui ſubiecit ei omnia:* non in quantum Deus, ſed in quãtum Mediator, caput enim Chriſti, etiam glorificati, eſt Deus 1. Cor. 11.3.

XIII. *Sed annon ſemper regnauit cum Patre, & proinde nónne perpetuò ſedit ad dextram Patris.*

Regnauit quidem, ſed vt Deus nudus ſine carne, ſeu ſua tantum gloria indutus ante humanitatis aſſumptionem, At poſtea in tempore, tanquam Deus carne veſtitus poſt exactum Exinanitionis tempus, cœpit ſedere ad dextram Patris, i. regnare in cœlo & in terra. Ita accepit Regnum quod ante habuit, accepit (inquam) manifeſtationis reſpectu, ſicut res tunc in Scriptura dicitur fieri cum manifeſtatur.

XIV. *Quando cœpit ſedere ad Dextram Patris?*

Iure

Duæ.1.Summa gloria,eáque cum humana & in humana natura ſubiectiuè inhærens , & ex gratia habituali ſuper omnem Creaturam refulgens: tum diuina à Deitate inhabitante in humana natura proficiſcẽs.Hinc Act. 7.55.56.Stephanus vidit gloriã Dei & cœlos apertos , & Chriſtum ſtantem ad Dextram Patris ,i.in ſtatu ſummè glorioſo,ſeu diuina & humana natura refulgentem.

2. Plena Regni adminiſtratio , qua Chriſtus ſic ſummè glorioſus,dominium in res creatas omnes in cœlo & in terra exercet, Eph.1.20.21.22. *Hunc Ieſum ſuſcitatum à mortuis Deus ſedere fecit ad dextram ſuam in cœlis , longè ſupra omne imperium ac poteſtatem , & potentiam & dominationem , & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro.* Et 1. Pet.3. 22. *Qui eſt ad dextram Dei profectus in cœlum ſubiectis ipſi Angelis,& poteſtatibus,ac virtutibus.*

XX. *Quis finis?*

1 Vt extremam humilitatem & infamiam ſumma maieſtas & gloria conſequeretur.

2. Vt fœliciſſima quiete,corpore ſimul & anima fruatur.

3. Vt eius maieſtatem , cùm cœleſtes , tum terrenæ Creaturæ ſuſpiciant,manu eius regantur , nutũ intueãtur,virtuti ſubiectę ſint, Philipp 1.9.10. Deus ipſum in ſummam extulit ſublimitatẽ,ac donauit ei nomen quod eſt ſupra omne nomen;vt ad nomen Ieſu omne genu ſe flectat,& cœleſtium,ac terreſtrium,& ſubterraneorum.

XXI. *Quæ Effecta ſeu fructus?*

1. Quòd domat omnes ſuos & ſuorum hoſtes.

2. Suos Spiritu ſuo regit,& paulatim perficit.

3. Sua ad Patrem Interceſſione, ſacrificiíque perpetuo vigore,ſuis pacem obtinet,Heb.7.25. ſemper viuens vt interpellet pro eis , efficítque vt Pater Electos ſuos omnes in Filio ſuo acceptos & gratos habeat, paternóque ſemper affectu complectatur : & Patri perpetuò in cœlis apparens, vt vnicus Mediator illorum preces ſacrificij ſui odore ſãctificat,& Deo Patri offert, acceptáſquè reddit,Rom.8.34.Chriſtus ſedet ad dextram Dei , & pro nobis interpellat.

4. Res omnes in ſua poteſtate habens,Eccleſiã ſuam

Act. 7. 56. dicitur Stephanus illum ſtantem ad dextram Dei vidiſſe: nam Seſſionis voce non ſitus aut diſpoſitio corporis, ſed Imperij maieſtas, ſignificatur, ſicut Stationis voce, aduocatio & præſentia ad defenſionem, deſignatur. vnde Gregorius *In Homil. Aſcenſionis*, *Sedere*, (inquit) *eſt iudicantis, ſtare verò pugnantis & adiuuantis. Stephanus ergo in labore certaminis poſitus, ſtantem vidit, quem adiutorem habuit: ſed tunc poſt Aſcenſionem Marcus ſedere deſcribit, quia poſt Aſcenſionis gloriam Iudex in fine videbitur.* Hæc ille.

XVII. *Annon Seſſionem Chriſti ad dextram Patris ſequitur Corporis ipſius omnipræſentia, cùm Dextra Patris, ad quam ſedet, ſit vbique?*

1. Non magis certè quàm æternitas aut Incorporeitas, cùm eadem dextra ſit incorporea & æterna.

2. Cur non dicitur eſſe ipſa dextra, ſed figuratè, Ad dextram ſedere. Non autem valet argumentum à figurata dictione ad propriam.

3. Nos quoque collocandi ſumus ad dextram Chriſti, nec tamen vbique futuri.

4. Poteſt quis in pluribus locis regnare, etiamſi in illis non ſit eſſentialiter: proinde ridiculum eſt tam latè patère velle humanitatis Chriſti eſſentiam, quàm eius imperium, vel contrà potentiam & eſſentiam ipſius iiſdē terminis circunſcribere. Neque hęc Seſſio tollit eſſentialia naturæ humanæ idiomata, quibus ſublatis natura humana non glorificaretur, ſed aboleretur.

XVIIJ. *Sed quid? Annon Chriſtus eſt vbique?*

Eſt, ſed communicatione ἰδιωμάτων. ad ſignificandam ſummam illam duarum naturarum in Chriſto vno coniunctionem, iuxta illud Ioh. 3. 13. *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit è cælo, Filius hominis qui eſt in cælo.* Chriſtus enim adeò vnus eſt, vt quod ei ſecundùm vnam tantùm naturam proprium eſt, interdum toti Chriſto tribuatur ſecundum perſonæ vnitatem.

XIX. *Quot ſunt huius Seſſionis partes?*

Duæ

2. Subleuat mentes noſtras ad cœlum,& facit vt mēte & affectu ibi verſemur,vbi caput noſtrum eſt,ſicut iā in ipſo ſumus extra hunc mundum.

3. Videmus,quid nobis quoque, qui ſumus membra Chriſti,ſperandum ſit. Quem vtrumque vſum explicat Apoſtolus, Philip.3.20.21. Noſtrum πολίτευμα in cœlis eſt, vnde etiam Seruatorem expectamus Dominum Ieſum Chriſtum,qui transfigurabit corpus noſtrum humile, vt conforme fiat ſuo corpori glorioſo pro efficacitate, qua poteſt etiam ſibi ſubiicere omnia.

4. Heb.4.16. *Accedimus cum fiducia ad thronum gratiæ Dei*,quippe.cap.8.1. *talem habemus Pontificem,qui conſedit ad dextram throni maieſtatis illius in cœlis.*

XXIV. *Quid repugnat?*

1. Error eorum qui vnionem perſonalem naturæ diuinæ & humanæ,vocant Seſſionem ad dextram Dei, vel hanc tum cùm illa cœpit factam eſſe aſſerunt,vel illam ad huius explicationem adhibent: Sic enim confundunt Articulos Symboli fidei noſtræ.

2. Vbiquitariorum, qui Seſſionem ad dextram Dei modum maieſtatis vocant, quo putant Carnem Chriſti factam omnipræſentem,quod eſt Chriſto veritatem carnis detrahere.

3. Error Pontificiorum,de Interceſſione & patrocinio Angelorum & Sanctorum demortuorum, ac ſi hi noſtri Patroni,aduocati,& mediatores eſſent,vt Dei gratiam nobis precibus ſuis ac meritis concilient, & preces noſtras ad Deum deferant: contra id quod dicitur, 1. Timot.2.5. *Vnus eſt Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus*: Et mādatum Chriſti, Iohan.15.16.& 16.23. *Quicquid petieritis Patrem,in nomine meo petite.* Et illud Eſa.63.16. *Abraham neſciuit nos: & Iſrael ignorauit nos.*

adhuc in terris militantem variis mediis aduerſus omnes inſultus Satanæ potentiſſimè defendit & conſeruat.

5. Membra ſua pro eorum modulo iam ad illius æternæ gloriæ conſortium admittit, non tantùm δυνάμει, non iure, aut certa ſpe tantũ ſed actu, verùm in ſeſe tanquam in capite ceu mẽbra capiti coniuncta, (triplici nimirum nexu) 1. Æternę Prędeſtinationis, quo nos in ſua mẽbra elegit: Deinde nexu carnis, quo carnẽ noſtrã ſibi hypoſtatica vnione copulauit, quãquam non in vniuerſali, alioquin cuilibet homini conueniret eſſe Dei verbi, ſicut conuenit Chriſto, ſed in ἀτόμῳ, in indiuiduo (vt loquitur Damaſc. l. 1. c. 11.) 3 nexu Spiritus quo nobis communicato ſuo Spiritu, nos ſibi arctiſſimè cõiungit, & carnẽ de carne ſua, & oſſa de oſſibus ſuis facit. Eph. 2. 6 *Vnáque excitauit, vnáque collocauit in cœlis in Chriſto Ieſu.* In futuro autem ſeculo, reipſa pleniſſima poſſeſſione ad huius æternæ gloriæ conſortium admittet. nam Matth. 25. 33. *Statuet oues ad dextram ſuam.* Et 19. 28 Chriſto in cœlis aſſeſſores futuri dicimur. Et 1. Cor. 6. 2. 3. mundum & Angelos iudicaturi, & cum Chriſto regnaturi. Apoc. 3. 21. *Qui vicerit tribuam ei vt ſedeat mecum in throno meo, vt ego vici, & ſedeo cum Patre meo in throno eius.* Et Ioh. 17. 24. *Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego & illi ſint mecum:* ſic tamen vt Chriſtus tanquam caput ſemper emineat.

XXII. *Quid eſt ergo quod Chriſtus ait Matt. 20. 23. Sedere ad dextram meam & ſiniſtrã meam non eſt meum dare, ſed dabitur quibus paratum eſt à Patre?*

Loquitur ex eorum ſententia à quibus compellabatur, & qui mundanum Meſſiæ regnũ ſomniabant; nec poteſtati ſuæ quicquam derogat, ſed ſignificat ſibi non eſſe iniunctum à Patre, vt cuiuis gradum aſſignet in Regno cœlorum, ſed vt viam ad illud doceat.

XXIII. *Quis Vſus huius Doctrinæ?*

1. Illa exaltatio oſtendit Mediatorem non eſſe tantum hominem, ſed verè & eſſentialiter Deum, quò firmior ſit noſtra in eum fiducia.

2. Subleuat

tia autē firmum aſſenſum generat, ſed adhibitis demonſtrationib. quia Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciēs ſcire. At fides authoritate nititur, & prout ad rem noſtram facit ex afflatu Spiritus Sāčti, verbo Dei aſſenſum firmū præbet ipſiúſque Dei authoritate nititur.

III. *Quæ ſunt fidei ſignificata in Sacris?*

Varia, quæ etiam varias fidei ſpecies conſtituunt.

1. Significat fidelitatem, veritatem, & conſtantiam in ſeruandis promiſſis & conuentis, Rom. 3.3. Et ſic vſurpatur in vulgari verſu Sophoclis, θνήσκει μὲν πίστις, βλαστάνει δ᾽ ἀπιστία.

2. Doctrinam fidei ſeu Euangelium cui creditur: nā Magiſter Sent. lib. 3. diſtinct. 23. erudité ait, Fidem interdum eſſe id quo credimus, interdum verò id quod credimus, Gal. 23. *Qui perſequebatur nos, nunc euangelizat fidem quam olim vaſtabat.* Ad Titum, 1.13. *Redarguito eos, vt ſint ſani in fide.*

3. Profeſſionem religionis, ſeu veram id eſt religionis zelum, vt Rom. 1.8 *Fides veſtra prædicatur in toto mundo*, id eſt laudatur veſtra fidei Chriſtianæ profeſſio: ſeu fictam & externam, Iacobi 2.24. *Ex operibus iuſtificatur homo, non ex fide tantùm.* Hæc dicitur fides mortua, inefficax, & hypocritica.

4. Declarat nudam notitiā beneficij Chriſti, & perſuaſionem de omni verbo Dei, quod verum ſit, ibidem Iacobi 2.24. Et ſic dæmones fidem habent, & cōtremiſcunt, Iacobi 2.19. Hæc dicitur hiſtorica, communis piis & impiis, & proinde à naturali quoque lumine, & argumentis humanæ rationi comprehenſibilibus oritur abſque vlla Spiritus Sancti peculiari illuſtratione.

5. Notitiam, aſſenſionem, & perſuaſionem de gratia Dei, ſed caducam, vt quæ in Chriſto radices non agat, ſicut in parabola ſeminis, Luc. 8.13. Sed ſicut Arbor non ſatis altè plantata, temporis ſucceſſu areſcit, qualiter dicitur crediſſe Simon ille Magus, Act. 8.13. & apoſtatæ, qui Euāgelicę doctrinę ſuauitatē aliquo modo guſtarūt, ſed eā non deglutiuerunt, aut concoxerunt, vitali quippe calore Spiritus Sancti deſtituti. Heb. 4.6.5.6. quæ fides ab inferiore quidem operatione. Sp. Sācti, ſed nō à Spiri-

LOCVS XXIX.

De Fide.

I. *Vnde dicitur Fides?*

LATINIS à fio, quòd id fiat quod ab aliqu dictum, aut promiſſum eſt: & alias actiuè, a liàs paſſiuè ſignificat, vt in promittente dar & ſeruare fidem, in credente habere fiden Apud Hebræos à firmitate & conſtãtia dictorum & pro miſſionum dicitur *Emunah*, à verbo אמן, verum fuit, vn de *Amen*, dictio omnibus nota, Verum eſto, ſeu firmu & ratum ſit. Græci Πίστιν vocant, à 3 præt. paſſ. πέπεισμαι verbi πείθομαι, doceor, perſuadeor, aſſentior, & planè cre do, vt Rom. 8.38. πέπεισμαι, *certò perſuaſus ſum, quod ne que mors, neque quicquam aliud nos ſeparabit à dilectione Dei*. Acti uum eſt Πείθω, *ſuadeo*, doceo, vt 1. Ioh. 13. 19. *Coram Deo πεί σομεν ſecura reddemus*, vel perſuadebimus *corda noſtra*. Præt medium πέποιθα, *confido* vt Rom. 2. 19. πέποιθας, *con dis te eſſe Doctorem imperitorum*. Et Philip. 1. 6. πεποιθὼς, *per ſuaſum habens*, id eſt certò ſciens ac fidẽs *hoc ipſum qui qui cœpit bonum, perficiet vſque ad diem Chriſti*. Sic vox π στεως rectè reſpondet ſuæ origini, vt ſit quædam filia πείθειν ſeu τοῦ πείθοντος, docentis & perſuadentis. Hinc Valla fidem, perſuaſionem, ſeu firmam aſſenſionem re ctè vocari cenſet. Ab hoc fit verbum πιστεύω, aſſentior, cre do, confido, vt in illo Phocylidis,

> Λαῷ μὴ πίστευε, πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος.

id eſt *Ne fide vulgo: nam inconſtans turba eſt*, modò hoc, mo dò illud probat vel improbat.

II. *Quid differt Fides ab Opinione & Scienti*

Opinio dicitur quæ in alteram partam propendet, non ſine metu aut dubitatione veritatis ex altera parte. Sci id eſt credite mihi, *& viuet anima veſtra.* Et Ioh.20.31. Hæc ſcripta ſuntvt credatis. Et verbum Dei nõ eſt modo obiectum in quod vnicum fides collimare debet, ſed etiam baſis qua fulcitur & ſuſtinetur, vnde ſi vel minimùm declinat, corruit. Ideo Paulus Rom. 10 17. *Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Vnde colligimus Nihil pro doctrina fidei & religione habendum, quod Dei verbo non ſit proditum.

Sed principale, primum, proximum, & proprium fidei cuius apprehenſionem iuſtificat, Obiectum eſt Chriſtus crucifixus, cum ſuis beneficiis omnibus, quatenus in Verbo & Sacramentis offertur, & in Chriſto Deus Pater, 1. Petr.1.21. *Per Chriſtum creditis in Deum qui excitauit eum à mortuis, & gloriam ei dedit, vt fides & ſpes veſtra in Deo eſſet:* Vel promiſſio Euangelij propria de gratuita miſericordia Dei propter filium remittentis peccata, & acceptantis credentes ad vitam æternam, *Qui credit in me, habet vitam æternam*, Ioh. 6.47. Hîc *Lex non eſt ex fide*, Galat.3. 12. Et hæc fides propriè & ſpecialiter dicitur Saluifica, & iuſtificans. Et hoc obiecto fides Chriſtiana à ſectis omnibus diſcernitur, quæ in Deum quidem ſe credere profitentur, ſed non in Chriſtum.

VI. *Quot ſunt partes Integrales fidem conſtituentes?*

Tres. 1. φωτισμός, illuminatio ſiue notitia in mente, Chriſti crucifixi, & beneficiorum eius non quæ eſt ex eo corporeis oculis conſpecto, ſed quæ eſt ex eo nobis in Verbo & Sacramentis oblato [a], quæ notitia aliis etiam quàm iuſtificatis communis eſſe poteſt, Heb.10.26. *Vltrò peccantibus*, i, ex profeſſo in vniuerſum à Chriſto reſilientibus *nobis poſt acceptam τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, non iam pro peccatis relinquitur hoſtia.*

2. Συγκατάθεσις conſenſus & iudicium itidem in mente approbans tanquam verum, ipſámque Dei veritatem, quod in verbo de Chriſto, eiúſque beneficiis docetur. De quo conſenſu & iudicio, Rom. 7.16. *Conſentio Legi quod bona ſit.* Et 1. Cor. 2.15. *Spiritualis iudicat omnia.* Sed non ſufficit hoc generale iudicium, niſi adſit ſpeciale quoque quo ſibi adiudicat credẽs res illas bonas & ſalutares, quæ

[a] 1. Tim.2. 4.

tu Adoptionis proficiſcitur, Hæc dicitur temporaria.

6. Denotat aliquando certam perſuaſionem de futuro aliquo effectu miraculoſo, conceptam ex reuelatione, a Matt. 7. 12. & 17. 19. 20. aut promiſſione ſingulari, aut motu Spiritus Sancti, Cuius obiectum eſt Dei potentia miraculorum effectrix[a], 1. Cor. 12. 9. Alteri datur fides per eundem Spiritum. Et 13. 2. Si habuero totam fidem id eſt iſtius fidei miraculoſæ quandam perfectionem, vt montes transferã &c. Significat etiam fiduciam conſequendi particulare aliquod obiectum, vt Act: 14. 9. Quidam vir Lyſtris captus pedibus fidem habet ſe à Paulo liberatum iri: quam appellãt fidem miraculorum, & fidem ſpecialem, illam actiuam, hanc paſſiuam. Et huic miraculorum fidei ſua quoque opponitur dubitatio, grauiter in ipſo Moſe & Aarone[b], b Num. 20. 12. in diſcipulis[c], & in Petro[d] reprehenſa.

c Matt. 17. 20. d Matt. 14. 31. 7. Denotat fidem ſalutarem, omnibus Chriſti veris membris communem; de qua hoc loco nobis inſtitutus eſt ſermo.

IV. *Eſt-ne fidei nomen Abſolutum an Relatum?*

Relatum, præſertim apud Paulum, quia ei ineſt reſpectus ad Obiectum, nec poteſt definiri fides, niſi facta mentione Correlatiui ſui, id eſt promiſſæ miſericordiæ propter Chriſtum.

V. *Quod eſt Obiectum fidei?*

Obiectum fidei adæquatum, vt vocant, id eſt extra quod fides ſe non extendit, eſt omne verbum Dei in genere, Prophetarum & Apoſtolorũ libris deſcriptũ. Hinc fides generalis exiſtit, qua ea quæ in Dei verbo nobis reuelata ſunt, vera eſſe perſuaſum habemus, non propter argumenta rationis, ſed qua certi ſumus per Spiritum Sanctum intus in cordibus à Deo qui verax eſt, & omnipotens, illa tradita & propoſita eſſe; Hac fide intelligimus mundum conſtructum eſſe verbo Dei, Heb. 11. 3. ex nihilo, (contra philoſophorum omnium axioma. Ex nihilo nihil fit, cùm alioquin naturæ ipſius teſtimonio liceat agnoſcere conditum eſſe mundum) quam fides Iuſtificans neceſſariò præſupponit, ipſa tamen per ſe non iuſtificat. De hac Dominus apud Eſaiam 55. 3. *Audite me*

id eſt

ticulo Trinitatis[a], ſed baſim & quaſi fulcrum intelligit, cui mens innititur & incumbit, ad ſignificandum fidem certam quandam eſſe ac ſecuram poſſeſſionem eorum, quæ nobis à Deo promiſſa ſunt, vt Pſalm. 39. 8. ὑπόστασίς μου, παρὰ σοῦ ἐστι, id eſt conſtans fiducia. Et Heb. 3. 14. *Participes Chriſti facti ſumus, ſi modò* τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως, *principium illud quo ſuſtentamur* ſeu fulcimur *firmum retinuerimus ad finem vſque.* Alij Exiſtentiam ſeu Subſiſtentiam vertunt, quòd fides quadātenus faciat exiſtere quæ non ſunt, tanquam ſint, id eſt præſentia ſiſtat quæ ſunt in expectatione.

Budæus vertit Fortitudinem, ſeu animi præſentiam, Qua ſignificatione vſurpatur, 2. Cor. 9. 4. *Ne pudefiamus* ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως, *id eſt in præſidente gloriatione*, & cap. 11 17. Deducta voce à verbo ὑφίσταμαι, quod eſt ſuſtineo, excipio, non cedo irruenti. Hinc miles ὑποστατικός, qui fidens eſt, atque aduerſariis haud terga vertit, ſed it obuiam & reſiſtit & ὑπόστασις, cōfidentia, qua quiſpiam intrepidè conſiſtit, fixóque pede aduerſarium inuadentem excipit Et quidem hæc illuſtris ſignificatio optimè fidei conuenit Eſt enim in credendo opus fortitudine & tolerantia, eſt carni reſiſtendū, vincenda ratio, reſiſtendum conſcientiæ noſtræ, peccato, iræ Dei, aliíſque omnibus, quibus aſſenſus fidelis impeditur & oppugnatur. Huiuſmodi clypeo ἑπταβοείῳ nos oportet eſſe armatos, quò poſſimus omnia tela Diaboli ignita excipere & extinguere, Eph. 6. 17. & mundum vincere 1. Iohan. 5 4.

Ἔλεγχος autem eſt non refutatio, aut redargutio, ſed argumentum & demonſtratio, id eſt certitudo, qua mens conuicta diuinis teſtimoniis firmiſſimè amplectitur diuinas promiſſiones.

At vocibus ἐλπιζομένων καὶ οὐ βλεπομένων, intelligitur Euangelium, & quę Euangelio offeruntur, Chriſti conſortium, remiſſio peccatorum, Iuſtificatio, Reſurrectio, & vita æterna. Nā hæc ſunt quæ ſperamus, quæque nó apparent, & per ſeſe noſtræ rationi minimè ſunt veriſimilia, adeoque myſteria ſalutis ſunt in ſe ſuáque naturâ inuiſibilia: ſed quæ mente & ſpe cernimus, in Dei verbo intuemur, eáque pro factis & impletis, & iam præſentibus habemus.

[a] Heb. 1. 3.

offeruntur in Verbo, id eſt vniuerſalem promiſſionem vitæ æternæ per ſanguinem Chriſti omnibus credentibus acquiſitæ, hoc eſt, ad ſe pertinere iudicat. Atque ex hoc iudicio manat πληροφορία, id eſt plena perſuaſio fidei, de qua Heb. 10. 22.

3. Pars eſt Cordis apprehenſio in voluntate ſeu corde, qua fit vt corde & voluntate tanquam manu apprehendamus, & ambabus vlnis amplectamur, id quod mẽs noſtra non verummodò, ſed etiam bonum, ſanctum & ſalutare, & ad nos quoque peculiariter pertinere iudicauit, Rom. 10. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam.*

VII. *Quid eſt Fides?*

Eſt notitia, aſſenſus, expetitio promiſſæ in Verbo gratiæ, adeóque ſalutis propter Chriſtum obtinendæ firma fiducia & apprehenſio. Vel, fides eſt diuinæ erga nos beneuolentiæ firma certáque cognitio, quæ gratuitæ in Chriſto promiſſioni fundata per Sp. Sanctum reuelatur mentibus noſtris, & cordibus obſignatur. Vel, fides eſt ex mentis notitia & approbatione, iudicióque ſpeciali voluntate ſiue cordis deſiderium & apprehenſio, qua Chriſtum crucifixum cum beneficiis ſuis in Verbo & Sacramentis oblatum ſinguli καθ' ἰδίαν nobis ipſis applicamus. Vel, fides eſt organum, inſtrumentum, & medium illud quo homo peccator Chriſtum totum cum omnibus beneficiis eius apprehendit, ſibi applicat, & Chriſto vnitur ac viuit. Apoſtolus Heb 11. 1. κατ' ἔπαινον fidem deſcribens ait, Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. Paulus autem Rom. 4. 20. 21. ὡς ἐν τύπῳ fidem depingens, Abrahæ Patris credentium exemplum adducit, aítque, *Aduerſus promiſſionem autem Dei non diſceptauit infidelitate, ſed robuſtus factus eſt fide, tributa gloria Deo, ac planè perſuaſum habens eum, quod promiſerat, poſſe etiam facere.*

VIII. *Anne deſcriptio illa fidei, Heb. 11. 1. à reliquis aliena eſt?*

Non, quando in ea mentio fit accurata tum formæ fidei, quæ declaratur τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἐλέγχου vocabulis, tum obiectorum, nimirum rerum ſperandarum & inuiſibilium. Nam per ὑπόστασιν, non perſonam, vt in Ar-

ticulo

inſtaurator, qui fuit eius ad hanc vitam creator, 1. Corinth. 3. 7. *Neque is qui plantat eſt aliquid, neque qui irrigat, ſed Deus qui dat incrementum.* Et cap. 15 10. *Plus aliis laboraui. non ego tamen, ſed gratia Dei quæ mecum eſt*, ſeu quæ mihi adfuit. Si vox Euangelizantis ἔξωθεν ſeruit Chriſto per Spiritum Sanctum ἔσωθεν nos alloquenti. Hinc Euangelium δύναμις θεοῦ, Rom. 1. 16. Et Iſa. 53. 1. *Brachium Dei*, id eſt organum Dei verè potens & efficax ad ſeruandum.

XI. *Annon poteſt Deus abſque prædicatione verbi, aut miniſterio Eccleſiæ interno afflatu fidem in ſuis creare?*

Poteſt, vt olim in Paulo, ſed extra ordinem, & rariſſimè, nec à nobis hoc expetendum eſt, aut temere admittendum. Fidei autem dignoſcendæ, an verè à Deo ſit, perpetua hæc ratio eſt, quod eam ſemper cũ verbo Prophetico & Apoſtolico ſcripto conſentire oporteat.

XII. *Anne fidem plenam & perfectam vno momento creat Deus in cordibus noſtris?*

Minime: ſed per incremẽta, certóſque gradus, quáque menſura, & quando libuit, iiſque mediis quibus eam plãtat in cordibus noſtris, (ſicuti Philoſophi dicũt. Nos ex iiſdem eſſe & nutriri, & ſicut infans eodem ſanguine vnde natus eſt in lac conuerſo alitur & prouehitur) eandẽ fouet & confirmat, frequenti ſcilicet auditione verbi Dei. 1. Petr. 2. 2. *Vt modò geniti infantes lac illud ſermonis ſyncerum expetite, vt per illud adoleſcatis.* Eſt enim, inquit Chryſoſtomus, *fides noſtra inſtar lampadis accenſæ, quæ facilè extinguitur, niſi ſubinde infundatur oleum*: oleum eſt verbum Dei.

2. Sacramenti Cœnę vſu frequenti, iuxta mandatum Chriſti, & Edite & bibite.

3. Aſſiduis precibus cum Dauide, Pſal. 68. 29. *Domine, confirma quod in nobis es operatus*, Et Apoſtolis, Luc. 17. 5. *Domine adauge nobis fidem.*

4. Studio ſanctæ vitæ & Charitatis in proximum, 1.

IX. *Quotuplex eſt Fides?*

Non multiplex, ſed vna eſt, Eph 4. 5. *Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma.* Vna autem non reſpectu Subiectorum; quia hac ratione tot ſunt numero fides, id eſt dona fidei, quot ſunt credentes, ſed vna eſt & ſemper fuit ſpecie, id eſt reſpectu rei creditæ, atque Obiecti, in quod recumbit. Obiectum enim hoc vnum tantum eſt, videlicet gratia ac miſericordia in Chriſto propoſita omnibus credentibus iam inde ab initio mundi.

X. *Quæ eſt cauſa Efficiens fidei.*

Deus liberrime agens, qui eam pro gratuita ſua beneuolentia donat cui vult, Ioh. 6. 29. *Hoc eſt opus Dei vt credatis in eum quem miſit ille.* Act.16.14. *Deus adaperuit cor Lydiæ, vt attenderet ea quæ dicebantur à Paulo.* Rom.12. 3. *Deus partitus eſt cuique menſuram fidei.* Philip.1.29. *Gratis datum eſt vobis in Chriſti negotio non ſolùm in eum credere, ſed etiam pro eo pati.*

Συναίτια, Filius, & Spiritus Sanctus, quia (ſicut alias dicitur) Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa: Luc. 24. 32. 45. *Chriſtus aperuit mentem diſcipulorum, vt intelligerent Scripturas.* Et Heb. 12. 2. *Reſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum Chriſtum.* 2. Cor. 4, 13. *Habes eundem Spiritum fidei*, id eſt fidem ex eiuſdem Spiritus Sancti afflatu & dono.

Συνεργοὶ ſeu Cooperarij Dei, ſunt miniſtri verbi, 1. Cor. 3. 5. *Quis Apollos, & quis Paulus niſi Miniſtri per quos,* id eſt, per quorum *prædicationem credidiſtis.*

Inſtrumentalis ſeu organica, Auditus verbi Dei, per quod Spiritus efficaciam ſuam exerit, Rom. 10. 17. *Fides eſt ex auditu, auditus per verbum Dei.* Hinc fides, fructus labiorum, id eſt ſermonum Dei dicitur, Iſa. 57. 16. Et Act. 10. 44. *Petro loquenti hæc verba, illapſus eſt Spiritus Sanctus in omnes qui audiebant hunc ſermonem.* Deinde etiam Sacramentorum aſpectio & vſus. Et in hûc finem Deus Miniſterium in Eccleſia inſtituit, ſic tamen vt nulla vis, vel ad miniſtros loquentes, vel ad ipſa verba, aut Sacramenta referenda ſit: cùm nullum aliud habeant effectum,
a *Marc.*16. 20. quàm menti noſtræ repræſentare res quibus ſignificandis adhibentur, ex Dei ordinatione, ſed ab vnico Deo
1 *Cor.*12.6. emanet [a], & vnus idémque ſit hominis ad æternã vitam inſtau-

XVI. *Annon tamen ſunt adhuc multa nobis in verbo implicita, quæ credere nos decet?*

Sunt ſanè, quia multis adhuc ignorantiæ nebulis circũdati, nõ omnia aſſequimur: cuius plurima exẽpla in Chriſti diſcipulis notare licet, plenã iluminationẽ nondũ adeptis & in iis, qui tantùm miraculis Chriſti excitati, nõ vltrà progreſſi ſunt, quàm vt Chriſtũ promiſſũ eſſe Meſſiam agnoſcerent, Ioh. 2. 23.[a]. Item in iis qui primis tantùm religionis elemẽtis imbuti ſunt, quorum omniũ fides hactenus implicita dici poteſt, ſed craſſam ignorãtiã rerum diuinarum, & ἀναισθησίαν, qua quis Eccleſiæ iudicio de rebus incognitis aſſentiatur, vt fidem implicitam laudare abſurdum eſt. Nam vt dicitur Rom. 1. 17. *Iuſtus viuet ex fide.* Et cap. 16. 19 *Volo vos ſapientes eſſe in bono*, id eſt in cognitione veritatis, & prudẽtia quoque inſtructos vt bona amplecti, mala vitare, fraudes, & laqueos Pſeudoprophetarum effugere, illis etiam apertè obſiſtere poſſitis: Contrà, ſimplices in malo. Et 1. Cor. 11. 28. *Vnuſquiſque probet ſeipſum.* Et 2. Cor. 13. 5. *Vos ipſos tentate, an ſitis in fide.* Et 2. Petr. 1. 5. *Omni collato ſtudio adiicite fidei veſtræ virtutem, virtuti verò,* τὴν γνῶσιν, *ſcientiam & intelligentiam.* Ex quibus patet, Putidum eſſe fidei implicitæ figmentum.

[a] & 6.26.

XVII. *Annon cùm de Abrahamo dicatur,* οὐ διεκρίθη, *non diſceptauit, Rom. 4. 20. citra omne iudicium & diſquiſitionem ſimpliciter omnia nobis ſunt credenda, quæ à Deo dicta perhibentur?*

1. Certum eſt Abrahamum promiſſionem, cui fidẽ habuit, præclarè intellexiſſe.

2. Aliud eſt iudicium merè humanum, & intelligentiæ carnis proprium, quod viget in animali homine, quod certè in negotio fidei admittendum non eſt; aliud autem Iudicium hominis ſpiritualis qui diiudicat omnia, id eſt intelligit ac perſpicit vi & afflatu Spiritus Sancti, ipſe verò à nemine diiudicatur, 1. Cor. 2. 14. 15. ſcilicet homine. Nam ne tum quidem cùm Prophetæ de Prophetis iudicant, cap. 14. 29. hominis eſt, ſed Spiritus iudicium tanta

Tim.1.19, *Retine fidem & bonã conſcientiam.* Et 2. Petr.1.10. *Per bona opera certam reddamus vocationem noſtram.*

XIII. *Anne fides eâdem menſura omnibus credentibus datur?*

Non, ſed aliis maior, aliis minor[a]: nemini tamẽ minor datur, quàm ad ſalutem ſufficiat; Deo ſic moderante, vt quibus plura ſunt certamina ſubeunda, & in quibus ſpecimina quædam, maiora gloriæ ac virtutis ſuæ mundo proponit, abundantiorem fidei menſuram det; nõ vt per hanc plus ſalutis acquirant, ſed vt glorię ipſius ſingulariter illuſtrandæ ſeruiant, & infirmioribus præſint.

a Rom.12.3. 6. Eph.4.16.

XIV. *Annon & fidei Obiectum eſt quicquid Eccleſia præcipit?*

Põtificij affirmant, neque interim definiunt, quę ſint Eccleſiæ illius notę legitimæ, ſed ſub ſpecioſo hoc nomine hominibus illudũt: cùm nulla alia ſit Eccleſia, quàm quæ vnius Sponſi vocem audit[b]; ſeu qui etiam fidem implicitam, ſeu fidem Carbonarij laudant, quæ abſque inquiſitione & cognitione in genere credat quod credit Eccleſia, nec de ſingulis intelligẽdis laboret. Nos negamus quia fides vniuocè dicta, eſt agnitio veritatis[c]: & ἔλεγχος argumentum demonſtratiuum, & conuincens[d]. Ergo nõ eſt ignoratio ex Eccleſiæ reuerentia, ſed explicita Dei & propitiæ volũtatis ipſius erga nos, Chriſtíque in iuſtitiã, Sanctificationem & Redemptionem nobis à Patre dati cognitio, quæ non aliunde quàm ex Dei verbo percipitur: vnde Paulus Rom.1.17. fidem definit quæ præſtatur Euangelio.

b Ioh.10.4. 5.27.

c 1. Tim 2. 4. ad Titum 1.1.

d Heb.11.1.

XV. *An cùm fides implicita nulla ſit fides, de omnibus neceſſaria eſt modis omnibus explicita fides?*

Si vera fides eſt quæ explicita eſt, non quidem omniũ Scripturæ partium in vniuerſum. ſed tamen præcipuorum, & ad ſalutem ſcitu neceſſariorum capitum: tum ſequitur veram eſſe fidem quam præcipuorum capitum religionis notitia, & in dies proficiendi ſtudium commendant,

XVI. *Annon*

Euangelium. Nam paruos credentes, non ætatis, ſed ταπεινοφροσύνης ratione a Chriſto deſignari, Matth. 18.6. palàm eſt: cùm de iis diſſerat, qui dictis aut factis offendi poſſunt, quod in infantes non cadit, nulla dum intelligẽtia prædiтos. Quanquam non negandum eſt eos quadã peculiari Dei Prouidentia regi, & ſemen quoddam fidei infantibus electis infundi.

XXI. *Eſt-ne vera fides alia informis, alia verò formata?*

1. Sic volũt quidam Scholaſtici, qui fidem informẽ vocant eiuſmodi aſſenſum, quo quilibet etiam Dei contemptor recipit quod ex Scriptura profertur, ſine vllo pio cordis affectu. Formatam verò cùm ad illum aſſenſum, pia affectio cordis, id eſt Charitas acceſſit: ſed ineptè. Nam fides magis eſt cordis quàm cerebri, Rom. 10. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam.*

2. Cùm proficiſcatur à Spiritu adoptionis Chriſtum amplectitur, non in iuſtitiam modò, ſed in ſanctificationem quoque, & fontem aquæ viuæ [a].

3. Charitas ſeu pietatis affectus non minùs fidem comitatur, quàm lux Solem: Et vt ait Gregorius, *Quantum credimus, tantum diligimus*: proinde fides non eſt informis, nec à pio affectu vllo modo diuelli poteſt, niſi ſit hypocritica: quæ nonniſi ὁμωνύμως & καταχρηστικῶς fides appellatur, ſeu potiùs vmbra & imago fidei.

XXII. *Cùm autem Gal. 5.6. dicatur fides per Charitatem agens annõ Charitas eſt forma fidei?*

Non magis quàm corpus forma eſt animæ, dum anima per corpus operatur. Et ineptè hoc dicitur, quia vna qualitas non eſt alterius qualitatis forma. Quòd ſi eſſet, Charitas tamẽ nõ informat fidẽ, ſed cõtrà, fides informat charitatem: cùm charitas effectus ſit fidei. Ex fide enim ortũ ducit charitas, non contrà ex charitate oritur fides. 1. Tim. 1. 5. *Charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta.* Cauſa autem per effectum informari non dicitur. Illo igitur dicto, à ſigno & effectu vera & viua fides, (quòd ſit efficax, actuoſa, & fœcunda, quæ pariat bona opera) à mortua, adulterina, & ſterili, diſtinguitur. Et fides

[a] Ioh. 4. 14.

eſt Euangelij pręſtantia.

3 Eorum quæ tanquam à Deo dicta perhibētur, quędam reuera alia ſunt, quædam autem ab iis, qui Scripturam ſtolide intelligunt, eidē affinguntur. Proinde Deo quidem aliquid diſerte affirmanti, ſimpliciter credēdū eſt: hominibus autem loquentibus, nequaquam citra omne iudicium & diſquiſitionem quæuis nobis ſunt credenda, ſed potiùs omnia exploranda, & ad fidei analogiam examinanda, Rom. 16. 6. & quod bonum fuerit (idē autē & verum eſt, & bonum) retinendum 1. Theſſ. 5. 21.

XVIII. *Quod eſt Subiectum fidei in quo?*

a Luc. 24. 45 Eph. 4. 23. Anima hominis, & in mente quidem tum notitia ſeu intelligentia [a], tum iudicium & conſenſus acquieſcēs in verbo & promiſſione diuina: in voluntate verò & corde, apprehenſio ſeu amplexus Act. 15. 14. *Lydiæ Dominus adaperuit cor, vt attenderet ea quæ dicebantur à Paulo*: & Rom. 10. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam.*

XIX. *Quod eſt Subiectum Cui, vel Quibus datur Fides?*

Non omnibus: nam non omnes homines audiūt Euāgelium
b Act. 17. 30 [b] nec omnes qui illud audiunt, puro corde accipiunt, vt in ſementis parabola dicitur, Matth. 13. 3. nec o-
c Rom. 10. 17 mnes obediunt Euangelio [c]. Iſaias enim dicit cap. 53. 1. *Quis credidit auditui noſtro*? Ergo fides non eſt omnium,
d 2. Theſſ. 3. 2. ſed Electorum tantùm [d]. Ioh. 8. 47. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* Et Act. 13. 48. *Crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam.* Ad Titum 1. *Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundùm fidem Electorum Dei.* Vnde colligimus fidem indubitatum nobis Electionis argumentum eſſe. Reprobi igitur etſi nonnunquam credere in Chriſtum videntur & dicuntur: vt πρόσκαιροι illi, de quibus Luc. 8. 13. Et Simon Magus, Act. 8. 13. & cœleſtium donorum guſtu temporario afficiantur [e]: viuam tamen & ſaluificam fidē nō
e Heb. 6. 4. habent, quatenus adoptionis Spiritu nō donantur, vt pleno ore, plenáque fiducia clament, Abba, Pater, Gal. 4. 6. ſed hypocritam & temporariam.

XX. *An-ne infantes fidem actu habent?*

Non certe, quæ ſit ex auditu, cùm iis nō prædicetur

Euangelium

eſſe perſuaſus, de ſua ſalute ſic certus eſt,vt Diabolo & morti confidenter inſultet,exemplo Pauli,Rom.8.38.*Cõfiſus ſum,*inquit;*quòd neque mors,neque vita, neque Angeli, neque principatus , neque præſentia,neque futura poterunt nos à Charitate Dei diuellere.* Et v.16 *Spiritus Dei teſtatur vnà cum Spiritu noſtro,quòd ſimus Filij Dei.*

XXVI.*Annon igitur vlla incertitudine,inquietudine,& diffidentia impetitur Electorum fides?*

Sanè:Dauid enim Pſal.32.23.*Dixi in mea præcipitatione, Proiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum.* Et nunquam in præſentis vitæ curſu tam bene nobiſcum agitur,vt omni diffidentiæ morbo curati,fide toti repleamur. Sed hanc incertitudinem & inquietudinem non habet à ſe fides, ſed ex noſtra infirmitate.

Deinde ne propterea Electos quidem dicimus deſciſcere à certa illa,quam de miſericordia Dei conceperunt, fiducia.Ideo.n.ipſe Dauid Pſal.42.6. *Quid trepidas,anima mea,& quid tu multuaris intra me Spera in Deo.* Verè.n.palmæ vicem fides obtinet , vt contra quælibet onera nitatur,ſurſumque ſe attollat,nec ſibi diuinæ miſericordiæ fiduciam excuti vnquam patiatur.Ideo Iobi 13.15. *Etiamſi me occidat Deus,non deſinam in eo ſperare.*Et Pſalm.23.4. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis,non timebo mala,quoniam tu mecum es.*

Proinde nihil obſtat,quin ſimul terreatur fideles,dum in ſuam indignitatem,& vanitatem oculos coniiciunt,& ſecuriſſima conſolatione potiantur , dum in Dei bonitatem,veritatem,potentiam,animi cogitationem referunt.

XXVII.*An fides illa deficere non poteſt?*

Sicut fides accipit incrementum,illud iuxta , *Adauge nobis fidem,*Luc.17.5.ſic etiam accipere poteſt decremẽtum,& veluti deliquium pati,vt nonnunquam variarum tentationum procellis concutiatur,obſcuretur , obruatur,languida fiat.Imò etiam in Sanctis,haud aliter quàm in ebriis & infantibus ratio ſopiatur & ſepeliatur:ſicut in Dauide , cùm admiſit adulterium , & in Petro cum ter negauit Chriſtum : ſed tamen nunquam penitus excutitur,ſed extinguitur.

1. Propoſitum enim Electionis noſtrę certũ eſt: fidẽ

apud Iacobum 2.22. non quidem perfecta, cui nihil deſit (quandiu enim vixit Abraham circuntulit carnē, ac proinde indiguit illa oratione, Domine, adauge mihi fidem) ſed perfici dicitur ab actu ſecundo: quia ſcilicet operando ſe declarat, quæ antè in otio latebat: vt ſi dicatur alicuius arboris bonitas perfici, cùm optimum aliquē fructum edit. Nam quia de cauſa iudicamus ex effectis, videtur quodammodo cauſæ vis augeri, vel minui ex effectorum proportione.

XXIII. *Quæ eſt forma Iuſtificantis fidei?*

Fiducia in miſericordiam Dei propter Chriſtum, ſeu ὑπόστασις, firma fiducia, & πληροφορία, certa perſuaſio de gratia Dei Patris erga nos, qua quis veluti pleno curſu ad metam contendit.

XXIV. *Quæ ſunt Adiuncta ſeu Proprietates fidei?*

1. Quòd certa ſit & indubitata.
2. Quòd perſeuerans, & nunquam deficiat.
3. Quod ſit viua, efficax, ſeu operoſa.

XXV. *Vnde probas fidei adhærere certitudinem?*

1. 1. Ioh. 3. 2. Fideles ſciūt ſe eſſe filios Dei, ſed diuinæ veritatis per Sp. Sanctum perſuaſione confirmati, magis quàm rationali demonſtratione edocti.

2. Ex conſideratione veritatis promiſsionum, & potētiæ Dei. Nam Pſal. 18. 31. & Prou. 30. 5. *Sermo Iehouæ excoctus clypeus omnibus confidentibus in ipſo.* Et Rom. 4. 20. *Aduerſus promiſsionem Dei Abraham non diſceptauit incredulitate, ſed robuſtus factus fide gloriam Deo tribuit ac plenè perſuaſum habuit eum quod promiſit, poſſe etiam facere.*

3. πληροφορία ſemper fidei tribuitur in Scripturis, quę
a Rom. 4. 21 Dei bonitatem extra omne dubium perſpicue nobis proponit[a]. Item παῤῥησία, & πεποίθησις, Eph. 3. 12 *Per fidem habemus παῤῥησίαν, audaciam ſeu libertatem, & aditum ἐν πεποιθήσει, in fiducia, quæ eſt per fidem illius.*

In ſumma, fidelis non eſt, niſi qui Deum ſibi propitium eſſe per-

Eſt: cùm magis & minus non mutent rerum ſpecies, & in vnum Chriſtum feratur, nec ab eo aberret, & proinde non minùs obtinet quoad reconciliationẽ cum Deo, Remiſſionem peccatorum , & vitam æternam attinet, quàm firmiſſima fides, licet minùs firmiter, & in minore cum fructu. Ideo Eſaias 42.3. *Chriſtus arundinem quaſſatam non franget, & linum fumigans non extinguet*. i. infirmis miſericorditer conſulet, nutantes in fide confirmabit, & præditos, ſcintilla reliqua veritatis veluti moribunda, fouebit & ſuſtentabit. Rom. 14. 1. 3. *Infirmum in fide Deus aſſumpſit*. Et 2. Cor. 12. 9. *Virtus Dei in infirmitate perficitur.*

XXX. *Quod eſt tertium fidei Adiunctum?*

Quòd viua & efficax eſt in Electis.

XXXI. *Vnde dicitur viua & efficax.*

Primùm ex affectibus: deinde ex actionibus, quas producit in credentibus fides. Affectus ſunt, qui ex apprehẽſo per fidem Chriſto, cum ſuis beneficiis in corde credẽtis accenduntur.

1. Senſus viuus & certus diffuſæ in cordibus noſtris Charitatis Dei erga nos[a].

2. Spes & expectatio certa vitæ æternæ[b].

3. Amor filialis ac timor ſeu reuerentia qua fideles Deo placere ſtudent, offenſámque illius ſollicite verentur & cauent, amor Chriſti, & oblectatio in eo. Eſt enim dilectio Dei non de eſſentia & natura fidei, ſed eius effectum neceſſarium: nam cum fides ſit quaſi guſtus quidam, perceptio ac delibatio ſuauitatis illius, quæ in Deo eſt (1. Pet. 2. 3. *Siquidem guſtatis quàm benignus ſit Dominus*,) conſequitur amorem Dei effectum eſſe, quod ex illa tam ſuaui apprehenſione , & quaſi guſtu bonitatis Dei exiſtit.

4. Conſolatio, pax conſcientiæ propter remiſſionem peccatorum, lætitia, & gaudium ſpirituale ex illo guſtu fauoris Dei[c]. 1. Petr. 1. 8. *In Chriſtum credentes exultatis gaudio ineffabili & glorioſo.*

5. Suſpiria Spiritus inenarrabilia, Rom. 8. 26. & fiducia clamans, Abba Pater, Gal. 4. 6.

6. Patientia in aduerſis , imò in afflictionibus gloriatio[d].

[a] Rom. 5. 5.

[b] Ibidem.

[c] Philip. 1. 25. Rom. 14. 17.

[d] Rom. 3. 35. 38.

ergo, quæ Electionem conſequitur, perſeuerantiæ donũ comitetur neceſſe eſt. *Dona enim Dei)* inter hæc & fides eſt) *& vocatio Dei ſunt ἀμεταμέλητα*, Rom. 11. 29.

2. Et Chriſtus ipſe exorauit Patrem, nõ certè minùs orauit pro fide Petri, Luc. 22. 32.

3. Adhæc Paulus, Eph. 1. 13. 14. ait nos poſtquam credidimus obſignatos fuiſſe Spiritu promiſſionis ſancto, & Spiritum hunc arrhabonem in nobis eſſe perpetuum, vſque dum aſſeramur in libertatem. Et Philipp. 1. 6. *Quod incipit bonum opus Deus in ſuis Electis, illum etiam perficit vſque in diem Ieſu Chriſti.* Proinde quantumuis exigua ſit ac debilis in Electis fides, quia tamen Spiritus Dei, certa illis arrha eſt ac ſigillum ſuæ adoptionis, nunquam ex eorum cordibus deleri poteſt eius ſculptura.

4. Deinde, cùm Electorum fides opponatur temporariæ, ſequitur eam igitur eſſe perpetuam.

XXVIII. *Annon tamen aliquando deſitura eſt fides?*

Reſpectu Obiecti, nempe Chriſti, quatenus offertur in Verbo & Sacramentis, fides euaneſcet, quo tempore Chriſtum præſentem habebimus in cœlis, dicente Apoſtolo. 1. Cor. 13. 8. 10. *Sed & Prophetiæ abolebuntur, & notitia, & quod ex parte eſt, abolebimur.* Nullus etiam fidei vſus erit præſtitis, & reipſa pleniſſimè exhibitis, quæ nobis donanda credimus in hac vita, & ſperamus.

At verò ſi de Chriſto abſolutè loquamur, ſine inuolucris verbi & Sacramentorum, tum fides in eum, vel ſi mauis, res ipſa eo nomine vocata, hoc eſt, notitia, & apprehenſio Chriſti, nullo vnquam tempore ceſſatura eſt, ſed in cœlis ex aſpectu & contemplatione Chriſti. non autem ampliùs ex miniſterio verbi perfectiſſima futura; Scientia (inquam) ipſa non abolebitur, imò perficietur, ſed modus ſciendi cedet Dei ipſius cõtemplationi. Hoc enim illud eſt, quod vocat Apoſtolus Perfectum, 1. Cor. 13. 10. *Poſtquam aduenerit, quod perfectum eſt.*

XXIX. *Sed An-ne languida in Chriſtum fides, vera eſt fides?*

Eſt:

1. Interne φερομνὴ μετασπ|σαρκὸς, dubitationibus ſubinde o-
rientibus in animis hominum ex falſis doctrinis, artibus
dæmoniorum[a], hæreſibus[b], diſsidiis Doctorum in Ec- a Rom. 4.
cleſia, perfidia fratrum, impunitate ſcelerum[c], proſperi 20.
tate impiorum[d], paucitate credentium, deformitate & b Deut. 13. 1.
oppreſsione Eccleſiæ, defectione plurimorum à fide, tẽ- c 1. Cor. 11.
tationibus, ex mora promiſsionum diuinarum[e], indici is 19.
indignationis diuinæ, ſannis illuſorum, qui rogant vbi d Ierem. 12.
eſt promiſsio aduentus eius, 2. Petr. 3. 4. quæ inquit Au 1.
guſtinus, permittit Deus, vt illi qui hæc audiunt & vidẽt Malac. 2.
probentur qua fide ſint apud Deum. 17.
e Psal. 73.
2. 3.

Deinde externè cruce, vt aurum igne: nã patientia ſub
cruce cũ Inuocatione Dei, & expectatione liberationis,
eſt veluti examinatio fidei, num ſit vera, nécne[f], vt in Io-
bo videre eſt[g]. De hac autem probatione. *Beatus eſt vir*
qui tolerat tentationem, quoniam cùm probatus fuerit compertus, f 1. Pet. 1. 7.
accipiet coronam vitæ. Iacobus, cap. 1. v. 12. g Iobi. 23.
10.

XXXV. *Quis Vſus fidei?*

Maximus in tota vita: eſt enim illud vnum neceſſariũ, Luc. 10. 42. & Heb. 11 6. *Sine fide impoſsibile eſt Deo placere:* Facit igitur In proſperis ne efferamur: in aduerſis ne ſuccumbamus: in morte, vt ad vitam tranſeamus.

XXXVI. *A fide* ἐνεργητικῶς *ne potiſsimum, an verò* παθητικῶς *fideles dicimur?*

Etſi fides in ScripturIs interdum ſignificat conſtantiã,
veritatémque in dictis, factis & conuentis ſeruandis, ac tũ
actiuè ſumitur, & ab ea ſignificatione fideles quoque di-
cuntur, qui fidem datam ſeruant, vel fideliter officium
præſtant, vt Luc. 12. 42. *Quis fidelis diſpenſator & prudens?* Et
16. 10. *Qui fidelis eſt in pauco, & in multo fidelis erit:* Tum
paſsiuè fidi quibus fides meritò ſit habenda, vt fidus ſer-
mo, ſic & fidus homo[h]. Tamen cùm Iuſtificatio- h 2. Tim. 2.
nis negotium tractatur, πιστοὶ fideles dicuntur paſsiuè, 11.
qui Chriſtum Seruatorem fide amplexi ſunt, vt fideles in
Chriſto Ieſu, Eph. 1. 1. & Act. 10. 45. fideles qui erant ex
Circunciſione.

XXXVIII. *Quæ ſunt* τὰ συγγενῆ, *Cognata fidei?*

Spes & Charitas, quæ & ipſa ſunt Sp. ſancti χαρίσματα 1. Cor. 12. & 13. 13.

7. Mundi contemptus.

8. Securitas ſpiritualis de gratia & amicitia Dei.

9. Affectus in proximum, idque propter Deum, vt Charitas & dilectio proximi, humanitas, benignitas, mãſuetudo, & oblectatio in Sanctis; Pſalm. 16. 3. *Sanctis qui ſunt in terra, & admirabilibus, omnis voluptas mea in eis eſt.*

Actiones verò ſunt, quæ ex internis illis affectionibus erumpunt, pietas, iuſtitia, gratiatum actio, inuocatio[a], cõfeſſio, i. ſyncera eaque aperta Chriſti profeſſio, quæ fit mẽte, lingua, vita[b], pax & concordia cum omnib. in Domino, beneficentia in omnes etiam inimicos, adeóque noua obediẽtia: bona enim arbor, bonos fert fructus[c]. Denique bona cõſcientia, ſancta cura, fidelitas, & diligẽtia in vocatione, & animus ſua ſorte contentus[d].

XXXII. *Quæ ſunt Effecta & Fructus fidei?*

Multiplicia ſunt: nam 1. inſerit Chriſto, & facit vt Chriſtus in cordibus fidelium habitet, in eo ſint, & cum eo communionem habeant[e].

2. Filios Dei efficit[f], obtinet remiſſionẽ peccatorũ[g], Iuſtificat[h], Facit vt non pudefiamus[i], Acceſſum dat ad Deum[k], Regenerat intellectum, & voluntatem noſtram, & purificat corda[l], Seruat[m], Impetrat quod vult à Deo[n], vult autẽ quod cedit in in gloriã Dei; Omnia efficit, Mar. 9. 23. *Omnia ſunt poßibilia credenti:* Vincit mundum & Satanam[o], Renuntiat Satanæ & eius operibus, corde, voce, vita, & moribus[p]. Tota denique in Deum recumbit, & in mandatis & operibus eius delectatur dies & noctes[q]. Quæ tamen omnia ipſa non præſtat, ſed is quem apprehendit, nimirum Ieſus Chriſtus in quo poſſumus omnia quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, Philip. 4. 13.

XXXIII. *Quis finis fidei?*

Duplex: prior *noſtri reſpectu*, Salus animarum, 1. Petr. 1. 9. *Reportantes finem ſiue mercedem fidei veſtræ, ſalutem animarum,* Et vita æterna[r], *Reſpectu Dei*, Dei gloria.

XXXIV. *Quo experimento probatur fides?*

1. Interne

a Rom. 8. 15. & 10. 14.
b Rom. 10. 9. 2. Cor. 4. 13.
c Matt. 7. 17.
d Rom. 12. 7 8 Philipp. 4. 11.
e Rom. 11. 24 Gal. 2 20. Eph. 3. 17.
f Gal. 3 26.
g Act. 10. 43
h Gen. 15. 6. Abacuc. 2. 4. Act. 13 39. Rom. 3. & 4 cap.
i Rom. 9. 32.
k Eph. 3. 12.
l Act. 15. 9.
m Luc. 7. 50.
n Matt. 8. 13
1 Ioh. 5. 14.
o 1. Ioh. 5. 4.
p Eph. 5. 11.
q Pſal. 1. 2. Rom. 4. 18.
r Ioh. 3. 15. 16. 18. 36. & 20 31.

giorum pro mortuis: eò faciliùs retineatur.

8. Deſperatio.

9. Pontificiorum error, qui dicunt Fidem non eſſe tantùm quæ in Scriptura patefacta ſunt, ſed etiam illorum quæ ſine ſcripto per manus tradita ſunt: Item eſſe principium ſeu cauſam afferentem alias virtutes, propter quas iuſtificamur. Eſſe habitum informatum charitate ad iuſtitiam. Ad hæc Fidem & dubitationem non eſſe oppoſita, & nos de gratia Dei erga nos aliter ſtatuere non poſſe, quàm ex coniectura morali. Præterea quicquid credit Eccleſia, eſſe veritatem Catholicam: Fidem in impiis manere poſſe, & proinde non iuſtificare, quo in fidem ſaluificam nihil dici poteſt contumelioſius, de qua Chriſtus: *Qui credit in eum, non peribit, ſed habebit vitam æternam*, Ioh. 6. 40. Adhæc fidem verſari in propoſitionibus generalibus tantùm, vt Qui ſeruat mandata, ad vitam ingreditur, & Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: non autem in iſtis particularibus, Ego ad vitam ingrediar. Ego ſaluus ero, aut mihi peccata remiſſa ſunt: Inanis enim eſſet confidentia: ſed ſpem generalia illa pronuntiata accommodare ad ſpecies & indiuidua, quæ tamen falli poſſit: cùm contrà Paulus diſertè dicat, Rom. 5. *Spes non confundit.* Denique Impudentiam ſeu præſumptionem dicunt, ſine meritis aliquid ſperare.

10. Fanaticorum deliratio, qui verbum internũ, quod vocant, à verbi externi annuntiatione ſeparant. Anabaptiſtarum, denique, qui fidei perfectionem imaginantur.

XXXVIII. *Quid differunt à fide?*

Fides eſt cognitio & apprehenſio Chriſti exhibiti, & quodammodo præſentis in Verbo & Sacramentis: ſpes verò eſt expectatio Chriſti in poſterum plenè reuelandi cum omnibus ſuis beneficiis. Vel, ſpes eſt expectatio eorum, quæ verè à Deo promiſſa, fides credit; ita fides Deũ veracem credit, ſpes expectat, vt ſe talem erga nos ſemper gerat: Fides datam nobis vitam æternam credit, ſpes expectat dum reueletur: Fides fundamẽtum eſt cui ſpes innititur, Spes fidem alit ac ſuſtinet: vnde propter coniunctionem iſtam & affinitatem vocabula fidei & ſpei permutantur[a]. Et Lutherus, *Fides*, inquit, *intuetur verbum rei, ſpes autem rem verbi.*

a 1.Pet.1.5. Rom.8.24.

Deinde fides recipit, Charitas dat & erogat, Charitas ex fide gignitur, non è diuerſo: Fides efficit Filios Dei[b], Charitas probat[c]. Fidei Obiectum eſt Chriſtus in Euangelio oblatus cum ſuis beneficiis omnibus: Charitatis autem Obiectum, Deus & proximus[d]. Præterea, fides durat in hoc ſeculo, & tranſibit in perfectam notitiam in altero, Charitas autem in futuro ſeculo vigebit maximè, 1. Cor.13. 8. *Denique trium illarum virtutum maxima dicitur Charitas*, verſ.13. ratione vſus nempe ad proximum, cùm illæ non egrediantur credentis & ſperantis perſonam.

b Gal.3.26. c 1.Ioh. 4. 7. Ioh.13.35. d Matt.22. 37.39.

XXXIX. *Quæ ſunt Contraria fidei?*

1. Ἀπιστία, Incredulitas omnium infidelium, qui dicunt in corde, *Non eſt Deus*, Pſal.14.1.

2. Δυσπιστία Chriſtianorum, qui audiunt Verbum, & non credunt, & qui de Deo fidem concipiunt, nõ ſecundùm Scripturas, ſed cordis ſui figmenta.

3. Securitas carnis, & contemptus diuinæ iuſtitiæ, qua peccata puniuntur.

4. Iudæorum confidentia in carne[e].

5. Præſumptio & confidentia propriarum virium, operum, meritorum, iuſtitiæ, & dignitatis noſtræ, qualis Phariſæi Luc.18.11 12.

6. Fiducia humanorum auxiliorum[f].

7. Diffidentia & dubitatio Academica de Deo, de certitudine verbi Dei, & gratia Dei ſeu peccatorum remiſſione, vt ſcilicet nundinatio ſupererogationum, & ſuffragiorum

e Philip. 13. 3.4.

f Eſa.30.2.

giorum pro mortuis: eò faciliùs retineatur.

8. Deſperatio.

9. Pontificiorum error, qui dicunt Fidem non eſſe tantùm quæ in Scriptura patefacta ſunt, ſed etiam illorum quæ ſine ſcripto per manus tradita ſunt: Item eſſe principium ſeu cauſam afferentem alias virtutes, propter quas iuſtificamur. Eſſe habitum informatum charitate ad iuſtitiam. Ad hæc Fidem & dubitationem non eſſe oppoſita, & nos de gratia Dei erga nos aliter ſtatuere non poſſe, quàm ex coniectura morali. Præterea quicquid credit Eccleſia, eſſe veritatem Catholicam: Fidem in impiis manere poſſe, & proinde non iuſtificare, quo in fidem ſaluificam nihil dici poteſt contumelioſius, de qua Chriſtus: *Qui credit in eum, non peribit, ſed habebit vitam æternam*, Ioh. 6. 40. Adhæc fidem verſari in propoſitionibus generalibus tantùm, vt Qui ſeruat mandata, ad vitam ingreditur, & Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: non autem in iſtis particularibus, Ego ad vitam ingrediar. Ego ſaluus ero, aut mihi peccata remiſſa ſunt: Inanis enim eſſet confidentia: ſed ſpem generalia illa pronuntiata accommodare ad ſpecies & indiuidua, quæ tamen falli poſſit: cùm contrà Paulus disertè dicat, Rom. 5. *Spes non confundit.* Denique Impudentiam ſeu præſumptionem dicunt, ſine meritis aliquid ſperare.

10. Fanaticorum deliratio, qui verbum internū, quod vocant, à verbi externi annuntiatione ſeparant. Anabaptiſtarum, denique, qui fidei perfectionem imaginantur.

XXXVIII. *Quid differunt à fide?*

Fides eſt cognitio & apprehenſio Chriſti exhibiti, & quodammodo præſentis in Verbo & Sacramentis: ſpes verò eſt expectatio Chriſti in poſterum plenè reuelandi cum omnibus ſuis beneficiis. Vel, ſpes eſt expectatio eorum, quæ verè à Deo promiſſa, fides credit; ita fides Deū veracem credit, ſpes expectat, vt ſe talem erga nos ſemper gerat: Fides datam nobis vitam æternam credit, ſpes expectat dum reueletur: Fides fundamētum eſt cui ſpes innititur, Spes fidem alit ac ſuſtinet: vnde propter coniunctionem iſtam & affinitatem vocabula fidei & ſpei permutantur[a]. Et Lutherus, *Fides*, inquit, *intuetur verbum rei, Spes autem rem verbi.*

a1.*Pet*.1.5. *Rom*.8.24.

Deinde fides recipit, Charitas dat & erogat, Charitas ex fide gignitur, non è diuerſo: Fides efficit Filios Dei[b], Charitas probat[c]. Fidei Obiectum eſt Chriſtus in Euangelio oblatus cum ſuis beneficiis omnibus: Charitatis autem Obiectum, Deus & proximus[d]. Præterea, fides durat in hoc ſeculo, & tranſibit in perfectam notitiam in altero, Charitas autem in futuro ſeculo vigebit maximè, 1. Cor.13. 8. *Denique trium illarum virtutum maxima dicitur Charitas*, verſ.13. ratione vſus nempe ad proximum, cùm illæ non egrediantur credentis & ſperantis perſonam.

b*Gal*.3.26. c1.*Ioh*. 4. 7. *Ioh*.13.35. d*Matt*.22. 37.39.

XXXIX. *Quæ ſunt Contraria fidei?*

1. Ἀπιστία, Incredulitas omnium infidelium, qui dicunt in corde, *Non eſt Deus*, Pſal.14.1.

2. Δυσπιστία Chriſtianorum, qui audiunt Verbum, & non credunt, & qui de Deo fidem concipiunt, nō ſecundùm Scripturas, ſed cordis ſui figmenta.

3. Securitas carnis, & contemptus diuinæ iuſtitiæ, qua peccata puniuntur.

4. Iudæorum confidentia in carne[e].

5. Præſumptio & confidentia propriarum virium, operum, meritorum, iuſtitiæ, & dignitatis noſtræ, qualis Phariſæi Luc.18.11.12.

6. Fiducia humanorum auxiliorum[f].

7. Diffidentia & dubitatio Academica de Deo, de certitudine verbi Dei, & gratia Dei ſeu peccatorum remiſſione, vt ſcilicet nundinatio ſupererogationum, & ſuffragiorum

e*Philip*.13. 3.4.

f*Eſa*.30.2.

Juda ſcribitur, ὅτι μεταμεληθεὶς; non μετανοηθεὶς, ἀπέστρεψε, Matt.27. triſtitiam ſignificans, à qua eſt abſorptus. Nec enim reſipiſcit, quemcunque pœnitet, ſed ſæpe in deterius ruit: cum μετάνοια in Sacris literis ſemper in bonam partem ſumatur, & ſalutarem emendationem ſignificet. Vtramque tamen vocem Græcam, Latinus interpres Pœnitentiæ nomine reddit.

II. *Quot modis vſurpatur vox Pœnitentiæ?*

Quatuor. 1. Synecdochicè.

2. Generaliter pro tota hominis ad Deum conuerſione.

3. Specialiter pro Regeneratione.

4. Pro externa Pœnitentiæ profeſſione.

III. *Quid eſt pœnitentia, ſynecdochicè vſurpata?*

Eſt δηγμός, morſus peccati, ſiue conſcientiæ ſtimulus, ἡ δυσαρέστησις, diſplicentia, quam Græci Theologi κατάνυξιν vocant, quòd animum ſauciet, i. vulneret. Vulgò Contritionem dicunt. Hanc duplicem faciunt, Legalem ex Legis prædicatione, qua peccator peccati cauterio vulneratus, & terrore iræ Dei attritus, in ea pertubatione conſtrictus hæret, ex qua ſe explicare nó poteſt. Hanc accuſationem peccati vocãt, quæ fit per Legẽ, Rom.3.20. Apoſtolus 2. Cor.7.10. vocat λύπην τοῦ κόσμου καὶ εἰς θάνατον, qua quis de peccatis ſuis dolet, pœnæ impendentis formidine territus, quæ certa eſt ad deſperationẽ via, nisi Dominus medeatur. Exempla ſunt, Cain,[a] Saul,[b] Achitophel, 2. Sam.17.23. Iudas.[c] In Electis tamen pręparatio quędam eſt ad Euangelicam Pœnitentiam.

Eſt autem Euangelica contritio, qua peccator grauiter quidem apud ſe afflictus, altiùs tamen aſſurgit, & ex Euangelij prædicatione Chriſtum vulneris ſui medicinam, terroris cõſolationem, miſeriæ portum apprehendit. Hęc dicitur λύπη κατὰ θεόν, *Dolor ſecundùm Deum* qui à Dei Spiritu manat, & Deo acceptus eſt: & eius eſt qui de peccatis ſuis dolet, non propter pœnę alicuius metum, ſed hoc ipſum ægerrimè ferens, quòd Deum clementiſſimum Patrem offenderit: & gignit μετάνοιαν, vt

[a] Gen.4.13

[b] 1.Sam.15.30. & 31.4.

[c] Mat.27.3.4.5.

LOCVS XXX.

De pœnitentia, vbi de Regeneratione.

1. *Vnde dicta eſt Pœnitentia?*

A POENA, quia in iis quæ nobis pudori aut tædio ſunt, ineſt quædam pœnæ ratio. Itaque ſi etymon vocabuli Latini ſpectetur, magis congruit ad contritionem ſeu dolores, qui ex agnitione peccatorum in animis exiſtunt, qui ad conuerſionem ad Deum. Hebræis dicitur תשובה conuerſio, ſeu reuerſio, iuxta illud Ierem. 4. 1. *Si reuerti velis reuertere, inquit Dominus:* Metaphora ſumpta ab iis qui de via aberrarunt, & poſt longos errores admoniti, ad primum & regium iter redeunt.

Græcis dicitur primùm μετάνοια, propriè *Reſipiſcentia*, à μετανοεῖν, quod eſt poſt factum ſapere mentem & conſilium in melius mutare ab ſanam mentem redire, & de errore admiſſo ita dolere vt corrigas: vnde placet quibuſdam dici ab ἄνοια dementia & ſtultitia, & μετὰ poſt, quaſi ſit dementiæ & ſtultitiæ correctio & emendatio: ſemper enim cum μετανοίᾳ cohæret ὁ σωφρονισμὸς. Necvtrique etymologiæ res ipſa malè reſpõdet, cuius ſumma eſt: Vt à nobis demigrantes ad Deum conuertamur, & depoſita delinquendi ſtultitia, mẽtem nouam induamus & ſapientiores ſimus.

Altera voce Græca dicitur μεταμέλεια, Latinè *Pœnitentia*, à μεταμέλεσθαι, poſt rem aliquam factam ſollicitum & anxium eſſe, pro quo Latini dicunt propriè *Pœnitere*. Sic 2. Cor. 7. 8. μεταμέλεσθαι ſignificat dolorem capere ex eo quod factum erat, *Etiamſi triſtitia vos affeci per Epiſtolam,* οὐ μεταμέλομαι εἰ καὶ μετεμελόμην, *non me pœnitet, etiamſi penituerit.* Et Rom. 11. 29. *Dona Dei* dicuntur ἀμεταμέλητα, i. *eiuſmodi vt non poſsint ipſi vnquam diſplicere,* cùm ſemel placuerunt. Atque etiam vſurpatur in vitio, vt de

Iuda

apud Patrem agnoſcit, & ſtatuit peccatū & remiſſum propter Mediatorem, & Iuſtitiam Mediatoris ſibi imputari.

3. Eſt noua Obedientia, quæ conſtat Pietate erga Deum, Charitate erga proximum, Sanctimonia & puritate in tota vita, & diligentia in Vocationis officio præſtando. Quarum partium exemplum habemus, Luc. 7. 37. in Muliere peccatrice, cuius lacrymæ erant teſtimonium contritionis, i. pauoris, & doloris conſcientiæ ſecundum Deum ob peccatum: Acceſſus ad Chriſtum, fiduciæ quam de illo conceperat: officium verò quod exhibet Chriſto, lacrymis rigando pedes eius, extergendo capillis ſuis, deoſculando nouam obedientiam quæ fidei fructus eſt, teſtabatur.

VI. *Quid ſentis de hac Diuiſione?*

Veram quidem eſſe, ſed ſi propriiſſimè loqui velimus, Fides non eſt pars Pœnitentiæ, ſed mater & origo. Oportet enim vt fides præluceat Pœnitentiæ, & qualis fides, talis Pœnitentia. *Nemo enim*, inquit Ambroſius, *Pœnitentiam agere poteſt, niſi qui ſperat Indulgentiam.* Ideo reſipiſcendi cauſa ab ipſa ſalutis promiſſione ducitur, Matth. 3. 2. *Pœnitentiam agite, quia appropinquauit regnum cœlorum*, quaſi dicat, Quoniam appropinquauit Regnum cœlorum, ideo reſipiſcite, Et Pſal. 130. 4. *Apud te eſt propitiatio vt timearis.*

Deinde Scriptura non fidem ſub pœnitentia, id eſt nō tanquam genus & ſpeciem, ſed tanquam duo diuerſa Pœnitentiam & fidem enumerat, Marc. 1. *Pœnitentiam agite, & credite Euangelio.* Luc. 24 47. *Prædicate in nomine meo Pœnitentiam & remiſſionem peccatorum.* Et Paulus Act. 20. 21. dicit, *ſe Iudæis ac Gentibus teſtificatum, quæ eſt erga Deum, pœnitentiam, & fidem in Ieſum Chriſtum*: Non quòd vera Pœnitentia citra fidem conſiſtat: (ſunt enim coniunctiſſimæ in ſanctis:) verum quòd etſi ſeparari non poſſunt, diſtingui tamen debent, quemadmodum ſpes & fides: vt in muliere peccatrice, latrone, Dauide, Manaſſe & aliis Pœnitentibus.

Ad hæc noua vita ſeu obedientia propriè loquendi nō eſt pars Pœnitentiæ, ſed effectus ſiue fructus, Matth. 3. 7. inquit Baptiſta, *Facite igitur fructus dignos pœnitentia.* Sic declarat Apoſtolus, 2. Cor. 7.10.

a 2.Sam. 22.13. & 2410.

• Exempla ſunt Ezechiæ, Iſa. 38.13. *Quemadmodum leo, contriuit oſſa mea*: Dauidis[a]: Petri, qui fleuit amare, ſed ſperare non deſiit, Matth. 26.75. Et illorum qui ad prædicationem Petri compuncti ſunt corde, ſed Dei bonitati confiſi addiderunt, Quid faciemus viri fratres? Act. 2.37. De hac Pſaltes, Pſal. 5. 10. *Exultent oſſa quæ contriuiſti.* Et v.19. *Sacrificium Euchariſticum Deo, Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum non deſpicies.* Et Eſa. 57.15. *Habitat Deus cum contrito & humili Spiritu.* Item cap. 66.2. *Ad quem reſpiciam, niſi ad miſerum & contritum Spiritu, & trementem ad ſermones meos.* Et Chriſtus Matth. 5.3. *Beati pauperes Spiritu*, i. humiles, qui vltrò ſenſu peccatorum ſuorum tacti, & ab omni ſuperbia remoti, ſeſe Deo ſubiiciunt.

IV. *Quæ eſt Secunda Pœnitentiæ ſignificatio?*

Lata ſignificatione totam hominis ad Deum conuerſionem, vt Luc. 15. *Gaudium eſt Angelis in cælo ſuper vno peccatore Pœnitentiam agente, magis quàm ſuper 99. iuſtis, quibus non opus eſt Reſipiſcentia.* Quod intellige [illegible] eorum videlicet reſpectu, qui penitus à Deo ſunt auerſi. Et Act. 2.38. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm, &c. Hanc ſic definiunt: Pœnitentia eſt vetus dolor de offenſa in Deum, cum voto ac ſpe veniæ, ac voluntate, ſingularíque ſtudio peccatum poſt hac [illegible]ne vitandi, Deóque vitam omnem approbandi.

V. *Quot ſunt huius generalis Pœnitentiæ partes?*

Tres. 1. *Contritio*, qua quis agnoſcit Peccatum ſuum, & ſe iuſtam iram Dei, & maledictionem promeritum ob peccatum, ſerióque dolet propter admiſſum peccatum, ac illud deteſtatur: ſub qua Humilitas & Modeſtia: qualis in Petro, qui diuinæ in Chriſto virtutis conſideratione perculſus, ad genua eius accidit, clamans, Exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Luc 5.8. Et Dauidis, qui in lacrymis aſſiduus ſibi multitudine miſerationum opus eſſe ſentiebat, Pſal. 6.7. & 51.3.

2. *Fides*, quæ Chriſtum Mediatorem & Interceſſorem

apud

Item, Circunciſionem cordis Scriptura nominat, Ierem. 4. 4. *Arate vobis Aruum, & nolite ſerere ſuper ſpinas: Et, Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum.* Ezech. 18. 30. 31. *Conuertimini, & agite Pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & facite vobis cor nouum, & Spiritum nouum.*

X. *Quæ eſt Cauſa Efficiens Pœnitentiæ?*

Κύριον αἴτιον Deus eſt, Threnorum 5. 21. *Conuerte nos, & conuertemur, & ſaluti erimus.* Ierem. 31. 18. *Conuerte me, Domine, & conuertar: poſtquam enim conuertiſti me, egi Pœnitentiam,* Ezech. 36. 26. *Dabo vobis cor nouum, & Spiritum nouum ponam in medio veſtri.* Act. 11. 18. laudat Eccleſia, Dei beneficium, quòd *Gentibus dederit Pœnitentiam ad ſalutem.* Et Paulus 2. Tim. 2. 25. 26. *Miniſtrum Patientem erga incredulos* eſſe iubens, ſi *quando*, ait, *Deus illis det pœnitentiam, qua reſipiſcant à diaboli laqueis.* Et Eph. 2. 10. dicimur Regenerationis reſpectu, *Dei opus, creati ad bona opera, quæ præparauit vt in illis ambulemus.* Agit enim hîc de gratia, non de natura, aduerſus Pelagium, & aduerſus ſemipelagianos, qui naturam tantùm debilitatam, fingunt à gratia adiuuari.

Συναίτιον, Spiritus ſanctus, qui afficit & mouet corda[a]: Vnde & Spiritus Regenerationis & ſanctificationis dicitur, ad Titum 3. 5. *Non ex operibus iuſtis, quæ fecerimus nos ſed ex ſua miſericordia ſeruauit nos, per lauacrum Regenerationis & Renouationis Spiritus ſancti*, i. quam præſtat & efficit Spiritus ſanctus.

[a] Act. 11. 16. 18.

Adminiſtræ cauſæ, ſiue Συνεργοῦντες, Miniſtri Verbi, Act. 26. 17. *Mitto te* (inquit Chriſtus ad Paulum) *ad Gentes, vt aperias oculos eorum, & conuertas eos à tenebris ad lucem.* Et 1. Cor. 4. 15 *In Chriſto Ieſu per Euangelium vos genui.*

Inſtrumenta ſunt, Verbum & Sacramenta, Ier. 23. 29. *Nunquid verba mea quaſi ignis,* ait Dominus, & *quaſi malleus conterens petram.*

XI. *An Legis, an verò Euangelij prædicationis, Pœnitentia eſt Effectus?*

Diſcernendum eſt inter accuſationem peccati, & prædicationem μετανοίας ſiue reſipiſcentiæ: illa enim Legis

Act.26.20. *Gentibus annuntiauit, vt reſipiſcerent, & conuerterent ſe ad Deum, opera facientes conuenientia Reſipiſcentiæ*, qui fructus, opera ſanctificationis vocantur.

VII. *Vtrum præcedit fides, an Pœnitentia?*

Quum ante Pœnitentiam interdum Synecdochicè pro contritione, quam vocant, vſurpari dixerimus, & contritionem quandam legalem, aliam Euãgelicam eſſe monuerimus; Fidem mediam quaſi inſerimus inter priorē illum dolorem, qui ex agnitione peccatorum, & accuſatione conſcientiæ, ſiue qui ex Lege: & poſteriorē, qui eſt ex Euangelio. Nam dolor ſecundùm Deum, eſt effectus quidam fidei, non minùs quàm gaudium, & lætitia conſcientiæ.

VIII. *Quæ eſt tertia Pœnitentiæ ſignificatio?*

Maximè propria, quæ Etymo vocis Hebraicæ reſpondet, & Reſipiſcentia veriùs, quàm Pœnitentia dicitur.

Quidnam illa eſt?

Eſt vera ad Deum vitæ noſtræ conuerſio, ex ſyncero ſerióque timore Dei profecta qua peccator relicta delinquendi ſtultitia ad ſe redit, ſeu ad Deum potiùs, ac priſtinam animi ſententiam in melius mutat.

IX. *Quid vocas Conuerſionem ad Deum?*

Transformationem ſiue Renouationē animæ ipſius, non quoad Eſſentiam, vt delirauit Illyricus, ſed quoad Qualitates ipſi inhærentes: qua exuta vetuſtate, fructus operum Renouationi ſuæ conuenientes parit, quam Regenerationem, ſeu Renouationem ſpiritualem vocant, qua imago Dei per transgreſſionem fœdata, & tantùm non obliterata, in nobis reformatur, Eph.4.23. *Renouamini Spiritu mentis veſtræ, & induite nouum illum hominem qui ſecundùm Deum conditus eſt*, i. ad Dei exemplar & imaginem creatus ad iuſtitiam & ſanctimoniam veram. Col. 3.9. *Exuite veterem illum hominem in factis ipſius, & induite nouum illum qui renouatur in agnitionem Dei, ſecundùm imaginem eius qui creauit illum.*

Item

4. Periculoſa alienatio à Deo, & finalis induratio, nam quò diutius differtur Pœnitentia, eò redditur difficilior; Prou.22.6. *Adoleſcens ambulans iuxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea:* & Pœnitentia ſera, rarò vera.

5. Conſcientia mala, qua nihil grauiùs, nihil miſerius eſt.

6. Scandalum datum, & reatus alieni peccati. Hinc illud θρηνῶδες ἐπίφθεγμα Chriſti, Luc.17.1. *Væ homini per quē ſcandalum venit.*

7. Priuatio gaudij Spiritus ſancti, & conſolationum ſpiritualium.[a]

8. Delitiæ ſatanæ: ſunt enim peccata hominum, vt quidam ex veteribus dixit, *ἐνοχίεαι φαύλων δαιμόνων, Delitiæ* ſiue epulæ *Diabolum.*

9. Cogitatio tragicorum exemplorum in impœnitentes, vt Sodomæos, Ægyptios, Iudæos, Orientales Eccleſias, & alios Impœnitentes.

XIV. *Quot ſunt partes Pœnitentiæ ſiue Regenerationis?*

Apoſtolus 2.Cor.7.11. ſeptem enumerat. 1. Studium emendandi ſcilicet.

2. Defenſionem ſiue Excuſationem ab alieno reatu.

3. Indignationem peccantis, ſcilicet aduerſum ſeſe.

4. Timorem, Dei offenſæ nimirum.

5. Vehemens deſiderium, approbandi ſe Deo ſupple.

6. Zelum, cauendi offenſionem Dei.

7. Vindictam ſeu corruptionem noſtri, de qua.1.Cor. 11.31. *Si iudicaremus nos ipſos, non iudicaremur à Domino.*

Sed enim hæc potius ſunt vel effecta vel adiuncta, etiam ſigna Reſipiſcentiæ.

Nos eſſentiales partes Regenerationis ſeu pœnitentiæ dicimus duas eſſe, *Mortificationem* carnis ſeu peccati, ſeu veteris hominis interitū, ſeu etiam noſtri abnegationem & *Viuificationem*, ſeu Renouationem Spiritus iuſtitiæ, ſiue noui hominis. Quam partitionem colligimus. 1. Ex Prophetis, vt Pſ.34.15. *Deſine à malo, & fac bonum.* Et Iſa. 1. *Quieſcite agere peruersè, & diſcite bene facere.*

Et Rom.6.4. *Sepulti ſumus cum Chriſto per Baptiſmum in mortem eius, vt ſicut excitatus eſt ex mortuis in gloriam* eſt,& præparat ad hanc; hæc autem Euangelij propria eſt in Remiſſionem peccatorum.

---

[a] Pſal. 51. 12.14.

XII. *At quæ eſt* Προηγουμένη, *antecedens, interior, immediata, & proxima cauſa Reſipiſcentiæ?*

Eſt timor Dei ex diuini Iudicij aliquando futuri cogitatione, coram quo ſiſti nos omnes oportet. Act.17.30. *Annuntiat Deus hominibus, vt omnes vbique Pœnitentiam agant, eò quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate.*

Et ex pœnis iam irrogatis, vel præſentibus, quibus monentur peccatores peiora ſibi imminere, niſi maturè reſipiſcant: vt dicitur 1.Cor.11.32. *Dum iudicamur, à Domino erudimur, ne cum mũdo cõdemnemur.* Et Luc.3.9. *Iam verò ſecuris ad radicem arborum poſita eſt: Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excíditur, & in ignem proijcitur.*

Præcipuè verò bonitatis Dei ſenſus, & conſideratio, illum dolorem excitat, quem ſecundum Deum vocat Apoſtolus 2.Cor.7.10. Qui Reſipiſcentiam facit ad ſalutem, quo non pœnam modò exhorremus, ſed peccatum ipſum, ex quo diſplicere Deo intelligimus. Cuius luculentiſſimum exemplar ſunt Dauidis paſſim in Pſalmis ſcriptæ lacrymæ.

XIII. *Quæ ſunt* Προκαταρκτικαὶ *cauſæ Reſipiſcentiæ, i. Quænam nos ad maturandam Pœnitentiam prouocare debent?*

1. Incertitudo vitæ noſtræ vigilãdum ergo & orandum, quia neſcimus illam horam, neque illum diem, ne citius obruamur iuſto Dei iudicio, Matth.25.13.

2. Theſaurus plurimorum ſcelerum, iræ dei & pœnarum, pernicioſiſſima Procraſtinatione Pœnitentiæ colligitur, Rom 2.5. *Pro duritia tua & corde, quod reſipiſcere neſcit theſauriſas tibi ipſi iram in diem iræ & patefactionis iuſti iudicij Dei.*

3. Angelorum offenſio: nam vt hi gaudent de peccatorum Pœnitentia, Luc.15.7.10. ita haud dubiè triſtantur de illorum impœnitentia.

re vult ab interitu quippe à Spiritu Regenerationis pẽdet,& à fide,& miſericordia Dei inſeparabilis, teſte Eſaia 59.20. *Venies Sioni Redemptor , & iis qui in Iacob reuerſi ſunt ab iniquitate.* Et Heb.6. Apoſtolus excludere volens Apoſtatas à ſpe ſalutis, rationem affert, *Eſſe impoßibile eos qui ſemel illuminati fuerint, & guſtauerint donum cœleſte, participes fuerint Spiritus ſancti, guſtauerint bonum Dei verbum , virtutéſque futuri ſeculi, ſi prolabantur, rurſum renouari ad Pœnitentiam , quia rurſum crucifigunt Filium Dei, & ludibrio exponunt* : Quia ſcilicet Deus renouans quos perire non vult, ſignum paterni ſui fauoris oſtendit; cõtrà obduratione percutit reprobos, quorum irremiſſibilis eſt impietas.

XVII. *Pœnitentia an-ne in Deum cadit?*

Non propriè loquendo, 1. Sam. 10 29. *Non enim homo eſt vt pœniteat eum*: tribuitur tamen Deo [a], ſed μετωνυμικῶς ratione effectus: nam vt ira in Deo, ipſum iræ effectum, videlicet Pœnas: ita Pœnitentia, diſpenſationis ſubitam mutationem denotat: Vnde Auguſtinus: *Pœnitentia Dei dicitur Rerum ſub eius poteſtate conſtitutarum , hominibus inopinata mutatio , immutabili præſentia manente diuina.* Et notanda aurea Athanaſij regula, ταῦτα ἀνθρωποπαθῶς μὲν λέγονται, θεοπρεπῶς δὲ νοοῦνται. Hæc dicuntur quidem humanitus, intelliguntur autem, vt Deo conuenit: Deus enim ad captum noſtrum ſe demittens, ſe talem nobis figurat, non qualis in ſe eſt, ſed qualis à nobis ſentitur.

[a] Gen.6.1. Ier.18.8.

De Ciuit. Dei lib. 17. cap.7.

Dial. 1. de Trin.

XVIII. *Quod eſt ſubiectum In Quo?*

Totus homo: totus enim innouatur, mente & voluntate, Eph.4.23.

XIX. *Quod eſt Obiectum circa quod verſatur Pœnitentia?*

1. A principio ſeu à termino à quo, eſt peccatum, de quo corrigendo cogitat: nam boni operis pœnitẽtia nulla eſt, Ecebolij, Iuliani, Apoſtatarum: quæ licet dicatur Pœnitentia, mala eſt tamen.

Patris, ita & nos noua vita incedamus. Idem Rom. 7. 4.[a]

a Eph. 4. 22.23.24. Col. 3.5.8.9. 10.

Eſt autem *Mortificatio* noſtræ natiuæ corruptionis abolitio à *Spiritu* ſancto profecta, ex Chriſti participatione manãs: nam ſi verè morti eius communicamus, eius virtute crucifigitur noſter homo, & peccati corpus ſenſim emoritur.

Viuificatio verò ſiue Renaſcentia , eſt vis illa Spiritus ſancti, ex Chriſti Reſurrectione emanans, quę noſtræ natiuæ corruptionis abolitionem ſubſequens, paulatim (ſicut dies depulſioni tenebrarum ſuccedit) efficit vt volu tate Dei cognita & probata, incipiamus bene velle & fa cere: nam Reſurrectionis Chriſti participes facti, perea ſuſcitamur in vitæ nouitatem, quæ Dei iuſtitiæ reſpo deat, Rom. 6. 6.

XV. *An-ne breui aliquo momento abſoluitur.*

Non, ſed vſque in vltimum vitæ terminum extenditur, vt ſe tota vita in ea exerceant fideles , & infirmitatem quoque ſuam melius diſcant. Quod enim Deus Eccleſiam ſuam a b omni peccato purgare dicitur, Eph. 5. 26. 27. ad reatum refertur potiùs quàm ad ipſam peccati materiam: & peccatum in regenitis regnare tantùm, non habitare deſinit, Rom. 7. 17. Vnde & v. 24. *Quis me ῥύσεται,* non eripuit, ſed *eripiet, ex iſto corpore mortis?* certamine nimirum durante, donec morte finiatur.

XXVI. *Quod eſt ſubiectum Cui, vel Quorumnam eſt Pœnitentia?*

Alia Ethnicorum, qui vel tædio vitia ſua deſerunt vel ex rationis iudicio deſinunt peccare, idque vel formidine pœnæ, vel etiam virtutis amore. Alia etiam, & ſeria quidem impiorum, ſed πρόσκαιρος, temporalis duntaxat, vt Eſau,[b] & Achab[c], quæ nihil aliud eſt quàm dolor ſecundum mundum, qui mortem generat: quibus tamen Deus parcit ad tempus, & temporaliter benedicit, vt tali clementia ad ſynceram Pœnitentiam ſuos excitet. Alia item Hypocritarum, ficta & Phariſaica, quæ in externa tantum conſiſtit. contra quam clamat Ioel. 2. 53. & reliqui Prophetæ.

b Gen. 27. 38 Heb. 12. 17.
c 1. Reg. 21. 27. 29.

Syncera verò Electorum eſt tantum, quos Deus eripere vul mum placandum intelligendum eſt, quam nobis cõmẽdat Chriſtus Matth. 5. 23. 24. *Si munus tuum attuleris ad altare, & ibi memineris fratrem tuum habere aliquid contra te, omitte illic munus tuum coram altari, & abi: primùm reconciliator fratri tuo, & tum veniens offer munus tuum.* Vbi ſermonem ad temporum ſuorum rationem accommodat: non altaria nunc habenda, aut vſurpandas huiuſmodi oblationes docet, ſic enim facienda eſt Charitas, quæ noſtra culpa diſſilierit, culpam quam admiſimus agnoſcendo & deprecando.

Hoc tamen non impedit quin priuatus aliquis Paſtorem ſuum conſulat, & animi ſui ſecretum vulnus ei aperiat, & ab eo Euangelij conſolationem expectet. Quinetiam ſiſtant ſe Paſtori oues, quoties ſacram Cœnam participare volunt, vt vel conſolationem, vel inſtitutionem, vel admonitionem ſibi priuatim accommodatã accipiãt, modò abſit tyrannis & ſuperſtitio[a]: Eſt enim officium Paſtoris δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους, i. publicè & priuatim populũ Dei Euangelica doctrina docere & conſolari[b]. Huius eſt exemplum Dauidis apud Natham, 2. Sam. 12. 13.

[a] Luc. 3. 10. *Mat.* 3. 6.

[b] *Act.* 20. 20.

XXIII. *An-ne omnia peccata enumeranda ſunt?*

Nequaquam, & fieri id nequit: Clamat enim Dauid Pſal. 19. 13. *Errores quis intelliget? Ab oculis meis munda me, Domine.* Et Pſal. 38. 5. *Iniquitates meæ tranſierunt ſuper caput meum.* Et Publicanus, Luc. 18. 13. contentus fuit dicere, *Domine, propitius eſto mihi peccatori.* Ezech 18. 21. *Quotieſcunque ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nõ recordabor, ait Dominus.*

XXIV. *Quæ eſt ſpecialis ſeu Extraordinaria Pœnitentia?*

Quæ exigit publicam peccatorum confeſſionẽ, & gratiæ Dei implorationem.

XXV. *Quotuplex eſt?*

Ruſum duplex: Priuata, vnius ſcilicet, aut quorundã: & Communis, ſiue totius alicuius Eccleſiæ.

XXVI. *Quæ eſt Pœnitentia communis extraordinaria?*

2. Reſpectu termini ad quem ſunt virtutes , quib excolendis ſtudet Pœnitentia: ſeu Lex eſt propriè acceptæ Pœnitentiæ obiectum.

XX. *Quid eſt quarta ſignificatio Pœnitentiæ?*

Impropria eſt, & vſurpatur non tam pro interna co uerſione ad Deum, quàm pro eius profeſſione , quæ i culpæ confeſſione , & pœnæ atque reatus deprecation conſiſtit.

XXI. *Quotuplex eſt hæc Pœnitentia?*

Duplex: Ordinaria ſiue cõmunis & quotidiana, Et E traordinaria ſeu ſpecialis , & ad certum tempus pœn tibus indicta.

XXII. *Quæ eſt Ordinaria?*

Cui omnes Chriſtianos, etiam Sanctos in hac vita degentes, dare operam oportet toto vitæ ſuæ curſu, prop innatæ corruptionis reliquias. nam 1, Ioh. 1. 8. *Si dixeri nos peccatum non habere , nos ipſos fallimus & veritas in no non eſt.* Et Prou. 24. 16. *Septies in die cadit iuſtus.* Et contritione ſeu interno & vero animi dolore atque peccator confeſſione coram Deo contenta eſt vel priuatim cuiuſque apud ſe qualis Publicani[a], vel publicè & coniunctim in Eccleſia præeunte Paſtore[b]. Iam quando ſolus Deus læſus eſt, & ſolius eſt Dei peccata remittere, ideo eorum confeſſio ad ſolum Deum dirigi debet, non vt ignarum ſed vt cordium cognitorẽ, Pſal 32. 5. *Peccatum meũ*, inqu Dauid, *cognitum tibi feci & iniuſtitiam meã non abſcondi. Di Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſ iniquitatem cordis mei* Et 1 Ioh. 1. 9. *Si confiteamur peccata no ſtra ipſi*, ſcilicet de quo ſermo eſt, *fidelis eſt Dominus , vt re mittat nobis peccata noſtra.* Proinde Chryſoſtomus, *Homil in Pſal. 50. Non dico vt confitearis peccata conſeruo tuo qui exprobret, ſed dicito Deo qui ſanat.*

a Luc. 18 14

b Leuit. 16 21.

Quod autem Iacobus 5. 16. vult, non quidem vt Sacerdoti, ſed vt alij aliis peccata confiteamur , tum de infirmitatum noſtrarum priuata detectione ad mutuu conſilium , & conſolationem captandam , tum d Reconciliatione, & offenſarum condonatione ad proxi

mum

ius excluſus arguebatur , antiquitus quidem coram Eccleſia ſeu omnibus fratribus agnitio,& deteſtatio ,atque ἐξομολόγησις: poſtea verò coram Senatu Eccleſiaſtico, tandem(præſertim in Romana Eccleſia , Nouatianorum cauſa)coram delecto Preſbytero, qui Pœnitentium ἐξομολόγησιν audiret vice totius Eccleſiæ , vt eorum pudori parceretur. Quam tamen Nectarius Theodoſij magni temporibus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſuſtulit,propter Diaconum, qui hoc prætextu Matronã compreſſerat, Eccleſ.hiſt.Socratis l.5.cap.19. Cuius ſententiam eius ſucceſſor Chryſoſtomus approbauit, & ſequutus eſt.Nam ad Pauli conſilium reſpexerunt, qui vt ſinguli ſeipſos probent præcipit.nec miniſtro in alterius conſcientiam inquirendi ius fecit ,1.Cor.11.28.

XXXI. *Quid fuit Satisfactio?*

Non pœnæ ſolutio aut peccatorum compenſatio ad veniam à Deo iis emerendam : nam à Deo eſt gratuita peccatorum remiſſio propter Chriſtum[a],non quoad culpam tantùm,ſed quoad pœnam,Ierem.31.34.*Iniquitatum veſtrarum non recordabitur Dominus*.Item,*Delebit inſtar nubis, Demerget in profundum maris peccata veſtra*. Iſa.44.22.*Non imputabit*,Pſal.32.2.*Caſtigatio pacis noſtræ fuit ſuper eum* . Iſa. 53.5.*Peccatorum noſtrorum non recordabitur ampliùs*,Ier.31.34. Ergo non poſtulabit ad pœnam.Et Paulus Chriſtum ſeſe pro nobis ἀντίλυτρον dediſſe ſcribit,1.Tim.2.6.Et qualẽ compenſationem à nobis recipiat Dominus , docet Oſeas inquiẽs c.14.2.*Omnem*,inquit,*tolles iniquitatem,ô Deus, & vitulos labiorum perſoluemus* , ſeu ſacrificium laudis , i. gratias maximas,quæ olim figurabantur ſacrificiis, ſeu fructum labiorum confitentium nomini Dei, vt interpretatur Apoſtolus Heb.13.15.

[a] Iſa.43.25 Act.10.43

Sed, Erat publica teſtificatio , qua qui excommunicati fuerant,vel propter fidẽ negatam in perſequutione , vel propter admiſſa grauiora crimina ſcortationẽ,& ſimilia, cùm in communionem recipi vellent, à Paſtore primũ, vel Preſbytero, τῇ ἐπιτιμίᾳ,obiurgatione,ſeu verbis caſtigabantur[b],in aliorum exẽplum : Deinde indicebãtur iis certa ieiunia,& alia,tanquam Pœnitentiæ Adiuncta,qui-

[b] 2.Cor.2.6.

Quando totus aliquis cœtus aut Eccleſia,ſentiens præſentia vel imminentia flagella Dei, propter delicta publica maximæ partis,ſolenni inſtituta Pœnitentiæ profeſſione indicta à Magiſtratu , vel Gubernatoribus Eccleſiæ,adhibito fletu & ieiunio, iram Dei deprecatur[a]. Quibus olim Eccleſia Iudaica addebat ſciſſionem veſtium,cinerē,& ſaccum tanquam ſigna[b]:Qualis fuit Pœnitentia Niniuitarum,[c].Et qualis Nehemiæ 1.4. deſcribitur:& Iſraelitarum[d].

a Ioel. 2.12.
b Ierem. 6. 26.
c Iona.3. 5. 6.
Eſthera 4. 5.
d cap.9.3. 3.4.

XXVII. *Quæ eſt Priuata Extraordinaria?*

Erat diſciplinæ Eccleſiaſticæ pars , quæ in vſu erat, cùm aliquis poſtquam receptus eſſet in album ciuium Eccleſiæ,ita turpiter ceciderat,& effreni licentia ſe proiecerat ad peccandum,vel quadam defectionis ſpecie excuſſerat iugum Dei,& ſic ſuis moribus Eccleſiam offenderat,vt Eccleſiaſticus Senatus eum excludere de Eccleſiaſtico cœtu cogeretur[e]:tum enim publica Pœnitentiæ iudicia ab eo requirebantur , vt Extraordinarius dolor, luctus,confeſſio,ac deprecatio,quibus ſatisfaceret Eccleſiæ,& ex quibus Eccleſia colligere poſſet eum qui offenderat,veram & ſeriam Reſipiſcentiam meditari, & ita rurſum recipiebatur. Ita receptus eſt Corinthius ille in communionem , cùm ſe obſequentem correctioni exhibuiſſet[f].

e Matt. 18. 15.16.17.
f 2.Cor.2. 6.

XXVIII. *Quæ erant partes huius Pœnitentiæ?*

Tres, Contritio,Confeſſio,& Satisfactio.

XXIX. *Quid fuit Contritio?*

In Veteri puriore Eccleſia, Non ſpecies ſatisfactionis pro peccato coram Deo , ita enim tranſlatum fuiſſet ad homines quod vnius Chriſti proprium eſt ſed aſſiduus & manifeſtus dolor excluſi à cœtu Eccleſiaſtico propter ſuã culpã,qui dolor deprehendebatur ex lacrymis pœnitentis & petentis redire in gratiam cum Eccleſia: cuius exemplum habemus in eodem inceſtuoſo Corinthio[g].

g 2.Cor.22.

XXX. *Quid erat Confeſsio?*

Non ſuſurratoria in aurē Sacerdotis ſecretorum ſcelerum enumeratio,ſed tãtum eius delicti aut erroris c ia vnica eſt pro peccatis ſatisfactio [a]. Sed nec pœnæ ſunt ſeu *τιμωρίαι*, verùm *παιδεύματα*, caſtigationes paternæ, *δοκιμασίαι*, ſeu explorationes & admonitiones, futurum potiùs quàm præteritum tempus ſpectantes, ne peccatum porrò in tempore eorum regnet, néve cum mundo pœnitere neſcio, pereant, 1. Corinth. 11.32. *Cùm iudicamur. ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα, ne cū mundo condemnemur.* Denique remiſſa peccati culpa, remiſſa eſt & pœna. Contra, non remiſſa, pœna non eſt peccatum remiſſum, ex cauſæ & effectus proprij neceſſaria conſequutione.

a Heb.9.2. 26.& 30.11 .2

XXXIV. *Quis finis Pœnitentiæ?*

Vt peccatores ſe agnoſcant, ſuáque omnia coram Domino damnata, quo carnis ſuæ mortificationi ſtudeant, ac nouam in Spiritu vitam totis votis experant, Deum noua ſua vita glorificent, & ſic viam in Regnum Dei teneant.

XXXV. *Qui fructus ſeu Effectus Pœnitētiæ?*

Alij interni, perpetui, & neceſſarij; alij Externi. *Interni* ſunt officia pietatis erga Deum, Charitatis erga proximum, & in tota victa ſanctimonia & puritas, ſed hæc ab interiore cordis affectu profecta.

Externi ſunt corporis quædam exercitia, quibus priuatim quidem vtimur ad nos humiliandos domandámque carnem noſtram [b] publicè verò ad Reſipiſcentiæ teſtificationem, vt in ſqualore gemitu, & lacrymis iacere, omnibus delitiis ſe abdicare, ieiunio vacare: modò ne in his rigidiores ſimus, néve exercitia hæc præcipuam partem conſtituamus Pœnitētiæ. Ideo Ioel 2.13. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Et Iacobi. 4.8. *Mundate ſcelerati manus, purgate corda duplices animo.*

b 2. Cor. 7. 11.

XXXVI. *Quis Vſus?*

Nempe vt quemadmodum per relectionem ſedulam Scripturæ vitia; ſic per pœnitentiam vitæ errata corrigamus.

XXXVII. *Quæ pugnantia?*

Error Nouatianorum & Catharorum, qui deficientibus à fide tempore perſecutionum, vel in manifeſta ſcelera prolapſis poſt Baptiſmum, pœnitentiam & reditum bus ſe prioris vitæ pertæſos eſſe probarent, ac manebant ſeorſim in Templo, audiebant conciones, inde Audiẽtes dicti: pôſt expleto certo tempore intererãt precibus, ſed in gradu ſiue ſede aut ordine Pœnitentium, inde Orantes. Cùm autem veniretur ad Sacramentorũ adminiſtrationem, abibant: Tandem verè, & cũ lacrymis ſupplices petebant veniam ab Eccleſia quam offenderant. Atque ita dicebantur non Deo pro peccatis, ſed Eccleſiæ pro Scandalo dato ſatisfeciſſe, i. tantum præſtitiſſe, quantum Eccleſiæ in quam peccauerãt, ſatis videbantur. Et demum per Impoſitionem manuum Epiſcopi, Abſolutionis ſymbolum ad Euchariſtiæ communionem admittebantur. Cyprian. lib. Epiſt. 3. Epiſtola 14. Quas publicas Pœnitentium caſtigationes veteres vocant ἐπιτίμια καὶ τιμωρίας, Latini autem Satisfactiones. Et hodie vtilis eſſet talis diſciplina, qua peccator qui ſe polluiſſet graui aliquo flagitio, non reciperetur ad communionem fideliũ, niſi priùs Eccleſiæ ſatisfeciſſet, modò citra ſuperſtitioſum rigorẽ, oſtentationem, hypocriſin, & meriti opinionem.

Erat etiam politica Satisfactio, qua reſtituebatur ablatũ, & ſatisfiebat proximo, qui à derelinquẽte læſus erat: de qua Auguſtinus, *Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum* Quin quod locum illum Matth. 3. 8. *Facite fructus dignos Pœnitentiæ*, de Satisfactione interpretantur Chryſoſtomus, & Hieronymus in Commentariis.

XXXII. *Annõ apud Danielem ca. 4. 27. iubetur Nebucadnezar peccata ſua iuſtitia & eleemoſynis redimere?*

Iubetur quidem, ſed illud *Redimere* refertur potiùs ad homines quàm ad Deum: & nõ cauſa veniæ (nulla enim vnquam fuit ἀπολύτρωσις quàm ſanguis Chriſti[a]) ſed potiùs modus conuerſionis illic deſcribitur. Sic *Charitas operit multitudinem peccatorum*, Prou. 10. 12. non apud Deum, ſed apud homines ipſos.

[a] Eph. 17. Col. 1. 14.

XXXIII. *Annon paſſionis piorum ſunt ſatisfactiones, & compenſationes pro peccato?*

Nõ, quia nõ ſufferuntur ſine peccato, & Chriſti obedientia ratas preces, peregrinationes ad hoc vel illud cadauer, cæreos, cucullas, humi dormitiones, eleemoſynas, miſſas emptas, indulgentias, & ſimilia: vel per indictas pœnas à Sacerdote, vel per paſſiones quas pij perferunt: quæ omnia gratuitæ Satisfactioni Chriſti repugnãt, qui mortis & obedientiæ ſuæ virtute, reatum & pœnam peccatis noſtri debitam ſuſtulit [a].

[a] Iſa. 53. 4. 5. 1. Ioh. 1.

3. Hypocritarum conatus, qui externam Reſipiſcentiam externè quidem moliuntur, cùm tamen internos impietatis faſciculos non diſſoluant.

4. Anabaptiſtarum & Perfectiſtarum, qui ſe perfectũ Regenerationis gradum aſſequutos eſſe ſomniant, contra perpetuum illud Spiritus & carnis certamen, quod ſentiunt Sancti in hac vita, Gal. 5. 16.

LOCVS XXXI.

De iuſtificatione Hominis coram Deo.

1. *Quid ſignificat Iuſtificare?*

LATINA origine, reipſa iuſtum facere, hoc eſt renouare, & cor immutare, quod ſolius Dei proprium eſt: ſicut etiam Sanctificare, eſt ex profano ſanctum facere. Qua ſignificatione videri poteſt Apoſtolus vſurpaſſe, 1. Cor. 6. 11. *Et hæc eratis quidam, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu & per Spiritum Dei noſtri* id eſt ex immundis mundi, ex profanis ſancti, ex iniuſtis iuſti facti eſtis per Spiritum Sanctum, propter Chriſtum, in quem creditis. Quam ſignificationem nonnulli Patres, atq. imprimis Auguſtinus (attẽdentes potius Latini vocabuli compoſitionem, quàm Spiritus Sancti phraſim) ſequuti ſunt, vt Iuſtificari illis ferè nihil aliud fuerit, quàm ex iniuſto iuſtum fieri per gratiam Dei propter Chriſtum: vt Auguſtinus Epiſt. 105. ad Sextum &

ad Eccleſiæ communionem negabant, contra illud Ie-
rem.3.1. *Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuerte*
ad me dicit Dòminus, & ego recipiam te: & contra exemplum
Petrij, poſt abnegationem recepti in gratiam, & Apo-
a Ioh.21.15. ſtolicam functionem [a]: & Inceſtuoſi apud Corinthior
16.17. pœnitentis recepti à Paulo [b], & dictum Chriſti, qui vult
b 2. Cor. 2. nos condonare fratribus ſeptuagies ſepties, id eſt quoties
7. reſipuerint, Matth.18.22. Et Chryſoſtomi ἢ χαλέπως μετα-
νοήσας εἰσῆλθε: Et factum Domini, qui relictis 99. ſanis qui-
bus, errantem & laſſam quæſiuit, & inuentam humeris
ſuis portauit, ibidem Matth.18.12.

2. Μεταιολογία Pontificiorum, qui docent 1. Pœniten-
tiam eſſe opus liberi Arbitrij ſeu virium humanarũ, cùm
mala arbor non poſſit bonos fructus facere, Matth 7.18.
2. Pœnitentiam eſſe Sacramentum, & Actus hominis pœ-
nitentis eſſe materiam huius Sacramenti, cùm tamẽ Ba-
c Marc. 1. ptiſmus ſit Sacramentum Pœnitentiæ [c]. Et addunt, alte-
4. ram poſt naufragium eſſe tabulam, qua poſt Baptiſmum
Luc. 3. 3. acceptum peccantes iterum cum Deo in gratiam redeunt.
Act.2.38. 3. (Quod ipſorum πρῶτον ψεῦδος eſt) Publicæ ſeu Eccleſia-
ſticæ & Diſciplinaris Pœnitentiæ, quæ fit coram Eccle-
ſia, ritus, contritionem, confeſſionem, & Satisfactionem
ad generalem Pœnitentiæ, quæ fit corã Deo, doctrinam
accommodant, cuiuſque partes eſſe dicunt. 4. Contritio-
nem cordis eſſe Dolorem voluntariè ſuſceptum pro pec-
catis, qui mereatur miſericordiam Dei. 5. Confeſſionem
oris auricularem, id eſt enumerationẽ accuratiſſimã o-
mnium peccatorum, explicatis etiam ſingulorũ circum-
ſtantiis in aurem proprij Sacerdotis, iure diuino manda-
tam, à ſingulis ſub pœna Excõmunicationis præſtandã,
& ad remiſſionem peccatorum obtinẽdam: neceſſariam
neglectionem autem eius mortalem eſſe. Confeſſionem
autem quæ fit quadrageſimæ tempore, maximè Deo gra-
tam & acceptam eſſe, contra expreſſam Doctrinam Pau-
d Col.2.16. li, Rom.14.5.6.[d]. Non ſufficere Pœnitenti à Præteritis
Gal.4.10.11. malis abſtinere, & mores in melius mutare, niſi de iis
quæ facta ſunt, ſatisfaciat Deo, & & hanc ſpecialiter Pœ-
nitentiã vocãt: vnde vulgare illud, facere Pœnitentiã. Sa-
tisfactionẽ autem pro peccatis & pœnis peccatorum ſalu-
tem Purgatorij fieri Deo, vel per opera indebita, hoc eſt
Verbo Dei nõ mandata, vt per constructa templa nume-

ratas

II. *Qua ſignificatione vſurpauit hoc verbum Paulus in Doctrina de Iuſtificatione hominis coram Deo?*

Non prima, non tertia, ſed ſecunda, quæ planè forẽſis eſt. Eſt enim Iuſtificari Apoſtolo, cœleſtis Iudicis ſententia abſolutum à condemnatione & reatu pro iuſto haberi. Quod patet ex antitheſi Iuſtificationis & Condemnationis, quam inſtituit Paulus Rom. 8. 33. *Quis intentabit crimina aduerſus electos Dei? Deus eſt qui iuſtificat: Quis eſt qui condemnet?* Proinde Iuſtificatio Paulo eſt, Sententiæ quædam pronuntiatio & vt ita dicam, Iuſtidictio, re ipſa potius, quàm Iuſtifactio.

III. *Quotupliciter dicitur quis Iuſtificari apud Paulum?*

Dupliciter tantum [a], vel ſua Iuſtitia, id eſt ex operib. ſeu ex lege, vt Rom. 2. 13. *Factores Legis*, (ſi qui ſint ſupple) *iuſtificabuntur*: quæ iuſtitia Legalis dicitur. Vel aliena, Chriſti ſcilicet, id ex fide, Rom. 5. 19. *Fide iuſtificamur*, quæ iuſtitia Euangelica dicitur.

[a] Rom. 10. 3. 4 5.

IV. *Quid ſignificat, Ex operibus iuſtificari?*

Non, vt quidam putant, iuſtitiæ habitum ex operibus iuſtis acquirere vel, iuſtam fieri ex operibus, ſed iuſtum iudicari & pronuntiari propter obedientiam Legi præſtitam, ſeu, operibus iuſtificari dicitur is, in cuius vita reperitur ea puritas & ſanctitas, quę teſtimonium iuſtitiæ apud thronum Dei mereatur: qualiter neminem mortalium iuſtificari docet Paulus, Rom. 3. 20. *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro*, id eſt ex eo quod pręſtetur lex, ſiue ex præſtatione Legis non iuſtificabitur omnis caro. Quod Enuntiatum licèt apud Græcos & Latinos eſt particulare, apud Hebręos tamen eſt vniuerſale, quia particulare, apud Hebręos tamen eſt vniuerſale, quia particula negans non cohæret cum Nota ſeu Categoremate vniuerſali, ſed cum verbo.

V. *Quid fide iuſtificari?*

Eſt propter Chriſtum fide apprehenſum abſolui à peccato: ſeu fide iuſtificari dicitur is, qui ſua, id eſt operum iuſtitia excluſus, alienam, id eſt Chriſti iuſtitiam per fidem apprehendit, qua veſtitus, in Dei conſpectu non vt alibi ſæpe: (qui tamen Remiſſionem peccatorum pro eo, quod Iuſtificationem cum Paulo dicimus, vſurpat) Iuſtificationem pro generatione ſeu Sanctificatione ſumit, Ex quo Sophiſtæ Iuſtitiarij erroris ſui anſam ceperunt. At idem tamen nobiſcum cenſet, dum remiſſionem peccatorum, pro ea quam Iuſtificationem cum Paulo vocamus, vſupauit: ſicut & Dauid expoſitore Paulo, dicit, *Beatum hominem, cui Deus imputat Iuſtitiam abſque operibus*, dicens, *Beatum quorum remiſſæ ſunt iniquitates*, Pſal. 32. 2. Rom. 4. 7. Nam, *Iuſtitia ſanctorum*, inquit Auguſtinus, *in hoc mundo, magis peccatorum Remiſſione conſtat, quàm perfectione virtutum*. Vbi particula Magis, excluſiuè ſumenda eſt pro Potiùs, ſicut in illo: *Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus*, Act. 5. 29. Et *Dilexerunt gloriam hominium magis quàm gloriam Dei*, Iohan. 12

2. Scripturæ vſu eſt verbum forenſe, & ſignificat Imputare iuſtitiã imputatione iuſtũ cenſere, reputare iuſti abſoluere à criminibus obiectis, liberare, ſententia iuſtum pronuntiare, iuſtum conſtituere & agnoſcere quod etiam ſonat verbum Hebræum *Hiſdic*, quod verbo condemnandi paſſim in Scriptura opponitur: vt & verbum Græcum δικαιοῦν hac ſignificatione ſumitur in vſu forenſi: quod Suidas exponit, δίκαιον νομίζειν. id eſt iuſtum cenſere. Vt Prouerb. 17. 15. *Qui iuſtificat impium, aut qui condemnat iuſtum, vterque eſt abominatio Domino*: Vbi iuſtificare non ſignificat iuſtitiam infundere, hoc enim facere non eſt abominatio. Et Matt. 12. 37. *Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis*. Sic Luc. 7. 29. *Publicani iuſtificauerunt Deum*, id eſt iuſtum agnouerunt, & confeſſi ſunt. Et cap. 16. 15. *Vos iuſtificatis vos coram hominibus*, id eſt haberi vultis iuſti. Ab hac ſignificatione, Coràm hominibus iuſti pronuntiantur à poſteriori, qui iuſtè agunt, vt Iacobi 2. 21. Abraham dicitur iuſtificatus, hoc eſt pronuntiatus iuſtus coram hominibus ex effectis.

3. Significat ad iuſtitiam alios promouere, docendo inſtituendo, vt Dan. 12. 3. *Qui alios iuſtificant*, hoc eſt inſtituunt ad iuſtitiam, ſiue doctrina & inſtitutione efficiunt iuſtos, *erunt ſicuti ſtellæ in firmamento*. Et Apoc. 22. 11. *Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc*. id eſt bene agendo proficiat.

VIII. *Quæ eſt cauſa efficiens Iuſtificationis?*

Non homo ſiue à ſe, ſiue ab alio ſymbolum conferẽs, quippe in actu Iuſtificationis tantum ſubiectiuè & παθητικῶς ſeſe habet: ſed Deus, qui obedientiam Chriſti nobis acceptam fert. Stat enim illud Iehouæ, Eſa. 43.25. *Ego ego ſum qui deleo præuaricationes tuas propter me, & peccatorum tuorum recordabor* Quod Axioma Theologicum, tanquam verum Scribæ Iudæorum etiam agnouerunt, Marc. 2.7. *Quis poteſt remittere peccata niſi Deus ſolus?* Et Rom. 4.5. *Sed credit in Deum qui iuſtificat impium*, id eſt eum qui in ſeſe impius eſt iuſtum cenſet in Chriſto. Et cap. 8.33. *Deus eſt is qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet?* Et hinc Iuſtitia Dei appellatur [a]: Non eſſentialis illa Iuſtitia Dei qua in ſeſe iuſtus eſt: non etiam illa communicatiua, quam ſuis Electis communicat per Spiritum Sanctum, ſed ab Efficiente cauſa ſic dicta, quia videlicet nobis eam gratuito imputat, ſeu adiudicat: partim etiam ab Obiecto, quia ſola poteſt ferre rigorem iudicij diuini, & conſiſtere coram tribunali Dei: & ideo æterna dicitur, Dan. 9.23. quia ab æterno ab eo decreta.

IX. *Quæ cauſa* Συνεργὸς *Iuſtificationis.*

Chriſtus qui meritò & obedientia ſua Iuſtificationem nobis acquiſiuit, Rom. 5.9. *Iuſtificati ſumus ſanguine ipſius*. Et 2. Cor. 5.18. *Reconciliati ſumus per ipſum Chriſtum.*

X. *Quæ cauſa eſt* προηγουμένη?

Non futurorum bonorum operum, aut fidei præuiſio, nec præſentium æſtimatio, ſed ſola Dei gratia, non illa gratis data aut infuſa, ſiue fides, ſiue Charitas: ſed gratia gratis dans, id eſt Dei beneuolentia [b], ſeu εὐδοκία, & erga nos homines amor [c]. Ideo Rom. 3. 24. *Iuſtificantur Gratis.* id eſt δωρεὰν, id eſt excluſis operibus, non modò fidẽ antecedentibus, ſed conſequentibus, ſeu ex gratuito dono ac mera liberalitate, *Eius gratia per Redemptionem factam per Ieſum Chriſtum.* Et cap. 4. 16. *Propterea ex fide eſt hæreditas, vt ſit per gratiam.* Et 11. 6. *Quòd ſi per gratiam, iam non ex operibus, alioquin gratia non eſſet gratia, &c.* Et Eph. 5. 8. *Gratia ſtis ſeruati per fidem, & hoc non ex vobis,* peccator, ſed tanquam iuſtus, ἄμωμος καὶ ἀνέγκλητος apparet[a].

---

[a] Rom. 1. 17. & 3. 21. 22.

[b] Eph. 1. 9.

[c] Tit. 3. 4.

a Gal.3.27. Eph. 15. 27. Apoc.7.14.

VI. *Quid eſt Iuſtificatio?*

Non Spiritus Sancti donatio, Regeneratio, aut nouæ Qualitatis infuſio, iuſtitiæve acquiſitio: aut ſi philoſophicè loquendum ſit, non μεταβολὴ, ſeu motus ad iuſtitiam acquirendam. Sed, Eſt ſententia Iudicis cœleſtis, qua propter Chriſti meritum, ex mera ſua gratia, credenti non imputat peccatum ad mortem, ſed imputat iuſtitiam Chriſti in Euangelio oblatam, ad ſuam gloriam, & vitã æternam. Vel Eſt gratuita abſolutio à peccato, & morte ſimul, & imputatio iuſtitiæ ad vitam æternam, & gloriã Dei, ídque propter Chriſtum, eiúſque iuſtitiam, quibus per fidem induti, comparemus coram Dei tribunali ſancti & inculpabiles.

VII. *Quæ ſunt partes Iuſtificationis?*

Duæ: prior eſt ἄφεσις, remiſſio, ſiue abſolutio, eáque duplex, primùm à peccato, deinde à morte. Primùm enim Deus è tribunali ſuo pronuntiat immunes à peccato: nam etſi peccatum in nobis inſit reipſa, tamen quia totum illud quantumcunque eſt, regitur Chriſti iuſtitia, ideóque non obiicitur Dei iudicis oculis. Deus nos pronuntiat immunes eſſe ab eo, ac ſi in nobis omnino nullum eſſet. Deinde poſtquam abſoluit à nos à cauſa mortis, nempe peccato, abſoluit nos etiam à pœna, & morte ipſa, quæ eſt ſtipendium peccati, Rom.6.23.

Poſterior pars Iuſtificationis eſt λογισμὸς, ſeu imputatio, qua cœleſtis Iudex iudicat nos iuſtos alieno merito, & adiudicat nos vitæ æternæ propter alienum meritum: éſtque hæc prioris quoddam effectum: nam qui iudicatus eſt iuſtus, neceſſe eſt adiucetur vitæ. Vtramque partem docet Daniel cap.9.24. *Septimanæ 70. deciſæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper ciuitatem ſanctam tuam, cohibendo præuaricationem illam, & obſignando peccata, & expiando iniquitatem, adducendo iuſtitiam ſempiternam.* Et Paulus Rom. 3.4.5. Prima parte tollitur debitum noſtrum, ſecunda conſulitur inopiæ noſtræ. Item, Remiſſio peccatorum medetur reatui; imputatio iuſtitiæ Chriſti, corruptioni & malo, quo humana natura laborat.

VIII. Quæ

lus autem *Legem Spiritus vitæ in Chriſto* vocat, quæ noſtræ Originali iniuſtitiæ, ſeu natiuæ labi opponitur[a], & nobis imputatur: tum ipſius obedientiam Actualem, ex illa Habituali profluentem, qua actu ipſo Legi Dei perfectiſſime obediuit, noſtræ inobedientiæ oppoſitam. *Sicut per vnius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ſic per vnius Obedientiam iuſti conſtituentur multi.* Rom. 5.19.

XIII. *Quotuplex eſt Chriſti Obedientia?*

Duplex, Actiua, & Paſſiua. *Actiua* eſt perfecta Legis diuinæ præſtatio, quam Chriſtus adeò plenè & perfectè exequutus eſt, vt Deum toto corde amans, & proximum plus quàm ſeipſum diligens, ad vltimum vſque Legis apicem ſatisfecerit: de qua Matth. 3.15. *Decet nos adimplere omnem iuſtitiam.* Et 5.17. *Non veni ſoluere Legem, ſed implere.* Ioh. 8.29. *Ego quæ placita ſunt Patri, facio ſemper.* Et Philip. 2. 8. *Ipſe ſe ſummiſit factus obediens vſque ad mortem crucis.*

Paſsiua eſt Chriſti victima, ſeu Paſsio nam cùm peccatorum noſtrorum merces ſit mors æterna, ſolus Chriſtus, qui tot debitorum nexui exoluendo par fuit, reipſa pro nobis mortem luit & ſua morte, mortis æternæ vincula abrupit, ſicqúe perſoluto pretio homines debitores apud Deum creditorem liberos eſſe iuſsit. Hinc dicitur Pretium Redemptionis noſtræ[b]: hinc Seruator, Propitiator, & Propitiatio pro peccatis noſtris dicitur, in quo & ex quo recuperamus omnia, quæ in Adamo perdidimus.

XIV. *Anne præter paſsiuam hanc iuſtitiam, etiam actiua Chriſti obedientia, qua legem impleuit, imputatur nobis à Deo in Iuſtitiam id eſt, An propter obedientiam Legi ab eo præſtitam iuſtificamur? vel, An-ne ſoli morti & Paſsioni Chriſti, an verò etiam vitæ actiuæ & inhærenti eius Sanctitati ſalus noſtra vendicanda eſt?*

Maximè. 1. Quia actualis inobedientia Adami, nos peccatores conſtituit; Ergo à contrario, actualis Chriſti

---

[a] Rom. 8. 2.

[b] Gal. 1. 4. Col. 1. 14. 1. Tim. 8. 6. 1. Pet. 1. 18.

Dei donum eſt. Proinde gratuita eſt omnino noſtra Iuſtificatio, ſicut & quæ eam præcedunt Electio, & Vocatio, & ſequens eam Sanctificatio: Nam & Chriſtus ipſe, cum ſua ſatisfactione, eſt donum Dei gratuitum, & ex gratia eſt, quòd Deus propter alium & alienam iuſtitiam iuſtificet, & fides ipſa, itidémque quòd fidei interuentu iuſtificamur, Dei donum eſt. Denique Remiſſionem peccatorum gratuitam eſſe, tum alibi ſæpe, tum Luc. 7. 41. παραβολικῶς docet Chriſtus, propoſita creditoris, & debitorum imagine.

XI. *Quæ eſt Meritoria ſeu Materialis cauſa Iuſtificationis noſtræ, id eſt propter quod iuſtificamur?*

Non fides, non Charitas, non opera, non merita noſtra, vel Sanctorum, non paſſiones, non Sacramenta, ſed Chriſtus cum ſua Iuſtitia: nec principaliter tantùm cuiuſque opera ſeu merita minùs principaliter, ſed ſolus Chriſtus in ſolidum, & quidem quatenus fide apprehenditur, Rom. 3. 24. *Iuſtificamur gratis per Redemptionem factam in Chriſto Ieſu.* Et 1. Petr. 1. 18. *Vt qui ſciatis vos non caducis rebus, argento, vel auro fuiſſe redemptos ex vana veſtra conuerſatione ex Patrum traditionibus accepta* (illorum ſcilicet de quibus dicitur Ezech. 20. 18. *In ſtatutis Patrum veſtrorum ne ambuletis, & iura illorum ne obſeruetis*) *ſed pretioſo ſanguine, vtpote Agni immaculati, & incontaminati nempe Chriſti.*

XII. *Quid Iuſtitiæ Chriſti nomine intelligis?*

Non Eſſentialem illam ipſius Diuinitatis Chriſti in homines diſtributam, ſiue Chriſtum ipſum, quatenus Deus eſt, ad iuſta facienda impellentem, vt dicebat Oſiander: hoc eſt enim μανιχαΐζειν, id eſt Dei Subſtantiæ per omnia diffuſionem imaginari, & Deũ ipſum cum ipſius in nobis effectis confundere. Non itẽ illam inchoatam, quam in Regeneratis efficit ſuo Spiritu: hoc enim eſt Iuſtificationem cum Sanctificatione rurſum confundere. Sed tum puritatem ſummam & perfectiſſimã integritatem ſeu Sanctificationem, qua ex conceptionis ex Sancto Spiritu momento, in humanitate ſua donatus eſt: quam Habitualem vocant, ſeu Originalem iuſtitiã: Pau-

lus au-

Quia in eiuſmodi dictis ſynecdochicè & καθ' ἐξοχὴν vſurpatur præcipua pars pro toto , propter arctiſſimam ſυζυγίαν Paſſionis, & actiuæ Iuſtitiæ Chriſti: id quod etiam liquet ex eo, quòd Rom. 4.25. Iuſtificatio Reſurrectioni (quæ & ipſa actiua eſt) tribuitur, quia Reſurrectione ſua teſtatum fecit Dominus , ſe morte ſua plenè pro noſtris omnibus peccatis ſatisfeciſſe: nec enim peccata noſtra expiata eſſent morte Chriſti, ſi mors in illo certamine ſuperior fuiſſet.

XVI. *Quomodo dicimur Gratis iuſtificari, ſi propter Chriſti meritum iuſtificamur?*

Quia gratuitum eſt Dei Patris de nobis redimendis decretum, nec quicquam de noſtro viciſſim Deo perſoluimus. Proinde illa particula excluduntur noſtra merita, non Chriſti: vnde dicimur ſummo pretio à Chriſto redempti[a]: vt rectè dicere poſſimus, nos meritis & operi- a1.*Cor*.6.20.
bus iuſtificari, quia Chriſti meritis & operibus iuſtificamur. 1.*Pet*.1.19.

XVII. *Quod eſt Subiectum Iuſtificationis?*

Chriſtus quidem ipſe ſubiectum eſt δεκτικὸν ſeu materia in qua illius iuſtitiæ propter quam iuſtificamur nos, quæ in ipſo ſubiectiuè inhæret, nec ſubiectum illud ſuum vnquam egreditur: propterea dicimur fieri *iuſtitia, ἐν αὐτῷ*[b], & Paulus dicit, Se *ἐν αὐτῷ inueniſſe iuſtitiam*, Philip. 3.9. Verùm Iuſtificationis, id eſt ſententiæ illius , qua
Deus pronuntiat iuſtos, Materia & Subiectum ſumus nos b2.*Co*.5.
ipſi, primùm quidem non preparati, aut afferentes vlla 21.
merita, ſed peccatores, & impij, Rom. 4.5. *Qui iuſtificat impium*: deinde credentes, Rom. 3.22. *Iuſtitia Dei patefacta eſt in & ſuper omnes qui credunt.*

XVIII. *Cùm Deus prohibeat iuſtificare impiū, Prou.17.15. Anne rectè facere dicitur, quod ipſe prohibet?*

1. Rectè, quia omni Lege ſuperior eſt & ἀνυπεύθυνος: quare licet ei impium iuſtificando ſuam declarare iuſtitiam, cùm eius voluntas iuſtitiæ regula ſit.

2. Impium vocat Paulus naturæ reſpectu, eū qui ac-

obedientia nos conſtituit iuſtos, Rom.5. Et verſ.10. *Si cum inimici eſſemus, reconciliati fuimus per mortem Filij: multo magis reconciliati ſeruabimur per vitam ipſius.*

2. Quia nō ſolùm expiatione peccati nobis opus fuit ad tollendam mortem, ſed iuſtitiæ dono ad vitam æternam obtinendam, iuxta Legis præceptum & poſtulationem, *Hoc fac, & viues.* Ideo Chriſtus non tantùm Redemptionis noſtræ λύτρον, ſed & finis ſeu perfectio Legis dicitur ad ſalutem omni credenti, Rom.10.4. Hinc Ambroſius, *Perfectionem Legis habet, qui credit in Chriſtum.*

3. Quia Chriſtus non ſolùm pro nobis in mortē ſe obtulit, ſed etiā ſeipſum pro nobis ſanctificauit, vt ſimus & ipſi ſanctificati per veritatem, Ioh.17 19. *Et nobis factus dicitur à Deo Sapientia, Iuſtitia, Sanctificatio, & Redemptio,* 1. Cor.1.30.

4. Quia paſſiua Chriſti obedientia ne quidem mer pureque paſſiua fuit, ſed principatum in eadem actiua ſibi iure vendicauit, Pſal.40.8 9. *Scriptum eſt in capite Libri, vt faciam voluntatem tuam, mi Deus, Et dixi, Ecce venio: Et ideo oblatus eſt, quia voluit,* Eſa.53. 7. Et vt Sacerdos ſeipſum obtulit victimam pro peccatis *vnicaque oblatione conſecrauit in æternum eos, qui ſanctificantur*, Hebr. 10.7.14. imputata ipſis Sanctitate Chriſti victimæ, ſicut declarat Apoſtolus verſ.10. *Qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel factam.*

5. Quia Chriſtus totus nobis datus eſt, cum ſuis beneficiis, alioquin ſi paſſiua duntaxat eius obedientia nobis imputaretur, ſequeretur dimidium tantùm Chriſti nobis datum, Patientem videlicet non autem Agentem ea quæ Patri ſunt placita: auferentē peccata & mortem tantùm, non autem afferentem iuſtitiam. At ille non ſibi ſed nobis natus, & datus eſſe dicitur [a], vt totum ſe nobis impenderet, & pro nobis agenda ageret, & patienda pateretur.

[a] Iſa.9.6.

XV. *Cur igitur Chriſtus dicitur nobis propoſitus eſſe à Deo placamentū in ipſius ſanguine, Rom. 24. 5. & dicimur ſanguine Chriſti iuſtificari, Rom.5.9. & purgari ab omni peccato, 1. Ioh.1.7.*

Quia

ta remiſſio, & obedientiæ perfectiſſimæque iuſtitiæ Chriſti imputatio,& acceptilatio,qua fit vt credentes iuſti cenſeantur coram Deo in tribunali ipſius, & ius vitæ æternæ obtineant:ſeu iuſtitia Chriſti imputata, quatenus imputantur à Deo,eſt Iuſtificationis forma. Quod confirmat Apoſtolus,Rom.4.6.inquiens, *Dauid beatum declarat cui Deus imputat iuſtitiam abſque operibus*: vbi forma Iuſtificationis ponitur non inhærens iuſtitia, ſed imputata quatenus imputatur: Pſal.32.1. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata, Beatus vir cui non imputat Dominus peccatum.* Gen.15.6.*Credidit Abraham Deo,& reputatum eſt ei ad iuſtitiam.* Rom. 5.19. *Per vnius inobedientiam iuſti conſtituuntur multi.* Et 2.Cor.5.21. *Eum qui non nouit peccatum pro nobis peccatum fecit*, non in ſeſe, ſed ex omnium noſtrorum peccatorum reatu ipſi imputato, *vt nos efficeremur iuſtitia Dei*, id eſt iuſti apud Deum *in ipſo*. Et hæc eſt illa noſtra iuſtitia imputata, non quod eius cauſa ſimus vllo modo,ſed quia nobis adiudicatur à Deo.

XXXIII. *Quid imputare ſignificat?*

Non dare,aut infundere,aut inſerere: ſed cogitare & decernere,habere, cenſere,numerare, acceptum ferre, *Alloüer,& receuoir en compte*:Sic enim in Geneſi 15.6.*Abraham credidit &* (ex phraſi Hebraica) cogitata ſeu decreta *ei* qui ante reus erat, *iuſtitia fuit*: Sic enim vſitatè accipitur verbum חשב,id eſt *imputare*,vt Gen.50.20. *Vos cogitaſtis de malo,ſed Dominus imputauit*,ſeu cogitauit *hoc ad bonum*. Et 2.Sam.19.19. *Non imputes mihi Domine hoc peccatum*, id eſt non cogites ſeu non decernas me puniendum. Sic Rom.5.13. Ἁμαρτία οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου. Sic Rom.8.36. ἐλογίσθημεν, *habiti ſumus tanquam oues occiſionis*: *&* 9.8.*filij promiſſionis* λογίζεται, *cenſentur in ſemine.* Et Marc.15.28. μετ᾽ ἀνόμων ἐλογίσθη, *cum ſceleratis numeratus eſt.* 2.Tim.4.16. *Omnes me deſeruerunt*, μὴ αὐτοῖς λογισθείη, *ne illis imputetur*: ad Philem.verſ.10. *Siquid læſit te aut debet*, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει.

XXIV. *Quotuplex eſt Imputatio?*

Duplex,quædam *realis*,quando reipſa datur aut numeratur quod in rationes admittitur; vt cùm reipſa debitor,qui eſt ſoluendo, creditori pecuniam numerat, eáceptantis gratiæ reſpectu electus eſt.

3. In Iuſtificatione tollitur impietas, ſuccedit fides: ſicuti illuminatur cæcus, qui ſubmota cæcitate recipit viſum. Adhæc Impium dicit, non actu impietate perſeuerantem, ſed non afferentem propria merita, nec reſpicientem ad ſuas vel qualitates, vel actiones, vel virtutes, ſed quem vita antè acta impietatis Reum agit, & qui tamen deplorat ſuam impietatem, & ad gratiæ thronum confugiens, ſibi ignoſci petit, vt Daniel, inquiens,
Dan. 9.7. *Tibi tantùm Iuſtitia, nobis autem confuſio faciei.* Et Dauid
Pro remiſsione peccatorum (Ergo & impietatis) *orabit ad te*
Pſal. 32. 6. *omnis Sanctus.*

XIX. *Nihil-ne differt Iuſtificatio iam credentium & renatorum à Iuſtificatione eorum qui nondum renati ſunt?*

Nonnihil differt, ſi ſubiecta conſideres, quia in non renatis nihil inuenit Deus, præter horrendam malorum colluuiem: in renatis verò ſua etiam dona complectitur Deus, vtroſque tamen eodem modo iuſtificat.

XX. *Quinam Iuſtificantur?*

Soli Electi ante conſtitutionem mundi, Rom. 8.30. *Quos prædeſtinauit, eos etiam vocauit, & quos vocauit, eos etiam iuſtificauit.* Et verſ. 33. *Quis intentabit crimina aduerſus Electos Dei?*

XXI. *Eodémne modo omnes?*

Eodem: ideq Paulus Rom. 4.3.9.10. cùm ab exemplo Abrahæ Patris credentium argumentatus eſſet, ſubiecit verſ. 23. *Non ſcriptum eſt autem propter eum ſolùm, quòd ei imputatum ei fuerit, ſed & propter nos, quibus futurum eſt vt imputetur, iis nimirum qui credunt in eum, qui excitauit Ieſum Dominum à mortuis.*

XXII. *Quæ Iuſtificationis forma?*

Non μεταβολὴ, ſeu motus alterationis, quo acquiritur iuſtitia per fugam mali, ſtudiúmque boni: hoc enim Sāctificationis proprium eſt: non item Charitas, non bona opera, non noſtra Legis impletio, non denique Qualitas infuſa, aut inhærens, imò ne ipſa quidem fides: ſed peccatorum noſtrorum per ſanguinem Chriſti parta remiſſio, conſpectum prodimus, & vitæ æternæ ius conſequimur, quàm Iacob olim indutus veſtibus pretioſis primogeniti fratris ſui Eſaui, patrem accedens Eſaui loco habitus, obtinuit benedictionem[a].

[a] Gen. 27. 15. & ſeq.

XXVI. *An-non Iuſtificatio ſic erit tãtùm Ens quoddam imaginarium, ſeu fictio iuris?*

Abſit: nam imputatio non eſt otioſa cogitatio, ſed efficax Relatio, ſeu applicatio fundamenti ad terminum, i. Cogitatio Dei efficax credenti, iuſtitiam & ſatisfactionem Chriſti decernens. Deinde, vt loquuntur in Scholis, Etſi Relatio eſt res minimæ Entitatis, tamen eſt maximæ efficaciæ. Vt igitur damnatio, quãquam eſt Relatio, tamen non eſt prorſus nihil, aut iuris fictio, aut otioſa cogitatio, ſed ſignificat ordinationem efficacem ad æternas pœnas: ſic imputatio Iuſtitiæ, aut iuſtificatio, quæ eſt Relatio diuina, nequaquam eſt fictio iuris, aut cogitatio otioſa (vt parùm religioſè quidam loquuntur) ſed eſt decretum Dei efficax, εὐδοκία, καὶ ἄρεστον τοῦ θεοῦ, ſeu ordinatio talis, qua Deus eum qui reus eſt, & in ſeria Pœnitentia credit in Chriſtum abſoluit à reatu, & imputat ei iuſtitiam Chriſti fideiuſſoris.

XXVII. *Sed, An non abſurdum eſt aliena iuſtitia nos iuſtificari, ſicut aliena albedine dealbari eſt ἀδυνάτον.*

Non eſt, quia non eſt eadem ratio: nam aliena vita ſimpliciter aliena eſt: ſed iuſtitia Chriſti aliena eſt quatenus extra nos eſt, & in alieno ſubiecto, nempe Chriſto reſidet: ſed aliena non eſt, quatenus nobis deſtinata eſt: ſicut ſolutio debiti noſtri aliena eſt, quatenus ab alio ſubiecto facta, noſtra eſt: quatenus nobis imputatur. Eſt etiam noſtra illa iuſtitia, quatenus illud ipſum eius ſubiectum, nempe Chriſtus, noſter eſt, adeóque ſpiritualiter per fidem factus eſt vnus nobiſcum: non per actualem corporis & animæ Chriſti συμφυάδα καὶ ἀποῤῥῶγα intra nos, aut per tranſuerſationem, transfuſionem, vel continuationem eſſentialem vt actualem vllius Qualitatis que in rationes accepti admiſſa, reipſa liberatur debitor.

Quædam δωρεὰν eſt, ſiue *gratuita*, cùm non reipſa ſoluitur, ſed pro ſoluto habetur, quod debebatur à debitore, qui ſoluendo non eſt, ſic vt non ampliùs à creditore interpelletur, ſed liberetur per acceptilationem: qualis eſt illa οἰκονόμος τῆς ἀδικίας, Luc. 16. 6. qui in tabulis, id eſt obligationis inſtrumento, loco centum, quinquaginta aſcribi vult, eóque modo debitores Domini ſui liberat à portione penſionis debi[illegible] ſummæ, quam reipſa nō perſoluerant.

XXV. *Cùm debeamus Deo pœnam peccatorum noſtrorum, & mortis æternæ Rei ſimus, vtra imputatione liberamur, Realine an Gratuita?*

Gratuita: cùm enim ne quadrantem afferre poſſimus ad nos liberandos, certū eſt nihil à nobis reipſa dari poſſe Domino Deo noſtro: ſed cùm iuſtitiæ ipſius ſatisfieri oporteat, fideiuſſor interuenit, qui noſtra cauſa ſoluit, eíusque ſolutio nobis accepta fertur. Is eſt Chriſtus, cuius obedientiæ & paſſionis meritum, non aliter credentibus imputatur, quàm ſi reipſa in ipſis hæreret.

Probatur hoc. 1. Quia *Chriſtus dedit animam ſuam* λύτρον ἀντὶ πολλῶν, Matt 20. 28. Deinde 2. Cor. 5. 21. *Eum qui non nouit peccatum, fecit peccatum, vt nos fieremus iuſtitia Dei in ipſo*: nam quia perſonam noſtram ſuſcepit, ſicut Reus noſtro nomine factus, & tanquam peccator iudicatus & habitus eſt, non ob ſua propria, ſed ob noſtra delicta: ita nos iuſti ſumus in ipſo, non ob noſtram propriam iuſtitiam, ſed ipſius. Ideo Auguſtinus. *Ipſe peccatum, & nos iuſtitia, nec noſtra, ſed Dei: nec in nobis, ſed in ipſo: ſicut ipſe peccatum non ſuum, ſed noſtrum: nec in ſe, ſed in nobis: ſic ergo ſumus iuſtitia Dei in ipſo, vt ille eſt peccatum in nobis, nempe ex imputatione.* Et Rom. 5. 19. *Quemadmodum per vnius hominis* (Adami) *inobedientiam, peccatores conſtituti ſunt multi: Sic per obedientiam vnius* (Chriſti,) *iuſti conſtituentur multi.* Huc facit celebre dictum Auguſtini, *Noſtra delicta, ſua delicta fecit, vt ſuam iuſtitiam, noſtram iuſtitiam faceret:* Ea enim induti, non ſecus in Dei conſpectum

Auguſt. in Enchiridio, cap. 41.

in illo, nec ab illo ipſo homine, qui ab ea iuſtus cenſetur, ſed ab alio, nempe Chriſto, quæ tamen homini ad iuſtitiam accepta fertur. Ideo Rom,10. 5. & ſeq. Iuſtitia quæ ex Lege eſt, ſic habet, Qui fecerit hæc homo, viuet in ipſis (Leuit.18.5.) Quæ autem fidei iuſtitia eſt, ſalutem gratuitam denuntiat, ſi credideris in corde tuo, & ore confeſſus fueris Dominum Ieſum, & quòd Pater ſuſcitauit illum à mortuis, ſeruaberis.

3. Fine, nam finis Euangelicæ, eſt gloria miſericordiæ & iuſtitiæ Dei: Legalis autem eſt hominum magis gloria, quia haberet homo, de quo gloriaretur[a].

XXIX. *Quodnam eſt Cognatum Iuſtificationis?*

Regeneratio, ſeu donatio Spiritus ſancti, ſeu Sanctificatio, Viuificatio, Renouatio, ſeu Infuſio gratiæ ſenſim abolentis & immutantis deprauatam naturam, ſeu etiam Iuſtitia inhærens, quæ per Spiritum ſanctum nobis communicata, ſe per opera foras exerit, & qua ſumus iuſti, non coram Deo, ſed coram hominibus, & pro iuſtis ab ipſis agnoſcimur & habemur: conſtátque Mortificatione peccati, ſeu veteris hominis, & Renouatione noui, i. odio peccati, & amore iuſtitiæ, ſtudióque bonorum operum: & inchoata obedietia vocari ſolet: de qua 1.Ioh. 3.7. *Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.* Et Apoc.22.11. *Qui iuſtus eſt iuſtitiam faciat adhuc.*

XXX. *Eſt-ne ſeparabilis Regeneratio à Iuſtificatione?*

Non, ſed tamē diſtinguenda, nec duo beneficia Iuſtificationis & Sanctificationis vnquam confundenda: vt de Iuſtificatione dicit Pſal.32.2. *Beatus, cui non imputatur peccatum.* De Renouatione vero addit. *Et in Spiritu eius, non eſt dolus.* Sicut enim in peccato originali, quod ab Adamo habemus, duo ſunt, nempe illius peccati ſeu inobedientiæ reatus & imputatio (vt dicitur Rom.5.12. *in quo ſcilicet Adamo, omnes peccauimus:*) & eam conſequuta iuſtitiæ priuatio. Sic ſi vera eſt antitheſis inter Chriſtum & Adamum, tanquam contrarias cauſas deinde inter peccatum, & iuſtitiam, tanquam contraria Effecta, (pari enim & eadem ratione iuſtitia eſt per Chriſtū

[a] *Rom.* 3. 26. 27. & 4.12. *Eph.* 1. 6.

in Chriſto inhærentis, ſed ex communione quam vinculo ſpiritus Sancti habemus cum ipſo qui eſt caput noſtrum, & cuius quoque nos membra ſumus, Epheſ. 5. 30. Hinc rectè Aquinas, *Caput & membrum, ſunt quaſi vna perſona myſtica, & ideo ſatisfactio Christi, ad omnes fideles pertinet, ſicut ad ſua membra.* Proinde iuſtitia illa, aliena quidem eſt inhæſione, noſtra verò fidei applicatione.

ſum.3.par. qu. 48.art. 2.& qu. 49 art.1.

Adhæc Iuſtificatio non ad qualitatem, ſed ad Relationem refertur, quæ in emanatione & habitudine magis quàm inhæſione conſiſtit. Et præterea ita nunc nobis imputatur, vt aliquando cum ipſo Chriſto in cœlis degentes, realiter etiam iuſtitia Chriſti induamur, eáque vita Chriſti viuamus, quæ nunc eſt tantùm inchoata, olim autem perficietur.

XXVIII. *Quid differunt Iuſtitia Legalis & Euangelica?*

1. Non materia aut forma: ſed efficiente, ſubiecto, & Fine. Non materia, quòd vtraque ſit obedientia, quæ præſtatur Deo: Non forma, quia vtriuſque norma, eſt lex diuina: Deus enim nullam aliam iuſtitiam agnoſcit niſi quæ cum ſua lege congruit: Ideo Rom. 3. 30, *Lex per fidem ſtabilitur:* Tum quia Chriſti iuſtitia eſt plena Legis præſtatio: tum quia Spiritu Chriſti induimur per fidem: quo agente, incipimus velle & agere quæ Dei ſunt, & ſic per eum inchoatur in nobis Legis obedientia. Et cap. 8 3.4. *Deus miſit Filium ſuum in carnem, vt ius Legis,* ſeu Legis iuſtitiam, i. illud ipſum quod requirit Lex, nempe impletionem iuſtitiæ, & perfectam virium noſtrarum integritatem (quæ omnia gratis conſequimur in Chriſto per fidem apprehenſo) *in nobis impleret,* id eſt, in ſeipſo quidē vt ſic dicā, inhæſiuè in nobis verò applicatiuè. nam per fidem ipſe, ipſiúſque iuſtitia noſtra fit. Et Gal. 4. 4. *Chriſtus factus eſt ſub Lege,* id eſt Legi ſubiectus (tam faciendo quàm patiendo) *vt eos qui ſub Lege erant,* i. qui Legi erant ſubiecti, *redimeret.*

2. Subiecto verò & Efficiente differunt, quia iuſtitia Legalis eſt in illo & ab illo ipſo homine præſtita, qui iuſtus ab ea cenſetur, cuiuſmodi nullus eſt, excepto Chriſto. Euangelica verò, eſt perfecta Legis impletio, præſtita non

in illo,

2. Subiecto: iuſtitiæ enim ſubiectum non eſt in nobis ſed in Chriſto: ſanctificationis autem ſubiectum eſt mens. voluntas, affectus, & membra omnia æterna [a]. — a Rom. 6. 19.

3. Obiecto: nam illa reſpicit obedientiam Chriſti perfectam: Sanctificatio autem noſtra pro obiecto habet Legem. — Col. 3. 5.

4. Cauſa Efficiente proxima. Iuſtificatio non habet cauſam in nobis, quia nobis non inhæret: Sanctificatio habet voluntatem, quæ eſt principium actionum humanarum: πράξεως γὰρ ἀρχὴ προαίρεσις, προαιρέσεως δ᾽ ὄρεξις καὶ λόγος, Ariſtot. Maiorum Moralium lib. 1. cap. 11. & perſonarum efficiẽtium reſpectu: nam Tit. 3. 5. Regeneratio & Renouatio Spiritui ſancto efficienter tribuuntur. At Iuſtificatio in ſolidum Chriſto tribuitur: *In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes.* Gen. 22. 18.

5. Effectis, illa nos abſoluit in iudicio Dei, hæc minimè.

6. Iuſtificatio eſt actus indiuiduus: at Regeneratio eſt actus diuiduus; quia non vno momento, ſed ordine quodam, ſeu ſucceſſiuè & per gradus perficitur ex beneplacito Dei: éſtque hic inchoata, in altera verò vita erit conſumata. Adhæc Iuſtificatio eſt meri beneficij: At Regeneratio eſt obſequij noſtri.

7. Iuſtificandi & Regenerandi diſcrimen pulchrè exprimit Paulus: nam is de inhærente iuſtitia ſua flebiliter exclamat, Rom. 7. 24. *Miſer ego, quis me liberabit ex corpore mortis iſto?* Ad iuſtitiam verò imputatam confugiens, quæ in ſola miſericordia fundata eſt, magnificè gloriatur, & plena fiducia vitæ & morti, omnibúſque aduerſis inſultat, Rom. 8. 33. 34. & ſeq.

XXXIII. *Quæ ſunt inſtrumenta ſeu media Iuſtificationis?*

1. Organica cauſa ἔξωθεν annuntians, & offerẽs beneficium Iuſtificationis, eſt vox Euangelij, Rom. 1. 16. *Euangelium eſt Dei potentia ad ſalutem omni credenti*, i. Organum Dei verè potens & efficax ad ſeruandum: *Iuſtitia enim Dei per illud patefit ex fide in fidem*: hinc ſermo vitæ: [b] Verbum ſalutis [c]. Verbum & Miniſterium reconciliationis [d].

2. Ὑπηρέται ſiue adminiſtri & Teſtes huius bene-

b Act. 5. 20.

c Act. 13. 26.

d 2. Cor. 5. 18.

qua peccatum eſt per Adamum) vtramque iuſtitiam imputatam & inhærentem habeamus, neceſſe eſt. Sed in priore vera coram Deo noſtri iuſtificatio conſiſtit, quòd ea ſola perfecta ſit, & conſcientiam pacatam reddat[a].

a Rom. 5. 1.

In altera verò noſtri inuocatio, in qua quotidie nos proficere neceſſe eſt, non autem ea niti coram Deo, cùm in perfecta ſit[b].

b Rom. 7. 18. & ſeq.

XXXI. *Nihilne conueniunt Iuſtificatio & ſanctificatio?*

Conueniunt 1. Cauſa Efficiente, Deus enim vtriuſque author eſt, per meritum Chriſti,

2. Inſtrumentali, quæ eſt Fides, illius quidem recipiendo, huius verò Efficiendo[c].

c 1. Tim. 1. 5

3. Scopo & Fine: vtraque enim tẽdit ad vnum finem, ſed illa vt cauſa: hæc verò vt via, Eph. 2. 10. *Conditi ſumus in Chriſto ad bona opera quæ præparauit Deus vt in iis ambulemus.*

XXXII. *Eſt-ne diſcrimen inter Iuſtificationem & donationem Spiritus ſancti?*

Maximè: quemadmodum Luc. 15. 20. filius prodigus reconciliatur patri per ſolam miſericordiam, qua pectus paternum ardet, non propter κειμήλια, quę Reconciliato donantur.

Quod diſcrimen eſt inter Iuſtificationem & Renouationem?

Differunt τῷ εἶναι, 1. Forma: nam iuſtificatio eſt Remiſſio peccatorum, & imputatio Iuſtitiæ, ſeu acceptatio perſonæ ad vitam æternam, ex miſericordia Dei propter Agnum Dei tollentem peccata mundi. At renouatio eſt per Spiritum ſanctum habitantem in cordibus iuſtificatorum, & accendentem nouos motus congruentes voluntati diuinæ, ab impuris qualitatibus ad puras reductio. Proinde donatio Spiritus ſancti non eſt pars Iuſtificationis, ſed huius tanti beneficij appendix, ſiue, vt Græci loquuntur, ἐπίσφραγμα καὶ προσθήκης μέρος, adeóque obſignatio & teſtificatio receptæ propter Mediatorem iuſtificationis, iuxta illud Eph. 1. 13. 14. *In quem credentes obſignati eſtis Spiritu promiſsionis Sancto, qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ.*

2. Subiecto:

adferens noſtrum ad conciliandam Dei gratiam, ſed à Chriſto recipiens quod nobis deeſt.

XXXV. *Quomodo igitur fides dicitur in iuſtitiam imputari?*

Non abſolutè, ſed Relatiuè, quando videlicet fides nō ſola, ſed cum obiecto ſuo crucifixo iutelligitur, vt Rom. 3.22. *Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes credentes.* Et ver. 25. *per fidem in ſanguine Chriſti.* Quibus locis fidei voce, (metonymia continentis pro re contenta) Chriſtus Crucifixus intelligitur, ſed fide apprehenſus. Hoc ſenſu *fides Abrahæ imputata eſt ei ad Iuſtitiam,* ſeu pro iuſtitia, Rom 4.9. *Et fides cuilibet credenti imputatur ad iuſtitiam.* id eſt, Chriſtus crucifixus apprehenſus fide, cenſetur noſtra iuſtitia, cenſetur, inquam, à Deo è tribunali ſuo ſententiam iuſtitiæ pronuntiante.

Quemadmodum igitur manus quæ recipit theſaurũ donatum, non ditat, ſed theſaurus: Sic nec fidei opus, vel actio nos iuſtificat, ſed ipſe Chriſtus quem fide apprehendimus. Et hoc eſt quod Theologi Orthodoxi dicunt, nos Iuſtificari fide Correlatiuè, & Ratione Obiecti fidem imputari in Iuſtitiam: quæ aſſertio inde manifeſta eſt, quòd apud Paulum, Rom.3.27.28.[a] opponitur hæc Enuntiatio, Fide ſumus iuſti, propoſitioni huic, Iuſtificamur ex operibus, tanquam contradictoriæ. Quare ex natura Contradictionis perſpicuum eſt, non iuſtificari quenquam fide, in quantum eſt opus ſiue noſtrum, ſiue Dei in nobis, ſed in quantum Chriſti meritum includit.

[a] *Gal.*2.28.

Per ſe quidē fidei repugnat Incredulitas, & operibus Legis ἀεργία ſeu intermiſſio bonorum operum: ſed reſpectu Iuſtificationis contraria ſunt, fides quæ merito Chriſti, & opera quæ merito hominis nituntur. Hinc eſt etiã quòd Paulus Iuſtitiam Legis, & Iuſtitiam fidei tanquam contrarias inter ſe opponit, cùm Philip.3.9. repudiat ſuã Iuſtitiam, quę eſt ex Lege: & acquieſcit in iuſtitia, quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti, ſeu ex Deo per fidem.

XXXVI. *Cur particula excluſiua,* Sola, *additur in propoſitione, Sola fide iuſtificamur?*

dictionis(non autem ἔμποροι, venditores [a] ſunt Euangelij Miniſtri: iuxta dicta Ioh. 23. *Quorum remiſeritis peccata remittentur eis: quorum retinueritis, retenta erunt.* Et 1. Tim.4. 16. *Attende tibi ipſi & doctrinæ, perſiste in iſtis: id enim ſi feceris, & teipſum ſeruabis, & eos qui te audiunt:* nempe quia fides eſt ex auditu, auditus ex prædicatione. Rom.10.17.

[a] *Apoc.* 18.3.11.

3. Inſtrumẽtalis cauſa ἔσωθεν interna rurſus duplex, 1. ὄργανον θεόσδοτον, ſeu manus apprehendens & recipiens oblatam iuſtificationis gratiam, eſt fides ſaluifica à Spiritu ſancto credentibus infuſa, Rom.3. 28. *Colligimus igitur fide iuſtificari hominem abſque operibus Legis.* Sic paſſim, Fide, [b] Per fidem [c]. Ex fide [d] (ſunt enim hæc ſynonyma) ſed nuſquam propter fidem iuſtificari ſeu ſeruari dicimur, Rom. 10. 8. *Hoc eſt verbum fidei,* &c. Et hinc *Iuſtitia fidei* dicitur, vt quæ fide apprehenditur, cùm creditur Euangelio.

[b] *Gal.* 2.16.
[c] *Ep.* 2.8.
[d] *Rom.* 3 28.

4. Obſignans interna eſt Spiritus ſanctus, qui obſignat Iuſtificationem in cordibus noſtris, ſic vt de ea dubitare non poſſimus, Eph. 1. 13. *In quo etiam poſtquam credidiſtis, obſignati eſtis Spiritu illo promiſſionis Sancto, qui eſt arrhabo hæreditatis.* Et 1. Cor.6.11.11. *Iuſtificati eſtis per Spiritum Dei in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

5. Obſignans externa ſunt Sacramenta, alterum quidem initiationis, alterũ verò Redemptionis. Rom.4.11. *Et accepit Circunciſionẽ ſigillum iuſtitiæ fidei.* Item 1.Cor.11.23. & Tit.3.5. *Seruauit nos per lauacrum Regenerationis & Renouationem Spiritus ſancti.*

XXXIV. *Quo ſenſu igitur Fide Iuſtificari dicimur?*

Non intrinſeca ſua dignitate aut merito, non quo opus vel noua qualitas in nobis intelligitur, non vi aut efficacia Iuſtificandi à charitate deſumpta: nec propterea quòd charitatem ſibi adiunctam habeat, aut per eam operetur: non quia fides Spiritum Chriſti participat, quo iuſtus credens reddatur, quia non in nobis, ſed in Chriſto iubemur iuſtitiam quærere: [e] ſed quòd oblatam in Euangelio iuſtitiam recipit & amplectitur, Rom 1.16.17. *Reuelatur iuſtitia Dei ex fide in fidem.* Nam quoad Iuſtificationem res eſt merè paſſiua fides, nihil

[e] 2. *Cor.* 5. 21

adferens

iam miſericordiámve Dei iuſtificantis, nec meritũ mor ti Chriſti, quod nobis ad iuſtitiam imputatur: ſed noſtra tantùm & ſanctorum opera ſiue qualitates. Rectè ergo Sola fides iuſtificat, quia ipſa vnicum eſt inſtrumentum, & vnica facultas in nobis qua recipimus iuſtitiam Chriſti. Sic Efficientis cauſæ reſpectu ſolus Deus iuſtificat, nõ fides: Meritoriæ, Sola obedientia Filij iuſtificat: At inſtrumentalis reſpectu, Sola fides.

XXXVIII. *Cur autem Paulus addit,* Χωρὶς ἔργων ν' μȣ Rom. 4. 6.

Non vt ea adeſſe, ſed vt cauſas Iuſtificationis eſſe neget.

Sed quænam opera excludit Paulus?

1. Non ſolùm ceremonialia, vt volunt Aduerſarij, ſed & moralia, vt planum eſt his dictis, quæ ad ſententiæ ſuæ probationem adducit, *Ex operibus Legis nulla caro iuſtificabitur*, Rom. 3. 20. *quoniam per Legem cognitio peccati, ideo non iuſtitia*, &c. Et 4. 15. *Lex iram operatur*. cùm à nullo obſeruetur, Ergo non iuſtitiam. Item cap. 7. 7. ex Decalogo ſeu Lege morali Decimum præceptum citat; *Non noſſem concupiſcentiam eſſe peccatum, niſi Lex dixiſſet, Non concupiſces.* Gal. 3. 10. *Maledictus qui non manſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt ea faciat.* Et v. 12. *Qui fecerit hæc homo, viuet in ipſis.*

2. Nec moralia tantũ excludit, vt iidem Aduerſarij volunt, quæ literaliter aut ex puris naturalibus extra Chriſti gratiam faciunt homines nondum regeniti; cum non regenitus (vt qui extra Chriſtum ſit) nũquam bene agere poſſit: ſed bona opera renatorum etiam, ſeu gratiæ opera, ſeu quæ à fide proficiſcuntur. Nam Abraham qui ſtatuitur vniuerſale exemplar Iuſtificatorum, & iuſtificatus fuit, regenitus fuit, cùm illa opera faceret, propter quæ laudem apud homines obtinuit. Apud Deum verò iuſtificatus non fuit, ſed cum multis iam annis vitæ ſanctitate excelluiſſet, Deus ei ſolam fidem in Iuſtitiam imputauit, Rom. 4. 2. 3. Nec de infideli, ſed fideli, inquit Habacuc. 2. 4. *Iuſtus ex fide viuet.* Et regenitus Dauid Pſal. 32. 1. de ſe & aliis piis exclamat, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Et Pſal. 143. 2. *Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia in conſpectu tuo nullus viuens iuſtificabitur.* Quin

Vt intelligatur quod promiſſio ſalutis,ſola accipiatur fide,& non pendeat ex vlla operis noſtris dignitate aut merito.

An excluſiua particula Sola,*ex Scripturis probari poteſt?*

Poteſt:nam Marc.5.36.expreſſa habetur,vbi Dominus confirmaturus Iairum , dicit ei,*Ne metuas* , μόνον πίστευε, *ſolummodo crede*, Quibus verbis Chriſtus apertè indicat ſe nihil omnino quærere quàm vnam fidem,*ſine qua impoßibile eſt Deo placere*,Heb.11.6.

2. Habetur eius Æquiualens,Gal.2.16. Paulus dicit Homines non iuſtificari ἐὰν μὴ διὰ πίστεως,*niſi fide* , & addit expreſsè , καὶ οὐκ ἐξ ἔργων. Et Rom.3.28. & 4.6. χωρὶς ἔργων,*abſque operibus* :ſatis enim ſolidè ſoli fidei tribuit Iuſtitiam,qui operibus adimit. Idem confirmat particula δωρεὰν,*Gratis*,Rom.3.24. Excludit enim hoc vocabulum omne meritum & demeritum ab eo cui vel bene vel malè fit,vt Pſal.35.19.*Oderunt me*,δωρεὰν,*immeritò*,i. ſine vlla cauſa odij à me profecta.

3. Apoſtolus Rom.10.3.pronũtiat propterea Iudæos non fuiſſe Iuſtitiæ Dei ſubiectos , quia propriam iuſtitiã vnà cum iuſtitia fidei voluerunt ſtabilire [a]. Et Philip.3.7.8.aſſerit ſe vt vt eſſet ἄμεμπτος,irreprehẽſibilis in Lege coram hominibus , omnia reputare veluti σκύβαλα, vt eam iuſtitiam quæ eſt à Deo per fidem conſequatur:ſignificans fieri non poſſe,vt fides & opera ſimul Iuſtitiæ partes aut cauſæ ſtatuantur.

4. Neceſſitas vindicandi honorem Chriſti,& conſolandi afflictam conſcientiam in agone, requirit Excluſiuam.

5, Accedit ſententia Patrum : nam Gennadius Pauli interpres , inquit , Δικαιοσύνη γὰρ, καὶ τὸ πιστεῦσαι μόνον. Et Ambroſius, Iuſtificati ſunt gratis , quia nihil operantes, neque vicem reddentes,ſola fide iuſtificati ſunt.

In 3. cap. Epiſt. ad Rom.

XXXVII. *Quid igitur excludit particula* Sola *in propoſitione qua Sola fide Iuſtificari dicimur?*

Non cauſas concurrentes quæ extra nos ſunt,ſed ſuiduntaxat generis & ordinis cauſas intra nos, i. non gratiam

[a] Gal.5.2. & ſeq.

titio agnoſci poſſit. Nam cum obtuliſſet Abraham Iſaac filium ſuum ſuper altare, ex operibus iuſtificatus eſt (inquit) hoc eſt, compertus eſt fuiſſe Iuſtificatus etiam antea per fidem, idque ex operibus tanquam teſtimoniis Iuſtificationis. Et ſic homo operibus iuſtificatur, id eſt comprobatur eſſe illa perſona, quæ Chriſti obedientia iuſtificatur ex vitæ ſanctificatione, quæ tanquam effectus illam ſequitur & de illa teſtatur. Quomodo etiam Deus dicitur in extremo illo die Iuſtificaturus electos ſuos ex ipſorum operibus. Nam duo ſunt principia rerū, vnum Exiſtentiæ, alterum Cognitionis: Ita fides vt principium Exiſtentiæ facit vt ſimus iuſti: Opera autem vt principium cognitionis faciūt vt cognoſcamur iuſti. Ideo Dominus in extremo die proponet principium cognitionis iuſtitiæ fidei, quod incurret in oculos omnium creaturarum, Mat. 25. 34. *Venite benedicti Patris mei*, &c.

XL. *Quis fuit ſtatus, tempore Pauli, quæſtionis de Iuſtificatione, ſeu Qua de re erat olim controuerſia?*

De Efficiente & Meritoria Iuſtificationis cauſa, Vtrū videlicet ea eſſet Chriſti ſatisfactio fide apprehenſa, an verò opera noſtra, & adhuc illius controuerſiæ reliquię ſunt in Papatu. Nam, etſi acutiores initium Iuſtificationis, i. primam Iuſtificationem, quam vocant, Chriſti merito tantum adſcribant, tamen Iuſtificationis progreſſum (quam ſecundam Iuſtificationem vocant) merito operum tribuunt. Nunc verò diaboli arte tota iuſtificandi natura in controuerſiam venit: neque enim tempore Apoſtolorum agitatum fuit, An Iuſtificatio ſit μεταβολὴ, i. motus quaſi phyſicus ab inhærente iniuſtitia ad iuſtitiam inhærentem. An verò ſita eſſet Iuſtificatio in ſententia Iudicis pronuntiata, quod hodie quæritur: ſed quæſitum fuit, An Iuſtificatio poſita in ſententia Iudicis de reo pronuntiata, fiat propter opera, an propter Chriſtum.

XLI. *Quibus argumentis, operibus cauſam Iuſtificationis detrahit Paulus?*

I. Quia omnes peccatores ſumus, & ex imputata na-

Apoſtolus ipſe, *Nullius rei mihi conſcius ſum, ſed in hoc non ſum iuſtificatus.* 1 Cor. 4. 4. Nec mirum: ſunt enim bona opera Iuſtificationis effecta, non cauſæ.

3. Et pauca ſunt, imperfecta, & ſemper aliqua labe noſtri polluta, Eſa. 64. 6. *Non eſt iuſtus* [a], *qui faciat bonum, & non peccet*: nam cùm iuſtitiæ inhærentis forma, non ſit penitus introducta (quia in motu conſiſtit Iuſtificatio ex aduerſariorum ſenſu) ſequitur contrariam qualitatem, quæ eſt peccatum, non eſſe penitus excuſſam, ac proinde peccati reliquias manere in eo, quod eſt imperfectum.

Quod verò Belarminus ſtatuit Iuſtitiam inhærentem eſſe perfectam quoad habitum, ſed quoad actum imperfectam, vanum eſt commentum: ſiquidē perfectio & imperfectio actus, pendet à perfectione & imperfectione habitus, iuxta illud Philoſophi, τῆς βελτίστης ἕξεως, ἡ βελτίστη ἐνέργεια, Eth. ad Eudemum l. 2. c. 1. 3. Sed & prior Iuſtitia per ſequentia peccata deletur [b].

4. Iacobus 2. 10 *Qui offendit in vno, factus eſt omnium Reus*, id eſt Reus merito cēſetur violatę Legis in genere quia qui vnicum apicem violarit, is maieſtatem Legiſlatoris violauit: vnde regula, Tota lex eſt vna Copulatiua, quòd violatio vnius mandati trahat ſecum vtriuſque tabulæ, & ipſius Legiſlatoris neglectionem & contemptum, quia vnus & idem eſt omniū illorum pręceptorū Legiſlator, & corpus Legis eſt indiuiduum.

5. Nec perſonæ apud Deū gratia conciliatur per opera, ſed è conuerſo tum demum placent opera vbi perſona gratiam priùs in Dei conſpectu inuenerit. Hinc eſt quod Gen. 4. 4. ſcribitur, Iehouam reſpexiſſe ad Abelem, & ad munus eius. Et Heb. 11. 4. Abelem per fidem præſtantius ſacrificium obtuliſſe Deo quàm Cainum.

6. Paulus 9. Cor. 5. 18. prædicationem de gratuita cum Deo reconciliatione perpetuam eſſe in Eccleſia teſtatur: Ergo non aliam iuſtitiam ad finem vſque vitæ habent fideles quàm quæ illic deſcribitur.

XXXIX. *Cur igitur Iacobus 2. 21. dicit Abrahamum Iuſtificatum fuiſſe operibus?*

Quia non de cauſa agit, ſed de effectu, ex quo Iuſtif-

[a] 1. Reg. 8. 46.

[b] Ezech. 18. 24.

ſimilis, & Patris & filiorum credentium eadem ratio eſt.

3. Quia promiſſa ſalus eſt non implenti Legem (eſſet enim inanis promiſſio, & proinde ſemper dubia, & incerta ſalus, quia nullus Legem implet, & incerti eſſemus ſemper an ſatis haberemus bonorum operum ad iuſtitiam conſequendam) ſed credenti. *Ideò ex fide hæreditas, vt ſecundùm gratiam, ad ſtabiliendam* promiſſionem, dum ſola miſericordia nititur: nam quod ex gratia in Chriſtum, firmum eſt: quod autem ex nobis eſt, & noſtris operibus, non item[a].

[a] Rom.4.16.

4. A paribus in contrariis; quia *ſicut per vnius inobedientiam, multi condemnati ſunt: ſic per Chriſti obedientiam multi conſtituuntur iuſti*, Rom.5.19.

5. Ex effecto; quia ex Iuſtificatione per fidem tantũ, oritur pax erga Deum, i. ſecuritas & trãquillitas conſciẽtiæ. ſeu lætitia quæ exiſtit ex bona conſcientia, hoc eſt, ex conſcientia nos excuſante & abſoluente à peccato & morte, παῤῥησία erga Deum, confidẽtia & ſpes glorię Dei, i. vitæ æternæ[b].

[b] Rom.5.1. & 8.35. Tit.3.7. & 1.Ioh.3.21.

6. Quia gloria ſummæ tum iuſtitiæ, tũ miſericordiæ Dei, non poteſt ſalua manere, nec Chriſti meritum ſartũ tectum, niſi ex fide tantùm Ieſu Chriſti iuſtificemur, & non operibus, aut ſi partim fide, partim operibus[c].

[c] Rom.3.19.25.26.27.

XLIII. *Qui finis noſtræ Iuſtificationis?*

Primus ſeu ſummus, reſpectu Dei, eſt ipſius gloria, Eph.1.6.18. *Ad laudem glorioſæ ſuæ gratiæ, & ad laudem gloriæ ipſius*, vt ſcilicet illius laus nulla penes hominẽ ſit, ſed penes Dominum ſola integráque maneat, nẽpe vt ſolus iuſtus & miſericors agnoſcatur, ac iuſtificãs eum, qui eſt ex fide Ieſu Chriſti, Rom.3.25.26. Quo loco habemus gloriam Dei duplicem, i. Eam quæ exiſtit ex iuſtitia ipſius, vt ſit ipſe iuſtus. 2. Eam quæ eſt ex miſericordia, & *iuſtificans*, inquit, *eum qui eſt ex fide Ieſu.* Ex vnico enim iuſtificationis beneficio exſurgit declaratio admirãdi illius tẽperamenti iuſtitiæ & miſericordiæ Dei: vnde Dei gloria, & iuſtitiæ erga Filium ſuum in vindicandis peccatis (qui nec Filio quidem proprio pepercit, qui pro nobis peccatum factus eſt) & miſericordiæ erga nos, imputan-

tura, fieri non poteſt vt prodat pura & perfecta erga Deum obedientia, cui nihil acceptum eſt, niſi ex omni parte integrum & abſolutum, nullâque ſorde iniquita-
a Rom. 1.12. tum, quale in homine reperire nec licuit vnquam, nec
3. cap. licebit[a].

b Rom. 3. 2. Quia Scriptura nullũ iuſtum eſſe Legis operibus, &
10. ne vnum quidem pronũtiat[b] manet etiã fixum, *Maledictus qui non permanet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis.* Sed nemo vel Sanctiſſimus Legi Dei ſatisfacit, vt conſtat ex querela Apoſtoli Rom. 7[c].

Ioh. 5.9. 3. Quia *ſi iuſtitia eſt per Legem, Chriſtus fruſtra mortuus eſt*, Gal. 2.21. & 5.2.

c 4. Quia non vult Deus apud ſe quenquam gloriari.
d Eph. 2.8. Ne quis glorietur, Rom. 3.26.27.[d]
9. 5. Quia per Legem agnitio peccati, & Lex iram operatur, i. mortem & iudicium denuntiat iis, qui non inte-
e Rom. 4, gram iuſtitiam opere præſtiterint[e].
15. 6. Quia lex lata eſt poſt promiſsionem de Iuſtifica-
Gal. 3. 10. tione & vita æterna[f].
f Gal. 3. 17. 7. Quia hæreditas ſeu vita æterna, donum eſt, non meritum[g].

g Rom. 6. 23 8. Quia *non ſunt condignæ paſsiones*[h], & proinde nec a-
Gal. 3. 18. ctiones noſtræ *ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis,*
Eph. 2. 8. Rom. 8.18. Et 2. Cor. 4.12. *Momẽtanea leuitas oppreſsionis noſtræ, ac futura gloria æterna eſt, & pondus eius καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, prorſus excedent omnem modum.*

XLII. *Quibus argumentis aſtruit Iuſtitiam fidei?*

h Rom. 3. 21. 1. Quia ſola *habet teſtimonium ex Lege & Prophetis*[h]
Gen. 3. 15. *& finis Legis fuit Chriſtus*[i], Rom. 10. 4. *Circumciſio fuit ſigna-*
& 22. 18. *lum iuſtitiæ fidei.* Rom. 4. 11. Sacrificia & Ceremoniæ Chri-
i Rom. 10. 4. ſtum & iuſtitiam quæ eſt per fidem prefigurarunt. Habac. 2. 4. *Iuſtus ſua fide viuet.* Pſal. 32. 1. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Et contrà, Pſal. 232. 2. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis caro,* intellige ex obedientia Legis, Act. 10. 43. *Omnes Prophetæ teſtimonium perhibent Chriſto, quod per ipſum accipiamus Remiſsionem peccatorum.*

2. An partiũ comparatione, quia Abraham Pater cre-
k Gen. 15. 6 dentium (exemplo & excellentia fidei) per fidem iuſtifi-
Rom. 4. 13. catus eſt, non per Legem[k]. Eſt autem Deus ſibi ſemper
14 25. ſimilis,

Acceſſus ad Deum[a], Glorificatio noſtri [b], quæ in hac vita inchoatur, in altera verò perficietur.

a Rom.5.2.
b Rom.6.21.22.23.& 8.20.

XLVI. *An perficitur Iuſtificatio noſtri in hac vita?*

In Iuſtificatione quemadmodum iudicamur, & reputamur à Deo iuſti, ita etiam adiudicamur vitæ æternæ. Ratione igitur decreti diuini & ſententiæ ipſius de vita æterna prolatæ à Deo Iudice; item ratione iuſtitiæ quã imputat nobis Iudex cœleſtis; iam perfecta eſt Iuſtificatio noſtra in hac vita, niſi quod in altera magis patefacienda ſit, ac reuelanda eadem illa iuſtitia imputata, & arctiùs etiam nobis applicanda. Ea tamen tota perficitur in hac vita, in qua poteſt homo dici plenè perfectéque iuſtificatus. *Filij Dei ſumus.* (Ergo iuſtificati) *ſed nondum patefactum eſt quod erimus*, 1. Ioh.3.2.

At ſi exequutionem reſpicias, & rationem habeas vitæ & gloriæ, quæ nobis adiudicatur, & quæ nobis inhæſura eſt, quia ea in nobis non perficitur in hac vita, imperfecta etiam Iuſtificatio in hac vita cenſeri poteſt.

Poteſt-ne Iuſtificationis beneficium ob peccata perire?

Nequaquam: nam Dei propoſitum non poteſt priuari ſuo fine. & *quiſquis ex Deo natus eſt, peccatum non committit* (nempe ad mortem) *quoniam ſemen ipſius*, i. Spiritus Sanctus *in eo manet*, 1. Ioh.3.9. Denique *dona & vocatio Dei ἀμεταμέλητα ſunt*, Rom 11.29.

XLVII. *Quando vſus & neceſſitas doctrinæ de Iuſtificatione ſentitur?*

1. In Examine conſcientiæ ſerio, cùm ſe quiſque Reũ ſiſtit, non coram terreno quodam, ſed cœleſti Iudice: tum enim de ſua abſolutione ſollicitus, vltrò ſe proſternit ac exinanit; conſiderata primum Dei ſumma maieſtate & iuſtitia, coram qua nihil acceptum eſt, niſi omni ex parte integrum & abſolutum[c].

2. Suæ iuſtitiæ imperfectione, Iob.4.17 18. *Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt fideles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem, quantò magis qui habitant domos luteas.*

c Eſa.5.3.14. Iob.8.2.3.

3. Suorum peccatorũ multitudine, & grauitate, Pſa-

do nobis credentibus in Chriſtum, etiam impiis & iniuſtis naturâ, fidem noſtram pro iuſtitia.

2. Bonitatis ipſius, prædicatio, 1. Petr. 2. 9. *Vt virtutes enarremus eius, qui è tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum.*

Proximus reſpectu noſtri, vt imputatione iuſtifacti, Deo accepti ſimus & iuſti, id eſt liberi à reatu, & iuſtitiæ Chriſti dono excellentes, conſtituamur[a]. a Rom. 5. 19. Adhæc vt ius Legis compleatur in nobis, & fruamur fructu iuſtitiæ, qui eſt vita æterna. Rom. 8. 7. Tit. 3. 7. *Vt iuſtificati heredes vitæ æternæ efficeremur.* Denique vt nos ipſi meliores & iuſtifiamus, Gal. 2. 17. *Quod ſi dum quærimus iuſtificari per Chriſtum, reperimur & ipſi peccatores, num Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit:* ideo enim fide per Chriſtum iuſtificamur, vt vetere homine per Chriſti crucifixi efficaciam abolito, Chriſtus in nobis viuat & per ſtudium bonorum operum pro tanto beneficio nos Deo gratos exhibeamus. Proinde Paulus in omnibus fere Epiſtolis ex fidei doctrina ſeu Iuſtificationis, doctrinam de Sanctificatione ſeu bonis operibus, tãquam effectum ex cauſa, ſeu neceſſarium conſequens ex antecedente, deducit.

XLIV. *Quæ ſunt Adiuncta?*

Si Dei opera ſpectes, Electio & efficax vocatio eam antecedunt[b]. b Rom. 8. 30. ſin verò hominem, certè non opera præuiſa, non merita congrui aut condigni. (Nam *bona opera ſequuntur iuſtificatum, non precedunt Iuſtificandum*, inquit Auguſtinus. Neque enim fructus boni priores ſunt arbore bona) ſed peccata & opera carnis[c].

c Rom. 3. 23. & 4. 5. Concomitantia verò & conſequentia ſunt pax conſciẽtiæ, εὐθυμία, ſeu animi & conſcientiæ trãquillitas, Rom. 5. 1. *Iuſtificati ex fide pacem habemus erga Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, Ad hæc adoptio noſtri in filios Dei, ſanctificatio ſeu nouitas vitæ, cuius fructus deſcribuntur Gal. 5. 22. Nam qui Chriſti participes fiunt per fidem, cum illo ſimul recipiunt Spiritum ſanctum, authorem omnis ſanctitatis vnde hæc duo beneficia diſtincta quidem ſunt, ſed ita indiuiduo nexu coniuncta, vt nunquam diuelli poſſint; & poſterius eſt prioris ἀσφαλὲς teſtimonium, tam in animo fidelis quàm apud alios.

XLV. *Quod Effectum?*

Acceſſus ad

perogare poſſe.

1. Deinde *Iuſtitiariorum*, Iuſtificationem non eſſe ſolam peccatorum Remiſſionem, ſed Sanctificationem, & Renouationem interioris hominis. 2. Iuſtificationem, Ariſtotelico more, motum eſſe ad iuſtitiam acquirendã. 3. Iuſtificare nihil aliud eſſe, quàm inhærentem iuſtitiam ſeu nouitatem infundere: priorem, qua credentes induãtur charitate & aliis virtutibus: poſteriorem, qua homo illis Qualitatibus inſtructus, mereatur maiorẽ iuſtitiã & vitam æternam, & bonis operibus conſummari iuſtificationem. 4. Chriſtum morte ſua à Patre hoc impetraſſe, vt induamur iuſtitia inhærente & Charitate, cuius merito vitam & ſalutem impetremus. 5. Sanctificationem cũ Iuſtificatione confundunt.

3. *Oſiandri*, qui ſtatuit iuſtitia Dei eſſentiali, hoc eſt iuſtitia quæ eſt ipſa diuina Eſſentia, homines iuſtos fieri

4. *Libertinorum*, qui carnalem ſecuritatẽ docent, quaſi hominis iam gratis iuſtificato quiduis liceat.

LOCVS XXXII.

De bonis operibus.

I. *Quid propriè ſunt opera?*

VBI ἀποτελέσματα, id eſt actionẽ effect' ad certum aliquem finem deſtinati, vt domus eſt opus ædificantis vel ipſæ etiam actiones, vt domus ædificatio, Dei inuocatio, proximi dilectio, eleemoſynæ largitio.

II. *Relictis variis operum diſtinctionibus, quid eſt bonum opus?*

Theologicè, non autem philoſophicè, vel politicè loquendo, eſt actio ſiue externa, ſiue interna, conformis Legi ac voluntati Dei, Matth. 19. 17. *Si vis ingredi ad vitam*

130.3. *Si iniquitates obſeruaueris Domine, quis ſuſtinebit?* Sic enim ſeriò miſeriæ inopiæque noſtræ ſenſu conſternati atque humiliati, deiecti ac deſolati in nobis Chriſti gratiam ſitimus, & ad eam cõfugimus. Nam ideo ſe miſſum ait Iſa. 61.1. *Vt Euangelizaret pauperibus, Mederetur contritis corde, prædicaret captiuis libertatem, clauſis apertionem, conſolaretur lugentes, daret illis gloriam pro cinere, oleum pro luctu, pallium laudis pro Spiritu mœroris: Et nonniſi laborantes & oneratos* ad participandam ſuam beneficẽtiam inuitat, Matt. 11.28. Et cap. 9.13. *Non veni* inquit *iuſtos vocatum, ſed peccatores ad Reſipiſcentiam.* Exemplo ſint Publicanus & Phariſæus, Luc. 18.10. & ſeq.

XLVIII. *Quæ Pugnantia?*

Error Pontificiorum, qui 1. Meritum congrui. i. opera Præparatoria eſſe προκαταρκτικὸν Iuſtificationis docent. 2. Sacramenta iuſtificare ex opere operato. Sola fide nos non iuſtificari, quia ſit., inquiunt, communis multis impiis; Iuſtificare tamen quatenus ea ſit informata Charitate, & reſpectu duntaxat initij Iuſtificationis. 4. Charitatem eſſe iuſtitiæ formam. 5. Doctrinam de gratuita per fidem Iuſtificatione, aperire peccandi licentiã, & per eam bonorum operum ſtudium eneruari. 6. Dubitandum eſſe de Remiſſione peccatorum. 7. Ludicris ſuorum operum crepundiis diuinæ iuſtitiæ homines ſatisfacere poſſe. 8. Chriſti meritis diffiſi confugiunt ad merita bonorum operum, & ſuffragia Sanctorum. 9. Mariæ Virgini authoritatem iuſtificandi tribuunt. 10. Papæ poteſtatem vendendi remiſſionem peccatorum 11. Donum iuſtitiæ Chriſti per fidem imputatæ naſo ſuſpendunt adunco. 12. Propter Chriſtum principaliter & propter ſua cuiuſque opera & merita minus principaliter hominem iuſtificari tradunt. 13. Nos iuſtificari fide Euangelica, quæ præcipiat, Fac hoc, & viues, Luc. 10.28. Legis iſtius impletione, Sacerdotum miniſterio & abſolutione, traditionum humanarum obſeruatione, 14. Iuſtitiam Chriſtianam conſtare fide & operibus ſimul. 15. Chriſtum pro culpa tantùm peccatorum, non etiam pro pœna, ſatisfeciſſe. 16. Renatos in hac vita ſua obedientia perfectè Legi ſatis facere, opera ſua Dei iudicio opponere, & vltra Legem multa opera indebita ſupererogare ctiafflatu exorta, qui Spiritus Chriſti appellatur & Caro, (id eſt quicquid eſt corruptionis reſidui in nobis) ſeu nouus & vetus homo, vel reipſa ſedes ſeparatas habent in anima noſtra, vel ſeparatim operantur, ſed in totis illis facultatibus inter ſe mixti ſunt: neque tamen Qualitates iſtæ tantopere inter ſe repugnantes conueniunt, vt cùm mutuo conſenſu mixtum opus producant, ſed diſtinctæ in vno & eodem opere indiuiduo ſibi occurrẽtes ita confligunt, vt altera alterã penetrante, mixta inde vtrinque ex mutuo non conſenſu, ſed conflictu actio naſcatur, quæ ex intentiore Qualitate Spiritus aut carnis fructus habetur.

Inſtrumentalis, fides eſt, non ex ſui virtute, efficacia, efficientia, ſed quatenus obiectum illud ſuum ad quod fertur, inſtrumẽtaliter apprehendit, Chriſtum nimirum, cuius vnius reſpectu Spiritus Sanctus nos innouat, creans in nobis & velle & facere: proinde cùm fides, mater, ſeu origo bonorum operum dicitur, metonimicè ad inſtrumentalem cauſam transfertur quod eſt propriè efficientis principalis cauſæ, ſicut Rom. 1. 16. *Euangelium*, i. Euãgelicæ doctrinæ prædicatio, *potentia Dei* dicitur *ad ſalutem* & propter inſeparabilem nexum, & Communem dependentiã fidei & bonorum operum illud dicitur, *Sine fide enim impoßibile eſt placere Deo*, Heb. 11. 16. *Et quicquid ex fide non fit, peccatum eſt*, Rom. 14. 13. Ideo Heb. 11. 4. & ſeq. Omnia heroica facta in veteri Teſtamento fidei adſcribuntur.

VII. *Quæ eſt Materia bonorum operum?*

Res ipſæ circa quas eiuſmodi Opera verſantur, & quas tractat, præſcribítque Lex Dei moralis. *Quæcunque vera, veneranda, iuſta, pura, amabilia, boni nominis, ſi qua virtus, ſi qua laus eſt, hæc cogitate.* Philip. 4. 8.

VIII. *Quæ eſt forma bonorum operum.*

Sicut peccati & mali operis, ratio & forma, eſt ἀνομία, & aberratio à Lege, ſic ἐννομία & συσχηματισμὸς, conformitas noſtræ actionis ad mandatũ Dei: eſt forma boni operis: proinde non Traditiones, aut Eccleſiæ mãdata, ſed Verbum Dei (cui vel adiicere vel detrahere nefas eſt) tantũ eſt norma ſeu regula bonorum operum [a]. Nec inter bona opera coram Deo quicquam cenſendum eſt, eorum

[a] Pſ. 119. 4. Deut. 4. 2.

ſerua mandata. Et Rom.12,2. *Probate quæ ſit voluntas Dei, bona illa, accepta, & perfecta.*

III. *Quibus nominibus appellantur?*

Ab efficiente fructus Spiritus: ab inſtrumentali, fructus fidei: à forma, opera Legis: à Qualitate, opera bona, & boni fructus.

IV. *Cur Scriptura crebriùs vtitur appellatione bonorum operum quàm virtutis?*

Quia glorioſum eſt nomē Virtutis apud Philoſophos, quo habitum προαιρετικὸν, & magnam, firmámque inclinationem, & διάθεσιν naturalem ad rectè agendum intelligunt. Appellatio autem bonorum operum magis perſpicua eſt, quia ſignificat non tantùm actiones externas, ſed internas voluntatis cum verbo Dei congruentes, etſi inclinationes infirmæ ſunt.

V. *Quot ſunt genera bonorum Operum?*

Duo: vnum quod noſtrum erga Deum officium: alterum, quod noſtrum erga proximum munus requirit.

VI. *Quæ cauſa Efficiens bonorum operum?*

Propria illorum cauſa Efficiens eſt Spiritus Sanctus, Chriſti per fidem apprehenſi reſpectu, operans in nobis intelligentiam, & voluntatem, & membra noſtra penitùs à Deo auerſa, Verbo illuminans, mutans, renouans, inflectens, vt voluntati Dei cognitæ pareamus: *Efficit enim ille in nobis & velle & reficere*, Philip.2,13. *Et ſine me nihil poteſtis facere*, inquit Chriſtus Ioh.15.5. vnde Dauid Pſal.51.12. *Cor mundum crea in me Deus , & Spiritum firmum innoua in viſceribus meis.* Hinc fructus Spiritus nominãtur, non liberi Arbitrij, niſi quatenus à gratia liberatum eſt[a].

a Gal.1.22.

Efficiens propinqua, ſeu immediata cauſa, ἢ ἀρχὴ bonorum operum, ſunt humanæ & naturales animæ potētiæ, Intellectus, Voluntas, Affectus; ſed quatenus ex parte, ſeu aliquatenus regeneratæ, ſeu ſpirituales factæ ſunt: neque enim Spiritus, (id eſt noua qualitas à Spiritu ſancti afflatu vſu,non cultu. At homo iam regenitus, vt qui aliquam ſynceritatis animi partem per fidem recuperauit, pro menſura recuperatæ integritatis animi,& ſynceritatis,aptus eſt ex parte ad opera bona præſtanda.

XII. *Annon prædicantur opera Cornelij, antequam baptizatus eſſet,& in Chriſtum crederet Act.10.4?*

Vocatur εὐσεβὴς ϗ φοβούμενος τὸν θεὸν,verſ.2. Ergo iam ante acceptum Baptiſmum conuerſus erat ad agnitionem veri Dei,nec fidei in meſſiam prorſus expers. Adhæc dicitur oraſſe aſſiduè, & eius eleemoſinæ gratæ, & preces exauditæ fuiſſe dicuntur à Deo. At impoſſibile eſt quenquam,vel cuiuſquam opus placere Deo ſine fide, Heb.11.6. Habuit ergo initia fidei in Chriſtum,& proinde iam iuſtificatus & renatus fuit, etiamſi nõdum plenè Chriſti cognitione inſtructus, necdum eum adueniſſe nouerat: Qua de cauſa Petrus ad eum mittitur,qui pleniùs illum doceat.

XIII. *An Opera Renatorum bona,ſunt pura & perfectè bona, nullóque vitio contaminata?*

Non.1. Quia Scriptura contradicit[a].

2. Quia Vt ſit purum quodpiam opus, & penitus bonum, non ſufficit, vt abſque Spiritu Sancto, & fide non fuerit factum, quod factum eſt, ſed etiam illud requiritur. vt principia humana huius operis, nẽpe Intellectus, Voluntas, & affectus pleniſſimè Spiritui Dei obtemperarint,quòd nemini mortalium,excepto vno Chriſto,datum eſt, ſed ſemper manet in nobis,& in qualibet facultate animę noſtrę,nouus & vetus homo, Spiritus & Caro: Lex mentis qualis illa eſt à Spiritu Dei renouata, non qualis illa eſt à natura, & Lex peccati, & interior homo de die in diem renouatur, & Caro Spiritui repugnat, quandiu hoc mortale corpus circũferimus,teſte Apoſtolo Rom.7.23. *Video aliam Legem in membris meis repugnantem Legi mentis meæ.*

Proinde cum facultates naturales animæ noſtræ,quæ ſunt proximæ cauſæ actionum humanarum,non ſint pe-

[a] Iſa.6.4.6 Iacob. 3. 2.

quæ nuda hominum voluntate nituntur. Matth.15.9. *Fruſtra me colunt doctrinis hominum.* Et Ezech.20.18. *In præceptis Patrum veſtrorum nolite incedere, ſed in præceptis meis ambulate.*

IX. *An vt ſit aliquod opus bonum & conforme Legi diuinæ ſufficit vt fiat ſecundum Dei mandatum quoad externam faciem?*

1. Non, ſed requiritur etiam animi interna ſynceritas, quæ à fide manat, qua purgatur cor [a].

a *Act.*15.9.

2. Vt certi ſimus ex eius Verbo in animis noſtris illud, quod agimus, Deo placere. Nam Rom.14.23. *Quicquid ſine fide fit.* id eſt quicquid à nobis ſuſcipitur, dubitante conſcientia, an Deo placeat, ac proinde, an à Deo ſit præceptum, nécne, *peccatum eſt.*

3. Requiritur reſpectus ad Deum, ipſiuſque ſolius gloriam, tanquam præcipuum boni operis finem. Nam Phariſæus Hypocrita dat eleemoſinam, dat etiam Publicanus iam iuſtificatus: ſed illius eſt abominabilis coram Deo, quia vult ab hominibus videri [b], huius bonum opus eſt, non ſolùm quia præcepta eſt, ſed etiam quia ex ſynceritate cordis & fide fit in gloriam Dei. Proinde non tam artibus, quàm finibus virtutes à vitiis ſunt diſcernendæ.

b *Matt.*6.1.

X. *Quid ſunt ergo bona Opera?*

Quę ex vera fide ſecundùm Legem Dei fiunt, & ad eius ſolius gloriam referuntur [c].

c1. *Tim.*1.5.
Deu 4. 2.
1.*Cor.*10.31
*Coloſſ.*3.17.

XI. *Quorùmnam ſunt bona Opera?*

Regenitorum tantùm: nam cùm Lex diuina præcipuè requirat illum ſynceritatis fontē in corde [d], & ex conſpectum diuinæ gloriæ, profectò opus regeniti quantumuis ſpecioſum appareat, boni operis nomine ſimpliciter ac propriè appellari non poteſt, cùm quod bonū eſt bene ab ipſis non fiat, id eſt ex fide in gloriam Dei: proinde opus eſt non viuum, ſed mortuum, ſeu folium ficus [e], tegens tantùm interna vitia: nam *mala arbor, bonos non poteſt proferre fructus,* Matth.7.18. Et cap.12.33. Quicquid fit ab impuro, impurum eſt [f], bonum tamen dici poteſt, ſed

d *Matth.*22.
37.
e *Gen.* 3.7.
f *Iob.*14.4.
*Tit.*1.15.

vſu,

vſu,non cultu. At homo iam regenitus, vt qui aliquam ſynceritatis animi partem per fidem recuperauit, pro menſura recuperatæ integritatis animi,& ſynceritatis, aptus eſt ex parte ad opera bona præſtanda.

XII. *Annon prædicantur opera Cornelij, antequam baptizatus eſſet,& in Chriſtum crederet Act.10.4?*

Vocatur εὐσεβὴς ϗ φοβούμενος τὸν θεὸν, verſ.2. Ergo iam ante acceptum Baptiſmum conuerſus erat ad agnitionem veri Dei,nec fidei in meſsiam prorſus expers. Adhæc dicitur oraſſe aſſiduè, & eius eleemoſinæ gratæ, & preces exauditæ fuiſſe dicuntur à Deo. At impoſſibile eſt quenquam,vel cuiuſquam opus placere Deo ſine fide, Heb.11.6. Habuit ergo initia fidei in Chriſtum,& proinde iam iuſtificatus & renatus fuit, etiamſi nōdum plenè Chriſti cognitione inſtructus, necdum eum adueniſſe nouerat: Qua de cauſa Petrus ad eum mittitur,qui pleniùs illum doceat.

XIII. *An Opera Renatorum bona,ſunt pura & perfectè bona, nullóque vitio contaminata?*

Non.1. Quia Scriptura contradicit [a]. a Iſa.6.4.6

2. Quia Vt ſit purum quodpiam opus, & penitus bonum, non ſufficit, vt abſque Spiritu Sancto, & fide non fuerit factum, quod factum eſt, ſed etiam illud requiritur. vt principia humana huius operis, nēpe Intellectus, Voluntas, & affectus pleniſſimè Spiritui Dei obtemperarint,quòd nemini mortalium,excepto vno Chriſto, datum eſt, ſed ſemper manet in nobis,& in qualibet facultate animę noſtrę,nouus & vetus homo, Spiritus& Caro: Lex mentis qualis illa eſt à Spiritu Dei renouata, non qualis illa eſt à natura, & Lex peccati, & interior homo de die in diem renouatur, & Caro Spiritui repugnat, quandiu hoc mortale corpus circūferimus, teſte Apoſtolo Rom.7.23. *Video aliam Legem in membris meis repugnantem Legi mentis meæ.* Iacob. 3. 2.

Proinde cum facultates naturales animæ noſtræ, quæ ſunt proximæ cauſæ actionum humanarum, non ſint pequæ nuda hominum voluntate nituntur. Matth.15.9.Fr *ſtra me colunt doctrinis hominum*. Et Ezech.20.18. *In præcep Patrum veſtrorum nolite incedere, ſed in præceptis meis ambulate.*

IX. *An vt ſit aliquod opus bonum & conforme Legi diuinæ ſufficit vt fiat ſecundum Dei mandatum quoad externam faciem?*

a Act.15.9. 1. Non, ſed requiritur etiam animi interna ſynceritas, quæ à fide manat, qua purgatur cor[a].

2. Vt certi ſimus ex eius Verbo in animis noſtris illud, quod agimus, Deo placere. Nam Rom 14.23. *Quicquid ſine fide fit.* id eſt quicquid à nobis ſuſcipitur, dubitante conſcientia, an Deo placeat, ac proinde, an à Deo ſi præceptum, nécne, *peccatum eſt.*

3. Requiritur reſpectus ad Deum, ipſiuſque ſolius gloriam, tanquam præcipuum boni operis finem. Nam Phariſæus Hypocrita dat eleemoſinam, dat etiam Publicanus iam iuſtificatus: ſed illius eſt abominabilis coram Deo, quia vult ab hominibus videri[b], huius bonum opus eſt, non ſolùm quia præcepta eſt, ſed etiam quia ex ſynceritate cordis & fide fit in gloriam Dei. Proinde non tam artibus, quàm finibus virtutes à vitiis ſunt diſcernendæ.

b Matt.6.1.

X. *Quid ſunt ergo bona Opera?*

Quæ ex vera fide ſecundùm Legem Dei fiunt, & ad eius ſolius gloriam referuntur[c].

c1. Tim.1.5. Deu 4. 2. 1.Cor.10.31 Coloſſ.3.17.

XI. *Quorùmnam ſunt bona Opera?*

Regenitorum tantùm: nam cùm Lex diuina præcipuè requirat illum ſynceritatis fontẽ in corde[d], & ex coreſpectum diuinæ gloriæ, profectò opus regeniti quantumuis ſpecioſum appareat, boni operis nomine ſimpliciter ac propriè appellari non poteſt, cùm quod bonũ eſt bene ab ipſis non fiat, id eſt ex fide in gloriam Dei: proinde opus eſt non viuum, ſed mortuum, ſeu folium ficus[e], tegens tantùm interna vitia: nam *mala arbor, bonos non poteſt proferre fructus*, Matth.7.18. Et cap. 12.33. Quicquid fit ab impuro, impurum eſt[f], bonum tamen dici poteſt, ſed

d Matth.22. 37.

e Gen. 3.7.

f Iob.14.4. Tit.1.15.

vſu,

opera: & propter perſonam placentē fidę, imputãtur in iuſtitiam, i. cenſentur iuſta; vt ſcribitur de zelo Phinees transfodientis ſcortatores [a]. a Pſal.106. 31.

2. Placent, quia producuntur in lucem atque conſpectum Dei, cum integumento & velamine meriti & iuſtitiæ abſolutiſſimæ Chriſti fide apprehenſi, quo bonorum operum maculæ & defectus teguntur.

3. Quoniam illa Deus, non qualia ſunt in ſeſe, ſed vt ſui Spiritus in nobis effecta, & fidei noſtræ teſtimonia gratis approbat & coronat.

4. Quatenus illa, non in ſeſe ipſis, ſed in eo conſiderat, in quo ſeueriſſimè vindicata, & eius ſanguine expiata cũcta illa intuetur, quæ diſſidium inter nos & ipſum ponebant. Eſa.59.2.

5. Placet inchoata obedientia, tanquam in filiis obedientiæ, non propter ſeſe, aut ſua dignitate, ſed propter Chriſtum, iuxta illud, 1.Petr.2.5. *Offerte hoſtias ſpirituales acceptas Deo propter Chriſtum*: vnde rurſum Renati interdum dicuntur perfecti [b], item ſancti & immaculati in via [c], iuſti, ſine querela inculpati & irreprehenſibiles [d], b Gen.17.1. c Pſ. 119.1. d Luc.1.6.
1. non νομικῶς, ſed Euangelicè, non ſimpliciter & abſolute, ſed κατὰ συγκρίσεως λόγον id eſt comparate, ſic ſcilicet vt perfecti opponantur rudibus. 2. Imputatiuè, quia perſona iuſta, ſancta, inculpata, perfecta habetur coram Deo propter Chriſtum. 3. Tum inchoatiuè, quia inchoatur in eis noua vita. 4. Affectu, non effectu, affectu, inquam, ad pietatem, non pleno pietatis effectu coram Deo, niſi per Imputationem.

XVI. *Quæ ſunt Adiuncta ſeu Conſequentia Operum?*

Duo ſunt, Meritum, & Compenſatio, ſiue ἀντιμισθία.

XVII. *Quod eſt Meritum?*

In genere eſt Adiunctum operis, quod reſpicit, vel præmium benefacti, vel pœnam malefacti.

Quotuplex eſt Meritum?

Duplex, Meritum pœnæ, quod vulgò dici ſolet reatus ſeu obligatio ad pœnam: & meritum præmij, quod retinet generale nomen meriti, éſtque officium, aut beneficium indebitum, & vtile ei cui præſtatur, quódque condignam reſpicit compenſationem ſiue ἀντιμισθίαν [e]. e Rom.1. 27.

nitus ſpirituales & regenitæ: nec caro, id eſt natiua labes ab iis pleniſſimè abſterſa, nec fides perfecta nec Spiritus & Caro licet diſtincta ſeparatas ſedes habeant in nobis, vel ſeparatim operentur, ſed mixtim conſequitur nullũ eſſe quantũuis præſtans cuiuſque regenerati opus, quòd vel plenè, vel vna ſui parte ſit à carnis omni vitio purum altera verò prorſus vitioſum, & cui toti nõ ſit carnis aliquid admixtum: quanuis comparatè ſit bonum opus cenſendum, in quo Spiritus Carni repugnans ſuperior euaſit; ſicut mala ſunt opera in quibus vincit caro: vnde Paulus de ſe renato, *Non facio bonum quod volo, ſed malum quod nolo hoc ago* Rom. 7.19.

a Gen. 6.9.
Pſal. 7. 8.
Luc. 1. 6.
b Matt. 11. 20.

XIV. *Quì igitur dicuntur Perfecta*[a] *& omnibus Renatis facilia?*

Non propter perfectionem graduum, id eſt ſummum illum rigorem Legis, perfectam impletionem in ſummo gradu requirentem, ſed 1. Propter perfectionem partiũ, id eſt obedientiæ ſecundum omnia Dei mandata, non aliqua tantùm, conformatæ integritatem. 2. Synceritatem animi ab omni fugo & hypocriſi alienam. 3. Spiritus Christi ὁδηγέτειαν quo aguntur regenerati c. 4. Tum gratiam, qua liberati ſunt à maledictione Legis. 5. Fidem denique, qua *omne quod genitum eſt ex Deo, vincit mundum*, 1. Ioh. 5.4.5.

1. Ioh. 5. 3.

c Rom. 8.1. 2.

XV. *Cùm quod ex parte tantùm bonum eſt, non ſatisfaciat Legi Dei, ac proinde non placeat Deo, quod in ſe habet vel minimùm imperfectionis, Quomodo ergo bona opera Renatorum placent Deo?*

Non propter dignitatem operis in ſe, vel propter dignitatem, ordinem, & ſtatum hominis: ſunt enim per ſe indigna vt prodeant in conſpectum Dei, quia non ſunt impletio Legis ſed 1. Propter perſonam fide reconciliatam, acceptam, placentem, & iuſtam propter Chriſtũ: ſicut Gen. 4.4. *Dominus reſpexit ad Abelem, & ipſius oblationem, ad Cainum verò, & eius orationem non reſpexit.* Et Heb. 11. 5. perſona Enochi placuit Deo quare etiã ipſius

opera:

toria, propriè accepto meriti nomine, & iis pœnam deberi, propriè accepto Debiti nomine: *Stipendia enim peccati mors*, Rom.6 23. At ſi de bonis operibus loquimur, negamus ex præmiſſis vllum bonum opus, ne præſtantiſſimæ quidem creaturæ, de Deo mereri.

1. Quia Scriptura id expreſsè docet, Rom. 4.4. *Operanti, &c.* Et cap. 11. 6. *Si ex operibus, Ergo non ex gratia*[a].

2. Quia ſufficienter Chriſtus ſuo merito nobis vitã æternam meruit[b].

3. Quia omnis noſtra gloriatio tolli debet[c] 1.Cor.4 7.

4. Quia poſtulat meriti natura ac ratio hæc tria. 1 o. Vt opus illud quo meremur ſit gratuitum, non debitũ à nobis illi, cui opus iſtud noſtrũ præſtamus: At quicquid boni agimus, eſt noſtri erga Deum officij pars duntaxat quædam, quæ illi à nobis debetur[d]. *Et quis dedit prior Domino, & reddetur ipſi?* Rom. 11. 35. 2. Vt illud idem opus noſtrum & munus oblatum ſit vtile vel commodum illi, de quo meremur. At nulla noſtra actio vllam vtilitatem affert Deo, Pſal. 16. 2. *Bonum meum ad te non pertingit* Iob. 22. 2. Nec enim rebus noſtris vlliseget Deus, Pſal. 50. 11. 12. 33. Requiritur vt res à nobis oblata ſit par, & pretio & dignitate æqualis ei rei, quam viciſſim accipimus, & quam ille alter nobis compenſat[e]. At nulla noſtra Opera ſunt Saluti & Vitæ æternæ, quam à Deo accipimus ἄξια, id eſt paria, quia nulla eſt proportio inter bona noſtra opera, & vitam æternam[f]. Itaque nullum eſt noſtrorum operum meritum apud Deum, & proinde vita æterna appellatur χάρισμα, donum Dei, Rom. 6. 23.

Negamus etiam ſimpliciter Deum debere aliquid bono operi, ſi propriè accipiatur Debiti ſiue Mercedis nomen: neque enim ea eſt dignitas boni operis cuiuſquã vt illi ex ordine iuſtitiæ teneatur Deus[g]: Num gratiam habet Dominus ſeruo illi, quia fecit quæ ipſi præſcripta fuerant? Non puto. Quanquam non negandum deberi bonis operibus mercedem ex pacto & gratuita promiſſione, ſi ſcilicet perfecta ſint. Rom. 4.4. *Ei qui operatur*, perfectè ſcilicet Legem implendo, *merces imputatur ex debito*. Et in Lege *faciens miſericordiam in mille iis, &c.* Exod. 20.

a Eph. 2. 8. 9.
b Matt. 20 28. Ioh 16. 2. 2. Tim. 1. 1. Heb. 9. 12.
c Eph. 2. 9. 1. Cor. 4 4.
d Luc. 17. 9. 10 & Rom. 8. 12.
e Rom. 8. 18
f Rom. 8. 18.
g Luc. 17. 9

XXII. An igitur Operibus bonis renato-

XVIII. *Quid eſt Compenſatio?*

Eſt fructus qui datur operanti propter opus, & reſpicit meritum, & alio nomine μισθὸς, ſiue merces vocatur, & eſt duplex, vel præmium, vel pœna.

XIX. *Quod eſt Adiunctum proprium Mercedis?*

Debitũ: merces enim propriè nihil aliud eſt quàm id, quod datur ex debito: id enim quod datur, generale eſt: reſtringitur autem per has quaſi differentias, Gratiã, & Debitum. Nam quod datur, vel datur ex gratia, & eſt gratuitum donum: vel datur ex debito, & eſt merces propriè ſic dicta: in genere tamen merces vſurpatur pro eo quod datur, ſiue ex gratia, ſiue ex debito detur. Et ſic duplex eſt merces, alia debita, & alia indebita, ſeu gratuita, ſicut patet Rom. 4. 4. *Operanti merces imputatur*, non ex gratia ſed ex debito. Ex quo colligitur Mercedis nomine ſignificari etiam in Scripturis gratuitum donum: nam quæ à Matthæo 5. 46. μισθὸς id eſt merces dicitur, à Luca c. 6. 32. χάρις, gratia, ſiue gratuitum donum appellatur: vt fruſtra Scholaſtici mutuam meriti & mercedis Relationẽ ſomnient ex Matth. 6. 1. Nam ſola debita merces, operũ meritum inducit: indebita ſeu gratuita non item. Et fatemur vltrà bona iuſtorum opera, ampliſſimam habere, tum in hac tum in futura vita remunerationem, ſed ex gratia, non ex debito.

XX. *Quid eſt debitum?*

Eſt ad quod reddendum aliquis obligatus eſt, & eſt duplex: Debitum ex ordine iuſtitiæ, ad quod reddendũ obligatur aliquis propter præſtantiam & dignitatem beneficii in ſe collati, & hoc propriè Debitum dicitur. Impropriè autem Debitum dicitur, quod debetur ex pacto & gratuita promiſſione, ſiue quòd ita cõuentum & pactum ſit. Ex quibus omnibus ſequitur, Meritũ ſiue opus meritorium propriè eſſe, cui propter dignitatem debetur aliquid ex ordine iuſtitiæ.

XXI. *Súnt-ne igitur bona hominum opera apud Deum meritoria?*

Si de malis operibus ſermo eſt, dicimus ea eſſe meri-

toria,

XXIV. *Quid differunt Promiſſiones, quæ in Euangelio ſub operum conditione fiunt, à legalibus promiſſionibus?*

1. Promiſſiones quæ in Euangelio occurrunt ſub cōditione operum, in Chriſto & propter Chriſtum, eiúſque meritum, fiunt omnes.

2. Sunt gratuitæ prorſus, ideo non redditur merces ex debito vel pacto propter impletam à nobis operum cōditionem verùm ex mera gratia & miſericordia propter Chriſtum, eiúſque meritum ſolùm.

At promiſſiones legales non ſunt factæ propter Chriſtum nec redditur merces iis ex mera gratia, ſed propter præſtitam & obſeruatam conditionem operum, quę impoſſibilis eſt.

XXV. *Ergóne promiſſiones legales de præmiis bonorum Operum ſunt inutiles?*

Sunt ſanè, quia nihil ponunt, niſi poſita conditione perfectæ obedientiæ, *Hoc fac & viues.* Fiunt tamen ratæ & vtilęs per Euangelium in credentibus, non quia Legi ſatisfaciant, ſed quia credentes, propter Chriſtum recōciliati ſunt Deo, & *Lex per fidem ſtabilitur.* Rom.3 31. Et *quia perfectionem habet qui credit in Chriſtum,* inquit Ambroſius. Et Rom.10.4. *Cuiuis credenti Chriſtus finis eſt & complementum Legis,* vnde 2.Cor.1.20. *Omnes promiſſiones in Chriſto ſunt, Etiam & Amen,* id eſt in vno Chriſto proponuntur exhibendæ & præſtandæ.

XXVI. *Annon ſaltem meritum Chriſti tribuit operibus noſtris ſuam vim & efficaciam: vt promereantur Dei gratiam & fauorem?*

Promeritus eſt Chriſtus nobis Iuſtificationem, Regenerationem, & vitam æternam; verùm vt nos ipſi mereamur vel minimum aliquod beneficium, nedū præcipua illa beneficia, meritus non eſt: detraheretur enim meræ Dei gratiæ & Chriſti merito, ſi nos vllo pacto in cōmunionem meriti veniremus cum ipſo. Ideo Paulus Rom. 4.4. ita ſeiungit Opera & Gratiam, vt poſitis operibus, *rum aliquid debetur ſaltem ex pacto & promiſſione?*

Nequaquam. 1. Quia non viuimus ſub fœdere illo legali, ſiue operum, in quo paciſcitur Deus cum homine ſub conditione Operũ Legis: ſed ſumus ſub fœdere gratiæ, in quo paciſcitur Deus cum homine, ſub conditione meriti Chriſti fide noſtra apprehendendi.

2. Quia erſi demus, nos adhuc eſſe ſub fœdere Legis tamen ne ſecundùm quidem illud fœdus ac promiſſionẽ in eo factam, Deus debet operibus noſtris niſi mortem; quia opera noſtra, etiam in ſtatu Regenerationis, ſunt imperfecta, neque patiuntur examinationem ad regulã illam Legis Dei; niſi Leſbiam normam qualẽ hodie faciunt Papiſtę, facias illam Dei Legem: tam ſanctam, támque perfectam.

XXIII. *Annon etiam in Euangelio paſſim promittuntur bonis noſtris operibus multa beneficia tam temporaria quàm æterna?*

Promittuntur ſanè, vt Pſal. 84 12. *Non priuabit bonis, qui ambulant in innocentia.* 1. Tim. 4. 8. *Pietas habet promiſſiones huius, & futuræ vitæ.* Matth. 5. 12. *Merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Luc. 6. 38. *Date, & dabitur vobis.* Matt. 25. 29. *Habenti dabitur, & ſuper multa conſtituetur fidelis ſeruus.* Et cap. 10. 42. *Qui calicem dederit aquæ frigidæ in nomine meo, non perdet mercedem.* Et cap. 19. 29. *Qui reliquerit domum, fratres, ſorores &c. propter me, recipiet centuplum in hac vita, & hæreditabit vitam æternam.* Apoc. 22. 14. *Beati qui præſtant eius mandata, vt ſit eis ius in arborem vitæ, & per portas ingrediantur in ciuitatem.* At non ſub conditione operum, quæ ipſa nobis procurent illa beneficia, ſed quæ oſtendant & arguant tanquam effecta notiora nobis, participes nos eſſe conditionis illius, quæ eſt in fœdere gratiæ, quaque ſola impleta procurantur illa beneficia, nec vt debita, ſed vt gratuita præmia rependuntur.

XXIV. *Quid*

dicti Patris mei, Poſſidete Regnum paratum vobis à iactis mundi fundamentis. Hæc enim compellatio, & in poſſeſſionem Regni cœleſtis miſſio, ſatis oſtendunt cauſam, cur in poſſeſſionem Regni cœleſtis Electi mittendi ſunt, quia nempe ſunt benedicti omni benedictione ſpirituali in Chriſto, Epheſ 1.13. liberati ab execratione Legis [a] hæredes & Filij Dei promiſſione gratuita, & proinde vocati, & Iuſtificati: Adoptio enim, Vocatio & Iuſtificatio, ſunt partes benedictionis illius Dei in tẽpore. vnde quos Matt. verſ. ſup. 34. vocauerat *Benedictos Patris*, verſ. 37. *iuſtos* dicit, ipſúmque *Regnum* cœlorum *Hæreditatem* vocat.

a Gal. 3. 14.

2. Arguunt cauſam ſalutis poſitam in Dei decreto æterno, quod à iacto fundamẽto mundi paratum eſt benedictis illis, id eſt Vocatis, & Iuſtificatis in tempore, Regnum illud, in cuius poſſeſſionem ipſos miſſurus eſt.

3. Particula κατὰ vel καθὼς, ſecundùm vel iuxta, in illis dictis non cauſam, ſed conformitatem ſignificat: ſicut in illo 1. Corinth. 13.12. *Vt cognoſcam: ſecundùm quod*, id eſt prout *cognitus ſum.* Sic, *Deus reddet vnicuique ſecundùm opera ipſius*, id eſt prout fecerit bonum aut malum.

XXIX. *At cauſæ mortis cui adiudicandi ſunt Reprobi, etiam ponũtur extra ipſos, Dei Maledictio videlicet, & Dei Decretum,* (Maledicti enim, Matth. 25.41. inquiet Rex, Abite à me ignem æternum.) *nec tamen obſtant quominus opera ipſorũ in cauſa quoque ſint Damnationis: Anne igitur præter illas cauſas Benedictionis & Decreti Dei, pari ratione opera bona Electorum, cauſæ ſunt ſalutis?*

Non eſt par ratio operum malorum, & operum bonorum: nam mala opera noſtra ſunt, & nobis merentur: bona verò opera noſtra nõ ſunt, ſed Spiritus ſancti in nonegauerit gratiam, *Operanti*, inquit, *merces non imputatur ex gratia*: Et Rom. 11 6. docet eam eſſe diſcordiam inter opera, quæ iſti dicunt meritoria, & gratiam, vt ex his vno poſito: alterum ſtatim perimatur : *Quod ſi per gratiam, iam non ex operibus , alioquin gratia non eſſet gratia.* Idem dicendum de merito Chriſti : cùm enim meritum Chriſti , & Gratia ſimul neceſſariò conſiſtant, meritum Chriſti, & Noſtrum ſimul cohærere non poſſunt.

XXVII. *Annon illis locis loquitur Paulus de Operibus factis ex puris naturalibus ante Regenerationem?*

Immò verò de bonis operibus loquitur, quæ certe nulla abſque fide fieri poſſunt[a] & de operibus Abrahæ Patris credentium [b]. Et nulla vnquam fuit quæſtio de operibus non renatorum, cum peccata ſint, licet alia aliis grauiora. Nam Eph. 5. 3. *Natu à ſumus filij iræ* paſſiuè ſcilicet, i. iudicio Dei irati obnoxij. Et Heb. 11. 6. *Impoßibile eſt Deo placere abſque fide.*

[a] Rom. 14. 21.

[b] Rom. 4. 2. 3. 23.

XXVIII. *Cùm normam futuri iudicij Scriptura his verbis commendet, Reddet vnicuique Deus ſecundùm opera ipſius, Pſal. 62. 13. Matth. 16. 27. Rom. 2. 6. Apoc. 22. 12. An fertur ſententia ex operibus tanquam cauſis promerentibus, vel vitæ, vel mortis compenſationem*

Si de operibus Reproborum eſt ſermo, illa quidem nó negandum fore cauſam ſententiæ mortis ferendæ. Sed ſi de operibus Electorum loquamur, tum dicimus Deũ laturum eſſe ſententiam vitæ æternæ, compenſaturúmque Electos ſecundùm opera eorum, non vt cauſas vitę & compenſationis, ſed vt effecta quædam, argumenta, & indicia de cauſis ipſiùs teſtificantia.

Veræ autem & ſolæ cauſæ ſunt , Decretum quidem Dei ab æterno : vocatio verò & iuſtificatio in tempore, vt conuincit locus Matth. 25. 34. in quo habemus futuri illius Iudicij expreſſam formam, *venite*, inquit, *bene-*

dicti

merces non Relatiuè, ſed abſolutè ſignificat calcaneum ſeu finem alicuius rei. Item præmium, ſed gratuitũ, imò donum, vt declarat Paulus Rom. 6.23 *ſtipendia peccati mors Donum autem Dei vita æterna* per Ieſum Chriſtum.

2. Non Cauſaliter, ſed Conſequutiuè, quia licet vita æterna detur propter aliam cauſam, nempe propter meritum Chriſti fide apprehenſum, tamen datur etiam conſequutiuè in compenſationem laborum & ærumnarum, quas pij ſuſtinent in hac vita, vt Chriſtus inquit, Matth 19.29. *Quiſquis reliquerit domos, aut fratres &c. propter nomẽ meũ, centuplũ accipiet, & κληρονομήσει, hereditabit vitam æternam* ſicut hereditas datur filio, non propter officia ſua, ſed filiationem, iuxta illud vulgatum, *Nato filio, nata portio*: & ſimul in compenſationem obedientiæ.

XXXIII. *Quare autem mercedem Deus promittit ſuorum bonis operibus?*

Quia credunt: Credentes autem ſunt iuſti, Chriſti iuſtitia ſibi imputata: iuſtis autem proponitur vita, & omnium bonorum abundantia.

In quem finem promittit mercedem?

1. Vt excitentur ad alacriùs præſtandum officium.

2. Vt ſint teſtimonia Prouidentiæ Dei, quòd bona corporalia ab ipſo ſint, & diſtribuantur ipſius conſilio, iuxta dictum Prou. *Benedictio Domini diuites facit*: & quòd in hac vita Eccleſiam ſeruaturus ſit, & ſuis proſpecturus: vnde Chriſtus ait, *Quærite primùm Regnum Dei, & iuſtitiam eius, & cætera adiicientur vobis*, Matth. 6.13.

3. Vt ad fidem, Inuocationem, Spem, & Gratiarum actionem Deus ſuos excitet, iuxta illud Pſal. 50.15. Eripiã te, & glorificabis me.

4. Vt ſint commonefactiones & arrhæ de promiſſione gratiæ, propter quam illa nobis dantur.

XXXIV. *Quæ cauſæ nos ad bene agendum prouocare debent?*

1. Mandatum Dei, cui omnes Creaturæ obedire debent, 1. Theſſ. 4.3. *Hæc eſt voluntas Dei, nempe Sanctificatio veſtri.*

2. Debitum officium, vt gratitudinem noſtram erga

bis opera, & Deo debentur[b].

a Luc. 17. 10.

Adhæc cùm opera mala, perfectè mala ſint, & vel leuiſſimum quodque malũ mortẽ promereatur: opera verò bona, imperfectè bona ſint, & nonniſi quod omnibus numeris abſolutum ac perfectum eſt, vitam procuret, vel ea pacto: ideo bona opera in cauſis adhiberi non poſſunt.

Adde quod cauſam Iudicij ad vitam, manifeſtè fidei Euangelium amplexæ tribuit Apoſtolus, 2. Theſſ 1. 10. Cũ *venerit*, inquit, *vt glorificetur in Sanctis ſuis*, *& admiranda fiat in fidelibus omnibus* (quòd fides habita ſit teſtimonio noſtro) *in die illo*.

XXX. *Anne in illis verbis*, Venite Benedicti &c. *compellatio eſt tantùm & adiudicatio ad vitam: ſequitur deinde cauſa ab operibus ipſorum*, Eſuriui enim, (inquit) *& dediſtis mihi quo veſcerer*, &c?

Imò compellatio & propoſitio, ſentẽtiæ continet cauſam: Ratio autem ſubiecta eſt ab Effectis cauſam illã arguentibus, déque ea teſtantibus: quaſi dicat, Ite in cœlos, quia benedicti eſtis, & deſtinati ad Regnum cœleſte: ni bonis operibus veſtris oſtendiſtis vos benedictos, & ab æterno ad regnum cœleſte deſtinatos.

XXXI. *Cur ſecundùm Opera laturus eſt ſententiam?*

Quia opera nobis notiora ſunt, vtpote Effecta, quæ ſunt notiora quàm cauſæ ipſæ: vult autem Deus omnia in illo iudicio extremo viſibilia eſſe, & ſenſu nota, vt fiat iudicium de vera & viua fide ex ſuis naturalibus proprietatibus, & veris Effectis, ne laruam fidei ſeu ſpectrum pro vera fide iactemus.

Deinde, non vt ſalutis cauſa oſtendatur, ſed vt tantùm ad bonorum operum ſtudium excitemur, dum certi ſumus nos operam non ludere.

XXXII. *Qua igitur ratione vita æterna dicitur Merces?*

1. Generali ſignificatione, ex Scripturæ idiotiſmo, quo

1. Quia diſplicent Deo, Pſ.5.5. *Non Deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit iuxta te malignus.* Et eius iram excitant, *Odiſti omnes qui operantur impietatem,* verſ.6.

2. Deformant profeſſionem Euangelij, & gloriam Dei. Rom.2.24 *Propter vos malè audit nomen Dei inter Gentes;* ſicut Nathan ad Dauidem dicit, 2.Sam.12.14. *Blaſphemare feciſti inimicos Domini in hoc negotio.*

3. Qui accerſunt pœnas publicas, & priuatas, bella, famen, peſtem[a], &c. Deut.28.15.&c. *Si non audieris vocē Domini tui, maledictus eris in agro egrediens,* &c. Et *propter iniquitates corripis filios hominum.* Pſalm.90.8.

4. Quia ſequitur tyrannis Satanæ, cui in poteſtatem traduntur reprobi, *cuius laqueis captiui tenentur ad omnem ipſius voluntatem,* 2.Tim.2.26.

5. Quia impediuntur omnia ſpiritualia exercitia malè agendo, labaſcit fides, vaſtatur conſcientia, Inuocatio Dei turbatur & ceſſat, contriſtatur Spiritus Sanctus, Eph.4.30. *Nolite contriſtare Spiritum illum Sanctum Dei, quo obſignati eſtis.*

6. Merentur damnationem æternam, teſte Paulo, *Qui talia agunt, non habent partem in Regno Dei, neque illud poſſidebunt.* Galat.5.21.& 1.Cor.6.10.

XXXVII. *Sunt-ne opera bona neceſſaria ad ſalutem?*

Ambigua eſt quæſtio: nam ſi hic ſenſus aſſumitur bona noſtra opera ſic eſſe neceſſaria ad ſalutem, vt ſint cauſa ſeu meritum iuſtitiæ, ſalutis, & vitæ æternæ, falſum: Si verò intelligatur noua obedientia; neceſſaria, qua ſit debitum obſequium & effectus neceſſariò ſequens Reconciliationem, verum.

2. Quia Deus neminem vult ſeruare, ſine Pœnitentia: & Donatio Spiritus Sancti eſt neceſſaria ad vitā æternam: ſicut Chriſtus ait Ioh.3.3. *Niſi quis renatus fuerit,* &c.

3. Quia fides ſine qua ſeruari eſt impoſſibile, non poteſt eſſe abſque bonis operibus: Et fides etſi non *ἐνεργείᾳ*, tamen *δυνάμει* Charitatem habet coniunctam[b].

4. Quia, inquit Bernardus, *bona opera ſunt via Regni, non cauſa Regnandi.* Nec quiſquam ad vitā æternam peruenire poteſt, niſi per viam bonorum operum *quæ Deus*

[a] Leuit.26.14. & ſeq.

[b] Gal.5.6.

ipſum teſtemur, Rom. 8. 12. *Debitores ſumus* non carni, ſed ſpiritui, nec ſumus iuris noſtri, ſed eius qui nos elegit ad vitæ ſanctitatem, Luc. 17. 10. Redemit ab omni iniquitate, & ſanguine Chriſti mundauit vt efficeremur ſectatores bonorum operum[a].

a Luc. 1. 7. 4. 75. 3. Neceſſitas ordinis, cauſæ, & effectus: *Arbor enim bona fert bonos fructus*, Matth. 7. 17. *Et qui Spiritu Dei ducuntur,*
1. Cor. 6. 19 20. *ſunt Filij Dei*, Rō. 18. 14. 1. Ioh. 3. 9. *Omnis natus ex Deo peccatum non committit*, id eſt, per contrarium affirmatum, ſanctitati ſtudet; *quoniam ſemen Dei manet in eo*, id eſt Spiritus ſanctus, ſic dictus ab effectu, quòd eius virtute tanquam ex ſemine quodam, noui homines efficiamur.

4. Fides, quæ retineri nequit, vbi peccatis contra cōſcientiam indulgemus. 1. Tim. 1. 19. *Milita honeſtam militiam habens fidem & bonam conſcientiam, qua expulſa nonnulli naufragium fidei fecerunt.*

5. Præſtantia bonorum operum, quia per Chriſtum ſunt cultus qui placent Deo, ſeu ſacrificia εὐχαριστικὰ, fide tanquam ſale condita, Spiritu Sancto tanquam igne cœleſti accenſa, & meritò Chriſti ſacrificata, & *accepta Deo per Chriſtum* 1. Petr. 2 5.

6. Dignitas noſtra: nam Iuſtificati ſumus, filij Dei, tēplum Dei ſanctum Reges, & Sacerdotes, Vncti à Spiritu Sancto, qui induti iuſtitiam Dei mente, ore, vita, & confeſſione Dei laudes prædicare debemus.

7. Promiſſio benedictionum diuinarum, tam corporalium, quàm ſpiritualium, Leuit 26. 3.[b] *Si ambulaueritis in meis præceptis, dabo pluuias veſtris tempore ſuo, &c.* Et remuneratio gratuita patientię, & obedientiæ erga Deum, vt Moſes Heb. 11. 26. legitur reſpexiſſe ad remunerationem; quia 1. Tim. 4. 8. *Pietas habet promiſsiones huius & futuræ vitæ.*

b Deut. 28 1.

Iſa. 1. 19.

8. Vtilitas, facienda enim bona opera ſunt, vt proximum ſubleuemus pietate noſtra, Deum glorificemus, & aduerſariis os obturemus[c].

c Luc. 6. 7. 1. Pet. 2. 12. Tit. 2. 8.

9. Vt ex fidei fructibus, Electionis & Vocationis noſtræ certiores fiamus, & noua exiſtentes Creatura, ſpem vitæ æternæ in nobis foueamus, 2. Petr. 1. 10. Iacob. 2. 17.

XXXVI. *Cur fugienda mala opera?*

Triplex 1. Dei gloria, vt iis videlicet glorificemus Deũ coram hominibus[a]. a Mat.5.16.

2. Veræ fidei noſtræ teſtificatio, vt nobis in conſcientiis noſtris firmam reddamus vocationem & Electionem noſtram, 2. Petr.1.10. Et vt Euangelio & vocationi noſtræ conuenienter viuamus, Eph.4.1. *Precor vos vt ambuletis ita vt dignum eſt vocatione, qua vocati eſtis.*

3. Proximi ædificatio, quæ fit dum eum iuuamus operibus noſtris, vel eum ad ſimilia præſtanda excitamus[b]. b 2. Cor. 9. 11. 12. 13. Tit. 3. 14.

XL. *Quæ Repugnantia?*

1. Mala opera.

2. Error *Pontificiorum*, qui abſque fide bona fieri poſſe docent.

3. *Perfectiſtarum*, qui operum perfectionem & puritatem iactant, & in iis ſecurè acquieſcunt.

4. *Eorum* item qui merita ſua obtrudunt de congruo & condigno, & ſupererogationis opera iactãt: ἐθελοτρησκείας id eſt cultus Electitios Deo acceptos eſſe docent: Pro bonis Operibus habent quæ bona intentione fiunt, & nuda hominum voluntate traditione nituntur: Horum violationem grauiorem eſſe autumant, quàm mandatorum Dei[c]. (Quod enim deductoribus audiendis æquè ac Chriſto, dicitur[d], de veris tantùm Eccleſiæ Paſtoribus quipro animarum ipſis commiſſarum ſalute vigilant, intelligendum eſt. Operibus ceu cauſis hominem coram Deo iuſtificari contendunt: Et calumniantur bona opera à nobis contemni, quaſi hoc inter nos & illos controuertatur, Au ſint facienda bona opera, cùm hoc attentius quàm ipſi vrgeamus.

c Num. 15. 39. Ezech. 20. 18.19. Matth.15

d Luc.10.16 Heb.13.17.

5. *Epicureorum*, ſiue *Libertinorum*, qui opera bona tanquam inutilia negligunt.

præparauit, vt in iis ambulemus Epheſ.1.4. & 10.

XXXVIII. *Quid obſeruandum in dictis Scripturæ quibus Iuſtificatio, ſalus, & vita æterna operibus tribuitur?*

1. Legalia dicta de operibus perfectis, cuiuſmodi nulla ſunt, intelligi debent: Euangelica verò, operibus nominatis, ſemper includunt fidem. Et ſciendum eſt fide πρώτως, primum accipi Iuſtificationem, & Acceptationē ad vitam æternam: poſtea δευτέρως ſeu ἑπομένως placere Opera tanquam fructus fidei, & his promitti vitam æternā propter Chriſtum.

2. In iis dictis, non proferuntur argumenta, à cauſa cur perſona particeps ſit vitæ æternæ; ſed ab effectis vel Adiunctis oſtenditur, quæ perſona ſit particeps Remiſſionis peccatorum & vitæ æternæ. Sic Luc. 7.47. Remiſſa eſſe mulieri peccata hoc argumento analyticè demóſtrat Chriſtus, quòd multùm dilexerit. Sunt autē diuerſæ duæ quæſtiones nunquam confundendæ: vna, quibus detur vita æterna, altera, propter quid detur. Bene operantibus, Legem Dei meditantibus beatitudo & vita æterna promittitur[a], ſed datur gratis propter Chriſtum[b].

a Pſal.1.1. 3. & 119.1. 2. Mat.25.35.

b Pſal. 32.1.

3. In hac diſputatione obſeruanda Rabbinorum regula de Sacris literis, *In omni loco in quo inuenis pro hæretico obiectionem, inuenis quoque medicamentum in latere eius:* Sic Scriptura, vbi operibus vitam æternam tanquam mercedem adſcribit hæreditatem illam vocat[c].

c Matt. 25. 34. Col 3.24.

4. Cùm effecta diuerſa pariter pendent ex vna eademque cauſa, valet conſequentia ab vno effectu ad alium, propter communem dependentiam: vt Luc.7.47. valet conſequentia à dilectione ad remiſſionem peccatorum, quia vtrumque pendet à fide.

5. Poſito verò ſubiecto, ponitur eius proprietas: & contra, poſita proprietate ponitur eius ſubiectum. Sic poſita fide ponuntur opera & poſitis bonis operibus, ponitur fides.

6. Cùm bona opera fiant ex fide, quæ ipſis tribuuntur, radici ſunt adſcribenda.

XXXIX. *Quis finis & vſus bonorum Operum?*

ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ. Et 8.2. *Christus liberauit me à Lege peccati & Mortis.*

Alteram, qua in plenam & perfectam libertatem pror- a Eph. 1. 1.
ſus vindicabimur: [a] hæc verò dicitur ἀπολύτρωσις τῆς περι-
ποιήσεως, i. vindicationis ſeu aſſertionis liberatio. Et Rom.
8.21. Ἐλευθερία τῆς δόξης Filiorum Dei: [b] & ἀπολύτρωσις τοῦ b Luc. 23
σώματος ἡμῶν, Rom. 8.23. Illam inchoatam, hanc conſum- 28.
matam dicere poſſumus Nam quamuis liberi ſimus pri-
mo libertatis genere, tamen aliquatenus per vim pecca-
ti in aliqua ſeruitute detinemur, vt quod volumus, non
faciamus: [c] & ſeruitus etiam corruptionis, mors etiam i- c Gal. 5. 17.
pſa nexos adhuc in vinculis tenet, vſque in diem illum
ἀπολυτρώσεως, [d] quo nos Chriſtus à ſe redemptos liberali d Eph. 4.
cauſa manu aſſeret; *Spe enim duntaxat ſalui facti ſumus,* 30.
Rom. 8.24. & 1. Ioh 3.2. *Nunc quidem ſumus Filij Dei, &*
quidem liberi, [e] *ſed nondum apparauit quales futuri ſi-*
mus. Scimus autem fore vt cùm ipſe apparuerit, ſimiles e Matt. 17.
ei ſimus. 25.

Huic affinis erit liberatio noſtra illa, ſeu reſtauratio
creaturæ, non Angelicæ, aut ſingulorum hominum, ſed
machinæ cœleſtis & elementaris, qua ex ſeruitute corru-
ptionis, cui nunc ſubiecta eſt, liberabitur in libertatem
gloriæ filiorum Dei, i. in fœlicem illum ſtatum incor- f Act. 3. 21.
ruptionis, qui patefiet cùm filij Dei in gloriam euehē- Rom. 8. 19.
tur: *Erunt enim noui cœli, & noua terra,* 2. Petr. 3. 13. [f] De 20.21.
priore autem Libertatis genere potiſſimum hîc nobis
ſermo eſt.

III. *Quid eſt Chriſtiana* Ἐλευθερία?

Libertas eſt ſpiritualis, qua verè credentes à ſeruitute peccati, & tyrannide diaboli, 2. ab accuſatione, grauamine, & maledictione Legis, iræ Dei pondere, damnatione & morte æterna. 3. Et ſpiritu Adoptionis, libertatis, & illuminationis donati, à velamine cordis, 1. miſera cæcitate erroris, & tenebrarū iugo, quod Adami peccato nobis impoſitum eſt: denique à iugo Ceremoniarū Legis, ciborum, potus, dierum, veſtitus corporis, rerúmque mediarum eiuſmodi neceſſario diſcrimine obſeruando: adeóque ab humanis traditionibus omnibus per ſanguinem Chriſti exempti & liberati ſumus, vt ſponte & alacriter tam animo quàm corpore Deo ſeruiamus in iu-

LOCVS XXXIII.

De libertate Chriſtiana.

I. *Quid appellatione Libertatis Chriſtianæ intelligis?*

NON licentiam, aut in genere ſimpliciter quamuis Libertatem, ſed κατά τι ad certam ſpeciem & certos gradus reſtrinctam, nam Epitheton *Chriſtianæ* & *Spiritualis*, differentiam facit, qua hæc libertas ſpecialis à ciuili & corporali libertate, & ab aliorum ſectarũ ficta libertate diſcernitur: nec tamen cum ſeruitute corporali ſeu ciuili pugnat, [a] aut ſeruitute quam debemus Deo & iuſtitiæ. [b] 1. Cor. 7. 22. *Qui liber eſt Chriſti*, 1. ſeruire Chriſto debet.

a Eph. 6.5. 1.Cor.7.22.
b 1. Pet.2. 16.& Rom. 6.18.

Deinde cum de Chriſtiana libertate agitur, diſcernendum eſt inter libertatem voluntatis, de qua in Loco de Libero Arbitrio dictum eſt: & Libertatem perſonæ, de qua hîc nobis agendum eſt.

Græcè dicitur λύτρωσις καὶ ἐλευθερία. 2. Cor. 3. 17. Οὗ γὰρ τὸ πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. Latinis *Libertas* vel Liberatio, nõ quæ vt fiat vt olim contigit cum Dominus populum eriperet Pharaoni: niſi reſpectu Satanæ, cuius potentiam & regnum deſtruxit Chriſtus nec cum bona hoſtiũ gratia, vt cùm populus Babylone reuerteretur, ſed iuſto perſoluto pretio, non Satanæ, ſed Deo, impetratur, quàm etiam Apoſtolus ἀπολύτρωσιν vocat.

II. *Quotuplex eſt libertas Perſonalis?*

Paulus duplicem conſtituit, non quoad ſpecies, ſed quoad gradus. Vnam, qua perſoluto ingenti pretio Chriſti videlicet ſanguine, Redempti ſumus, vt à ſeruitute peccati, mortis, & legis manumittamur [c] quam docendi gratia ἀπολύτρωσιν ἐλευθερώσεως vocare licet, 1. *Redemptionem liberationis*. Cuius meminit Apoſtolus. Rõ. 6.22. νυνὶ δὲ

c Eph.1.7. Rom. 7.6.

ἐλευ

mortis: proinde hæc Libertas Iuſtitiæ & Vitæ dicitur, & a Eph. 1. 7.
ἄφεσις παραπτωμάτων[a], καὶ ἁμαρτιῶν[b], καὶ παραβάσεων[c], *Lex* b Gal. 1. 14.
Spiritus vitæ, i. Chriſti ſanctitas, in Chriſto inhærens, c Heb. 9. 15.
quæ eſt in ipſo Chriſto Ieſu, liberauit me à iure peccati & mortis.

VI. *Quomodo dicimur nos à peccato liberati, cùm idem ſemper habitat in nobis, & teſtetur 1. Ioh. 2. 8. Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipſos fallimus, & veritas in nobis non eſt?*

Diſcernendum eſt inter peccatum Dominum, & Domitum: item inter materiale, & formale peccati nam à regno & dominatu peccati inhabitantis, Item à formali ſeu Reatu peccati, liberati ſumus: vnde illud 1. Ioh. 3. 6. *Omnis qui in eo manet, non peccat*, cupidè ſcilicet, obedi ē ter, ſeruiliter. & ſine luctâ[d], i. qui verè Chriſti particeps eſt: non dedit ſe peccato. Item verſ. 9. *Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit*, i. non dat operam peccato. Et in fidelibus non negatur eſſe, aut habitare, ſed regnare[e]. Et de reatu Pſal. 32. 1. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum*: Sed de Domito & materiali peccati, Eccleſiaſtæ 7. 20. ſcriptum eſt, *Non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet.*

d Rom. 6. 6 & ſeq.

e Rom. 6. 12.

VII. *Quis Vſus huius partis?*

Duplex. 1. Ad conſolationem, quòd à iure peccati nos à Deo alienantis liberati ſimus. Alter, ad inſtitutionem, vt grati ſimus liberatori, & ſummo ſtudio caueamus ne rurſus laqueis peccati inuoluamur, ne poſteriora fiant prioribus deteriora[f], i. vltima conditio infœlicior priore[g]. Ideo Rom. 6. 14. ratiocinatur Paulus, Peccatum non debere nobis dominari, quia nō ſumus ſub lege, quæ nos reos faciat, & ad peccandum irritet: vnde & Virtus peccati dicitur[h]: ſed ſub gratia, i. Spiritu Chriſti donati, cuius virtute reliquias peccati profligamus, Gal. 5. 23. 24.

f 2. Pet. 2. 20.

g Matt. 12. 45.

h 1. Cor. 15. 56.

VIII. *Quæ eſt Secunda pars?*

Liberatio à Lege morali, non quoad obedientiam, ſed quoad Iuſtificationem & condemnationem, i. à iure, riſtitia & ſanctitate omnibus diebus vitæ noſtræ, Rom.4. 12.13.14[a].

a 1. Cor. 9. 27.
Gal. 3. 4.5.
Tit.2.11. 12.

IV. *Qua cauſa huius Libertatis?*

Efficiens principalis Deus; Meritoria, Solus Chriſtus Liberator, vt Ioh.8. 36.expreſsè dicitur, *Si filius vos liberauerit verè liberi eritis*. Et Gal.5.1. *In libertate, qua Chriſtus nos liberauit, perſtate*: hanc enim libertatem pretioſo ſuo ſanguine nobis parauit.[b] Συνεργὸς Spiritus ſanctus, 2. Cor.3. 17. *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas*: qui idem eiuſdem arrhabo eſt & teſtis.

b Col.1.14.
1.Pet.1.18.

Duæ Inſtrumentales, videlicet Veritas ſeu Euangelium, quo offertur hæc Libertas: Ierem. 34. 15. *Ecce Ego prædico libertatem*: Et Ioh. 8.32. *Cognoſcetis veritatem, & Veritas vos in libertatem vindicabit*. Et fides, qua accipitur, Rom.5.2. *Fide adducti ſumus in hanc gratiam in qua ſtamus*.

Subiectum, Omnis credens. ſiue Græcus, ſiue Iudæus, ſiue mas, ſiue fœmina, ſiue ſeruus, ſiue liber, 1.Cor. 7.22[c].

c Gal.3. 28.

Modus ſeu forma huius Spiritualis Libertatis non incurrit in oculos hominum, ſed occulte fit, dum fidelium animæ aſperguntur & abluuntur ſanguine Filij Dei, reformantur per Spiritum ſanctum, & conſcientiæ fide purgantur ab Operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti, Heb 9.14.

Ex quo fit vt hæc Libertas vbicunque ſit, habeat hæc προσκείμενα adiuncta, Iuſtitiam, Pacem, Conſcientiam bonam, & gaudium per Spiritum ſanctum.[d] Et proinde hac libertate fruitur Ioſeph. quamuis ſeruus, & vinctus in carcere:[e] Daniel ſedens inter leones:[f] Lazarus vlcerosus[g].

d Rom. 14. 17.
1.Tim.3. 13.
e Gen. 39. 20.21.
f Dan. 6. 17 23.
g Luc. 16. 20.22.

V. *In quibus illa conſiſtit, ſiue quot ſunt partes, ſiue gradus huius Libertatis?*

Quatuor. 1. Eſt liberatio à peccato & morte, quæ fit per remiſſionem peccati, ne imputetur per mortificationē carnis, & ne vigeat: immunitatem à morte ſecunda: iuxta Pauli dictum, Rom.8.1.2. *Nulla eſt condemnatio iis, qui ſunt in Chriſto: nam Lex Spiritus vitæ, quæ eſt in Chriſto Ieſu*, 1. Spiritus Chriſti, ſeu Regenerationis gratia, *liberauit me à iure*, authoritate, & vigore peccati &

mort

4. Propter exercitium fidei, ſpei, inuocationis, & officiorum Charitatis fidelium in agone.

5. Quòd mors carnis, iuxta dictum Pauli, 1. Cor. 15. 26. *fit vltimus hoſtis*, qui per glorioſam Reſurrectionem demum aboleri debet.

X. *Quis vſus ſeu Effectus huius Libertatis?*

Quòd credentes pacatam habent conſcientiam, non amplius abhorrent a Lege, ſed ea delectantur [a]: Confidunt obſequia ſua quantumuis imperfecta, Deo placere tanquam Patri[b].

[a] *Pſal.* 1. 2.

[b] *Malac.* 3. 28.

XI. *Quæ eſt tertia pars Libertatis Chriſtianæ?*

Donatio Spiritus ſancti, quæ ſuperiorum eſt inuiſibilis & interna obſignatio, Rom. 8. 15. *Non accepiſtis Spiritum ſeruitutis ad metum, ſed Spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba Pater*, Et v. 16. *Et qui teſtatur cum Spiritu noſtro, quòd ſumus filij Dei: ſi autē filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.*

Idem velamen cordis eximit, i, ſeruitutem illam, nimirum cæcitatis miſeram, & iugum tenebrarum, cui per peccatum ſubiecti ſumus: atque cor illuminat, ad Dominum conuertit, & ad aſpiciendam lucem Euangelij idoneos reddit, vt ab iſta cæcitatis ſeruitute in lucis libertatem aſſeramur. Ideo 2. Cor. 3. 17. *vbi Spiritus Domini, ibi libertas*, i. viuificatio, ſeu illuminatio per Spiritum ſanctum ex Euangelij prędicatione: per quam velamen illud ignorantiæ, obſcuritatis, & imbecillitatis è cordibus noſtris tollitur, vt glorioſam Chriſti faciem intueri poſſimus: & denique efficit vt non coactè, ſed ſponte & amanter legi obediamus, Pſal. 51. 14.

XII. *Quæ eſt quarta pars Libertatis Chriſtianæ?*

Liberatio à tribus Moſaicis, ſeu Lege Ceremoniali, & multò magis à traditionibuss, & opinationibus humanis, quæ cultus gratiâ inſtitutæ ſunt: ac primùm quidem à ſacrificiis & Sacramentis diuinitus à Deo populo Iudaico commendatis, quę quia typi & vmbræ fuerunt veritatis, debuerunt reuelata veritate ceſſare, vt quæ implelę & adeptę ſunt finem, propter quem inſtitutę fuerunt, vt gore, ἀκριβοδικαίᾳ, importuna exactione, & Iuſtificatione Legis, ſiue à neceſſitate perfectè præſtandi Legem adeo ſequendam iuſtitiam.

Deinde ab obligatione ad pœnam, ac proinde à ſollicitudine ac metu irę Dei & maledictionis, ſeu mortis æternæ propter violatam Legẽ, Gal. 3.13. *Chriſtus redemit nos à maledictione Legis, factus pro nobis κατάρα.* i. ſuſtinuit maledictionem à lege inflictam, vt nos eam effugeremus, vtque nobis benedictio Abrahæ contingeret in Chriſto Ieſu, & vt promiſſionem Spiritus acciperemus per fidem. Hinc Paulus ait Rom. 6 14. *Nos non eſſe ſub Lege*, quia nec ſub maledictione, neque ſub cogente ſumus: & *Legem non eſſe iuſto poſitam*, ſcilicet quoad maledicendi & cogendi onus.

IX. *Cur non à morte prima per Chriſtum liberamur, ſicut à morte ſecunda, quando vtraque eſt peccati ſtipendium, & pendet ex comminatione illa diuina, Gen. 2. 17. Quandocunque peccaueris, morieris?*

Quia Regnum Chriſti non eſt de hoc mundo, Ioh. 18.36.

2. Etſi non ſuſtulit mortem primam, tamen credentibus eius conditionem mutauit. Vt ſit extinctio reliquiarum peccati, & ianua ad vitam æternam: iuxta Regulam Rom. 8.27. *Diligentibus Deum omnia ſunt adiumento in bonum*: quod Dauid intelligit, Pſal. 116. 15. *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*: Et Paulus Philip. 1.21. *Mori mihi lucro eſt*: Et v. 23. *Cupio hinc migrare, & eſſe cum Chriſto.* Et Eccleſiaſtes 7.2. *Melior eſt dies mortis die natiuitatis.* Et Cyprianus, *Mors eſt ianua vitæ, victoria belli, portus maris.*

3. Diſcernenda ſunt tempora Regni gratię & glorię Chriſti, & tempora beneficiorum Dei diſtincta. Anima credentis in hac vita regeneratur: Corpus autem neceſſe eſt priùs moriatur quàm regeneretur, 1. Cor. 15.36. & 43. *Tu quod ſeminas non viuificatur, niſi priùs moriatur: ſeminatur autem* inquit verſ. 44. *corpus animale, excitatur corpus ſpirituale.* (non ſubſtantiâ, ſed qualitate) Animale enim vocat, quod ſola anima vegetatur; ſpirituale, quod vnà cum anima, Dei ſpiritu viuificabitur.

in doctrina fidei,& ignorantes libertatem Chriſtianam quidam obſtinati:quidam verò firmi, & Chriſtianam libertatem edocti. Quod primos attinet,cauendum ne iis rebus,quas medias eſſe ex Dei Verbo didicimus,vtamur, vel ad explendam libidinem,vel temere, & importunè cum proximi adhuc infirmi in fide offendiculo:ſed earũ vſum ad proximi adhuc ex ignorantia infirmi,& in Chriſti ſchola puſilli captum moderemur, idque tantiſper dum rudes iſti poſſint erudiri[a]. Alius(qui videlicet in Euangelij cognitione profecit,& nouit illud. *Quicquid creauit Deus bonum eſt, nec quicquam reijciendum, ſi cum gratiarum actione ſumatur.* 1. Tim. 44. Item, *Omnia pura puris, pollutis autem & infidelibus nihil eſt purum, ſed polluta eſt illorum mens & conſcientia.* Tit.1.15.)credit veſci licere quibuſuis: alius autem fide infirmus edit olera,qui edit,gnarus ſcilicet ſuę libertatis non edentem ne pro nihilo habeto, i. arroganter ne deſpiciat;& qui nõ edit,edentẽ ne condẽnato,i.ne dãnet:quod non intelligit.Rõ.14.15.Sic 1.Cor. 8.11. *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt:quapropter ſi eſca ſcandalizet fratrem meum non manducabo carnem in æternum,ne fratrem meum ſcandalizem.*

a Rom.14.1.3

3. Ad ſecundum autem genus pertinet hæc regula,Obſtinatè ſuperſtitioſi, aut malitioſè noſtræ libertati inſidiantes,noſtra Abſtinentia abuſu libertatis in impia opinione ſua non ſunt confirmandi. Infirmis enim cedendũ quidem ad ædificationẽ. Phariſæis verò, i.præfractis,vel malitioſè inſidiantibus nihil largiendum, vt Chriſtiana libertas incolumis ſeruetur:vnde Chriſtus Matth.15.14. *Facite illos miſſos.* Sic Paulus permiſit Timotheum circuncidi infirmitatis credentium inter Iudæos rationem habens[b]. Sed Titium noluit circuncidi, quia Libertatẽ Chriſtianam aduerſus obſtinatos & παρεισάκτους, i. irreptitios ſiue inſidiatores defendere oportebat[c].

b Act.16.3

c Gal.2.4.5.

4. Libertas noſtra non diſſimulanda aut negligẽda, ſed vſurpanda eſt ad ædificationem & confirmationem eorum qui iam firmi,& in verbo rectè inſtituti ſunt. Sic Paulus Gal. 2. 11. grauiſſime Petrum à ſe reprehenſum ſcribit,quod in gratiam Iudæorum ſe à Gentibus ſubduxiſſet,ne illos offenderet:qua re cõfirmabat pertinaces Iudæos,vt Gentes perpetuò immundas eſſe exiſtimarent

docet Apoſtolus tota ad Hebræos Epiſtola: de quibus tenenda eſt regula, Omnes Ceremonię Moſaicæ, extra intra, & poſt Chriſtum manifeſtatum in carne, ſunt abolitæ, adeò vt qui eas obſeruare velit excidat libertate, qui habemus in Chriſto, Gal.2.4.5. Et cap.3 25. *Poſtquam venit fides, non ampliùs ſub pædagogo ſumus.*

Deinde à neceſſitate obſeruandi legalia quædam de rebus mediis qualia ſunt de delectu & eſu certorum ciborum obſeruatione dierũ, & ſimiliũ: de qua vtraque libertatis parte, Gal.5.1.2.13.[a].

a Eph.2.15. Col.2.14. 16.

XIII. *Quæ ſunt res mediæ?*

Baſilius: τὰ ἐν ἐξουσίᾳ καὶ μέσα: Nazianzenus, [illegible] κείμενα: Chryſoſtomus ad Rom. ἀδιάφορα vocat, Sunt autẽ res mediæ, Opera ſiue Actiones, quæ in ſe, ſiue ſuapte natura, nec bonæ vel malæ ſunt, ſed ex vſus ipſarum circũſtantiis, vel bonæ vel malæ cenſentur: aut res indifferentes, ſiue actiones dicuntur, quæ lege, aut verbo Dei neque precisè iubentur, neque expreſsè prohibentur fieri: vt edere carnem: aut hunc cibum, hoc vel illo die, vel non edere, hac forma vel colore veſtiri, vel non veſtiri. Nam quæ vel expreſsè Dei verbo præcipiuntur, vel cum Dei verbo manifeſtè pugnant, vt Intereſſe Miſſæ, communicare Superſtitionibus cum Dei verbo, & Chriſti beneficio pugnantibus, vel quæ propter adiunctam meriti aut cultus opinionem impiæ ſunt, non ſunt res mediæ & indifferentes.

XIV. *Licétne promiſcuè & indifferenter vti rebus mediis & indifferentibus?*

Non, ſed hæ ſunt obſeruandæ cautiones 1. De fide, ne videlicet dubitante conſcientia (quæ ſcrupulum iniiciat, vtrum illa re nobis vti liceat, illud agere bona conſcientia. annon,) quippe agamus, aut audeamus: Sed ex Dei Verbo perſuaſum habeamus, quid nobis permiſſum, quid mandatum. quid prohibitum, iuxta illud Rom.14.5. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. Et verſ.14. *Nihil eſt impurum per ſe: ſed ei qui exiſtimat aliquid eſſe impurum, ei impurum eſt.* Et verſ.22.& 23. *Beatus qui non condemnat ſeipſum in eo quod approbat, &c.*

2. In vſu τῶν ἀδιαφόρων conſideratur triplex hominũ genus: quidam enim ſunt fide infirmi, i. minùs excitati in do-

XVI. *An-ne traditiones aut opiniones cũ Verbo Dei pugnãtes: probat hæc vox Chriſti Mat. 23.2. Super cathedram Moſis ſedent Scribæ, & Phariſæi, Omnia quæ dicunt, facite?*

Nequaquam, ſed Moſaicas conſtitutiones & adminiſtrationes, quæ erant iuris diuini: hic enim audiẽdi erãt, vtcunque alibi vitioſè agerẽt. Hoc indicat Metaphora ſedis, quam illi vt Doctores Moſaicæ Legis occupabãt. Et qui Phariſæos audire iubet, ſi ex Moſe doceãt, monet alibi Diſcipulos, vt ab horum fermento ſibi caueant, Mat. 16.6. Sic nec dictum illud. Luc. 10.16. *Qui vos audit, me audit*, ad opiniones pugnãtes cũ Euãgelio transferri debet.

XVII. *Quid de bona Intentione, quam vocant, ſentiendum?*

Nullam eſſe bonam intentionem, quæ vel citra modũ contra Dei verbum, ex ſolo humanæ rationis ductu, aliquid in Dei cultu ſtatuat. *Ne facitote quiſque quicquid rectum videbitur in oculis eius, ſed quæcunque vobis præcipio*, Deut. 12. 8. & 11. 8.

XVIII. *Cùm Paulus præcipiat, Rom. 13.5. Magiſtratui obediendum, non ſolùm propter iram pœnæ metu, ſed etiam propter conſciẽtiam, an ſignificat, licere Magiſtratui conſciẽtiis legem imponere?*

Non, cùm paſſim Dei cultum, & ſpiritualem iuſtè viuendi regulam ſupra quælibet hominum placita extollat: ſed tantum vult, Obediendum eſſe Magiſtratui præcipienti honeſta & licita, i. vſque ad aras, quia Deus hãc obedientiam nobis præcipit, cuius præceptum bona cõſcientia coram Deo nemo poſſit aſpernari. Non igitur ſubiicit conſcientiam legibus humanis, ſed ordinationi diuinæ, quatenus illa legibus humanis, quæ cum diuinis non pugnant, obedire præcipit.

XIX. *Quid de Ceremoniis à Chriſto inſtitutis ſentiendum?*

Obſeruandas eſſe propter mandatum, & authoritatem

5. Ignorantes & infirmi moroſè condemnare nõ debent, quod nondum intelligunt, ſed firmioribus ſe iu & libertatem ſuam relinquant [a]. Nec vlla Eccleſia alteram propter mediarum rerum diuerſam obſeruationẽ damnet: ſicut ingenti malo in primitiua Eccleſia de Paſchate & Ieiunio factum eſt.

[a] Rom. 4. 13.

XV. *Quid de Traditionibus humanis ſentiendum, quæ à Deo non ſunt inſtituta?*

In ſolum Dei Verbum ſcriptum, quoad cultũ attinet, non ad humanas traditiones attendendum, nam Deus & cognoſcendi & colendi ſui nobis patefecit rationẽ: proinde nullam obedientiã conſtitutionibus pertinẽtibus ad doctrinam, vel Regimen ſpirituale, quæ apertè vel obliquè pugnant cum Verbo Dei, & abducunt à Chriſto deberi: vel ritibus quorũ alij ſunt inepti, inanes, & ludicri: alij vel per ſe, vel ob aliud ſuperſtitioſi: alij impij: vt ſunt Miſſarum nundinationes, diuinorum inuocationes, cœlibatus ſanctiones, ciborum diſcrimina, Romani pontificis primatus, idolorum & crucis fabricatio, liberi Arbitrij, meriti, & indulgẽtiarum, Trãſſubſtantiationis, chriſmatis, Ieiunii in quadrageſima, aquæ luſtralis, Conſecrationis altarium, Magiſtrales determinationes, vota monaſtica, preces pro mortuis, nugamentum Purgatorij, cultus reliquiarum. Matt. 16. 6. *Cauete à fermento Phariſæorum.* Et 15. 9. *Fruſtra me colunt mandatis hominum.* Et Ezech. 20. 18. 9. *Ambulate in præceptis meis, & non in præceptis Patrum veſtrorum. Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus*, Act. 29. *Si quis aliud Euangelium docuerit, anathema ſit*, Gal. 1. 9.

Legitimæ verò ceremoniæ à Senatu Eccleſiaſtico inſtitutæ, ſine opinione cultus & neceſſitatis, ſed vt omnia εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν fiant in Eccleſia, 1. Cor. 14. 40. etſi non per ſe, tamen lege charitatis obſeruandæ ſunt: adeò vt qui eas contemnit, & contumaciter cum ſcandalo negligit, ſit reus violati ordinis, & rupti charitatis vinculi coram Deo. Sed extra caſum ſcandali & cõtumaciæ non peccant qui tales ritus intermittunt.

Præterea quidam ritus humani, ſunt non per ſe impij, ſed tamen parum aut nihil conferentes ad ædificationẽ, quos prę̃ſtaret omnino abolitos eſſe. In his ſeruandis vel omittendis habeatur ratio ſcandali.

ſe, ac ſeruire Legi Dei: cum potius eo pertineat noſtra libertas, ne amplius ſimus peccati ſerui: nam *qui facit peccatum ſeruus eſt peccati*, Ioh. 8. 34. Et Paulus Rom. 8. 13. *Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini.* Verba igitur Pauli, ſunt verba luctantis contra peccatum, nec de voluntariis, & externis operibus, ſed de pullulantibus vitioſis affectibus, quos ne ſanctiſſimi quidem in totum abiicere poſſunt, donec hoc mortale corpus circumferunt, ſunt intelligenda.

6. *Millenariorum* de Imperio Sanctorum in mundo mille annos duraturo ante extremum diem.

7. Error eorundem *Anabaptiſtarum*, qui prætextu Libertatis ſpiritualis Magiſtratum, immunitatem ab operibus Magiſtratuum, & Seruitutem ciuilem tollunt: cum tamẽ nihil impediat liberum eſſe animo, & ſeruum eſſe corpore. Ideo Paulus 1. Cor. 7. 21. *Seruus vocatus es? ne ſit tibi curæ*, quaſi hæc vocatio ſit Chriſto indigna. Et Eph. 6. 5. *Vos ſerui obedite carnalibus Dominis veſtris, tanquam Domino.*

8. Temeritas eorum, qui indifferentibus abutuntur intempeſtiuè, aut intemperãter, aut ſine diſcrimine, nec vllam infirmorum rationem habent, ſed temere eos offendunt, Rom. 14. 15. 16. 1. Cor. 6. 12. & 10. 23. 2. Cor. 11. 12.

LOCVS XXXIV.

De Scandalo.

1. *Quænam eſt vocabuli ſignificatio?*

GRAECIS dicitur Σκάνδαλον, Πρόσκομμα [a], & Ἐγκοπὴ [b]. Et *Scandalum* quidem, vel à σκάζω, claudico, vt ſcandalum ſit offendiculum ſeu obſtaculum, ad quod is qui impingit labitur, aut trepidat, aut ſic læditur vt claudicare incipiat: vel à σκαμβὸν, quod ſignificat aliquid curuum, vt dicitur Σκαμβὸν ὑδὲ ποτιπορθὸν γίνεται. Sic Scãdalum propriiſſimè ſigni-

[a] Matt. 18. 7.
[b] 1 Cor. 8. 9.
[c] 1. Cor. 9. 12.

inſtituentis, ſed earum tamen obſeruatione homines nõ iuſtificari coram Deo.

Deinde in caſu neceſſitatis excuſari homines, ſi eas nõ obſeruent, vt ſiquis neceſſitate excluſus, ab vſu Sacramentorum abſtineat, modò abſit contemptus: iuxta dictum Bernardi, *Non Sacramenti priuatio, ſed contemptus damnat.*

XX. *Quis finis & fructus huius partis Chriſtianæ Libertatis?*

1. Vt Dei donis pacata conſcientia vtamur, in quem vſum nobis ab ipſo data ſunt, ita tamen vt hunc vſum ædificatione proximi moderemur.

2. Vt ſciamus conſcientias noſtras exemptas eſſe omnium hominum poteſtate, 1. Cor. 6, 1. & 7. 23. *Pretio redempti eſtis, ne eſtote ſerui hominum.*

3. Ne damnemus fratres adhuc rudiores, Domino enim ſtant aut cadunt, Rom. 14. 4.

Denique vt veris cultibus, id eſt ſpiritualibus Deo, nõ creaturis ſeruiamus, nec nobis aut hominibus in malum indulgeamus.

XXI. *Quæ pugnantia?*

1. Non Seruitus corporalis, quæ eſt Inferiorum erga Superiores: nec ea Seruitus, quæ eſt Spiritus erga Deum, aut corporis erga Spiritum, de qua 1. Cor. 9. 27. ſed ſeruitus peccati erroris, & cæcitatis Legis, & conſtitutionum humanarum.

2. Somnia *Iudæorum* de terreno Meſſiæ Regno.

3. Paradoxum *Stoicorum*, qui ſolis mundi ſapientibus Libertatem tribuunt.

4. Vincula legum & *traditionum* humanarum, quibus grauantur hominum conſcientiæ.

5. Error eorum, qui iactant ſe per Euangelij prædicationem liberatos ab omnibus corporalibus debitis & officiis, ideóque Dominis ſuis, creditoribus, & Magiſtratibus debita negant officia. Tum *Libertinorum & Anabaptiſtarum*, qui prætextu Chriſtianæ libertatis peccandi licentiam inducunt, abutentes dicto Pauli, Rom. 7. 25. *Ego idem, mente quidem ſeruio Legi Dei, carne autem Legi peccati*: hinc enim dicunt, ſe carne tantùm ſcortari, inebriari, impure viuere: mente autem ac Spiritu puroſeſ-

ſe, ac

Triplex: *Actiuum* ſiue datum, ſiue poſitum: *Paßiuum*, ſiue Acceptum; & ex vtriſque *mixtum*.

V. *Quid eſt Scandalum datum?*

Cuius culpa ab ipſius rei aut actionis authore profecta eſt, ſiue cùm aliquis efficacem cauſam lapſus alij præbet, vel dictum aut factum per ſe malum, quippe repugnans dilectioni Dei & proximi: ac proinde quod ſua natura & per ſe, vel in aliis licentiam peccandi confirmat; vel pios contriſtat, vel pios ad errorem & peccatum inducit[a]: & de quo Chriſtus ad Petrum, Matth 16.23. *Vade poſt me, Satana, Scandalũ es mihi* etſi enim Chriſtus non impegit ipſe, tamen per Petrum non ſtetit quominus Chriſtus crucis cogitatione perterrefactus, iter ſuæ vocationis abrumperet; & dictum Petri reuera eum cõtriſtauit, & potuit infirmis occaſio eſſe ruinæ.

[a] Matt. 18. 6.7.

VI. *Quotuplex eſt Scandalum datum?*

Duplex: 1. diuiſione Subiecti in accidentia, Priuatum, & Publicum. *Priuatum*, quod etiam domeſticum dici poteſt, quo vnus aut pauci aliqui offẽduntur, vt pueri, ſerui, coniuges vt cùm puer, ſeruus, coniux, videt parentes, Dominos, coniuges, à cultu Dei abſtinere, audiunt eos iurare, impudicè agere vel loqui, quo fit mox vt vel contriſtentur, vel Exemplum imitẽtur. aduerſus quod Chriſtus *Quiſquis offenderit vnum ex pueris iſtis qui credunt in me, bonum eſſet ei potiùs ſi circumponeretur ei ſaxum molare circa collum eius, & proijceretur in mare.* Marc. 9.42. *Publicum* eſt, quo totus cœtus aliquis offenditur, ſeu quod pluribus infirmis lapſus occaſionem præbet, vt faciunt auari, ſcortatores, potatores, & ſimiles, qui ſuis moribus Eccleſiam offendunt, & tum ipſos. tum alios multos præcipites dãt in ruinam.

2. Diſtinguitur ſcandalum datum diſtributione ab Adiunctis, ſeu à diſcrimine perſonarum efficientiũ: hinc aliud alio grauius & pernicioſius. Nã quod datur à perſona quæ eſt in aliqua dignitate conſtituta, grauius eſt, & magis nocet Exẽplum, quàm quod datur à perſona priuata, aut alioquin obſcura. Sic Dauidis regis adulterium [b] grauius eſt, quàm obſcuri alicuius ciuis: quare &

[b] 2. Sam. 18. 12. & ſ.

cat tigillum, in instrumẽtis quibus capiuntur mures, vul-pes, & lupi. Vnde Eccleſia nomẽ Scandali trãſtulit ad in-ſidias quibus capiuntur homines, veluti beſtiæ [illegible] a Iſa.8.14. 15.

Πρόσκομμα propriè eſt, cùm in via aliquid obiicitur pe-dibus, in quod incurrens impingit, à verbo προσκόπτω quod eſt impingere: Rom. 14.13. τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελ-φῷ, ἢ σκάνδαλον: vnde λίθος προσκόμματος: [b]mala enim Ex-pla ſiue peccata, veluti ſaxa quædam ſunt, in quæ incur-rentes impingunt, vel etiam corruunt, vnde illud 1. Cor. 10.12. Qui ſtat videat ne cadat. b Rom. 9. 32. 33. 1. Pet. 2. 8.

Et Ἐγκοπὴ ſiue Ἐγκόπτωσις, παρὰ τὸ ἐγκόπτειν, i. impedire, in-terrumpere, eſt ipſa offenſio, ſiue impactio, Latini of-*fendiculum* dicunt, cùm in via lapis aut truncus pon[itur] ad quem ambulantes impingunt, ſic vt lædant Pedes vel corruant: vnde Leuit. 19.14. Ante cæcum ne pones offendiculum.

Eſt autem vox Scandalum in prædicamento Relatio-nis, quo fit vt ſignificet interdum materiam, id eſt ipſum Obiectum, ſeu impedimentum offendens aliquem, interdum verò formam, id eſt ipſam offenſionem.

II. *Quid eſt Scandalum?*

Quicquid alicui vel cauſa vel occaſio offenſionis ex-ſtit, ſeu dictum, aut factum, aut exemplum aut conſilium noſtrum, quo proximus vel contriſtatur, vel turbatur, vel offenditur; ita vt à recto ſalutis curſu vel impediatur vel deflectat ad errorem aut peccatum inducatur, aut in ma-lo confirmetur[c]. c Rom. 14. 15. 1. Cor. 8. 9.

III. *Quotuplex?*

Bernardus duplex facit, Internum, & Externum: *Inter-num*, cùm vetus homo offendiculum præbet nouo homi-ni, de quo *Matth. 5. 29. Si oculus tuus dexter* σκανδαλίζει σε, *e-rue eum, & proiice abs te.* vbi per oculum, manum, pedẽ, in-telligit carnis, ſiue veteris hominis concupiſcentias, quæ ſæpe nouum hominem moleſtant; & impedimenta om-nia quantumuis chara, quæ obſtant, ne inoffenſo curſu pergat in lege Domini. *Externum*, quod foris accidit, & præbet alicui vel cauſam, vel occaſionem ruinæ.

IV. *Externum hoc Scandalum quotuplex eſt?*

Triplex:

turpes geſtus, flagitia, & mala exempla.

Abuſu libertatis Chriſtianæ, qua infirmi à Chriſtianiſmo abſterrentur: plerumque autem plus nocent doctrinæ ſcandala quàm morum delicta, quia illa tectiùs angunt, & confeſtim fidem feriunt, hæc citiùs patent, & fidei minus detrahunt, ſicut initiò Diabolus Euę lethale vulnus inflixit, effundens ei falſam perſuaſionē[a]: & Salomonis idololatria, aliquot ſeculorū idolomaniā peperit. a Gen. 3. 4.

IX. *Quæ Pœna constituta huius Scandali authoribus?*

Chriſtus, Matt. 18. 7. βροντῶδες illud ἀπόφθεγμα, ſeu væ horrendum illis accinit, Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. Et verſ. 6 præmittit, melius eſſe homini illi, per quem datur ſcandalum, vt alligata mola aſinaria collo eius ſubmergatur in profundum maris.

X. *Quid eſt acceptum Scandalum?*

Quod homines ſibi alienis factis, & dictis accipiunt, vel ex doctrina recta, & externa Eccleſiæ forma, vel in genere ex aliis rebus quibuſcunque. Specialiter verò aliquod dictum noſtrum, conſilium, aut factum pium, iuſtum, ac per ſe honeſtum, aut ſaltem non improbè, nec importunè admiſſum: propter quod tamen quiſpiam, malè de nobis, ſed immeritò, vel ex quadam peruerſitate, maleuolentia, aut ſiniſtra quadam malignitate animi, vel errore iudicat, & in offenſionis occaſionē rapit.

XI. *Quotuplex eſt Scandalum acceptum?*

Duplex: humanum, & diabolicum. *Humanum*, quod & ipſum diuiſione accidentium In ſubiecta, duplex eſt, Impiorum, & Piorum. Impiorum ſcandalum, eſt mundanorum hominum, vt ſapientum huius ſeculi & hypocritarum qui offenduntur.

1. Infirma ſpecie, humilitate, & cruce Chriſti in aſſumpta carne.

2. Abſurditate imprudenter concepta nouitatis ſuſpicione, & ſimplicitate doctrinæ Euangelij, gratiæ prædicatione, (qua omnes homines natura peccatores: & Dei obnoxios eſſe, ex gratia, aut per ſolam fidem in Ieſu Chriſto iuſtificari, & ſeruari docemur:) & electionis & prædeſtinationis articulo veteris hominis mortificatione,

grauius punitur eiusmodi scandalum; cum propter per
sonam ipsam, quæ locum, in quem à Deo euectus est, c
maculat, tum propter homines alios, quibus lapsus ca
sam præbuit efficaciorem suo malo exemplo. Sic gra
simum est Scandalum, quod datur à Ministris Eccle
rum, & Theologiæ studiosis, cùm illi vel praua doctri
vel impura vita multis præbent occasionem male
quendi de Euangelio. Sicut filiorum Heli peccatum gra
de nimis fuisse dicitur coram Domino[a]. Et grauius pe
cant qui sunt in Ecclesiæ societate, quàm exteri: Sic mul
grauius peccat ebriosus pater familias, quàm seruus.

a Sam. 2. 17.

VII. *Quæ Causa Scandali dati?*

Remota est Iudicium Dei, 1. Aduersus impios, vt con
scandalum & impedimentum quod dabant Pharao
Magi Ægyptij[b]: & regi Achab falsi Prophetæ, in quibus
erat Spiritus mendax[c]: & signa mendacia Antichri
quibus qui amorem veritatis non receperunt, decep
sunt[d]. 2. Iudicium Dei propter bonos, seu electoru
commodum, de quo 1. Cor. 11. 19. *Oportet sectas esse, v*
probati sunt, i. quos experientia docuit esse fidei & pie
synceræ, *manifesti fiant*.

b Exod. 7. 22.
c 1. Reg. 22. 22.
d 2. Thess. 2. 9. 10. 11.

Proxima, Satan ad omne malum impulsor.

Subministra, Prauitas, & corruptio humanæ natu
falsi doctores, imperitia, arrogantia, auaritia, impatien
Doctorum. Quarum causarum respectus ait Matt. 1
Necesse est vt eueniant scandala, id est necessitate, non co
ctione, nec necessitate hac à Deo, sed ab hominis corr
ptione voluntaria proficiscente: nemo enim inuitus
alteri offendiculo sed vel per incogitantiam, vel ἐκπ
ρέσεως. Ideò quamuis necessariò offendicula eueniant,
tamen est mundo propter offendicula.

VIII. *Quæ Συνάιτια, seu quotmodis scandalum datur?*

Quatuor. 1. Falsa doctrina & cultu, vt sunt hæreses, c
tores, idolomaniæ, superstitiones, humanæ traditione
quibus infirmi à simplicitate verbi abducuntur.

2. Dicto siue sermone, eoque vel turpi, vel maledic
vel blasphemo.

3. Vita & moribus pugnantibus cum Lege Dei, vel

turpi

Non, ſed negligendum, iuxta mandatum Dei, Deut.33.9. *Qui dixerit Patri ſuo, & Matri ſuæ, Neſcio vos, qui fratres ſuos & filios non agnoſcet, hi cuſtodiunt Legem tuam, Domine*: Et Chriſti regulam de Phariſæis verbo ſuo offenſis, Matth.15.14. *Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum*, id eſt negligite, nec curate eorum offenſionem: Et Apoſtolorum, in Actis 5.29 *Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus*. Et Bernardi, *Melius eſt vt Scandalum oriatur, quàm vt veritas deſeratur*. Item, Oportet anteferre primum & ſecundum præceptum omnibus rebus humanis, iuxta exemplum Eliæ aduerſus Achabum [a], & Pauli aduerſus Petrum, & Iudaizantes [b].

[a] 1.Reg.18.18.

[b] Gal.2.3.4. 5.11.14.

XIV. *Quod eſt Piorum Scandalum acceptum?*

Quod ab infirmis adhuc in Eccleſia aut minimè malis accipitur, à malignioribus autem captatur, vt Euangelij doctrinam rudioribus dubiam & incertam reddant, vel ex Eccleſiæ oppreſſione, innocentum ſuppliciis, hæreſibus, & diſſenſionibus, quæ turbant Eccleſiam, vel ab aduerſariorum doctrinæ noſtræ multitudine, potentia, authoritate, & à florenti impiorum fortuna, & proſpero rerum ſucceſſu: vnde propheta, *Mei penè moti ſunt pedes, quia Zelo ardebam ſuper iniquos, pacem impiorum videns* Pſal.73.2.

XV. *Quod remedium infirmis aduerſus hoc Scandalum?*

Si memoriare petamus veteris Eccleſiæ, & Regni Chriſti conditionem, meditemur doctrinam cœleſtem, & exitum improborum, & lætum finem piorum obſeruemus: Hoc Propheta docet eodem Pſal. verſ.16. *Cogitabam* (inquit) *vt ſcirem hoc, ſed difficile erat in oculis meis, donec venit in Sanctuarium Dei, & animaduerterem in nouiſſima eorum*. Sic Iobus fortuna impiorum contempta in mediis ærumnis, in hanc vocem erupit, Iob.19.25. *Scio quòd Redemptor meus viuat, & in nouiſſimo die Reſurrecturus ſim.*

XVI. *Quid eſt Diabolicum Scandalum acceptum?*

Cùm homines proteruè ſanctorum lapſus & vitia ca-

3. Piorum vita & actionibus, quibus ſentiunt ſe vedagui libero rerum mediarum vſu.

4. Cruce & perſecutionibus denique, quæ profeſſionem Euangelicam comitatur. Quod ſcandalum quia ex Inuidia eorum qui offenduntur, & liuore naſcitur offendiculum Phariſæorum dicitur, de quo Matth.15.12. Diſcipuli Christo dixerunt, Noſti Phariſæos audito tuo ſermone ſcandalizatos? Sic Chriſtus & Euangelium *Iudæis fuit ſcandalum* acceptum, *Græcis* verò *ſtultitia*, 1. Cor.1.23. & *lapis Offenſionis, & petra Scãdali, duabus domibus Iſrael*[a], per accidens ſcilicet & priuatiuè: quatenus Chriſtus ſpretus & repudiatus, author eſt iuſtæ condemnationis, cum ὄντως & per ſe (ſed Electis ſuis) ſit via, veritas, vita, & cauſa omnis boni. De hoc notanda Admonitio Chriſti, *Beatus qui in me offenſus non fuerit*, Matth.11.3. Sic Capernaitis concio Chriſti de manducatione carnis ſuæ ſcandalo fuit [b]. Sic Iudæi offenſi ingreſſu Petri ad Gentes[c] ſic impiis iuſtæ piorũ actiones ſunt offendiculo [d]: Sic Diſcipuli Chriſti vellẽtes ſpicas, ſcandalo ſunt Phariſæis[e]: ſic multi ob diſſidia, quæ ſequuntur prædicationem Euangelij, offenduntur, vt illud damnent.

a Iſa. 8.14. Luc. 2.34. 1.Pet.2.7.8

b Ioh.6.41. 57. & 60. verſ.

c Gal.2.12.

d Pſal. 56. 6.7.

e Matt. 12 2.

XII. *Quæ ſunt Cauſæ huius Scandali accepti?*

Efficiens ſumma, Iuſta Dei Prouidentia, quæ hoc decernit, & exequitur, etiam ſi homines propria malitia impingant: vt ſcriptum eſt, *Ecce pono in Sion lapidem offendiculi, & petram offenſionis*. Subalterna eſt Satan, qui inuitat improbos, vt omnia in peius rapiant.

Organica, Homines ipſi, qui aliorum pietate offenduntur.

Cauſæ ſubſeruientes, Cæcitas rationis humanæ corruptum mundi iudicium, carnis affectus, inuidia, liuor, temeraria curioſitas, Scripturæ ſanctæ neglectus, conceptæ prauæ opiniones, perſuaſio propriæ iuſtitię, quæſtus & authoritatis conſeruandæ ſtudium, odium diſciplinæ, occaſiones, Sanæ doctrinę confeſſio, & prædicatio, mores, vita, facta, crux piorum, conditio veritatis.

Forma autem expreſſa eſt in exemplorum diuerſitate.

XIII. *Eſt-ne vitandum hoc Scandali genus?*

Non,

LOCVS XXXV.

De Oratione.

I. *Quid oratione voce intelligis?*

NOn Rhetorum more, arte elaboratam ſermonis ſeriem, quam Græci λόγον dicũt, ſed Theologicè ſacrum cum Deo, non tam oris, quàm cordis ſermonẽ ſiue colloquium, quod & aliis nominibus ἐπίκλησιν, παρὰ τὸ ἐπικαλεῖν inuocare, implorare, quod proprie de eo dicitur, qui in periculo conſtitutus Dei ſubſidium cum clamore petit. Hinc κατὰ συνεκδοχὴν pro toto Dei cultu accipitur[a]. Item προσευχὴν, preces ſiue precationem, ἱκετηρίαν, ſupplicationem vocamus. Scriptura etiam allegoricè ſiue Metaphoricè Vitulos & fructum labiorum, ſacrificium laudis, incenſum, & ſuffimentum appellat[b].

[a] Act. 2. 21. 1. Cor. 1. 2. 2. Tim 2. 22.
[b] Osea 14. 3. Psal. 116. 17 & 141. 2. Heb. 13. 15. Malach. 1. 11.

II. *Quid eſt Oratio?*

Græci ſic definiunt, Damaſc. Προσευχή ἐστιν ἀνάβασις τοῦ νοῦ πρὸς τὸν θεόν, καὶ αἴτησις τῶν προσηκόντων παρ' αὐτοῦ, id eſt *Oratio eſt aſcenſio mentis ad Deum, & petitio rerum conſentanearum ab ipſo*: tranſlatione ab holocauſtis ad preces deſumpta, Act. 10. 4. αἱ προσευχαί σου, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. vel, Precatio eſt ſancta meditatio rerum pertinentium ad gloriam Dei, & ſalutem noſtram, earundémque ſeria exoptatio atque petitio, ex filiali fiducia profecta: cui ferè gratiarum actio pro beneficiis à Deo acceptis adiungi à Sanctis ſolet.

Vel, Eſt ardens effectus ad Deum tendens, quo tũ petimus & expectamus à ſolo Deo propter Chriſtum dona Spiritualia & corporalia ſecundùm ipſius mandatum, & promiſsiones, tũ pro donis acceptis, gratias ipſi agimus. Vel, Eſt explicatio ardens & ſeria cordis noſtri coram Deo, qua ex fide in Chriſtum vel precamur, vel deprecamur aliquid, vel gratias pro acceptis beneficiis agimus, ſi

ptant ad peccādi licentiam: vt Cham, ebrietatem Patris[a],
a Gen.9.22. alij inceſtum Loth[b]: adulterium & homicidium Daui-
b Gen. 19. dis[c]: periurium Petri:[d] rapinam Zachei[e], & ſimilia, vt
30 31. ſine pudore ad omnem nequitiam ſe proiiciant. Vocatur
c 2.Sam. 11. autem iure Diabolicum, à qualitate, non à ſubiecto, quia
2.3.15. malitioſè in decus patrum, & contumeliam Dei vſurpa-
d Matt.26. tur, proinde maximè cauendum eſt.
72.74.
e Luc.19.8.

XVII. *Quod eſt tertium genus Scandali?*

Mixtum vocare licet, id eſt partim datum, partim acceptum, nempe cùm quis libertate Chriſtiana intempeſtiuè vtitur: vel cùm aliquis colludit cum hoſtibus veritatis. Verumtamen hoc ſcandali genus affine magis videtur dato quàm accepto: ad quod vitandum tenenda eſt regula, Nihil abſque fide & contra Charitatem faciendi eſt. Ideo Paulus 1.Cor.6.1.& 10 23 *Omnia mihi licent, ſed non expediunt* & dictum Clementis, *Qui faciunt quicquid licet, huc citò dilabuntur, vt faciant quod non licet.*

XVIII. *Quis finis Scandalorum?*

Satanæ quidem excitantis ſcandala eſt à veritate homines abducere, ſtabilire errores, corrumpere bonos mores, Eccleſiam vaſtare, augere ſuum imperium, opprimere Dei gloriam, indurare & perdere homines.

Dei autem decernentis finis, eſt, ſuos probare, reprobos manifeſtare: vt diſcrimen manifeſtum ſit inter veros Dei cultores, & hypocritas[f].

f 1.Cor. 11. 39.

XIX. *Quis Vſus huius Doctrinæ?*

Vt animis noſtris Verbo Dei aduerſus ſcandala confirmatis, & moribus noſtris ad normã legis diuinæ compoſitis, ſimus ſynceri, & ἀπρόσκοποι in diem Chriſti, pleni fructibus iuſtitiæ, qui ſunt per Chriſtum Ieſum in gloriam & laudem Dei[g].

g Philipp. 1.10.11.

XX. *Quæ contraria Scandalo dato?*

Exempla, dicta, & facta honeſta, quæ alios ad imitationem inuitant, iuxta præceptum. Matth.5.16. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videntes veſtra bona opera, glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.*

vel pro beneficiis nobis,aliiſque collatis,quibus caſtigationem paternam ſubiicimus [a]. vel pro malis à nobis aliiſve ſublatis Pſal. 116. 12. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ dedit mihi? Calicem ſalutis accipiam*, &c. Sed trium illarum ſpecierum diſcrimina non ſemper obſeruat Scriptura.Ideo ad duas reuocare poſſumus, Inuocationem ſcilicet nominis Dei,& gratiarum actionem: ſicut reuocauit Dauid, *Inuoca me tempore anguſtiæ, eripiam te, vt glorifices me*: Pſalm.50.15.

[a] Iobi 1. 21.

V. *Quæ cauſa orationis?*

1. Efficiens interna eſt Spiritus Sanctus,Rom.8.25. *Quid enim precemur vt oportet,non nouimus, ſed ipſe Spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus pro nobis*, non quòd ipſe reuera vel precetur,vel ingemiſcat:ſed quia nos ad preces inſtigat,ac veluti verba & ſuſpiria nobis intus dictat.Sic dicitur clamare, Gal. 4. 6. quoniam facit ipſe vt clamemus: vnde Zachariæ 12. 10. dicitur *Spiritus gratiæ & precum*, Et Apoſtolus orandum eſſe iubet in Spiritu Sancto [b], id eſt Spiritus Sancti inſtinctu.

2. Inſtrumentalis interna,fides [c].

Cauſa προκαταρκτική, quæ nos ad orandum impellit eſt multiplex, 1. Mandatum Dei, quo requirit à nobis cultum Inuocationis, qui eſt pręcipuus in Eccleſia Dei, Deut, 6. 13. *Dominum tuum adorabis, & illum ſolum coles*.Et Pſal.50.15.*Inuoca me*,Matth. 7. 7. *Petite, quærite, pulſate*.2. Promiſſio exauditionis,& *ego exaudiam te*, Pſa. 50.15. & 145.18. *Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus ipſum*.Et Prouerb.18.10.

Eſt ſanctum Domini nomen fortiſſima turris,
Confugiens ad eam tutus inermis erit.

Huc pertinent θελκτήρια, illecebrę,quibus ad orandum nos inuitat Chriſtus, Matth.7.7. *Dabitur vobis, Inuenietis, Aperietur*. Et Luc.11. 13. *Si vos cùm ſitis mali, noſtis bona dona dare liberis veſtris, quantò magis Pater veſter cæleſtis dabit* Spiritum ſanctum petentibus ab ipſo? Pſal 65.3. *Tu Deus exaudiens precationem, ad te vſque omnis caro veniet*. Et Iſa.65.24.*Inuocabitis me,& exaudiam,imò antequam clametis,reſpondebo vobis, nouit enim pater cæleſtis nos indigere his omnibus antequam oremus*. Matth.6.32.

3. Senſus inopiæ noſtræ, tum aliorum, Spiritualis &

[b] Iudæ. 20. & 1.Cor. 14.16.

[c] Rom. 10. 14. Matth.21. 22. Iacobi.1.6.

ue hoc verbis, ſiue abſque verbis, ſolis gemitibus & ſuſpiriis fiat.

Ex quo colligitur Decalogum, ſalutationem Angelicam, & recitationem ſymboli non eſſe precationes, quia in his nihil à Deo petitur.

III. *Quotuplex eſt Oratio?*

Duplex, ratione circunſtantiarum: *Publica* ſeu Solennis quæ fit in publica & Eccleſiaſto cœtu, & vt plurimùm vocalis eſſe ſolet, éſtque ſecunda miniſterij pars [a].
a 1. Reg. 8. 41. Eſdr. 9. 27. & 3.1.10.1. Et *Priuata*, qua ſinguli priuatim vel domi, vel foris, penetralibus cordis ſui, vtuntur; vt Chriſtus in monte [b], Petrus in ſuperiore domus parte, orat [c].
b Marci. 6. 46.

IV. *Quot ſunt Orationis partes, ſiue ſpecies?*

c Act. 10. 9. Paulus 1. Tim. 2.1. quatuor enumerat, quę ſunt δέησις, Προσευχὴ, ἔντευξις, καὶ εὐχαριστία.

Δέησις, Deprecatio eſt, qua petimus auerſionē mali alicuius, quod nos vel iam moleſtat, vel nobis imminet: à verbo δέομαι, quod eſt rogo, precor, vt Luc. 22. 32 ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ ἵνα μὴ ἐκλείπῃ πίστις σου: Et Heb. 5. 7. dicitur Chriſtus δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας *obtuliſſe cum clamore valido & cum lachrymis apud eum qui poterat eum ſeruare à morte*, Παρὰ τὸ δέος, quod eſt timor: vt cùm Paulus 2. Theſſ 3. 2. petit pro ſe orari vt eripiatur à peruerſis hominibus: & cùm petimus remiſſionem peccatorum, & liberationem à malo.

Προσευχὴ, precatio ſeu petitio, qua quæ faciunt ad Dei ipſius gloriam, vel beneficium aliquod petimus: vt regnū Chriſti aduenire, ſanctificari nomen Dei, fieri voluntatem eius, & panem ἐπιούσιον nobis dari quotidie, & Spiritum ſanctum mitti, vt Act. 1. 14. *Omnes perdurabant concorditer* ἐν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει.

Ἔντευξις, Interpellatio, ſiue Interceſſio, vel poſtulatio eſt pro alio facta. Ideo Rom. 8. 26. Spiritus Sāctus dicitur pro nobis ὑπερεντυγχάνειν. Et verſ. 34. Chriſtus mediator ἐντυγχάνειν ὑπὲρ ἡμῶν, vt cùm vnus pro alio vel omnes, pro ſe inuicem, & pro Eccleſia oraut, vt Act. 12. 5. Eccleſia pro Petro intercedit, vel, eſt interpellatio qua querimur apud Deum de iis qui nos lædunt, vt Dauid aliquoties in Pſalmis.

Εὐχαριστία eſt gratiarum actio, qua gratias Deo agimus

vel pro

15. *Inuoca me*, dicit dominus. Et Chriſtus, Matth. 6. 9. *Vos igitur ita precamini, Pater noſter, &c.*

3. Quia ſolus omnium bonorum author, ſolus omnipotens, omniſcius, miſerator, qui omnes in omnibus locis inuocantes, exaudire, ſanare, liberare nouit, vult, & poteſt. Ideò credentes dicunt Eſa. 63. 16. Tu Domine es Pater noſter, Abraham neſciuit nos, & Iſrael nos ignorauit.

4. Quia in eum ſolum credere fas eſt, Rom. 10. 14. *Quomodo inuocabunt, in quem non credunt?* non credimus autem in Angelos, & homines ſanctos.

5. Quia ſancti nullum vnquam præter Deum inuocaſſe leguntur. Quare inuocatio creaturarum impia eſt, & ſacrilega, quia Deo ſuam gloriã eripit, abſque fide in verbo fundata ſit, imò huic repugnat. Quam etiam impugnat Epiphanius pag. 448. Οὐ κυριεύσει ἡμῶν ἡ ἀρχαία πλάνη, καταλιμπάνειν τὸν ζῶντα, ϗ προσκυνεῖν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα.

VII. *Quid opus eſt ad Deum preces noſtras fundere, cùm nos amet, & ſciat iam antè quibus indigeamus, quid nobis expediat, nec monitore opus habeat, imò ſe daturum antè decreuerit.* Iſa. 65. 24. & Matth. 6. 32.

1. Quia ſicut hunc ordinem Deus inſtituit, quòd velit nos alere cibo & potu, etſi id poſſet facere ſine iſtis mediis: ita vult bona quæ cum ad ſalutem noſtram, tum ad huius vitæ ſuſtentationem pertinent, impetremus precibus quæ ex fide manant [a]. Et Chriſtus dicit Luc. 11. 13. *Dominus dabit Spiritum Sanctum petentibus*, non otiantibus.

2. Quia vult ſibi ius ſuum reddi, & admoneri nos vnde auxilia quęrenda, à quo bona nobis eueniãt, & cui accepta ferenda, quæ ſit noſtra inopia.

3. Eſſe ipſum inſpectorum noſtrarem rerum, vt dicitur Pſal. 34. 16. *Oculi Domini ſuper iuſtos, & [illegible]res eius in preces eorum:* & quòd tanquam pater clementiſsimus filiis velit orantibus conferre quæ petunt, iuxta ipſius voluntatem, & propinquus eſſe omnibus inuocantibus nomen ſuum in veritate [b].

[a] Iacobi. 1. 6.

[b] Pſal. 145. 18.

quàm

Corporalis,& regni Dei & gloriæ ſtudium. *Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & cætera adiicientur vobis*, Matth.6.33.

4. Pericula & anguſtiæ omnis generis quæ nos circunſtant, miſeriæ, tentationes variæ, culpæ & conſcientia peccatorum noſtrorum, & inſidiæ grauiſſimi & vigilantiſſimi hoſtis Diaboli qui *circuit, vt Leo*, 1.Pet.5.8. *quærens quem deuoret*. Vnde Chriſtus Matth.26.41. *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem*.

5. Exercitium pietatis, fidei, & ſpei, quæ hinc ſumunt incrementa.

effen

6. Amoris natura & ingenium: quo pij erga Deum afficiuntur. fit enim vt qui amat, magnopere delectetur colloquio amati, nihilque magis optet, quam vt in ſinum illius ea, quibus afficitur, effundat. Huc accedit quòd amor colloquio amati magis ac magis accenditur.

7. Exemplum Chriſti, & omnium Sanctorum, quorum præcipua cura fuit in vita Deum ſeriò inuocare.

8. Vtilitas orationis: nam per eam impetramus neceſſaria beneficia, tam corporalia, quàm ſpiritualia, Iacobi 5. 16. *multum valet deprecatio iuſti efficax*. Effuſa verò beneficiorum, & donorum tã corporalium quàm ſpiritualium Dei largitas, ac tam ingentia eius miracula, quæ quaquaverſum ſpectes, cernuntur, ad ſacrificium laudis gratiarum actionis meritò nos prouocare debent. Proinde Dauid percepta Domini liberalitate, datum ſibi in os canticum nouum prædicat, Pſal.40.4.

VI. *Quod eſt Orationis Obiectum, ſeu quis inuocandus?*

Vnus & æternus Deus, qui eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: nulla enim trium perſonarum Deitatis in vera Inuocatione omittitur: quamuis non ſemper diſtinctè appellentur, quaſi ſunt vnus Deus.

a *Pſal.*7.10 Solus autem. 1. quia καρδιογνώςης πάντων, Act.1.24, & ſcru-
& 33.3. & tator cordium & rerum, id eſt, explorator cogitationum
44.21. & cupiditatum, ſeu omniſcius [a].

b *Deut.* 6. 2. Quia Inuocatio potiſſima eſt pars cultus Dei, id-
13. eóque ſoli Deo debetur ex ipſius mandato [b]. Et Pſal.50.
*Matt.*4.10.

15. *Inuo-*

cit Apoſtolus Heb.10.20.viam in ſacrarium cœleſte recentem eius ſanguine nobis dicatam eſſe.

Eſt igitur Chriſtus duplici nomine inuocandus,1.vt Deus bonorum omnium author cum Patre & Spiritu Sancto[a],2.vt Mediator & interceſſor,vt per ipſum exaudiamur.Ideo dicitur *Sacerdos in æternū*,Pſal.110.4.& Rō.8.33.*Quid eſt ad dextram Dei,& interpellat pro nobis*, vt conſtet eum non Redemptionis tantum, ſed & Interceſſionis Mediatorem perpetuum eſſe,& Heb.7.25. *Vnde ſeruare perfectè poteſt eos,qui per ipſum accedunt ad Deum, Semper viuens vt interpellet pro eis*:non quidem guſtu aliquo ; aut precibus quaſi Patris genibus aduolutus ſuppliciter pro nobis deprecetur:ſed tum merito, & virtute mortis ſuæ, ſeu pretio Redemptionis,quod ſemper recens eſt coram Deo,& in quod reſpiciens Pater,ſuos exaudit : tum illi preces noſtras offerendo.Et hoc eſt quod Zachariæ 1.12. legitur Angelus orare pro populo Dei : & offerre orationes Sanctorum,Apoc,8 3. Iſte ſcilicet Angelus, qui liberauit Iacob ex omnibus malis[b]. Et qui præceſſit caſtra Iſraelitarum in deſerto, & introduxit eos in terram Chanaam[c]. Hoc eſt,Filius Dei Ieſus Chriſtus Deus & homo vnicus,Mediator inter Deum & homines.

[a] Marci.10. 77. Act.7.56.

[b] Gen.448. 6.

[c] Exodi.23. 20.

Quare non freti noſtra dignitate aut meritis , prodimus in conſpectum Dei,vt Phariſæus[d].Vel vt Agamemnon,qui putauit ſe exauditum iri propter ſuas hecatombas:& Chryſes propter ſua merita:ſed ſolius Chriſti patrocinio. Et hinc petendum diſcrimen inter Chriſtianā orationem,& aliorum omnium hominum : Sola enim Fides in Chriſtum facit in diſcrimen inter Inuocationē, Chriſtianorum & aliorum.

[d] Luc.18.11.

X. *Sed, Annon per Sanctos itur ad Deum, quēadmodum per Comites & Conciliarios ad Regem & Principem?*

Miſera eſt iſta excuſatio,inquit Ambroſius : nam ideo ad Regem per tribunos & comites itur,quia Rex vtique homo eſt,& neſcit quibus debeat Rēp. credere. Ad Deū autem(quem nihil latet,)promerendum,ſuffragatore opus non eſt,ſed mente deuota. Et Chriſtus in terris nec Apoſtolos intercedentes pro Cananea [e]: Nec matrem

[e] Matt.15. 24.

4. Vt beneficia eius vera animi gratitudine excipiamus, quæ ab eius manu nobis prouenire noſtra precatione teſtamur.

5. Vt ardentiùs Dei benignitatem meditemur. Vt denique fidem noſtram in petitione & expectatione beneficiorum ipſius exerceri, ardenti oratione accendi, & cor noſtrum aſſiduò ipſum quærendi, amandi, colēdi deſiderio inflammari.

VIII. *Anne ſumus indigniores, aut maiores peccatores, quàm vt orare auſimus?*

At mandatum Dei, indignitati, & promiſſiones ipſius, benignáſque inuitationes, ſuauiſſimum item patris nomen quod ſuggerere nobis ipſe dignatur. Iuſtitiam denique & Interceſſionem Mediatoris, peccatorum noſtrorū ſenſui opponere oportet: Scriptum eſt enim, *Inuoca me in die tribulationis* & Ioel. 2. 32. *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.* Et Matth. 7. 7. *Petite,* inquit Magiſter, *& accipietis, pulſate, & aperietur vobis.*

IX. *Cùm nemo ſit dignus qui ſe Deo repræſentet, ac in eius conſpectum prodeat, per quem Deus nobis inuocandus? ſeu Quis noſter apud Patrem cœleſtem Mediator?*

a 1. *Tim.* 2. 6. 1. *Ioh.* 2. 1.

Per eũ qui ab ipſo Patre nobis datus eſt Mediator, Aduocatus, & Sacerdos [a]. Quare ipſe ait Ioh. 14. 6. *Ego ſum via, veritas, & vita, nullus poteſt venire ad patrem, niſi per me.* Et verſ. 13. ſicut & cap. 16. 23. *Quicquid petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis.* Hac ratione inſtituerat in Lege Deus, vt ſolus Sacerdos Sanctuarium ingrediens, geſtaret in humeris nomina duodecim tribuum Iſrael, & totidem ante pectus lapides pretioſiſſimos, populus autem procul ſtaret, in atrio, atque inde vota ſua coniungeret cum Sacerdote [b].

b *Exodi* 28. 9. & 39. 7. 14.

Quod verò Chriſtus diſcipulos, ad ſuam Interceſſionem confugere iubet, poſtquam in cœlum aſcenderit Ioh. 16. 26. *Illo die,* inquiens, *petetis in nomine meo,* non negat Deum ab initio mundi Chriſti interceſſione fuiſſe placatum, ſed gratiam hanc vt hodie poſt Aſcenſionem Chriſti illuſtriorem nobis magis commendat. Sicut dicit A-

à Deo decenter dari poſſunt, & ſecundùm eius volunta-
tem verbo ipſius nobis patefactam: proinde non inutilia,
inepta, noxia, iniuſta, ſed quæ iuſta ſunt petere nos opor-
tet[a]. Et hæc eſt fiducia, quam apud Deum habemus, i- a Luc.1.6.
pſum nos audire, ſiquid ſecundùm eius voluntatem pe- 13. & 12.13.
tierimus, 1 Ioh.5.14. nec quicquam poſtulemus quod ipſe & Matth.
non permittat. Quippe Oratio vera Dei promiſſionibus 20.21.22.
niti debet[b]. Exod.22.23.
b Ioh.16.23.

Sunt autem triplicia precanda, 1. ante omnia quæ Dei Deut.9.17.
gloriam concernunt, & quæ ad eam promouendam fa- c Matt.9.
ciunt[c]. 2. Quæ pertinent ad ſalutem animarum, vt ſunt 33.
dona Spiritus, fides, Remiſſio peccatorum, patientia in
aduerſis, perſeuerantia in pietate &c. 3. τὰ βιωτικά, quæ ad
vitæ huius vſum faciunt.

Contrà, triplicia deprecanda, 1. quicquid impedit gloriam Dei. 2 quicquid aduerſatur noſtræ ſaluti. 3. quicquid nobis in hac vita moleſtum eſt. Breuiter materiam rerum omnium petendarum & deprecandarum in numerum ſenarium καθολικῶς Chriſtus congeſſit.

XV. *Sed quomodo hæc petenda aut deprecanda ſunt?*

Primi & ſecundi generis bona, id eſt quæ Dei gloriam concernunt, & quæ ad ſalutē noſtram faciunt, abſolutè, ἁπλῶς, & ſine conditione ſunt petenda, quia ſimpliciter, abſolutè, & abſque conditione nobis in verbo promiſſa ſunt, Ioel.2.32. & Rom.10.13. *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit*: & quia iis non poſſumus niſi bene vti.

Tertij verò generis bona (quibus & bene & malè vti poſſumus) petere, & mala (quæ nobis poſſunt eſſe adiumento ad bonum) deprecari oportet cum conditione non imminutæ gloriæ Dei, aut impeditæ noſtræ ſalutis. Sic pax, ſanitas, diuitiæ, ſoboles, & alia quæ ad hanc vitā pertinent, à Domino petenda ſunt: morbus & paupertas deprecanda, quia cum conditione nobis promiſſa ſunt, ſi nobis ſalutaria ex ſententia Optimi Patris iudicantur. Nam vt Auguſtinus ait, *Quod vtile eſt ægroto, magis nouit Medicus quàm ægrotus.*

Deinde modus Deo non eſt præſcribendus, ſed eius arbitrio permittendus: ipſe enim nouit optimè, quo, quid tempore, qua ratione facere, quomodo ſuam gloriam il-

Mariam pro nouis coniugibus audiuit, ſed duriter à ſe
a Ioh. 2. 4. repulit[a]. Nam cùm ipſe ſatis ſupérque de noſtra ſalute
ſit ſollicitus, internuntiis non eget.

XI. *Annon interim & ſuæ Sanctis in hac vita Interceſſiones relinquuntur, quibus alij aliorum ſalutem mutuò inter ſe Deo commendant?*

b 1. Tim. 2. 1. Sanè[b], ex charitate profectæ: ſed quæ ab vnica illa
In Pſal. 94. Chriſti interceſſione dependent, & illius nomine fiunt,
& ad illam diriguntur. Vnde rectè Auguſtinus: Sacerdotem ſi requiras, ſuper cœlos eſt, vbi interpellet pro te, qui
in terra mortuus eſt pro te.

XII. *Anne Sanctorum defunctorum Interceſſio conſequitur ex eo, quòd qui in terris degunt homines viciſſim alij pro alijs orare iubentur. Iacobi 5. 16.*

Nequaquam, quia qui hîc degunt, hoc faciunt alendæ charitatis gratia, ex Domini præcepto, neque promiſſione deſtituti: quæ rationes à mortuis abſunt, quos à noſtro contubernio & commercio ſubduxit Dominus, Eccleſiaſtæ 9. 5. 6. Mortui neſciunt nos, & proinde à rerum noſtrarum cognitione alienos eſſe voluit: nam quod de Trinitatis ſpeculo dicunt aliqui, in quo res hominum ex alto diſpiciant, humanum eſt commentum.

XIII. *Obiectum Orationis in Quo, quodnam eſt?*

c Iſa. 29. 13. Matt. 15. 8. Non os non lingua, non labia, nôn guttur ipſum[c], ſed,
mens ipſa ſiue animus fidelium: Eſt enim oratio ὁμιλία
d Matt. 6. 6 & Ioh. 4. 24. τῆς ψυχῆς, & propriè interioris cordis affectus, qui apud
Deum cordium ſcrutatorem effunditur[d], *Deus eſt Spiritus*. Igitur *Spiritu colendus & adorandus eſt. Et precabor Spiritu & intelligentia*, inquit Paulus 1. Cor. 14. 15.

XIV. *Quænam Orationis materia, id eſt quænam à Deo petenda ſunt?*

Non quælibet, ſed à Deo promiſſa & mandata & quæ

à Deo

lea,vt ſcilicet Deus ex inimicis amicos reddat, eos con- aIac.5.13.
uertat,& conatus eorum euertat.6.Pro afflictis & ægro- 14.
tis[b] ſed pro his donec in hac vita nobiſcum viuunt. bSam.12.18.

XIX. *Qua ratione pro inimicis orandum eſt?*

Si ſunt inimici cauſæ iuſtæ .i. veræ doctrinæ,orandus eſt,Deus vt cauſã ſuã tueatur,& illos vel cõuertat ſi ſunt emendabiles,vel euertat ſi ſunt inemendabiles:vel à nobis læſi, & tum petenda venia & iniuria compenſanda:vel non læſi ſunt, & orandum vt ex inimicis fiant amici, vel vt tuti ſimus ab eorum truculẽtia.Si cauſæ iuſtæ ſimul & perſonæ noſtræ inimici ſunt, exemplo Chriſti orandum pro emendabilibus & contra incurabiles vindicta à Deo petenda.

XX. *Pro quibus orandum non eſt?*

Pro Defunctis.1.quia *quicquid fit abſque fide peccatum eſt.*
Rom 14.23.Eius autem rei nec mandatum , nec exemplũ
habemus in Scripturis Canonicis, & proinde nec fidem.
Nam quod de Iuda Machabæo oblationem pro Iudæis
interfectis, qui res Idolis Iamnenſibus conſecratas
ſurri puerant,Ieroſolymã mittente narratur. 1. Machab.
11.40 ἀκανονικὸν & apocryphum eſt,ſuſpectæque fidei, cũ
author narrationis veniam in fine libri precetur: quod
non conuenit ſcripturæ diuinitus inſpiratæ[b].nec Scripto- c2.Tim.13.
rib qui ſcripſerunt vt à Spiritu Sancto acti fuerunt[c]. Et à 16,Gal.1.8
Deo nullum eiuſmodi ſacrificium fieri præceptum eſt, d2. Pet.1.
imò contra Legem factum , quæ vetabat ſacrificia fieri 22.
pro iis,qui anathemate ſe polluerant.

2. Quia inutiles ſunt eiuſmodi preces:quicunque enim
hinc migrãt,vel in fide migrant & sũt beati,& proinde
non habent opus precibus:vel fide carent, & ſunt dãdati[d],
Et proinde iuuari non poſſunt. eIoh.3.18.

Nec pro hoſtibus Dei induratis,aut iis quos Dominus 30.
nobis veluti digito commonſtrauit peccare in Spiritum f1.Ioh.5.
Sanctum[e]:ſed contra eos potiùs,1.ne progreſſum ſortiã- 16.
tur,ſed impediantur & reprimantur[f]:(quod eſt Charita- 1.Sam.16.1.
tis)12.vt excindantur,ſi Diabolico furore, Deo, Eccle- g2.Sam.13.
ſiæ,ac veritati aduerſari pergant, ſintque immedicabiles; 32.
quod non eſt priuatæ vindictę,ſed ſingularis zeli Dei.Sic Act.4.29.
Dauid[g].Et Paulus 2.Tim.4.14. *Alexander Faber ærarius* hPſal.5.11.

Iuſtrare debeat,& nobis opitulari:quod innumeris pior precantium exemplis confirmatur.

XVI. *Sed Annon oratio facta cum his conditionibus, Si ad Dei gloriam facit, Si nobis ſalutare eſt, pugnat cum verbis Iacobi 1.6. qui iubet petere ſine hæſitatione?*

Non, nam aliud eſt cum hæſitatione petere, quod Iacobus vetat, quia fidei repugnat, aliud cum cõditione. Nam fidelis non dubitat quin Deus ſuas preces exaudiat, vbi certam Dei promiſſionem habet[a], quoniam ſi id non dat, quod petitur, certè id quod melius eſt, largitur. vnde Bernardus, *Vnum è duobus ſperare indubitanter poſſumus, quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nobis nouerit eſſe vtilius.* Et hoc Patris optimi, ſapientiſſimi, omnipotentis nomen indicat.

a Ioh.16.23.

XVII. *An quia loquitur Dominus vniuerſaliter, Ioh. 16. 23. Ὅσα ἂν αἰτήσητε, Quæcunque petieritis à Patre in nomine meo dabit vobis, ideo quælibet à Deo petenda & expectanda ſunt?*

Non, ſed vniuerſalis particula in hoc dicto ad certum genus reſtringenda eſt. Quicquid ſcilicet vobis ſalutare eſt, non veſtro, ſed Patris mei iudicio. Quo modo 1. Ioh. 5. 14. hoc genus reſtringitur, *ſiquid petieritis ſecundùm voluntatem eius, audiet vos.*

XVIII. *Pro quibus orare debemus?*

Non tantùm pro nobis, ſed pro omnibus hominibus. 1. Pro Magiſtratibus & Subditis, 1. Timot. 2. 1. *Adhortor vt ante omnia fiant deprecationes pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus in eminentia conſtitutis.* 2. Pro Miniſtris verbi & Doctoribus Eccleſiæ.[b] 3. Pro amicis, fratribus, totáque Eccleſia[c]. Alius pro alio[d]. 4 Pro inimicis[e]. 5. Pro peccatoribus & incredulis, vt Abraham pro Sodomitis[f]. Lothitem pro Segor[g]. Moſes pro populo cùm erecto vitulo grauiſſimè peccaſſet[h]. Sic Samuel pro Saule[i], vt

b Matt.9.38
Coll.4.3.
Rom.15.30.
2.Theſ.3.1.
c 1.Cor.1.2.
d Ier. 42.2.
20.
1.Theſſ.5.
25.
Iacob.5.16.
2Cor.1.11.
e Num. 16.
22.
f Matt.5.44
Act.7.60
g Gen.18.23.
24.
h Cap.19.20.
11.
i Exod.32.
21.
k 1 Sam.15.
32.

10. *Minor ſum miſericordijs Domini:* Danielis, cap. 9.18. *Non iuſtitiis noſtris coram te fundimus preces, ſed in miſericordiis tuis magnis* [a]: Publicani [b].

a *Dauidis.* *Pſal.* 143.2 *Iſa.* 64. 5.
b *Luc.* 18.13.

3. Diſplicentia & humilitas, vt proſternat ſe coram Deo humili atque ingenua peccatorum ſuorum confeſſione & veniæ deprecatione [c].

c *Dan.* 9.5. *Pſal.* 51. 6. 1. *Ioh.* 1. 9.

4. Vera pœnitentia & pium propoſitum, Pſal. 26 6. *Lauabo in innocentia manus meas, & circundabo altare tuum* Peccatores enim Deus non exaudit [d]. Iſa. 1. 15. *Cùm multiplicaueritis preces veſtras, non exaudiam, quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Contrà, ſi quid petierimus, accipiemus ab eo, quia præcepta eius ſeruamus. 1. Ioh. 3. 22. *Et ſiquis Dei cultor eſt, & facit quod ille vult, illum exaudit,* Ioh 9.31.

d *Ioh.* 9. 31. *Pſal.* 109.7.

5. Firma fiducia miſericordiæ, fauoris Dei propter Chriſtũ, & exauditionis certa ſpes, quòd velit liberaliter & gratuitò opem ferre petentib. iuxta illud Matth. 21.22. *Quæcunque petieritis credentes accipietis.* Mirũ.n. quàm diffidẽtia noſtra irritetur Deus, ſi poſcamus à ſe quam non expectamus veniam: nititur autem fides 1. promiſſione ſeu potentia & veritate promittentis, 2. paterna Dei ſtorge. 3 merito Chriſti, quod eſt infinitum.

e *Rom.* 10. 14. *Heb.* 10. 22. *Iacob.* 1. 6. 1. *Ioh.* 5. 14.

6. Intellectus, nam oratio ſine intellectu rerum & verborum non minus quàm ſine affectu, eſt hypocritica, & ſine fructu [e].

f 1. *Cor.* 14. 15.16.

7. Vnanimitas & concordia fraterna, offenſarúmque condonatio, i. iræ & odij remiſſio, vindictæ, cupiditatis depoſitio, iniuriarúmque obliuio: [f] Nam culpæ remiſſio ſolius Dei eſt, [g] & reconciliatio mutua, vt Act. 1. 14. *Apoſtoli perſeuerabant in oratione ὁμοθυμαδὸν i. vnanimes.* Sic Mat. 5.23.24. Diſſidens accommodato ſermone ad rationem illius temporis, iubetur ab altari reuerti, & priùs fratri reconciliari, quàm ſacrificium Deo offerat.

g 1. *Tim.* 2. 8. *Iſa.* 4.3.25.

8. Perſeuerantia, ne precando defatigemur, afflictionibus aut malis cedamus, vt faciunt qui animum deſpondent. [h] Abacuc. 2. 3. *Si moram fecerit Dominus, expecta eum, nam veniens veniet, & non tardabit.* Neque tamen ſuperiores cõditiones ita exiguntur ſummo rigore quin Deus hic multas infirmitates in ſuis toleret: & (modò ingemiſcant pij, caſtigent ſeipſos, ſtatim ad ſe redeant contendant & nitantur quò non ſtatim pertingunt) i-

h *Luc.* 12. 6. & 18.1. & 21. 36. *Rom.* 12. 10. *Eph.* 6. 18. 1 *Theſ.* 3.10. & 5.17. *Act.* 6. 4. & 10. 3.

& 59.6.13. *multa mala mihi exhibuit, reddat illi Dominus ſecundùm facta*
14. & 40. *ipſius.* Sic Moſes contra Chore, Dathan, & Abiron, *Ne a-*
9.10.11. *ſpicito munus eorum, Num.16.15.*

XXI. *Quæ eſt Inuocationis forma?*

Etſi ſunt multæ precandi formæ, quales ſunt Pſalmi Dauidis & Orationes aliorum Sanctorum, cùm veteres, tum recentes bene & vtiliter Spiritu Chriſti conſcriptæ: tamen formula quam nobis Deus, immẽſa ſua bonitate
a Matt.6.9. præſcripſit[a], quæ oratio Dominica dicitur, omnibus re-
Luc.11.2. liquis anteponenda eſt: tum propter authoris maieſtatem, rerum petendarum ordinem, tũ quia cõpendio cõplectitur omnia quæ ad Dei gloriam, & bonum noſtrum pertinent, & quid ab optimo Deo petere liceat, quicquid poſtulare neceſſe eſt, quídque clemẽter nobis largiri velit. Vnde magnus conſolationis fructus ad nos redit, quòd nihil abſurdum, nihil alienum, aut importunum, nihil denique non illi acceptum poſtulare nos intelligimus, qui pene ex eius ore rogamus.

Nec tamen formulæ huius ſingulis vocibus adſtringimur, verùm materiam precum aliam nullam ſumere licet, & ad huius perfectiſſimum & verè legitimum exẽplar (quoad ſenſum) omnes fidelium preces congruere debent. Qui verò vltrà progrediuntur, Sapientiæ Dei ex ſuo addunt, & voluntatem eius contemnunt, & nihil vnquam aſſequuntur, cùm ſine fide orent.

XXII. *Quæ ſunt Orationis leges, ſeu adiũcta & circunſtantia?*

Quædam ſunt internæ propriæ, & perpetuæ: quædã verò externæ, indifferentes, & mutabiles.

Quæ ſunt Internæ?

1. Animus bene compoſitus, vt precaturus accedat animo vacuo, curis alienis, & carnalibus, & erraticis cogitationibus, quibus huc & illuc circunferatur, vel è cœlo in terram deprimatur. & conueniente attentione & re-
b Dan.9.3. uerentia erga maieſtatem Dei, ad cuius colloquium in-
4.5. greditur[b].
Matt.14. 2. Cordis ſynceritas, ſeu cor purum, vt precaturus ex-
23. uat omnem opinionem dignitatis, & meriti, ſentiátq; nõ
c 2. Tim.2. ſimulatè, ſed verè ſuã inopiam, exemplo Iacobi. Gen.3
22.

10.Mi

rite tamen & ordine) modò piè ac religioſè. Pſal.103.22. *Benedicite Iehouæ omnia opera eius, In omnibus locis dominationis eius.* Ioh.4. 21.23. *Non in monte hoc, neque Ieroſolymis, ſed in Spiritu & veritate veri adoratores Patrem adorabunt.* 1. Tim.2.8. Apoſtolus vult viros in quouis loco orare (quo opus fuerit ſiue in templo, ſiue extra tēplum) tollentes puras manus ad Deum.

Nec enim loci qualitas, ſed magis pietas orantis, orationem ſanctificat: publicū tamen communibus precibus & cœtibus ſacris deſtinatū locū approbauit Chriſtus, cùm ait Matth.18.20. *Vbi duo aut tres congregati in nomine meo fuerint, illic ſum in medio eorū.* Et hoc reſpectu Templum, *Domum Orationis* vocauit, Matth.21.13[a]. Et veteres a Iſa.56.7.
Templa ab eorum vſu legitimo *Oratoria* dixere: Cauendum modò ne templa pia eſſe Dei habitacula ducamus, vnde propiùs aurem nobis admoueat, aut ſecretā neſcio quàm illis affingamus ſanctitatem, quæ ſacratiorem apud Deum orationem reddat. Hoc enim reprehendit Iſaias 66.1. Et Stephanus, Act.7.48. Sed Dei templa cùm ſimus, ipſi in nobis oremus oportet, ſi in ſancto templo ſuo Deus inuocare volumus.

XXV. *Quid ergo eſt quod dicit Dominus Matth.6.6. Tu autem cùm intraueris intra conclaue tuum, clauſo hoſtio, adora Patrem tuum, qui eſt in occulto?*

Non damnat ſimpliciter preces publicas, in cœtu Eccleſiæ factas, ſed μεταλήψει Hebraica, & comparatè, per ingreſſum in conclaue vitioſum affectum hypocritarum nimirum inanem illam gloriam, quam in precibus quærebant, dum in publicum egreſſi in compitis & angulis platearum, biuiis, & triuiis, aut quadriuiis, vbi ſolent homines conuenire, orabant, magis hominum frequentiam, quæ orantes videret, quàm ſeceſſum quęrentes. Et ea loquendi forma ab omni oratione hypocriſim, ambitionem, oſtentationem, & animi per ſe nimium lubrici vagam diſcurſationem excludēdam eſſe docet: ſeceſſum verò quærendum, qui nos eò iuuet, vt procul omnibus curarum turbis, & hominum tumultu, in cor noſtrum deſcendamus, & penitus ingrediamur.

gnoſcat: vt exemplis comprobatur Dauidis, Pſal. 38.14. *Deſine à me donec abeam & non ſum*, Pſal. 80. 5. *Quouſque iraſceris ſuper oratione ſerui tui?* & Ieremiæ Lament. 3. 8. *Excluſit Deus orationem meam.*

XXIII. *Quæ ſunt externæ circumſtantiæ ſeu Accidentia Orationis?*

Quinque, tempus, Locus, Geſtus, Sermo, Ieiunium.

Quando orandum eſt?

Eph. 6. 18. *Precantes omni tempore.* 1. Theſſ. 3. 10. *nocte ac die, quàm vehementiſſimè precantes.* Pſal. 119. 62. Tanta enim eſt noſtra inopia, toties peccamus, tot anguſtijs premimur, tot tentationes nobis inſultant, tanta beneficiorum Dei in nos congeries, vt ſatis ſit cauſæ omnibus cur aſſidue gemant, ad Deum ſuſpirent, eius opem implorent, & gratiarum actione, & laudibus eum proſequantur. Veteres tamẽ ſtatas precandi horas, vt matutinã, meridianam & veſpertinam habuerunt, non ſuperſtitionis, ſed diſciplinæ gratia.

a *Pſal.* 53. 18. *Dan.* 6. 10. *Act.* 3. 1. & 10. 9. — Certum verò in nouo Teſtamẽto tempus præſcriptũ non eſt, ſed à qualitate affectuum pendet & cauſis orandi: veruntamen ad imbecillitatem noſtram ſuſtinendam & torporem excitandũ, vtile eſt vt ſibi quiſque noſtrũm tanquam ordinarias precandi horas conſtituat, nempe dum manè ſurgimus, dum opus aggredimur, dum ad paſtum diſcumbimus, dum Dei benedictione paſti ſumus, Dum ad quietem nos recipimus: dummodo hæc horarũ obſeruatio ſupeſtitione careat [b]. Imprimis autem precari & agere gratias debemus, quoties vel triſtia nobis, aut fratribus, vel læta offeruntur [b]. Sed ad publicas habendas preces, æquum eſt vt certum tempus in ſingulis Eccleſiis deſignetur, quo omnium commoditati proſpiciatur, & omnia decenter & compoſitè fiant, 1. Cor. 14. 40.

b *Exod.* 15. 1. *Iudic.* 5. 1. *Pſal.* 50. 15. *Ier.* 6. 14.

XXIV. *Vbi orandum?*

Deus olim vni Genti, vnum locum aſſignauerat, Tabernaculũ nempe [c]. Deinde Templũ Solomonis [d], quia veri Templi effigies & typus vnici Mediatoris & propitiatoris Chriſti fuerunt, per quẽ ſolum vult Deus exaudire. Sed Chriſtus veritas templi, aduentũ ſuo iſtam ſacri loci ceremoniam ſuſtulit, Proinde vbiuis ores licet, (& rite

c *Exod.* 25. 8. & 40. 2. & *alibi ſæpe.*

d 1. *Reg.* 6. 1. *Dan.* 6. 10. *Luc.* 8. 10. *Act.* 8. 27.

Non vox ſed votum, non cordula muſica, ſed cor,
Non clamans ſed amans cantat in aure Dei.

Alioquin lingua ſenſus mouet, mentem in Dei cogitatione exercet & retinet, & peculiariter ad enarrandam, prædicandámque Dei laudem condita eſt: iuxta illud, *Affectus cordis verbis excitatur orantis.*

Nec tamẽ ſemper neceſſaria eſt: Nam optimæ interdum orationes voce carent. Sic Moſes Exodi 14.15. dicitur ad Deum clamauiſſe, qui tamen non legitur os aperuiſſe. Sic Annæ matris Samuelis labiorum motus commendatur [a], cuius tamen non audiebatur oratio. *Eſt* enim, (vt Cyprianus inquit) *Deus non vocis: ſed cordis auditor.* Potiſſimus tamen vocis vſus eſt in orationibus publicis ad mutuam ædificationem, & Dei concelebrationem [b].

a 1.*Sam.*1.13.
*Lib.*1. *de orat. Dom.*
b *Col.*3.16.

XXVII. *Qualis ſermo Precum eſſe debet?*

Non exoticus ſeu peregrinus, ſed popularis qui à vulgo & toto cœtu intelligi poſſit, in totius Eccleſiæ ædificationem. Ideo Paulus 1.Cor.14.16.19. *Si benedixeris Spiritu, is qui implet locum idiotæ quomodo ad tuam benedictionem reſpondebit Amen, quandoquidem quod dicas neſcit, Nam tu quidem gratias agis, ſed alius non ædificatur. Sed in Eccleſia malim quinque verba ex intelligentia mea loqui, vt aliquos inſtituam, quàm decem millia verborum lingua ignota.* Spiritus voce ſingulare donum linguarum ſignificans, quò nonnulli præditi abutebantur, cùm à mente hoc eſt intelligentia illud auellerent; nec dubium quin lingua ſine intelligentia Deo diſpliceat.

XXVIII. *Quid de Ieiunio ſtatuendum?*

Precibus tum priuatis, tum publicis, tanquam præparatorium coniungi ſolere [c]: modò nec ſit ſuperſtitioſum, nec opinione meritorium [d]. Matt.17.21. & Marc.9.29. *Eſt quoddam genus dæmoniorum* (inquit Chriſtus) *quod non eycitur, niſi per orationem & ieiunium.* Et Anna Prophetiſſa [e], dicitur ieiuniis & deprecationibus ſeruiiſſe Deo. Act. item 13.1. poſt Ieiunium & precationem Prophetę & Doctores Eccleſiæ Antiochenæ, Barnabæ & Paulo impoſuerunt manus [f].

c 1.*Cor.*7.5.
d *Ioel.*1.14. & 2.15.
e *Luc.*2.37.
f *Act.*14.23.

XXIX. *Quis finis eſt Orationis?*

XXVI. *Quis geſtus Orantis eſſe debet?*

a *Mat.*6.5. *Marc.*11.25.
b 1. *Reg.* 8. 54. *Dan.*6.10.
c *Luc.* 22. 41.
d *Act* 9 40
e *Act.*7. 60.

Varius non præſcribitur, ſed deſcribitur in Scripturis. Iudæi olim interdum ſtantes orabant.[a] Interdum verò genibus flexis, vt Solomon, &[b] Chriſtus ipſe[c], poſitis genibus precatus eſt, ſicut & Petrus[d]. & Stephanus:[e] Paulus quoque genu flexione vſus eſt, Eph.3.14. *Huius rei gratia*, inquit, *flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti*, quo geſtu humilis ſubiectio & noſtri coram ram Deo exinanitio ſignificatur. Exo.17.11.

f *Ioh* 11. 41

2. Moſes manus in cœlum leuat: & Paulus monet 1. Tim.2. 8. Puras manus eſſe leuandas ad Deum: qui geſtus liberorum eſt qui parentibus manus porrigunt, cùm aliquid impetrare volunt, vel iis ſupplices fiunt. Sed hæc Ceremonia Eleuationis manuum admonet, cor & ſenſus in ſublime tollendos, ne in ſuis fæcibus deſideãt, qui cupiunt à Deo exaudiri, vt interpretatur Dauid, Pſal. 25.1 *Ad te leuaui animam meam.*

g *Luc.* 18. 13.

3. Ieſus attollens ſurſum oculos orauit[f]: quod eſt etiam ſymbolum cordis eleuantis ſe ad Deum fiduciæ exauditionis. Contrà, demiſſio oculorum in Publicano,[g] ſummæ animi demiſſionis indicium fuit.

4. Paulus virum detecto capite, ad maiorem Dei venerationem teſtandam: mulierem verò velato, ſubiectionis & modeſtiæ gratia, orare iubet, 1. Cor.11.4. & ſeq.

h *Matt.*26.

5. Conuenit & precum miniſterio vox, ſeu lingua, moderatè tum loquendo tum canẽdo, ſiue priuatim, ſiue in Eccleſiaſtico cœtu, modò animi affectum comitetur, 1. Cor.14.15. *Canam Spiritu, canam & mente.* Et Eph.5.19. & Col.3.16. *Docentes & commonefacientes vos mutuò in hymnis, Pſalmis, & canticis ſpiritualibus, canentes & Pſallentes cum gratia in cordibus veſtris Domino.* Sic Chriſtus poſt Cœnam à ſe inſtitutam vnà cum Apoſtolis hymnum cecinit,[h] Et Plinius ſecundus in Epiſtola quadam ad Traianum Imperatorem ſcribit Chriſtianos conſueuiſſe hymnos antelucanos Chriſto ſuo canere. Sed cauendum ne ad ſuauitatem duntaxat, auriúmque oblectationem compoſitus ſit cantus, ne ad modulationem intentiores ſint aures, quàm animi ad ſpiritualem verborum ſenſũ néve meritum, aut cultus diuini maior pars in cantu ponatur. Nam,

XXXII. *Atqui quia orantes ſæpe non impetrant quod petunt, fruſtranea eſt oratio, ſeu Deus non exaudire dicendus?*

Nequaquam, quia Deus interdum negat petita, non quòd noſtras preces contemnat: ſed quia quæ petimus nobis minimè ſalutaria ſunt. Huc pertinet illud Iacobi 4.3. *Petitis & non accipitis, quia malè petitis, vt in voluptatibus inſumatis.* Vnde Auguſtinus, *Sæpe non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad ſalutem.* Item, inquit ille, *Si non dat ad horã, exercet quærentem, ſed non contemnit petentem.*

Et Deus differt dare quæ daturus eſt 1. vt ſuos probet.

2. Eorum fidem magis accendat.
3. Dona ſua iucundiora reddat.
4. Ne vileſcat citò datum.
5. Vt in timore eius donata cuſtodiamus.
6. Deſiderio orandi magis ac magis flagremus. Sic exaudit, dum non exaudire videtur.

Sed eſt præterea Deo duplex modus exaudiendi, *Externus & internus*: nunc enim foris apertum auxilium præbet quomodo exaudiuit tres viros[a]. Et Dauidem[b]. Nunc virtute Spiritus ſancti aſſiſtit, ne malis victi deficiamus. Sic exaudiuit Stephanum[c], & infinitos martyres omnibus temporibus. Et Paulo conquerenti, Se ter Deum precatum eſſe, reſponſum eſt, *Sufficit tibi gratia mea* 2.Cor.12.9. Hinc extruenda regula, quòd gratia Dei ſit, ſi piè precantes Deum ſtatim non exaudit: Nam Dominus aliquid quod melius eſt, hoc eſt robur Spiritus dat piè precantibus, vt ea quæ premunt, ipſis cedant in bonum. Quare precum noſtrarum exauditio non ſenſu, ſed fide metienda eſt.

[a] Dan.3.27.
[b] Dan.6.22. & alibi ſæpe. Iſa. 37. 16. 36.
[c] Act.7.55.

XXXIII. *Quæ ſunt Contraria precibus?*

1. Phariſaica de meritis ſuis opinio.
2. Orationum impedimenta, vt ſunt diffidentia, dubitatio, & διψυχία[d], Crudelitas, ſuperbia[e], Iurgia item, ſiue odia, inter quæ inuocationis nullus locus eſt[f]. crapula & ebrietas[g]. Praua deſideria[h]. impœnitentia iuxta illud, *Sceleratos Deus non exaudit*, Ioh.9.31. Ambitio & oſtentatio Hypocriſis & βαττολογία, ſeu garrula loquacitas, & precularum iteratio, Matth.6.7. Quo vitio labo-

[d] Iac. 1. 6. 7. 8.
[e] Iſa. 1. 15.
[f] 1. Pet.3.7
[g] Luc.21. 34. & 1. Cor.7.5.
[h] Iac.4.3.
[i] Matt.6.5. & 23.14.

Duplex. *Vltimus*, Dei gloria. *Subordinatus*, noſtra ſalus & vtilitas: nam in eum finem oramus, vt ea conſequamur per quæ ſimus beati, & Deum hoc cultu honoremus.[a]

a *Matt.* 4. 11.

XXX. *Quis Orationis fructus ſeu Effectus?*

1. Aſſuetudo quærendi, amandi, colendi Deum, & ad eum tanquam ad ſacram anchoram confugiendi.

2. Effuſio cordis noſtri coram Deo.

3. Præparatio ad gratiarum actionem.

4. Meditatio benignitatis eius.

5. Prouidentiæ & benignitatis eius experimentum.

b *Eph.* 1. 20.
c *Rom.* 10. 13.

6. Exauditio ſeu conſequutio petitorum à Deo ſpiritualium & corporalium bonorum, imò plus quàm petamus aut intelligamus [b], & ſalus [c].

7. Εὐθυμία ſeu pax Dei, quę ſuperat omnem intellectum, Philip. 4. 6. *In omni re precibus & ſupplicatione cum gratiarum actione, petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum, & pax Dei quæ ſuperat omnem intellectum, præſidio erit cordibus veſtris & mentibus veſtris in Chriſto Ieſu.*

8. Sanctificatio bonæ creaturæ, vt cibi, potus, & aliarum rerum ad hanc vitam neceſſariarum, vſus legitimus & cum Dei bono gratia coniunctus, 1. Tim. 4. 5. Oratio Dei verbo coniuncta creaturam ſanctificat.

XXXI. *Quorumnam Deus preces & petitiones exaudit?*

1. Pauperum, Pſal. 9. 13. *Non obliuiſcitur clamoris pauperi.* Et 10. 17. *Deſiderium pauperum exaudit Dominus.*

2. Afflictorum, Pſal. 22. 25. *Non ſpernit afflictionem afflicti, neque abſcondit faciem ab eo: ſed cùm vociferatur ad ipſum, eum exaudit.*

d *Pſal.* 107. 13.
e *Iſa.* 1. 17.

3. Clamantium ad ſe[d], Reſipiſcentium [e], ſed fidelium, qui eum viua fide inuocant. Pſal. 145. 19. *Voluntatem timentium ſe faciet.* Certiſſima enim promiſſio, *Eripiam te.* Pſal. 50. 15. Et Chriſtus adhibito iureiurando εἰς βεβαίωσιν τῶν ῥηθησομένων, καὶ πληροφορίαν τῶν ἀκουόντων, i. in confirmationem dicendorum, & certitudinem audientium, (inquit Baſilius,) ait, *Amen, Amen dico vobis. Quæcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, Ioh 16. 23.

XXXII. *Atqui*

I. *Prouiden-tia.*

1 Prouidētia, Πρόνοια, habet ſe inſtar generis, & res vniuerſas & ſingulas in hoc mundo complectitur, præordinat, diſponit, & regit. *Præordinatio* verò ſpecialiter Creaturæ rationalis, & hominum præcipuè vitam & mortem æternam reſpicit. Deinde *Prouidentia* dirigit ad fines naturales. *Prædeſtinatio* autem ad ſupernaturales, quale eſt adoptari in Filium Dei, regenerari, & tādem glorificari: vnde non dicimus bruta prædeſtinari, quia iſtius finis qui ſupernaturalis eſt, non ſunt capacia.

II. *Propoſitum.*

2. *Propoſitum*, ſeu πρόθεσιν vocare ſolet Paulus[a], id quod Deus ab æterno apud ſe pro bona ſua voluntate conſtituit, *Decretum* vulgò vocant, quod dicitur ὡρισμένη βουλὴ *definitum conſilium.*[b]. Et εὐδοκία τοῦ θεοῦ, *beneplacitum Dei*, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ, quod propoſuit in ſeipſo, & βουλὴ τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ, *conſilium voluntatis*, Eph. 1. 9. 11. eſtque Iudicium quaſi mentis diuinæ, vel in genere de rebus omnibus creatis, vel in ſpecie de creaturis rationalibus.

a Rom. 8. 28. & 9. 11.

b Act. 2. 23

III. *Præſciētia*

Præſcientia ſiue πρόγνωσις, i in genere eſt qua ſimplici intellectu pręſcit ſiue præcognoſcit res omnes creatas, à quibuſdam *notitia* dicitur, ſed notitia Dei latiùs patet quàm eius pręſcientia: nam notitia porrigitur non ſolùm ad pręſentia, pręterita, & futura, ſed etiam ad ea quę nūquam futura ſunt, ſiue poſſibilia ea ſint, ſiue impoſſibilia. Pręſcientia autem eſt de illis quæ futura ſunt. Etideirco pręſcientia requirit voluntatem quę ordine præcedit: nihil enim futurum eſt niſi Deus id eſſe velit: nam alioquin impediret: pręſcit ergo Deus quæ vult eſſe futura, ſic tamen vt eius notitiæ nihil futurum aut præteritum, omnia ſint pręſentia[c]. *Non eſt vlla res creata, quæ non manifeſta ſit in conſpectu Dei, imò omnia ſunt nuda*, καὶ τετραχηλισμένα, *patientia oculis eius.* Hęc notitia vniuerſalis non infert neceſſitatem effectuum: nec enim ipſa pręſcientia ſimpliciter cauſa eſt rerum, quaſi ideo futurę ſint, quia pręſcit, ſed quia futuras decreuit, ideò pręſcit.

c Heb. 3. 13.

3. In ſpecie & κατ' ἐξοχὴν accipi ſolet pro illa προγνώσει, quę eſt eorum nominatim qui ſunt Dei, quos nouit cum affectu, eo modo quo amicus amicum nouit. Eſt enim hęc ſpecialis pręſcientia, non ſimplex notitia aut pręuiſio, ſed cum dilectione & εὐδοκία coniuncta. Dicitur

rant Romanenſium breuiaria, horæ (quas vocāt,) Canonicæ, roſaria, & infinita huiuſmodi.

3. Orationes hypocritarum qui peccatorum ſuorum ſenſu nullo modo tanguntur, vel defunctoriè preces ex formula recitant ac ſi penſum Deo ſoluerent, vel oſcitantes ſine meditatione & cognitione ſed frigidè preces demurmurant: & eorum qui fidem & ſpem Deum exorandi pro abſurdo habent.

4. Error de Inuocatione ſeu Interceſſione ſanctorū, de Orationibus pro mortuis, de exotico & nō intellecto ſermone in precibus vſurpando 1 Cor.14.15.

5. Proſtratio corā idolis & imaginibus, Opinio falſo de meritis & numero precum: Superſtitio eorum qui ſtatuunt per ſe preces in certo loco, putà in hoc vel illo ſacello vel, hoc alióve tempore fuſas, efficaciores eſſe.

6. Ritus ſuperſtitioſi dedicationis templorum vana & falſa diſtinctio adorationis religioſæ in λατρείαν, δουλείαν, καὶ ὑπερδουλείαν. cùm λατρεὺς ſeu λάτρις dicatur Græcis, qui & δοῦλος. Et Paulus cùm dixiſſet Rom.1 9. λατρεύω cap.16 18. vſurpauit, τὸ δουλεύειν.

7. Omnes ſuperſtitioſæ, impiæ, iniuſtæ, curioſæ, temerè præſumptæ inutiles nedum noxiæ precationes, veræ inuocationi nominis Dei repugnant.

* * *

LOCVS XXXVI.

De Prædeſtinatione.

1. *Quænam vocabula in limine huius Tractationis nobis conſideranda ſunt?*

HÆc potiſſimùm, Prouidentia, Propoſitum, Præſcientia, Prædeſtinatio, Electio, Reprobatio, & Liber vitæ.

11. *Explica igitur has voces?*

1. Proui-

cretum ſcilicet æternum quod eſt in Deo. Diſpoſitionem ſeu determinationem: ac totum progreſſum mediorum quo Deus ſuos deducit ad finem. quæ omnia vox Græca Προορισμὸς propriè ſignificat, ἀπὸ τοῦ προορίζειν, ante determinare & definire: ὅρος enim terminus eſt, quod eſt ita prædeſtinare ad aliquam rem, vt etiam omnes fines & terminos conſtituas, puta cauſas, media omnia, numerum, tempus, afflictiones, & alia id genus, quibus ad eam rem conſequendam certò deducatur is qui prædeſtinatus eſt. Nam Eph. 1. 5. dicimur prædeſtinati εἰς υἱοθεσίαν, ad adoptionem, & cap. 2. 10. ad bona opera: & Rom. 8. 28. 29. ad ferendam crucem, ſiue ad Chriſti conformationem. Et verſ. 30 Quos Deus prædeſtinauit, eos etiam vocare, iuſtificare & glorificare dicitur: vnde etiã Latinum nomẽ Prædeſtinationis ſumptum eſt à deſtinato fine. Eſt enim deſtinare in animo quippiam deſignare, & firmo animi decreto, per certa media aliquò dirigere. Hinc Prædeſtinare i antequam quicquam fiat ad certos fines idem ordinare.

V. Electio.

5. *Electio, ἐκλογή*, 1. Interdum generaliter pro Electione gentis alicuius in populum, vt cùm in genere Deus elegit populũ Iſrael aliis reiectis? Deut. 4. 37. & 32. 8. *Cùm diuideret Altiſsimus Gentes, & ſepararet filios Adam, pars eius fuit populus Iſrael, funiculus hæreditatis eius.* Et cap. 10. 14. *En Domini Dei tui cælum eſt, terra & quæcunque in ea ſunt: & tantummodo complacuit ſibi in patribus tuis, & amauit eos, elegitque vos ſemen eorum.* Et Pſal. 105. 6. *Semen Abrahæ ſerui eius: filij Iacob, electi eius.* Sed hæc electio temporalis eſt in parte, nec ſemper firma & rata in omnibus, ſed in reliquiis tantum [a], quia multi ex poſteris Abrahæ quaſi putrida membra reſecti ſunt[b].

2. Interdũ ſumitur pro Electione ad munus, vt duodecim Apoſtoli[c], & Iudas elect⁹ dicitur[d], ſcilicet ad Apoſtolatũ.

3. Sed ſpecialiter pro electione ſingulorum ſaluandorum in ſalutem, quos decreto ſuo ad vitam prædeſtinauit[e]. Vnde electi dicuntur, non propter naturæ præcellentiã, ſicut aurum optimum electũ dicitur, ſed quòd ex aliis conſimilibus in peculiarem vſum electi ſunt, ſpeciali Dei gratia: vt *Iacob dilexit, Eſau autem odio habuit*[f]. Et hæc Electio verè ſtabilis, efficax & æterna eſt.

6. Electioni *Reprobatio* oppoſita eſt, vnde Reprobi di-

[a] Rom. 11. 5.
[b] ver. 20.
[c] Luc. 6. 13.
[d] Ioh. 6. 70.
[e] Eph. 1. 4. 5.
[f] Malac. 1. 2.

enim Deus noſſe, quos probat, curat, & amore ſuo dignatur; alios verò ignorare, quos reiicit, Exod. 33. 17. *Gratiam inueniſti in oculis meis, & noui te nominatim*ª. Item, *Deus nouit qui ſui ſint*. Pſal. 1. 6. & 2. Tim. 2. 19.

a Matt. 7. 23.

3. Sumitur etiam pro πρόγνοια: quo ſenſu videri poteſt dicta non à præſcire, ſed à præſciſcere. i. antè decernere, ſicut Iudex γνῶναι, i. ſtatuere, & Magiſtratus vel plebs ſciſcere, id eſt ſancire dicitur vnde plebiſcitum dicitur & *præſcitio* dici poteſt, ideoque ſæpe pro προθέσει vſurpatur ᵇ. Vt hinc conſtet non rectè facere qui præſcitos opponunt prędeſtinatis, quaſi præſcitio ad ſolos reprobos, prædeſtinatio ad ſolos Electos pertineat: cùm Prædeſtinatio præſcitioni ſubordinetur, ſiquidem Apoſtolus numerat ſalutis Electorum cauſas, προέγνωσεν (quam iſti pręſcientiam interpretantur) primo loco recenſet, Rom. 8. 29.

b Act. 2. 23. Rom. 8. 29. & 12. 2. & 1. Petr. 1. 2.

IIII. Prædeſtinatio.

Prædeſtinatio; Προορισμὸς, quam alij generaliùs ad homines tam bonos quàm malos applicant, alij contractiùs ad Electos tantùm referunt, quia illis durum videtur exiſtimare, Aliquos prędeſtinatos eſſe ad mortem, cùm res ipſa poſtulet, vt aliquibus ad vitam prędeſtinatis, reliqui deſtinati morti intelligantur: & ſi vaſa glorię dicuntur Prædeſtinati ad gloriam, poſcit omnino contradicentium oppoſitio, vt vaſa iræ interpretemur Prędeſtinatos ad mortem.

4. Nonnulli Prędeſtinationem intelligunt *Propoſi*ſiue Decretum Dei, quatenus ab æterno apud Deum eſt, antequam homines naſcantur. Ier. 1. 5. *Cùm nondum formauiſſem te in vtero, agnoui te*: vel deſignationem ab vtero qua Paulus Gal. 1. 15. dicit, Se *ſegregatum fuiſſe ab vtero matris*, longè antequam conuerteretur. Et Rom. 9. 11. 12. 13. de geminis, ait, *Antequam boni aliquid feciſſent, aut mali, dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Alij pro mediorū ad deſtinatum finem tendentium præparatione, vt Auguſtinus, *Prædeſtinatio*, inquit, *eſt præparatio beneficiorum Dei quibus certiſſimè liberantur, quicumque liberantur.* Alii denique pro ipſa decreti illius exequutione, & declaratione, quæ fit in tempore; vt quod Paulus proficiſcens Damaſcum conuertitur ad Chriſtum, atque ita ab incredulis ſeparatur reipſa ᶜ.

c Act. 9. 3. & ſeq.

Nos Scholarum more generaliter voce Prædeſtinationis tria hæc, ſiue tres gradus, ſimul intelligimus: Deἐξηρχημένον τῆς ἐκκλησίας, καὶ πολίτης θεοῦ dici poteſt. Inſcripta autẽ dicuntur eorum nomina quos Deus eligendo inſcripſit, & inſcribendo elegit, nequis putet ſe conſcientiam Dei celare poſſe ea quæ mala ſunt. Deinde ne ſe à Deo neglig i exiſtimet, cùm Deo non minùs quàm optimo Patri familiâs & prudentiſſimo, de numero filiorum & domeſticorum conſtet, & curæ ſit: vide Luc. 10. 20. inquit Chriſtus, *Gaudete veſtra nomina ſcripta eſſe in cælis.* a Pſal. 69. 29. b Apoc. 21. 27. Philip. 4. 3. Dan 12. 1. Ezech. 13. 9.

Contra ſimili figura dictionis Iudæ 4 reprobi dicuntur προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, non atramento aut chartis: Deus enim non opus habet libris, quibus moneatur, ſed præſcientia iudicio & prædeſtinatione diuina: Et recedentes à Deo, *in terra ſcripti* dicuntur, Ierem. 17. 13. ſicut contra piè Theophylactus in Lucæ 10. τὰ ὀνόματα ἡμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς οὐ μέλανι, ἀλλὰ μνήμῃ θεοῦ καὶ χάριτι.

III. *Quis Ordo & ſeries horum vocabulorum?*

Etſi in Deo qui eſt eſſentia ſimpliciſſima, & cui omnia ſunt præſentia, illa non ita diſtingui poſſunt; ordine tamen naturæ, & no[illegible] reſpectu, ſic poſſunt ſubalternatim diſponi, vt prima ſit tum notitia, tum πρόγνωσις ſiue præſcientia Dei generalis.

2. Πρόθεσις ſeu Dei propoſitum, quod etiam βουλὴ ſiue conſilium & decretum vocatur[c].

3. Προορισμὸς, Prædeſtinatio[d].

4. Electio. Quem ordinem babes Eph. 1. 4. 5. *Elegit nos in Chriſto* poſtquam prædeſtinauit. Electioni autem ex aduerſo reſpondet Reprobatio 5. Efficax vocatio in tempore, quæ Electioni ab æterno, & abiectio in tempore, quæ reprobationi ſubordinatur, de qua Rom. 11. 1. *Num igitur Deus abiecit populum ſuum?* 6. vocationem ſequitur Iuſtificatio. 7. Iuſtificationem autem Glorificatio[e], Sicuti abiectionem Impœnitentia ſiue Induratio, Induratione autem condemnatio.

c Act. 2. 23. & Eph. 1. 11.
d Rom. 8. 28. 29.
e Rom. 8. 30.

IV. *An eſt Prædeſtinatio?*

4. Illam eſſe probatur, 1. Teſtimoniis Prophetarum, Exod. 33. 19. *Miſerebor cuiuſcunque miſerebor.* Ierem. 1. 5. *Antequam te formarem in vtero, noui te.* Malach. 1. 3. *Iacob dilexi,*

VI. Reprobatio. a Ierem.6.30. b Heb.6.8. cuntur, metaphora ſumpta vel ab argento reprobo, quod reiicitur[a]: vel à terra reproba, quæ ſine cultu relinquitur, tanquam à Deo maledicta[b].

Sed notandum eſt, quòd Electio & Reprobatio dupliciter accipiuntur. Propriè quidem ab hominis iam conditi & lapſu corrupti conditionem referuntur, vt per electionem ſignificetur ſeparatio, quæ reipſa fit in tempore per vocationem efficacem, certorum hominum è perdito genere humano, adeóque [c] tenebris ad lucem. c Matt.3.12. Ioh.17.6. Iſa.9.1. 1 Pet.1.2. d Iſa.9.6. Per Reprobationem verò ſignificetur præteritio ſiue reiectio aliorum, qui ſibi & ſuo vitio relicti à Deo abdicantur[d]. Sed metonymicè vſurpantur pro ipſo eligẽdi & reprobandi propoſito, quod Deus in ſemetipſo decreuit ſicut Eph.1.4. *Elegit nos in ipſo antequam iacerentur fundamenta mundi, vt ſimus ſancti & inculpati coram eo cum charitate.* Cuius myſterium nobis occultum eſt, cùm vtraque illa ſuo tempore nobis patefiat, ex iis cauſis mediis & effectis, quæ Deus in ſuo verbo expreſſit.

VII. Liber vitæ. 7. *Liber vitæ* duplex eſt. *Primus*, materialis, qui dicitur Biblia, Codex videlicet rerum ſacrarum per Prophetas & Apoſtolos exaratus viam vitæ æternæ docens. *Secundus*, metaphoricus qui ex Hebręorum more (quibuslibet Catalogum ſeu recenſionem certorum hominum ſignificat, vt Gen.5.1. Matt 1.1. videre eſt) per metaphoram & ſimilitudinem ſeu ἀνθρωποπάθειαν tribuitur Deo, & vſurpatur pro πρόγνωσις, i. præſcientia ſeu notitia Dei.

Eſtque triplex. *primus*, quo omnes in vniuerſũ homines nõ ex nomine tãtùm, ſed & ſecũdùm vniuſcuiuſq; ortũ, ſortem, qualitatem, & vitæ exitum ante mundi conſtitutionem præſciuit & veluti memoriali ſuo inſcripſit: de quo Dauid Pſal 139.16. *In libro tuo omnes conſcripti erant, cùm dies formarentur.*

Secundus, quo eorum qui quouis tempore viuunt facta continentur, ſecundùm quæ iudicabuntur, nec facta ſolũ ſed & fugæ, lachrymæ, ærumnę, & afflictiones, de quo e Apoc.20.12. Dan.7.10. & Malac.3.16. f Exod.32.32. Pſal.56.9.[e] *Tertius*, in quo conſcripti ſunt quotquot ſunt ad vitam præordinati; & pro ipſa electione ſumitur eorum, quibus vitam ęternam Deus donare conſtituit, quorum nomina ideo dicuntur inſcripta ei libro[e]. Qui etiã *Liber viuentium* vocatur[f]. Et *Liber vitæ Agni*[g]. Et κατ' ἐξοχὴν, *Liber*[g]. *Scriptura domus Iſrael*, & *arcanum Domini*, &

λυξιαρχίαι

ricordiam ita patefacit.

VIII. *Quid eſt Prædeſtinationis Decretum?*

Quo Deus homines à ſe creandos, antequam eos conderet, iam tum quorſum eos conderet conſtituens; ſic ipſius gloriæ inſeruire pro ſuo iure & mera volũtate decreuit, vt eorum alij eſſent vaſa & exempla ipſius bonitatis & miſericordiæ: alij autem vaſa & ὑποκείμενα ipſius iræ, i. iuſtæ in ſcelera vltionis, atque potentiæ[a]. 1. Pet. 2. 8. Εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν, i. ἐξηγέρθησαν, vt dicitur Rom. 9. 17: *Excitavi te*, dicit Dominus ad Pharaonẽ, *vt oſtenderem in te potentiam meam*; & κατηρτίσθησαν, v. 22. Eſtque hoc decretũ eiuſmodi quod ipſas exequutionis cauſas diſponit, nedum vt ab iis pendeat.

a Rom. 9. 22.

IX. *An quia de vaſis miſericordiæ agens Apoſtolus, vtitur verbo agente* προητοίμασεν, *Roman. 9. 23. cùm de vaſis iræ ſeu reprobis participio patiente* κατηρτισμένα, i. προητοιμασμένα, *ſequitur Reiectos ſibi cauſam eſſe Reprobationis?*

Non: quia Lucas Act. 13. 48. etiam de Electis agens vtitur paſſiuo participio τεταγμένοι, qui tamẽ non à ſe ipſis, ſed potiùs à mera Dei gratia ordinati ſunt.

Deinde, quia ſi de cauſis mediis agitur, quibus vaſa iræ ad interitum feruntur, ipſi vni ſibi cauſa sũt exitij. Sed cũ agitur de Electionis & Reprobationis decreto, non magis hi reprobati quàm illi electi à ſeipſis dici poſſunt, nõ magis (inquã) à ſeipſis, quàm ſiquis diceret, vas aliquod non à figulo, ſed à ſeipſo coagmentari.

X. *Quæ eſt cauſa Efficiens, i. προηγουμένη ſummi huius Decreti?*

Ἡ ἐξουσία τοῦ Θεοῦ de ſuo quod ei viſum eſt faciendi[b]. Ait enim Paulus, Rom. 9. 21. *Annon poteſtatem liberam, ſiue patientiam, habet figulus?* quantò magis Deus iuſtiſſimus & ſapientiſſimus opifex in lutum, *vt ex eadem maſſa*, i. rudi adhuc materia, & ad futurũ opus duntaxat præpara-

b Matt. 20. 15.

Eſau autem odio habui.

a Rom. 8. 28. & 9. 15. 18.

2. Chriſti, Ioh. 13. 18. *Scio quos elegerim*, 3. *Apoſtolorum*, 2. Pet. 1. 10. *Date operam vt Electionem & vocationem veſtram firmam* (in vobis) *efficiatis*[a], Act. 13. 48. *Crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam.*

4. Argumentis, quia æquum eſt vt Deum è [illegible] faciat de ſuo quod ſibi placuerit, & ſapientiſſimus idem & immutabilis, Creationem hominum non in incertum euentum, ſed ad certum finem deſtinauit.

V. *Quid eſt Prædeſtinatio?*

Æternū, immutabile, ac ſapientiſſimum Dei propoſitum, ordine antegrediens omnes ſalutis & damnationis cauſas, quo decreuit ex toto hominum genere alios in Chriſto ex mera gratia adoptare, efficaciter vocare, iuſtificare ex fide, & glorificare; alios in Adamo & ſemetipſis iuſto iudicio reprobare, præterire, & propter peccata in quæ ſponte ruunt iuſtè punire: vt in illis miſericordia, in his autem iuſtitia, in vtriſque verò gloria creatoris declaretur. Vel, Eſt æternū Dei propoſitū, quo, ſecundùm beneplacitum voluntatis ſuæ, antè iacta mundi fundamenta, hominū alios quidē amori & ſa[illegible], alios odio & exitio ſempiterno deſtinando ſeipſum glorificare[b] conſtituit.

b Act. 1. 25. Ioh. 17. 12. Ap. 17. 8. Eph. 1. 4. 2. Tim. 1. 9. Rom. 9. 20. & ſeq.

VI. *Eſt-ne Prædeſtinatio hominum tantùm?*

Eſt & Angelorum: nam *Angelos* qui ſteterunt in ſua integritate, Paulus *electos* vocat, 1. Tim. 5. 21. Quod ſi eorum conſtantia in Dei beneplacito fundata fuit, aliorum lapſus arguit fuiſſe derelictos. Cuius rei cauſa nō poteſt alia adduci, quàm Reprobatio quæ in arcano Dei conſilio abſcondita eſt. Sed hîc de Prędeſtinatione hominum dicere propoſitum eſt.

VII. *Quot ſunt Prædeſtinationis gradus ſiue partes?*

Tres. 1. Ipſum Decretum in Dei mente de ſeruandis & reiiciendis hominibus.

2. Ipſius Decreti iſtius æterni per cauſas medias exequutio ſiue progreſſus.

3. Finis architectonicus longè præſtātiſſimus, ipſius nimirum Dei gloria, qui ſuam tum potentiam, tū miſericordiam

Sanè: nã qui eligit, non capit omnia [illegible] quia eligit quippiam inter duo vel plura, neceſſariò dicitur quæ non eligit repudiare: proinde quem Deus non recipit, reiicit, & quem præterit ſeu non eligit, reprobat.

2 Reprobatio ex Electione per regulã τῶν πρός τι intelligitur, vt ſi Reprobatio non ſit, nec ſit etiam Electio.

3. Scriptura manifeſtè Decretum Dei de reprobando confirmat, [a] Et vtramque ſubiicit decreto Dei Apoſtolus, 1. Theſſ. 1. 9. *Non*, inquit, *conſtituit nos Deus ad iram, ſed ad acquirendam ſalutem per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Nec durius eſt dicere Aliquos Prædeſtinatos eſſe ad exitium, quam, προγεγραμμένους εἰς τὸ κρίμα, vt loquitur Iudas 4. aut τεθέντας εἰς ὀργὴν, vt loquitur Paulus 1. Theſſ. 5. 9.

a Rom. 9. 22.
1 Pet. 2. 8.
Iuda 4.

XV. *Quid eſt Electio?*

Eſt Prædeſtinatio quorundam hominũ in Chriſto ad vitam æternam, ſua ſcilicet Deus volẽs manifeſtare gloriam gratiæ quæ, ex ſola εὐδοκίᾳ τοῦ θελήματος αὐτοῦ, bonitate & miſericordia conſtituit ex toto genere humano, peccato & morti obnoxio, certos aliquos homines gratis in Chriſto adoptare, efficaciter vocare, & iuſtificare, vt in ipſo ſint participes cœleſtis hæreditatis & vitæ æternæ. Et hæc Electio æterna eſt in Dei propoſito, cùm noſtri reſpectu demum dicamur eligi, cùm Deus ſuum propoſitum in nobis exequitur: vel, Electio eſt diuinæ voluntatis functio ſeu actus in ſegregandis à reliquo mundo per vocationem efficacem, iuſtificationem, & Sanctificationem iis, quos æterna vita ab æterno donare conſtituit.

XVI. *Quæ cauſa Princeps Electionis?*

Αἴτιον πρῶτον Deus: *Quicquid dat mihi Pater, ad me veniet, Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater traxerit eum,* Ioh. 6. 37. 44: & 17. 9. *Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt.* Eph. 1. 4. *Deus nos elegit.* Et Chriſtus quia non eſt alius Deus à Patre, ait *ſe nos elegiſſe*, Ioh. 15. 16. Et Spiritus ſanctus dixit, Act. 13. 2. *Segregate mihi Paulum & Barnabam ad opus ad quod vocaui eos.*

XVII. *Quæ eſt eius cauſa Efficiens Impulſiua ſiue* προκαταρκτική?

a Ierem. 8. ta, *faciat alios vaſa ad decus, alios verò ad dedecus* [a]: & volun-
1.2. & ſeq. tas Dei ſiue beneplacitum eius, quia *omnia ſapientiſsime*
Iſa. 64. 8. *efficit ex conſilio voluntatis ſuæ*, Eph. 1. 11. [b]. & Rom. 9. 18. *Cu-*
b Ioh. 6. 39. *ius vult miſeretur, & quem vult indurat.*
Act. 2. 23.

Cauſam hanc vnam nouimus. quòd ſi velit glorificari Dominus ſummè miſericors, & ſummè iuſtus: nã Scriptura ſupra hanc nullam aliam cauſam nobis proponit, & fides ſimul cùm Scriptura in hac vnica cauſa nos acquieſcere iubet, ita vt huius cauſæ causã quęrere. Cur ſic illi placuerit, temerariæ ſit audacię & impię curioſitatis [e].

e Rom. 9. 20
14. & 11. 33.

XI. *Quando cœpit hoc Decretum?*

Nõ tum demum poſtquam homines conditi fuerunt, aut peccare cœperunt, ſed ante iacta mundi fundamenta, i. ab æterno fuit Deo iſtud propoſitum [d].

d Matt. 25.
3.

XII. *Quale hoc Decretum?*

Eph. 1. 4.

1. Βάθος πλȣ́τȣ, profundum & admirandum.

2. ἀνεξερεύνητον. Inſcrutabile [e].

3. Reſpectu principij, æternum [f]. Sed & ratione finis æternum eſt.

e Rom. 11. 32.
33.
f Eph. 1. 4.

4. Et proinde ἀμετακίνητον, καὶ ἀμετάθετον, ἀμεταμέλητον, καὶ μὴ παλινάγρετον, i. firmum & immutabile, & infallibile, quia *quos Pater filio dedit, nemo poteſt è manibus illius eripere*, Ioh. 10. 28. & quia *voluntas Patris eſt ne vel vnus ex iſtis minimis pereat*, Matth. 18. 14. Hinc Paulus exclamat, *Nihil poſſe nos à charitate Dei*, qua ſcilicet nos in Chriſto dilexit, *ſeparare*. Rom. 8. 35.

XIII. *Quot ſunt ſpecies huius Prædeſtinationis Decreti?*

Duæ. 1. appellatur Electio ſiue Prædeſtinatio ad vitã.

2. Reprobatio, ſeu Repudiatio, ſeu Reiectio, ſeu decretum, ſeu Prædeſtinatio ad mortem: nam alios eligit ad vitam æternam alios verò præterit & reprobat [g]. Sed hæ duæ Prædeſtinationis ſpecies non minus in fine, quã in capite & origine concurrunt: caput enim vtriuſque eſt Decretum Dei: vtraque verò via quæ ab hoc veluti capite diffinditur, rurſus in extremo, nempe in Dei gloria concurrit.

g Rom. 9. 13.
18. 21. 22.

XIV. *Anne vt Electio, ſic etiam Reprobatio Dei decreto ſubijcitur?*

quam ex ſemetipſis [a]. Denique in quibus nihil eſt per naturam præter materiam mortis & damnationis æternæ [b].

4. Quia nulla eſſet cauſa cur diceret Apoſtolus, *Tu quis es qui Deo reſponſas* Rom. 9. 20. Potuiſſet enim reſpondere, Deum præuidiſſe vtriuſque merita, non tamē hoc dicit, ſed ad Dei iudicia & miſericordiā cōfugit: Nec eiuſdem exclamatio. Rom. 11. 32. *O altitudo*, &c. locum haberet. Vno enim verbo ſe expedire potuiſſet, alios Electos, alios Reiectos eſſe, propter opera quæ in vtriſque fore præuidit.

5. Quia tutior & certior eſt ſalus noſtra ex Dei electione, quàm ex noſtris operis operibus quæ perpetuò annexam habent dubitationem [c].

6. Quia ſequeretur fidem eſſe à nobis, non à Deo, aut nos priùs dilexiſſe & elegiſſe Deum quæ falſa & abſurda eſſe Scriptura demonſtrat [d]. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.*

7. Quia locus ille Rom. 9. 11. *Cùm nondum nati eſſent gemini*, Eſau & Iacob, *nec quippiam boni aut mali feciſſent vt ſecundùm Electionem propoſitum Dei firmum maneret, non ex operibus, ſed ex vocante, dictum eſt, Maior ſeruiet minori.* Vbi Apoſtolus Eſaui Reiectionem eliciens, ex eo quòd fratri addictus ſit in ſeruitutem. Electionem autem Iacobi, quòd factus ſit fratris, & quidem primogeniti, dominus, ſeruitutem Eſaui cum odio Dei, dominationem Iacobi cum Dei amore fuiſſe coniunctam, ex Malachia optimo Moſis interprete, cap. 1. 3. *Sicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi*, *Eſau autem odio habuit*: ſic vt neque vlla Iacobi probitas ipſius eligendi, nec vlla Eſaui reiiciendi cauſa haberi poſſit, euidenter iſtam fidei præuiſionem impugnat.

8. Quia nihil potuit in rerum natura eſſe boni, niſi poſuiſſet & ordinaſſet Deus.

9. Quia natura, cauſa efficiens, effecto ſuo poſterior eſſe non poteſt: eſt autem Electio cauſa fidei & bonorum operum: dicimur enim *Electi*, *vt ſimus ſancti*, Epheſ. 1. 4. *& inculpati*, non contrà, quia futuros nos tales præuidebat: pugnant enim inter ſe hæc duo, Habere pios ab Electione vt ſancti ſint, & ad eam ratione operum peruenire. Et Paulus apertè ſcribit 1. Cor. 7. 25. *Se miſericordiam conſequutum eſſe à Domino, vt fidelis eſſet.*

[a] 2. *Cor.* 3. 5.
[b] *Iob.* 18. 16. *Pſal.* 14. 2. *Ierem.* 10. 23.
[c] *Rom.* 4. 16
[d] *Ioh.* 3. 5 & 6. 37. & 8. 47. & 15. 16.

Intrinſeca eſt [illegible]m in Deo, mera videlicet ipſius Charitas, & ſola εὐδο[illegible] τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ, Eph. 1. 4. 5. Elegit *nos*, inquit, *antequam iacerentur mundi fundamenta, ſecundum beneplacitum voluntatis ſuæ.* Et ipſius gratuita dilectio, Ioh. 3. 16. Roman. 9. 13. Quo loco *Iacob* (inquit) *dilexi*, Sola Dei gratia & miſericordia & amor [a] 2. Tim. 1. 9. *Vocauit nos vocatione ſancta, non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum, & gratiam, quæ nobis data eſt à Chriſto ante tempora ſecularia.* Merum (inquam) Dei placitum, ſe ſolum reſpiciens, omnem autem aliam cauſam externam excludens, quæ ſit aut eſſe poſſit in hominibus [b].

a Ioh. 4. 10. 19.

Nempe igitur Electio nõ eſt eius qui velit, neque eius qui currat, ſed eius qui miſeretur Dei: vbi voluntatem vocat cogitationem & conatum animi, Curſum verò ſtudium bonorum operum, idque καθ᾽ ὑπόθεσιν: nemo enim per ſe vult, aut currit, ſed *Deus eſt qui efficit in vobis, & vt velitis & vt efficiatis pro bona & gratuita ſua beneuolentia*, Philip. 2. 13. Sic Eph. 1. 9. *Secundum propoſitum voluntatis ſuæ, quod propoſuerat in ſemetipſo*, ac ſi diceretur, Deum nihil extra ſe conſideraſſe, cuius rationem in decernendo aut eligendo haberet. Et cap. 2. 10. ad Titum 3. 5.

b Rom. 9. 16.

XVIII. *Annon ex noſtra fide, ſanctitate, dignitate, familia, aut operibus præuiſis à Deo, pendet noſtra Electio?*

Nequaquam. 1. Quia planè gratuita & in vnica Dei miſerentis gratia, certa eſt & firma ſalus noſtra, iuxta illud: *Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei*, Rom. 9. 16.

2. Quia laus & gloria Electionis noſtræ ſoli Deo in ſolidum debetur, *Elegit nos in laudem glorioſæ ſuæ gratiæ*, Eph. 1. 6. Haberent autem. Electi de quo gloriari poſſent, ſi præuiſa opera, fides, dignitas Deum mouerent ad aliquos eligendos.

3. Quia Deus nihil dignitatis aut boni in hominibus præuidere potuit, niſi quod Electionis ſuæ beneficio iam priùs largiri ſtatuerat, qui non conſuetudine & imitatione, ſed natura ſunt hoſtes Dei [c], & filij iræ [d]: mortui in peccatis [e]: inutiles vel ad cogitandum aliquid boni, quam

c Rom. 5. 19.
d Eph. 2. 3.
e Rom. 7. 10. Eph. 2. 2.

rantium & damnatorum Redemptor ſit, pro quibus nec mortuus eſt.

XXXIII. *Annon Chriſtus mortuus eſt pro omnibus?*

Sufficienter pro omnibus, aiunt Scholę, ſed efficaciter tantùm pro electis, & fidelibus. Si vim ſanguinis Chriſti reſpicias, ad Redemptionem omnium ſufficit: ſi verò propoſitum conſiliúmque Dei æternū, voluntatém que Mediatoris intuearis, ꝓ ſolis Electis mortuus eſt Ioh. 12. 15. *Animam pono pro ouibus meis*, inquit Chriſtus, & 17. 6. *Non rogo pro mundo, ſed rogo pro ijs quos dediſti mihi.* Ergo nec ſacrificium obtulit pro illo, eóque nec redemit. Et verſ. 19. *Pro iis qui credunt, & quos Pater mihi dedit, dedit meipſum ſanctifico*, Et Matth. 26. 28. *Sanguis meus qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.*

XXIV. *Annon vocatio & remiſſio eſt vniuerſalis, Matth. 11. 28. Venite ad me omnes qui laboratis?*

Eſt indefinita potiùs & quidem certarum circunſtantiarum reſpectu, vt gentis, & conditionis, ætatis, ſexus, & ſimilium, quibus Deus non mouetur vt hunc eligat.

Deinde nec Deus vniuerſaliter vocat omnes externè per prędicationem Euangelij, cùm multis nunquam innotuerit, nedum internè per vocationem efficacem.

Et quamuis generaliter omnes compellet vox Euangelij, rarum tamen eſt ſingulare fidei donum, eò quòd nō omnibus patefiat brachium Domini, Iſa. 53. 1.[a].

a Ioh. 1. 18. 13.

XXV. *Quomodo igitur conuenit, Deum ad ſe vocare quos ſcit non venturos?*

Reſpondet *Aug. de verb. Apoſtoli, Serm. 11. Diſputare vis mecum, Mirare mecum & exclama, O altitudo, Ambo conſentiamus in pauore, ne in errore pereamus.*

XXVI. *At ſic non erit ampliſſimū gratiæ regnū.*

Imò ampliſſimum ſimpliciter reſpectu ciuium, membrorum & partium illius regni: etſi præteritorum & repudiantium Euangelium reſpectu, *multi* dicuntur *vocati pauci verò Electi* Matth. 22. 14.

XXVII. *Annō ſic Deus perſonarū erit acceptor?*

10. Quia conſtans eſt Dialecticorum regula, *Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa cauſati*. Si igitur præuiſa fides & opera cauſa eſſent Electionis, eſſent etiam
a Rom.8.30. cauſa Vocationis & Iuſtificationis quæ ſunt Electionis ef-
b 2.Tim.19. fecta [a]. Sed contrarium docet Scriptura [b]. Ad Titum 3. 5. *Vocauit vocatione ſancta, non ex operibus noſtris, ſed iuxta propoſitum ſuum*. Et Rom.4.6. Deus imputat iuſtitiam ſine operibus.

XIX. *Eſt-ne Electio communis ſeu vniuerſalis omnium hominum, id eſt, An ſingulos homines Deus ſaluti deſtinauit?*

c Eph. 1. 3. 4. Non, ſed ſpecialis, quia non ſunt omnes Electi, nec benedicti in Chriſto [c]: nec fides eſt omnium [d].
d 2. Theſſ. 3.2.

2. Quia qui omnia capit, non eligit. Sed omnis Electio alicuius, vel aliquorum, ex relictorum numero ſit oportet, imò contradictio eſt inſulſa, & περιττολογία, dicere vniuerſalem eſſe omnium Electionem.

3. Scriptura indicat quendam eſſe cœtum reproborum: & Ioh.6.44. *Nemo venit ad me, niſi quem Pater traxerit*. Et Rom.9.18. *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat*, Et 11.7. Electi *aſſequuti ſunt, reliqui verò excæcati ſunt*.

XX. *Qualium eſt Electio?*

Immundorum & impiorum in conſpectu Dei. Elegit enim, *vt ſimus ſancti & inculpati*, Eph. 1. 4. Cùm autem elegerit ante mundi conſtitutionem, efficitur Deũ omnes homines futuros ante oculos ſibi propoſuiſſe, & quatenus futuri erant impij & maledicti, eos etiam ita conſideraſſe, atque ita quoſdam ex hominum cõmuni maſſa & colluuie, eóſque gratis pro beneplacito voluntatis ſuæ elegiſſe, aliis in peccato & maledictione relictis.

XXI. *Cur non omnes elegit Deus?*

Ne quæramus ſcrupuloſius, ſi errare nolumus, inquit Auguſtinus. Iuſtiſſimas tamen, ſed inperueſtigabiles huius conſilij rationes eſſe, ne dubitemus [e].
e Rom. 11. 33.

XXII. *Annon Chriſtus eſt omnium Redemptor?*

Minimè: cùm nec Pharaonis, nec Iudæ, nec Caiphe, nec Herodis, nec Iuliani, nec in ſumma omnium deſperantium adiungit Petrus, cùm proponit, *Patiens eſt erga nos*, aduẽtum differens tantiſper dum Electorum numerus impleatur, & omnes tempus opportunum habeant ſe ad Deum conuertendi.

XXIX. *Quid eſt Exequutio Prædeſtinationis.*

Eſt cauſarum ſecundarum ſeu mediorum omnium ordinatio, adhibitio, & applicatio, per quæ tanquam per gradus, Deus ad ſummi illius decreti finem perducit.

XXX. *Quotuplicia ſunt illa media?*

Duplicia. 1. Alia ſunt communia tum electis tum reprobis quibus electi & reprobi exequantur: alia vtriſque propria & ſpecialia, quibus Electi à reprobis diſcernuntur.

Communia ſunt tria, nempe creatio hominis maris & fœminæ in recto ſtatu, id eſt in iuſtitia & ſanctitate [a], ſed *mutabili*, Solus enim Deus inmutabilis eſt.

2. Lapſus hominis, quo peccauit fœdiſſimè, qui & ſine ordinatione & voluptate Dei non potuit euenire, vt eius miſeria miſericordiæ, culpa verò iuſtitiæ Dei locum daret (neque enim quicquam, neſciente, vel inuito ac nolente Deo, vel temere euenire dici poteſt, à cuius voluntate ne paſſerculi quidem excipiũtur, Matt. 11.29.) tamen ſpontaneus ac voluntarius fuit: & proinde lapſus Adami culpa tota in ipſius voluntate libera, & minimè coacta, hæret, qua ſerpenti magis quàm Deo obtemperauit, non in nuda & ſola Dei voluntate. Vnde illud Prudentij ſcitiſſimè dictum.

a *Gen.* 1.26. *Eccleſiaſt.* 7.29.
b *Malach.* 3.6.
Iacob. 1. 17.
c *Gen.* 3.1.2. *& ſeq.*

Nemo nocens, ſi fata regunt, quod viuitur & fit:
Imò nocens, quicunque volens, non quod licet, audet.

3. Propagatio iſtius peccati, id eſt reatus & pœnæ ab Adamo in ſingulos homines: nihil enim mũdum de immũdo naſci poteſt [d]. Ex quo fit vt *omnes* homines *naturâ*, non imitatione & conſuetudine ſint *filij iræ*, Eph. 2.3. Cùm enim Deus, antequam humanum genus conderet, iam tum in electorum ſalute conſtituiſſet inſigne miſericordiæ ſuæ ſpecimen edere, itémque in Reproborũ cõdemnatione, iuſtum ſuum iudiciũ oſtendere, neceſſe fuit vtroſque ſub peccato includi, vt nimirum credentiũ miſereretur, & contrà, vt iuſtæ donationis argumentum in

d *Iob.* 14. 4. *Pſal.* 51.7. *Rom.* 5. 14.

Nequaquam, quia alioquin in omni beneficentia, in qua vnus alteri præfertur, ineſſet vitium προσωποληψίας, quod eſt falſum: nam licet nobis de noſtro cui volumus benefacere, huic potius quàm illi. [a] Adhęc acceptio perſonarum admittitur, cùm mouemur ad dandum aliquid aut iudicandum, ex circunſtantiis & conditionibus inhærentibus perſonæ, quæ ad cauſam non faciunt: vt ſi iudex ex duobus pariter nocentibus, alterum, quia diues eſt, aut affinis, aut conterraneus abſoluit: quod in Deum non poteſt cadere: ille enim tales conditiones in hominibus non inuenit, ſed ponit quales vult.

a Matt. 18. 15.

XXVIII. *At vult Deus πάντας, omnes homines, ſaluos fieri, & ad veritatis cognitionem venire,* 1. *Tim.* 2. 4?

Nihil obſtat, hoc enim de generibus ſingulorum hominum, non de ſingulis generum intelligitur. 1. vult igitur Deus, ex quouis hominum genere & ordine aliquos fieri ſaluos, Eos videlicet qui ad cognitionem veritatis veniunt, id eſt omnes qui credunt in filium Dei [b].

b Marc. 16. 16. Ioh. 3. 18.

2. Ipſa vniuerſalis experientia, cui non reclamat Dei voluntas, euincit ſolos fideles homines ſeruari.

3. Omnia quę vult Deus, eadem & facit [c], Atqui non ſeruat omnes homines, ſed tantùm ſuos fideles: Nó vult igitur ſine diſcrimine omnes homines ſaluos fieri.

c Pſal. 115. 3.

4. De ſimilibus ſimile iudicium: At in his dictis, de ſaluandis, vniuerſalis reſtringitur ad fideles, Ioh. 15. 16. *Vt quiſquis, πᾶς, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Et cap. 1. 16. *Ex plenitudine eius omnes accepimus,* 1. Cor. 15. 22. *In Chriſto omnes viuificabuntur.* Et verſ. 28.. *Deus erit omnia in omnibus.* Et cap. 10. 23. *Omnia mihi licent, at omnia non expediunt.* Et verſ. 33. *Ego per omnia omnibus placeo,* 1. Tim. 4. 10. *Speramus in Deo viuo, qui eſt ſeruator omnium hominum, maximè fidelium.* Ergo ſimiliter in hoc dicto, *Qui vult quoſuis homines ſaluos fieri,* intelligamus omnes credentes, tum Iudæos, tum Græcos, tum priuatos, tum Magiſtratu fungentes, tum viros, tum mulieres tum ſeruos, tum liberos, tũ plurimorum, tum pauciorum peccatorum reos, non autem omnino ſingulos homines. Sic *non vult vllos perire, ſed omnes ad Reſipiſcentiã tendere,* 2. Pet. 3. 9. id eſt, Electos: Quibus ſe

filius ἀπάτωρ ϗ ἀμήτωρ.5. Et idem Chriſtus nobis Iudex & Aduocatus.

Secundum medium eſt vocatio efficax ex Spiritus inſpiratione ad veram Pœnitẽtiam, & agnitionẽ Chriſti[a], *Ordinaria* quidem adultorum, per Euangelij prædicationem: Extra ordinaria verò, veluti infantum electorum vt Iohannis Baptiſtæ in vtero matris[b] & ſurdorum quorundam, medio nobis incognito.

Tertium mediũ fides in Chriſtum, ſeu applicatio Chriſti per fidẽ, ex qua ſequitur noſtra cũ eodẽ coniunctio, arctiſſima, vnio, incorporatio, cõmunicatio, & in eo inſitio[c].

Ex his ſequũtur tria effecta, *Iuſtificatio* corã Deo, quę in imputatione, iuſtitiæ Chriſti cõſiſtit: *Sanctificatio*, qua Electi Sp. Sancto donati renouantur Spiritu mentis, & noui homines efficiuntur qui efficit etiã bona opera per ipſos quę Deo grata & accepta ſunt propter Chriſtũ: & *Glorificatio*, per eundem Chriſtum: quæ eadem Dei Prædeſtinatio ordinauit ab æterno, illa verò ex mera ſua gratia, & vnũquodque eorum, quo libuit tempore modò ſeriùs modò tardiùs applicat efficaci Euangelij prædicatione vnicuique Electo, prout ipſe Deus ſapientiſſimè & miſericordiſſimè vult & decernit.

Atque hæc eſt illa ſalutis catena verè aurea, & nexus inſolubilis, qui deducit à ſuprema cauſa per media ordinata & applicata, ad effectum vltimum. Sperari igitur nõ poteſt finis ſine mediis ad finem, nec finis à mediis ſeparari debet, nec ab extremo vno ad alterum extremũ præteritis mediis excurrendum eſt.

XXXII. *Quis eſt finis proprius Electionis?*

Remotus & vltimus Dei eligentis reſpectu, eſt gloria ipſius ſiue laus, & declaratio miſericordiæ eius, Rom. 9. 23. *Vt notas faceret diuitias*, id eſt magnitudinem immenſam, *gloriæ ſuæ erga vaſa miſericordiæ, Quæ præparauit ad gloriam*, Eph. 1. 6. *Elegit nos ad laudem glorioſæ gratiæ ſuæ, qua nos gratos ſibi fecit in dilecto.* Et verſ. 12. *Vt ſimus laudi gloriæ ipſius.*

Noſtri verò reſpectu. 1. Propinquus ſeu ſubalternus, vt ſimus Sancti, Eph. 1. 4. & 2. 10. *Illius ſumus opus, conditi ad bona opera, quæ præparauit Deus, vt in illis ambularemus.* Et Rom. 8. 29. *Vt ſimus conformes imagini Dei*: Vltimus,

[a] *Rom.* 8.30.

[b] *Luc.* 1. 44.

[c] *Ioh.* 15. 5. & 17. 21. *Gal.* 3. 27. 28 *Eph.* 3. 6. 1. *Ioh.* 1. 3. *Rom.* 11. 17.

his inueniret, quibus nec credere, nec myſteria intelligere datum eſt, Matth 13.11.

Ex his igitur generis humani ruinis, Deus ſapientiſſimus alios ſibimet ſeparare, eligere tanquam vaſa miſericordiæ ſuæ adducere ad vitam decreuit: alios verò in corruptione relinquere, & tanquam vaſa ſuæ in peccati iræ, ad punitionem reſeruare: idque tanta ſapientia vt tota ſalutis Electorum laus ad Dei miſericordiā in ſolidū referatur: tota verò damnationis reproborum culpa in ipſis hæreat.

XXXI. *Quæ ſunt media propria & peculiaria à Deo Electis ordinata?*

Sunt ſex, quæ ad Electionem ſiue Prędeſtinationem Electorum relata propriè ſunt eius effecta inter ſe verò inuicem, & ad finem Electionis collata, tum cauſæ, tum effecta dici poſſunt. Ac tria quidem habent ſe inſtar cauſarum mediarum, tria verò inſtar effectorum.

Primum medium eſt Chriſtus, non quatenus λόγος ſimpliciter, Patri ὁμοούσιος & per omnia æqualis (ſic enim eſt cauſa primaria, non ſecundaria, cum Patre & Spiritu Sancto, Electionis noſtræ. Ioh. 15.18. *Scio quos elegerim*: ſed quatenus Mediator in quo eligeret, ſecundùm illud Apoſtoli, *In ipſo electi ſumus, priuſquam fundamenta mundi iacta fuiſſent*, Eph. 1.4. & per quem, Electis applicatum, tū peccata remitteret Deus, tum iuſtitiam perfectam imputaret: quo nomine Chriſtus ipſe ὡρισμένος definitus, ſeu prædeſtinatus dicitur, Act 17. 31. *& præſcitus quidem ante iacta mundi fundamenta: patefactus verò vltimis temporibus propter nos*, 1. Petr. 1.20. Itaque Pater filium ſuum ordinauit, vt in Perſonæ ſuæ vnitatem naturam humanam aſſumeret, qui pro Electorum ſatisfactione pateretur & moreretur, vt redimeret eos ab iniquitate, & pro eorum Iuſtificatione reſurgeret [a]. Denique qui Electis, eum ſibi per fidem applicantibus, eſſet *ſapientia, Iuſtitiáque, ſanctificatio, & redemptio*, 1. Cor. 1.30. In quo medio diligendo ac conſtituendo, inquit Bernardus, iſta omnia Dei miracula ſimul concurrunt, Iuſtitia Dei tum Miſericordia in ſuos Electos, tum Iuſtitia in puniēdis in Dilecto eorū peccatis. 2. Vna & eadem perſona Chriſti, Deus & homo 3. Vna & eadem fœmina Mater & virgo. 4. Vnus & idem filius

[a] Rom. 4. 25 ad Titum 2. 14 & 3. 7.

quibus datur conuerſionis gratia, reſtringendam eſſe apparet. Quod item Chriſtus, Matth. 23. 37. dicat, *Quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti*, de externo miniſterio loquitur, & quatenus ipſe in genere fuerat huic genti ſeruandæ promiſſus, & de ea etiam peculiariter ſollicitus.

XXXVI. *Annon præuiſa peccata, vt Incredulitas &c. ſunt cauſæ Decreti cur quis reprobetur?*

Non: ſi enim peccata eſſent cauſa Reprobationis, nullus electus eſſet, cùm Deus omnes homines peccatores eſſe præuiderit. Sed ſolum Dei propoſitum volūtas, quæ in quouis ipſius opere, & iuſta eſt, & vnica omnis iuſtitiæ regula. Itaque illa neque reprehendi, neque accuſari à nobis meritò poteſt[a]: Nam in dictis Ioh. 3. 18. *Qui nõ redit, iam iudicatus eſt.* Et 16. 9. *Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato, quia non credunt in me.* Et Marc. 16. 16. *Qui non crediderit, condemnabitur*, Chriſtus non ſtatuit incredulitatẽ eſſe cauſam decreti Reprobationis, ſed executionis eius, ſeu damnationis & iudicij.

a Iobi 39. 35. Pſal. 119. 39. Iſa. 45. 9. Rom. 9. 20.

XXXVII. *Annon ſi ſola eius voluntas Reprobationis cauſa ſtatuitur, Iniuſtitiæ nota Deo inuritur?*

Minimè: nam cùm de hac ſuprema Dei voluntate agamus, quæ rerum omnium cauſas ordinat, non eſt dicendum, oportere priùs aliquid eſſe iuſtum, quàm Deus illud velit: ſed contra, oportet Deum priùs aliquid velle quàm ſit iuſtum: adeò enim ſumma eſt iuſtitiæ regula Dei voluntas, vt quicquid vult, eo ipſo quod vult, iuſtum habendum ſit: ſed altior eſt diuinæ iuſtitiæ ratio, quàm vt vel humano modo metienda ſit, vel ingenij humani tenuitate poſſit comprehendi[b]. Et, vt in omnes creaturas, ita in hominem ſummam & liberrimam obtinet proprio ſuo iure poteſtatem, ſicut figulus in lutum[c], vt ne iniuſtus quidem futurus fuerit, Deus ſi nullum ad ſalutem prædeſtinaſſet, cùm ipſe nemini ſit debitor, & omnes filij iræ naſcamur.

b Rom. 11. 33.

c Rom. 9. 20. 21.

2. Inter Decretum, ſeu arcanam illam & irreprehẽſibilem Dei voluntatem de quibuſdam Reprobandis, &

a Col. 1.12. 13. 2. Theſſ. 2.13 14. Act. 13.48. Rom. 9.23.

Salus, vita & glorificatio noſtra a.

XXXIII. *Quæ nota Electionis?*

Notæ ſunt multæ quarum fons eſt vera in Chriſtum fides per Charitatem efficax ex quibus ſpiritualis vita certò dignoſcitur, ac proinde noſtra electio, ſicut vita corporis ex ſenſu & motu percipitur.

XXXIV. *Quid eſt Reprobatio?*

Diuinæ voluntatis functio quædam in abiiciendis & repudiandis iis qui ad mortem prædeſtinati ſunt. Vel, Eſt Prædeſtinatio, qua Deus abſque vlla iniuſtitia ab æterno conſtituit quorundam in Adamo corruptorum non miſereri, & eos ſibi relictos morti propter peccata, & iudicio æterno adiudicare, vt in his tanquam vaſis ignominiæ coagmentatis ad interitum (quod dicitur non ratione euentus, ſed conſilij cùm particula εἰς non euentum duntaxat, ſed ſcopum & conſilium declaret) notam facere gloriam, tum iuſtitiæ, tum potentiæ ſuæ b. Prouerb. 16. 4. *Dominus fecit omnia propter ſeipſum, etiam impium ad diem malum* c.

b Exod. 9. 16.
c Rom. 9.17. 21.22.
1. Iudæ 4. 2. 8. Pet.
Apoc. 17.8. & 20.15.

XXXV. *Quæ cauſa Efficiens Reprobationis?*

Deus, qui ſicut nos elegit, iuxta θέλειν ſuæ voluntatis ita reprobos reprobauit iuxta θέλησιν ſiue βούλησιν, pro ſua iuſta voluntate, quæ ordine omnia antecedit: nam *cuius vult miſeretur*, ſic *quem vult indurat*. Nec enim idem verbum θέλειν aliter in poſteriore quàm in priore membro explicandũ eſſe, ſed cùm contraria cõtrariorum ſint conſequentia, ſi piè & verè de Deo dicitur, quod nemo negat, *Miſeretur cuius vult miſereri*, Exod. 33.19. certè verè & piè dixit Paulus, *Quem autem vult indurat.* Et Eph. 1.11. *Deus omnia facit ex conſilio voluntatis ſuæ.* Idem ipſum vox Electionis euincit, Etenim, Cuius eſt quoſdam eligere, eiuſdem eſt alios non eligere, ſed præterire, ſeu reiicere: neque enim Electio quorundam dari poteſt citra reiectionem ſeu præteritionem, nec reiectio ſeu præteritio citra aliorum Electionem.

Et quod dicitur Deus Ezech. 18. 23. *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat*, indefinitam eſſe Enunciationem, quæ ab vniuerſali plurimum differt, & ad eos

quibus

XXXIX. *Quæ ſunt exequutionis decreti Dei peculiaria de reprobandis hominibus media?*

Numero itidem Sena. 1. Peccatum actualium infinita ſoboles.

2. ἀπιστία, infidelitas, ſiue alienatio & ſeparatio à Chriſto.

3. Deſertio, ſiue nulla aut ineſſicax per verbi prædicationem vocatio, aut ad vocationem interna reſponſio: nam nec ſingulis hominibus, & omni æuo prædicatum eſt Euangelium, nec etiam nunc toto orbe prædicatur, nec ſingulis datum vt credant Matth. 11. 25. verſ. autem 28. compellantur omnes qui laborant & onerati ſunt, id eſt ſub peccatorum onere fatiſcunt, quod iis tantum cōuenit qui ſe peccatores agnoſcunt & ad Chriſtum confugiunt.

4. Pertinacia, ſiue induratio, & excæcatio in peccatis.

5. Hinc eſt perpetua Dei auerſatio, contemptus & progreſſio ex peccato in peccatum[a].

6. Tandem iuſtiſſima eorum condemnatio inde ſequitur: *Iuſtus eſt igitur Dominus tuus, & recta omnia iudicia eius*, Exod. 7. 3. 22. 23. & 9. 27.

XL. *An ſicut fides & alia media ſalutis decreto Electionis ſubijciuntur, ſic exequutio Reprobationis, ſeu malorum mediorum ordinatio, decreto Dei ſubijcitur?*

Etiam, & non: quia Decretum Dei dupliciter dicitur, ἁπλῶς, & κατά τι Decretum ἁπλῶς vocatur, cum Deus vult aliquid & approbat ſimpliciter, cuius eſt ipſe efficiens cauſa verè, propriè, ac præcipuè ſuo tempore; vnde etiam decretum ἐνεργητικὸν, effectiuum vocari poteſt, cuiuſmodi eſt decretum ſalutis Electorum, & bonorum omnium mediorum quæ tendunt ad ſalutem, vt creationis, vocationis efficacis, fidei, iuſtificationis, & ſanctificationis, vnde Deus Oſeæ. 13. 9. *Salus tua ex me.* Deinde, Subſtantiæ, (vt ita dicam) omnium actionum, & Quæ-

E ij

---

[a] Exod. 8. 15. & 9. 34. 35. 2. Par. 36. 13. Act. 7. 42. 51. & 13. 46.

humani generis corruptionẽ, quæ vera & prima eſt dãnationis Reproborum origo, volũtas primi illius hominis intercedit, quæ cùm bona eſſet creata, ſponte ſeſe deprauauit, ideóq; iuſto Dei iudicio ad eos perdẽdos, quos ſua miſericordia non dignatur, aditum patefecit.

Adhæc, etſi nemo damnatur, niſi quem Dominus reprobauit, tamen nemo damnatur, niſi qui iuſtas damnationis cauſas, in ſeſe habere comperitur. Ergo iuſtiſſimũ eſſe hoc decretum liquet, ex mediis & gradibus tum cõmunibus, tum propriis, per quos reprobi progrediendo, cauſa ipſi ſibi ſunt iuſtiſſimæ condemnationis, ita vt nullos niſi ſeipſos poſſint accuſare. Alia enim eſt, vt docet Auguſtinus, Reprobationis, alia damnationis hominum cauſa. Et ſi ergo peccata non ſunt cauſæ Reprobationis, quæ fuit ab æterno, ſed iuſta Dei voluntas, ſunt tamen cauſa damnationis, quæ ſequetur vltimo tempore.

Nec propter reprobationem ſimpliciter, ſed propter impietatem & incredulitatem damnantur Reprobi, id eſt damnationis eorum qui pereunt, cauſa non eſt illud Dei decretum, ſed natiua illorum corruptio, & eius corruptionis fructus, à quibus Deo placet ſolos ſuos ſaluti prædeſtinatos eximere, vt prorſus ineptè faciant qui reprobationis decretum cum damnatione confundunt, cum huius cauſa ſit manifeſta, nempe peccatum: illius verò, ſola Dei voluntas. Neque etiam quos Deus reprobat, malos propterea efficit, aut malitiam in eos infundit, ſed æquiſſimo ſuo quamuis occulto & inſcrutabili iudicio, iis miſericordiam non largitur, quam dat Electis. Ipſi verò ſponte & propria malitia peccant, & propterea puniuntur, iuxta illud, *Perditio tua ex te Iſrael, Ex me autem ſalus tua*: Oſeæ 13.9.

XXXVIII. *Quæ ſunt communia media Reprobationis?*

Illa ipſa de quibus antè dictum eſt, nimirum *creatio* in integritate & iuſtitia: neque enim homines Deus creauit in peccato. Ita enim peccati author fuiſſet, quod abſit. 2. *Lapſus* hominum qui ſponte & liberrima voluntate defecerunt, deficiendo Deum offenderunt. 3. *Corruptio*: quam ſeipſos corruperunt, & ſic iudicium ac exitium ſibi ipſis ſuapte culpa attraxerunt[a].

[a] Prou. 1.22. Eccleſiaſtæ 7.30.

mala ſint:non ſinit autem nolens vtique,ſed volens, &, vt idem verè & ſcitè dixit,*Non eueniat præter ipſius voluntatem, id etiã quod eſt contra eius voluntatem.*

XLI. *Quis finis Reprobationis?*

Reproborum quidem iuſta condemnatio,Dei verò reſpectu,gloriæ,iuſtitiæ,& potentiæ ipſius declaratio[a].

[a] Exod. 9. 16. Rom. 9 17. & 22.

XLII. *Qua ratione praxis & applicatio doctrinæ de Prædeſtinatione.ſiue à Paſtoribus, ſiue priuatim à ſingulis eſt inſtituenda?*

1. Cauendum ne ab extremo ad alterum, velut à decreto ad ſalutem, vel condemnationem:aut contrà,præteritis mediis & cauſis propinquioribus ſalutis aut exitij excurramus.

2. Quẽadmodum Deus à ſummo & ęterno Decreto per inter medios gradus,ſiue media quæ effecta ſunt illius decreti,ad nos deſcendens ſuam gloriã & miſericordiam patefacit:ſic nos per illos ipſos gradus & effecta (ordine effectorum ſeruato) regrediendo aſcendamus ad certitudinem Electionis noſtræ, quam in vnica Dei miſericordia fundatam eſſe firmiſſimè deprehẽdemus.

XLIII. *Quis ordo applicationis eſſe debet?*

Analyticus,nempe vt quiſque qui Electionis ſuæ declarationem quærit, non à ſummo illo gradu, id eſt ab ipſo Dei arcano propoſito, extra Chriſtum & vocem Euangelij in Eccleſia perſonantem incipiat: alioquin futurum eſt vt illam immenſam Dei lucem non ferat :ſed prorſus contrario ordine,ab imis gradibus auſpicetur ita vt ab effectis, videlicet à vocatione per Chriſtum, eiúſque auditione initium faciat, iuxta dictum Rom. 8. 30. *Quos elegit,hos vocauit*,ſenſim ad primariam illam noſtræ ſalutis cauſam perueniat:vbi demum firmo ac ſolido aduerſus omnes tempeſtates inuento remedio, tanquam in portu acquieſcat,hoc modo.

Scrutetur diligenter an verbum Dei ex animo audiat, & eo probè afficiatur,tum erga Deum, tum erga proximum.(Eſt enim hoc Regenerationis,& Sanctificationis litatum, tam bonarum quàm malarum, Deus author eſt & cauſa. Aliud enim actio eſt per ſe, aliud actionis vitiũ, ſeu vitioſa qualitas.

Decretum autem [illegible] vocatur, cùm Deus decernit, & vult aliquid permittere vt fiat, ideóque etiam ſuo tempore fit: ſed non ipſe verè efficit, ſed permittit vt fiat à malis Inſtrumentis, non quaſi otioſè & è ſpecula res hominum ſpectet, ſed tanquam omnium moderator. Paulus enim aſſerit quòd Deus concitauerit Pharaonem, & quos vult induret, Rom. 17.18. Deus enim otioſus Deus non eſt, nec item Deus omnipotens qui inuitus aliquid ſinit. Vnde etiam hoc decretum permiſſiuum, ſeu moderans, & diſpenſationis, nominari poteſt. Et huiuſmodi decretum eſt malorum omnium mediorum quæ tendunt in interitum, vt lapſus hominis, Indurationis, & ſimilium: non enim fiunt Deo inuito & ignorante, quoniam hoc pacto Atheiſmum ſeu Epicureiſmum neceſſariò ſequi oporteret, ſed quorum omnium voluntas hominis eſt primaria efficiens; vnde iure illud, *Perditio tua ex te Iſrael*, Oſeæ 13.9. Et tamen Decreto ſubiiciuntur, quia etſi non per Decretum, tamen non præter Decretum, neque abſque Decreto fiunt, & quorum cauſa deficiens, non autem efficiens in Deo ſtatuitur. Sicut enim fidem Deus creat in iis qui credunt, ita, Deo voluntatem deſerente, peccatum humanum genus inuaſit. Sicut Sol diem efficit per ſe, & propria ſua luce, quando exoritur & ſplendet; noctem quoque efficit, ſed per receſſum lucis ſuæ & terræ opacitatem. Præterea non eſt decretum permiſſionis malitiæ, quâ malitia eſt, ſed quã rationem bonitatis habet. Nam ſi decretum Dei ſpectes, ipſum malum habet rationem boni, etiamſi in ſe malum eſt: quod enim decreuit Deus permittere, & quod permittit, ob aliquem bonum finem, vt illuſtrationem gloriæ & ſuæ iuſtitiæ id facit. Quamobrem reſpectu Dei, qui decernendo permittere, & permittendo finem bonum perpetuò intuetur, tenebræ luci ſubſeruiunt, & malitia illa quæ tota eſt à malo inſtrumento in bonitatem, vtpote peccati pœnam & gloriæ diuinæ medium, conuertitur, vt illud Auguſtini παράδοξον ſit veriſſimum, *Bonum etiam eſſe vt mala ſint, quoniam alioquin non ſineret Deus vt*

mala

bum Dei recipiunt, eorum quidem numerus maximus eſt, ſi is per ſe conſideretur. At comparatè, ſi ſeruandorum numerus pereuntiū numero opponatur, tum ſanè horum numerus, Chriſto Iudice, maior eſt[d].

XLVII. *Anne renati de ſua ipſorum Electione certò per fidem pronuntiare, & de hac in Domino glorificari poſſunt?* a Matt.18 16.

Poſſunt & debent.

1. Quia ſe Iehouæ Chriſti gentem Electam & peculium eſſe gloriabuntur, Iſa.44.5.

2. Præſciti, prædeſtinati, nec à Charitate Dei ſeiungi poſſunt, Rom.8.29.30.31.35.38.

3. Quia cum aliis fidei conſortibus nos confirmat in Chriſtum, vngit, & obſignat Deus per Spiritum Sanctum.

4. Quia filius neminem ſuorum eiicit foras, Ioh.6.3. nec patitur vnicam ouem ſibi eripi, Ioh. 10 28.

5. Quia nobis certò & firmiter credendum eſt in Deū Patrem, in Ieſum Chriſtum, in Spiritum Sanctum, eſſe ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, remitti nobis peccata per & propter Ieſum Chriſtum, & certò promiſſam reſuſcitationem carnis, & vitam æternam.

6. Quia decretum Dei irritum fieri non poteſt. Hinc conſolatio 1. Ioh.3.14. *Scimus nos tranſlatos eſſe ex morte ad vitam.* & verſ.21. *Si cor noſtrum nos non condemnet, fiduciam habemus apud Deum.* Et c.5.19.20. *Scimus nos eſſe ex Deo. Scimus Filium Dei veniſſe & dediſſe nobis mentem, vt cognoſcamus illum qui verax eſt.*

XLVIII. *Annon Electi perire poſſunt?* b Matt.24. 24.

Ne ſeduci quidem finaliter[b]. 1. Quia *benedicti Patris quibus paratum eſt regnum ante iacta mundi fundamenta*, Matth.25.34.

2. Et *Voluntas Patris eſt ne pereant dati filio*, Ioh.6.39.

3. Sunt filio commiſſi. Ioh.17.12.

4. Virtute Dei cuſtodiuntur per fidem, 1. Petr.

5. Et illis datur fides & perſeuerantia ad finem, Act.13. 48. Philipp.1.6.

effectum. Inde ad fidem, an ſentiat ſe in Chriſto eſſe per fidem, ſeu an in Chriſtum credat. A fide ad iuſtificationē, à iuſtificatione ad efficacem vocationem progrediatur. Ex quibus Dei donis, ſi ea adſint, certiſſimum de Electione ſua fidelis quiſque facere iudicium poteſt [a]. Nō enim magis certa ſunt vitæ animalis τεκμήρια, motus & ſenſus, quam Electionis noſtræ documenta certa ſunt, fides, Spes, Charitas.

a Ioh. 1. 12. Eph. 1. verſu. 4. 5. 1. Pet. 1. 20. 21. 22. 23.

Adeſt præterea in filiis Dei ſingulare Spiritus ſancti teſtimonium teſtificantis Spiritui noſtro nos eſſe filios Dei, per quem Spiritum intrepidè *clamamus Abba Pater* Rom. 8. verſ. 14. 15. ad Gal. 4. 6. *Quod ſi filij, Ergo hæredes Dei, & coheredes Chriſti*, ac proinde ab vltimo ad primum, prædeſtinati ad vitam. Accedunt his καὶ τὰ ἔξω, velut σύστοιχα, verbi Dei auſcultatio, & Sacramētorum obſignatio, quibus ſecundas tribuimus.

XLIV. *Quid ſi verò quis hæc fidei, Spiritus, & Regenerationis Effecta in ſe nondum ſenſerit, aut languida ſenſerit, An propterea ſtatuet ſe eſſe ex reproborum numero, aut de ſalute ſua deſperabit?*

Nequaquam, quin potiùs ad Verbum & voluntatem Dei in eo reuelatam confugit, vt ei obediendo ſalutem conſequatur[b], nec cuiquam deſperandum eſt de miſericordia Dei, quandiu non peccat in Spiritum ſanctū, cùm alij aliis tardiùs à Deo efficaciter vocētur, quod celebre illud Latronis in cruce pendentis exemplum oſtendit[c].

b Rom. 10. 8. 14. 15. 1. Cor. 11. 24. 25.
c Luc. 28. 40. 41. 42.

XLV. *Eſt-ne certus numerus tum Electorum tum Reproborum?*

Apud Deum quidem, non apud nos, Ioh. 13. 18. *Scio quos elegi.* Tim. 2. 19. *nouit Dominus qui ſint ſui*, & per conſequēs qui non ſint ſui.

XLVI. Εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι, *Luc. 13. 23. ſeu, eſt-ne maior Electorum quàm Reproborum numerus?*

Cùm pauci ſint qui inueniant viam vitæ[d], & quartum tantum genus ſit eorum qui honeſto & puro corde verbum

d Matt. 7. 13. 14.

dium innocentis & probæ vitæ cerni non poſſit, niſi ex Electione, non eſſent de numero reproborum, ſed Electorum.

LI. *Quis vſus & fructus huius Doctrinæ?*

I. Facit ad confirmationem fidei de Deo, neque enim Deum verè agnoſcit, qui non potiſſimum, Omniſcium, omnipotentem, & immutabilem in ordinandis à ſe rebus creatis agnoſcit. 2. Ad certitudinem & ſolidam fiduciam ſalutis noſtræ, quia non à nobis aut aliqua cauſa mutabili, ſed ab æterno & immutabili Dei beneplacito pendet.[a] 3. Valet ad conſolationem aduerſus furores filiorum huius ſeculi, & paucitatem credentium, vt Chriſtus Matt.11.26. & cap.13.14.[b] Propterea non poterant credere quia, dicit Eſaias, Excęcauit oculoſ eorum, non quaſi Deus vitium excæcationis infundat, ſed quia iuſtus Iudex illos gratia ſua deſtitutos tradit Satanæ, & ſuis cupiditatibus magis ac magis excæcandos, Et Paulus Rom.11.18 hanc doctrinam vſurpauit.

[a] Rom. 8. 21. & ſeq. 2.Tim.2.19.

[b] Ioh. 12. 39.

II. Aduerſus tentationem & omnia ignita tela Satanæ, certò ſtatuendo nullam rem creatam poſſe nos ſeparare à charitate Dei, Rom. 8.38, Item aduerſus omnem afflictionem, quia omnia tã proſpera quàm aduerſa conferunt ad bonum iis qui ex propoſito Dei vocati ſunt, Rom.2.8.28.

III. Ad inſtitutionem, videlicet. 1. Ad agnoſcendã bonitatem Dei ſingularem erga nos, qui nos indignos è turba perditorum eligere, & ad gloriam cœleſtem deſtinare dignatus eſt, Rom.1.25. 2. Ad humilitatem, & piam ſollicitudinem in nobis excitandam. 3. Ad gratitudinem, vt gloriam ſalutis noſtræ ſoli Deo tribuamus, & infinitã eius benignitudinẽ erga nos celebremus, corde, ore, opere qui nos in nobis perditos ex mera gratia in Chriſto Filio ſuo ſeruarę voluerit.[c] 4. Et vt in nobis vocationem & Electionem noſtram bonis operibus firmam efficere ſtudeamus, 2 Petr.1.5. Iuſtus eſt qui facit iuſtitiam, & qui iuſtificatus eſt, idem vocatus eſt, cùm iuſtitia ſit per fidem: *fides* autem *ex auditu*, qui porrò vocatus eſt, *electus* eſt *ex Dei propoſito* verſ. 10. Adhæc, *Elegit*, enim *nos in Chriſto*. Eph.1.4. vt ſimus ſancti & inculpati coram Deo, & id-

[c] Eph.1.3. 1.9.

6. Denique propoſitũ Dei eſt ἀμετακίνητον. 2. Tim. 2.16.

XLIX. *Atqui nonnulli videntur deleri poſſe de libro vitæ ex loco Exod. 32. 32. Dele me de libro vitæ, & Pſal. 69. Deleantur è libro vitæ?*

Fallacia eſt figuræ dictionis. Eſt enim loquutio Moſis partim hyperbolica & exſtatica, animi in ſalutem electi populi tantùm intenti: partim hypothetica, ſi videlicet id fieri poſſet, qualis & illa Pauli Rom. 9. 3. *Optarim fieri anathema à Chriſto pro fratribus meis.* Tanti apud eos erat Dei gloria & charitas in ſuos. Et Pſalm. 69. figuratè loquendo Propheta nihil aliud orat quam vt hypocritæ qui filij regni δόξα id eſt, ſuo & alieno errore viſi ſunt, & ὁμωνύμως inſcripti dicuntur, quòd non pertinent ad cœtum Electorum, & ideo ſubiicit, *cum iuſtis non ſcribantur.* De quibus 1. Ioh. 2. 19. *E nobis egreſſi ſunt, ſed non erant ex nobis:* nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum, ſed hoc factum eſt vt pateſieret non omnes eſſe ex nobis.

L. *Quid verò, Annon ex doctrina de Prædeſtinatione ſequitur, nihil referre quomodocunque quis viuat, cùm ampliùs Electi excidere non poſſint, quicquid agant: reliqui verò ſeruari nequeant?*

Abſit: nam Deus vocando ita vocat, vt ſimul voluntatem Electorum regenerationis Spiritu ad reſipiſcentiam flectat, iiſque veram fidem det & perſeuerantiam largiatur: & reprobos ita præterit, vt aliter ipſi quoque nolint.

Deinde alienum eſt à natura Electorum abuti decreto Electionis ſuæ ad peccandi libidinẽ, imò niſi piè vixerint fruſtra de Electione ſua gloriãtur: quia ſicut Deus prædeſtinauit nos ad vitam æternam, ſic etiam nos prædeſtinauit ad bona opera, Eph 2. 10. Et vt ſanctã & inculpatam vitam traducamus, Eph. 1. 4. Reprobis verò nũquam accidit vt piè viuant: quod ſi accideret, cùm ſtudium ſionem contrà dictum Theodoreti, τὰ κεκρυμμένα οὐδὲ ζητεῖν, οὐδὲ τὰ δεδηλωμένα παντελῶς ἀγνοεῖν.

7. Eorum qui reprobationem à damnatione non diſtinguentes, Deum ſicut ex ſolo propoſito reprobauit, ſic ex eodem damnare reprobos exiſtimant, cùm tamen peccata ſint ipſorum damnationis cauſa.

8. *Libertinorum*: qui Chriſtianos ſine mediarum cauſarum interuentu ſeruari poſſe ſomniant.

9. *Profanorum*, qui hac doctrina ad peccandi licentiam impiè abutuntur.

LOCVS XXXVII.

De Reſurrectione Finali.

Reſurrectio quid ſignificat.

PROPRIE iteratam quãdam ſtationem, quæ Græcis Ἀνάστασις dicitur, quaſi ἐκ δευτέρου τοῦ πεπτωκότος στάσις: παρὰ τὸ Ἀνὰ, quod in cõpoſitione ſignificat *Re*, & *ſurſum*: & ἵσταμαι, *ſto*: & in genere opponitur caſui: qui enim cecidit, propriè Reſurgere dicitur, Specialiter autem ſignificat corporum reditum, ſeu reſtitutionem à morte ad vitam.

Figuratè: 1. κατὰ μετωνυμίαν, immortalem vitam [a]. 2. κατὰ μεταφορὰν, 1. liberationem à periculis, quibus ſimili figura nomen mortis tribuitur. [b]. 2. Animarum παλιγγενεσίαν, quæ fit dum à peccatis reſurgimus, vt iuſtitiæ viuamus quæ & Reſipiſcentia ſpiritualis Reſurrectio dicitur: de qua Paulus, *Si conſurrexeritis cum Chriſto, ſuperna quærite*, Col. 3.1. Et Apoc. 20.5. *prima Reſurrectio* vocatur, *in qua qui partem habuerint, ſecunda mors in eos poteſtatem non habebit*, ver. 6. cui poſterior eſt, Apoc. 20. 13. quæ *carnis Reſurrectio* dicitur, & παλιγγενεσία etiam vocatur à Chriſto Matt: 19.28. qua incipient electi, reipſa, toti vitam nouam viuere, & κατ᾽ ἀναλογίαν ἔγερσιν, cap. 27. 53.

a *Philip.* 11.
b 2. *Cor.* 1. 10.11, & 4 24.

eo vaſa illa ad decus ſanctificata & ad omne bonum opus
comparata, i. Electi virtute Spiritus Regenerationis, quo
a 2. Tim. 2. 21. donantur ſeſe expurgare dicuntur [a].

LII. *Quæ repugnantia?*

1. Error *Pelagianorum*, & *Semipelagianorum*: qui gratiam vniuerſalem, atque ita nullos eſſe Electos, & in hominis eſſe poteſtate, vt credat vel non credat, extra Deum cauſas ſalutis in hominibus ipſis comminiſcuntur, & Electos Dei miſerentis gratia excidere & perire poſſe docent.

2. *Thomæ Aquinatis*, qui Electorum quidem numerum certum, reproborum verò incertum exiſtimauit.

3. *Vbiquitariorum* quorundam, qui 1. Sine Dei decreto, & vlla eius ordinatione lapſum Adami eueniſſe do-
b Lam. 3. 37. cent, contra dicta Prouerb. 16. 4. Iſaiæ 45. 8. [b] 2. Nul-
lum Dei decretum ab eius ſimplici voluntate pendere de
Amos. 3. 6. ſeruandis piis, vel reiiciendis reprobis, contra loca
Ioh. 12. 39. Rom. 8. 28. & 9. 11. 3. Deum planè nolle cuiuſquam reprobationem, contra loca 1. Sam. 2. 25. Rom. 9. 18. *Quem vult indurat*, & per conſequens quos vult induratos vleiſcitur. 4. Reprobos etiam poſſe conuerti & ſeruari & pro iis Chriſtum eſſe mortuum, contra loca Ieremiæ 6. 30. & 13. 23. [c] Luc. 22. 20. *Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis*,
c Ioh. 12. &c. & Matth. 26. 28 *pro multis* (non pro omnibus) effun-
39. & 17. 9. ditur in remiſſionem peccatorum, Eph. 5. 25. *Chriſtus*
12. 19. *obtulit ſeipſum pro Eccleſia*: ad Heb. 10. 26. 1. Pet. 2. 7. 5. Dei
Rom. 9. 22. propoſitum & voluntatem eſſe ſimpliciter, vt omnes ſaluentur, & vniuerſales promiſſiones ſine reſtrictione intelligendas eſſe, contra loca Scripturæ quæ illarum effectum ad Electos reſtringunt [d].

d Col. 2. 20. 25. 2. Tim. 2. 19. Heb. 10. 14

4. Error *Pontificiorum*, qui Electionis cauſam *προκαταρκτικὴν* ſtatuunt præuiſam fidem vel bona opera, ſiue præſcientiam meritorum: & prædeſtinatos non poſſe eſſe certos de ſua prædeſtinatione, niſi quibuſdam & ſingulari priuilegio reueletur, & Electos de ſua Electione dubitare.

5. Eorum qui Electionem æterno decreto Dei, non autem reprobationem ſubiiciunt, cùm duo oppoſita ſub vno genere colligi neceſſe ſit.

6. Eorum qui nolunt in Eccleſia doceri Prædeſtinationem,

Nequaquam: quippe Philoſophis ſemper ridicula viſa eſt, peregrina, & creditu difficilis: [a] & Feſto Præſidi, inſania. [b] — a Act.17 18.20. b cap.26. 24.

2. Quia ſi cauſam efficientem, & modum ſpectes, eſt actio ſupernaturalis, quæ totam vim naturæ ſuperat.

3. Nec eius principia primò ac per ſe nota ſunt in rerum natura.

4. Et quæ creduntur, naturaliter ſciri non poſſunt, cùm *fides ſit rerum non apparentium argumentum*. Heb. II. I. II. I. Vnde Tertullianus, *Fiducia Christianorum, Reſurrectio mortuorum.* — *Lib. de Reſur. carnis.*

Sunt tamen nonnulla ſatis apparenter efficacia. At ſi excutiantur diligentiùs, probabilia ſunt duntaxat argumenta nō autem neceſſaria, ſi rerum naturā ſpectemus.

IV. *Quibus ergo fundamentis nititur fides Reſurrectionis?*

1. Voluntate Dei, ſeu Certitudine infallibili & immota totius Scripturæ (quantumuis illi videantur ſenſus, & ratio, adeóque tota natura contraria eſſe,) id eſt, claris Scripturæ teſtimoniis, qualia ſunt hæc inter multa. — *1. Voluntate Dei patefacta in verbo ſcripto.*

1. Gen. 3. 15. *Semen mulieris conteret caput ſerpentis*, hoc eſt deſtruet opera diaboli, 1. Ioh. 3, 8. & proinde peccatum, & peccati ſtipendium mortem abolebit, quod fieri non poteſt, niſi reſuſcitatis mortuis.

2. Iob. 19. 25. *Scio quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die ſtabit ſuper terram, & poſtquam cum pelle mea excauauerint, ſeu confoderint vermes hoc corpus meum, etiam in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum ipſe ego & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius*, hoc eſt, ego ipſe proprietate perſonæ, & vtriuſque ſubſtantiæ veritate reſurgam.

3. Eſa. 29. 16. *Viuent mortui tui, & interfecti tui reſurgent*, &c.

4. Ezech. 37. 12. *Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam de ſepulchris vos, populi mi, & dabo vobis Spiritum, & viuetis*: Nam etſi figuratè imagine Reſurrectionis deſcribit populi reſtitutionem ex habitaculis captiuitatis, eo tamen ipſo Reſurrectionem probat: *neceſſe enim eſt eſſe prius ſibi, quod alij configuretur. de vacuo enim ſimilitudo non cō-*

παρὰ τὸ ἐγείρομαι, excito, & expergeſio, de qua hic nobis agendum eſt.

II. *Quid eſt Reſurrectio?*

Eſt reſtitutio: eiuſdem corporis humani ad vitam, in eadem ſubſtantia, dempta mortalitate, quæ potenti Dei virtute in nouiſſimo die ad gloriam Dei fiet. Vel, Eſt noua quædam natiuitas, ſeu iterata vnio, & inſolubilis copulatio corporum humanorum, & animarum, quæ prius per mortem á ſe inuicem ſeparata erant, vt morte victa, integri homines immortales facti, in extremo Iudicio ſiſtantur, & perpetuò viuant, alij in gloria, alij in pœnis, pro ratione vitæ anteactæ.

Quotuplex eſt Reſurrectio?

a Iob. 14. 12. Duplex, Vniuerſalis ſeu *Finalis* quam nemo effugiet, quæ in nouiſſimum diem reſeruatur: [a] quam confitemur in ſymbolo *Credo carnis Reſurrectionem*.

Particularis ſeu *Antecedens*, cuius ſingularia Exempla

b 1. Reg. 17. 22. extant in Scripturis, tum Veteris, tum Noui Teſtamenti

Vt 1. filij Viduæ Sareptanę, excitati ab Elia. [b].

c 2. Reg. 4. 33. 2. Filij mulieris Sunamitidis, quem reſuſcitauit Eliſæus. [c].

d cap. 13. 21. 3. Excitati cuiuſdam hominis ad contactum oſſium Eliſæi in ſepulchro iacentis [d].

e Matt. 9. 25 4. Filiæ Iairi. [e].

f Luc. 7. 15. 5. Filij vnigeniti viduæ in Naim [f].

g Ioh. 11. 43 6. Lazari Bethanienſis [g].

h Matth. 28. 6. 7. Chriſti ipſius; [h] quæ ſummum obtinet locum.

8. Sanctorum quorundam quorum etſi (dum petræ ſciſſæ ſunt mortuo Chriſto) ſepulchra aperta ſunt, tamen

i Matt. 27. 52. 53. è monumentis egreſſi ſunt. poſt reſurrectionem Chriſti: [i] Non vt iterum inter homines verſarentur iterum morituri. ſicut Lazarus, & alij, ſed potiùs vt in vitam æternam Chriſtum, cuius virtute reſurrexerant, comitarentur: vt viuificæ Chriſti virtutis certa teſtimonia extarent.

k Act. 9. 40 9. Tabithæ Ioppenſis ad iuſſum Petri. [k].

l cap. 20. 10 10. Eutychi à Paulo excitati. [l].

III. *Anne Reſurrectio vniuerſalis Philoſophicis argumentis demonſtrari poteſt?*

Nequa

turali mors ad eius poſteros propagatur: Ita poſterioris Adami merito & virtute, vita æterna ſpirituali in eum inſitione, ad ipſius membra tranſit.

4. Potentia Chriſti ſaluatoris [a]. a Philip. 3. 21.

5. Inhabitatione & arrhabone Spiritus ſancti in piis, Rom. 8. 11. [b]. b Eph. 1. 14.

6. Ab vniuerſitate regni Chriſti, ſeu à toto ad partem, Omnes hoſtes victi ſubiicientur Chriſto, & per conſequens, Mortui reſurgent [c]. c 1. Cor. 15. 25. 26. 27.

7. Argumentis, quæ ad abſurda ducunt. *Si non eſt reſurrectio, Ergo inanis eſt prædicatio Euangelij*, v. 14. *Inanis eſt fides noſtra*, eodem verſu, *Falſi etiam ſunt teſtes Apoſtoli*, verſ. 15. *Chriſtiani omnium hominum miſerrimi ſunt*, verſ. 19. *Fruſtra nonnulli baptizantur*. ὑπὲρ τῶν νεκρῶν *ſupra mortuos*, ſupra cadauera defunctorum in ſepulchris poſita. *Stolidus & Paulus*, qui toties pro ea periclitatur [d]. *Locum habebit ſententia Epicureorum*, qui dicunt, d verſ. 30. 31. 32. Act. 23. 6. & cap. 24. 21.

Lude, bibas, comedas, poſt mortem nulla voluptas.

Sed iſta ſunt ἄτοπα inter Chriſtianos: Ergo Reſurrectio futura eſt.

II. Nititur fides Reſurrectionis vniuerſalis, Omnipotentia Dei, *apud quem poſſibile eſt, quod apud homines eſt impoſſibile*, Luc. 1. 37. *qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ſint*, Rom. 4. 17. *apud quem impoſſibile nullum verbum*, Luc. 18. 27. Et quia *qui promiſit, poteſt etiam præſtare*, Rom. 4. 21. Quod dictum opponere debemus, tanquam clypeum, noſtræ rationi, ſenſibus, omniúmque hominum argutiis: potens enim eſt qui promiſit nobis futuram vitam, ſeruare & reddere depoſitum, 2. Tim. 1. 12. & 4. 6. Potuit Deus omnia ex nihilo condere, & hominem ex limo terræ facere, cur non mortuum vitæ reſtituere? *Vtique idoneus eſt reficere qui fecit*, inquit Tertull. *Quare miramur? Quare non credimus? Deus eſt qui facit. Conſidera authorem, & tolle dubitationem*, inquit Auguſtinus. Eſtque firmiſſimum hoc argumentum à potentia Dei ſumptum, (cùm alioquin multa poſſit Deus quæ non facit) quando coniunctum eſt cum firmiſſimo voluntatis teſtimonio, quod etiam priore loco collocauimus. II. *Omnipotentia Dei.*

III. Iuſtitia Dei: nam cum iuſtus ſit, neceſſe eſt vt pietati præmium, impietati ſupplicium reddat: quod non fit in hac vita. (Nam ideo differt, vt extet teſtimo- III. *Iuſtitia Dei.*

petit, de nullo parabola non conuenit, de nihilo metaphora & allegoria non eſt, inquit Tertull.

5 Dan.12.2. *Multi qui dormiunt in puluere, euigilabunt, alij ad vitam æternam, alij ad opprobria & contemptum ſempiternum*, 1. Omnes quidem reſurgent, ſed eorum multi ad vitam, multi ad mortem æternam: vel ſic loquitur Propheta, qui non omnes moriemur, ſed omnes immutabimur. Chriſtus verò voluntatis diuinæ conſcius & interpres eam probat firmo argumento, Mat. 22. 23. quòd Deus, non quidem fuerit, quaſi iam non exiſtant, ſed ſit etiamnum & in æternum, Deus Abrahæ, Iſaac, & Iacob, & quidem totius perſonæ, non alterius partis eius, i. animæ tantùm: ſic enim & corpus & animam ſeruaturum & ſuis non dimidiam, ſed plenam & perfectam ſalutem daturum eſſe confirmat. Ergo viuunt, & ſunt curæ Deo, & reſurgent.

Etſi enim Deus non eſt mortuorum, ex Sadducæorum hypotheſi, (qui corpora nunquam reſurrectura eſſe ſentiebant, cum Deus non poſſit dici eorum reſpectu, qui neque exiſtunt, neque ſunt vnquam extituri,) eſt tamen Deus Dominus mortuorum, Rom. 14. 9. ex Pauli hypotheſi, quoniam videlicet ne mortua quidem corpora ſint in nihilum redacta: Et Chriſtus illa ſuo tempore animis rurſum adiuncta in æternum viuificabit, vt ſit verax in fœdere cum Patribus illis ſancito. *Quomodo enim fœlices*, Inquit Tertull. *ſi ex parte perituri?* Et Ioh. 5. 28. ait, *Veniet hora in qua omnes, qui in monumentis ſunt audient vocem eius, & prodibunt qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem Iudicij.*

Paulus autem θεόπνευστος, hiſce rationibus Articulum reſurrectionis (quoad credentes quidem attinet) confirmat, videlicet prædicatione Euangelij.

2. Similitudine, exemplo, communione, virtute, & certitudine reſurrectionis Chriſti. 1. Cor. 15. 1. 4. 5. 11. 12. 13. 1. Theſſ. 4. 14. *Si enim Chriſtus Reſurrexerit, reſurgent & mortui:* nam vbi caput, illic & membra futura ſunt. eſtque iam caro noſtra, quam adhuc circunferimus, reſuſcitata in Chriſto, vt in primitiis, in quibus reliquus fructuum cumulus ſanctificabatur [d].

d 1. Cor. 15. 20 Col. 1. 18.

3 A pari, 1. Cor. 15. 21. 22. Nam ſicut prioris Adami peccato, mors in mundum introiit, vnde generatione na-

bus & Plantis, quæ hyeme, abiecto omni ornatu, velut mortuæ, æſtate reuiuiſcunt[a]. 4. In ſemine, quod cõiicitur in terram, & moritur, & poſtea reuiuiſcit[b]. Vnde Augu ſtinus, *Qui grana ſeminum mortua & putrefacta viuificat, per quæ in hoc ſeculo viuas, multò magis teipſum excitabit, vt viuas in æternum*. 5. In viciſſitudine rerum, occaſus & ortus ſolis eiuſdẽ, ſomni & vigiliæ, laboris & quietis, noctis & diei. *Dies moritur in noctem. & tamen rurſus cum ſuo cultu, vniuerſo orbi reuiuiſcit*, ait Tert. l. de Reſur. carnis. Hinc Iob. 17. 12. *Poſt tenebras ſpero lucem.*

a Iob. 14. 7.
b 1. Cor. 15. 36.

5. Probatur etiam Reſurrectio naturalibus argumẽtis; Res imperfecta non eſt capax abſolutæ felicitatis: Anima à corpore ſoluta eſt veluti manca & mutila: Ergo oportet denuo illam corpori ſuo cõiungi ad fœlicitatem. 2. Non eſt perpetuum, quod eſt contra naturam, Animã ſeparari à corpore humano, contra eius naturam, eſt. cum ſit forma & ἐντελέχεια corporis humani ſubſiſtens, & quæ perſonam ſeu ὑπόστασιν demortui hominis tuetur, & corpus proprium rurſum induere geſtit. Ergo, anima non erit perpetuò à corpore ſeparata.

6. Chirographo Dei in cordibus hominum inſcripto, i. conſcientiæ teſtimonio, de præmiis bonorum, & pœnis malorum: quod maximè iam imminente morte ſentiunt, tam impii, quorum magis torquetur conſcientia, cogitatione malè tranſactæ vitæ quàm pii, qui vehementer in Spiritu exultant, quòd tandem in portum optatum perueniunt.

7. Conſenſu omnium ſanctorum, ante & poſt Chriſtum exhibitum. Nam Sancti Patres hinc inde peregrinando, confeſſi ſunt ſe futuram ciuitatem inquiſiuiſſe[c]. Et ſepulturæ tam ſollicitè ſtudioſi, profeſſi ſunt reconditis corporibus paratam eſſe nouam vitam[d]. Matyres autem tam forti animo grauiſſima ſupplicia nunquam ſuſtinuiſſent, niſi ſuæ confeſſionis præmia, in futura vita reſuſcitatis corporibus ſperaſſent.

c Heb. 11. 13.
d Gen. 23. 4. 19. & 47. 30.

VI. *Quæ cauſa Efficiens Reſurrectionis?*

1. Deus ipſe omnipotens, qui ſtatuit ſe excitaturum mortuos.

2. Inde Filius Συνεργὸς, Ioh. 5. 21. *Sicut Pater ſuſcitat*

a Rom 2.5. 6.7.

nium Reſurrectionis[a]: Et viciſſim *iis qui affligunt pios, afflictionem: piis verò, qui premuntur, relaxationem*, 2. Theſſ. 1. 6. 7. Quare neceſſe eſt vt boni & mali reſurgant, & ante tribunal Chriſti ſtent, *vt vnuſquiſque reportet mercedem, congruenter ad id quod fecit, ſiue bonum ſiue malum*, 1. Cor. 5. 10. & *caro, ex clientela, quam animæ reddit, quod iuſtum eſt, in compenſationem miniſterij accedat*, inquit Damaſcenus.

Sapientia Dei.

1, II. Sapientia Dei, cùm enim Sapientis ſit, non fruſtrari Opificij ſui fine, ſitque Deus ſapientiſſimus, qui nõ temere hominem condiderit, ſed ad imaginẽ ſuam, eoque ipſo ad ſuæ bonitatis, ſapientiæ, iuſtitiæ, immortalitatis participationem, perpetuúmque Dei cultum, ad quem præſtandum perpetuitas vitæ requiritur, nec in Deum pœnitentia cadat, vt de nobis primitùs cœptum conſilium adimpleat, in incorruptibilitatem nos reſtitui neceſſe eſt, quæ ſine Reſurrectione mortuorum haberi non poteſt.

V. *Quibus autem argumentis firmatur fides Reſurrectionis?*

b Gen. 5. 28 Heb. 11. 5. & 2. Reg. 2. 11.

1. Pręmonitionibus & miraculis, quæ tanquam pręludia & παραδείγματα ſeu exẽpla Reſurrectionis fu[illegible] qualia ſunt Enochi tranſlatio, & Eliæ raptus in cœlum[b]. Ionæ itẽ integri, de aluo piſcis euolutio[c]. excitatio mortuorum particularis, vt puellæ Matt. 9. 25 & aliorum.

2. Symbolo ſeu viſione Ezechieli oblata campi pleni oſſibus aridis; quæ iuſſit Deus carnem & neruos recipere, Ezech. 37, 7.

c Col. 2. 12.

3. Sacramentis: nam Baptiſmus duplicis Reſurrectionis noſtræ ſigillum eſt[d], videlicet animæ à peccato, & corporis è puluere ſiue ſepulchro: ſicut Cœna Domini ſpiritualis gratię, & perpetuę in Chriſto obtinendę vitæ ſignaculum certiſſimum eſt.

4. Similibus, ſeu ſignis in natura expreſſis, vt 1. ſingulariter in Phœnice aue Arabiæ, de qua ſcribitur, quòd ſeneſcens, ſurculis thuris, caſięque, quibus nidum repleuit, impoſita veluti rogo, cum in cineres redacta fuerit, mox poſt irrigationem cœleſtem, viua prodeat, 2. In multis auiculis, quæ tempore hyberno in profundis paludibus, & aliis locis, tanquam ſepultæ, mortuęque deliteſcunt: verno autem tempore rurſus viuæ prodeunt. 3. In arboribus &

Nequaquam, quia nec ad immortalitatem cōdita ſunt, nec à corporibus manent animæ ſuperſtites, ſed in ipſis corporibus extinguntur. Sed κτίσεως nomine, mundi machina, cœleſti & elementari regione conſtans, non eius incolæ; ſignificatur, fluxæ & euanidæ conditioni à Deo ſubiecta propter hominis peccatum, & per προσωποποιΐαν, intento deſiderio expectare dicitur inſtaurationem, quę patefiet cum filij Dei in gloriam euehentur. Cuius inſtaurationis mentio fit, Act.3.22.2.Petr.3 13.

IX. *Cur Reſurrectio, quæ eſt Christi ſingulare beneficium, impiis tribuitur?*

Quia reſurgent quidem, verùm non beneficio, virtute, & efficacia Reſurrectionis Chriſti, quæ ſemper ſalutaris eſt, & ſolis ipſius membris inſinuatur[a]. Sed diuini illius decreti neceſsitate, & efficacitate , quod habetur Gen.2. a Rom.6.
17. *Quacunque die ex illo fructu ederis, morieris.* Quod decretum, cùm vtranque mortem, & quidem in primis ſecundam, i. æternam comprehendat, infideles quoque reſurgant neceſſe eſt: ſed in maiorem condemnationem, vt corporibus quoque ſuis æternas pœnas luant, quia leuis eſſet pœna, prima morte abſumi, cùm læſum infinitum bonum, infinitam pœnam poſtulet. 57.

X. *Quodnam Reſurrectionis* δεκτικὸν *ſubiectum?*

Homo quidem totus ὅλως conſideratus, at non totum vniuſcuiuſque hominis ſiue κατὰ μέρη. Nam 1. quidē corpus ſolum, ſicut propriè cadit, ſic etiam propriè reſurgit. Anima verò cùm ſit immortalis, nonniſi metaphoricè à peccati ſeruitute, in quo mortua eſt[b] per regenerationē reſurgere dicitur. b Eph.2.1. Col.2.13.

2. Animę piorũ in Domino moriētiũ à Chriſto in cœlum recipiuntur[c]: impiorum autem è corporibus migrãtes in abyſſum detruduntur: nam ſicut Lazarus delatus eſt miniſterio Angelorum in ſinũ Abrahæ: ſic diues detruſus eſt in tartara[d], & proinde nec à morte, nec à ſōno, reſurgere dici poſſũt animę. Ideo in Symbolo ſolius *carnis Reſurrectionem* cōfitemur. Quia tamen ad corpus animandum & regendum redit anima, & abſque anima non fit Reſurrectio, per accidens Reſurgere dici poteſt. c Luc.23. 43. Act.7. 59. Heb.12.23. d Luc.16 33.

ſic & Filius quos vult viuificat. Et cap.11 25. *Ego ſum,* inquit, *Reſurrectio & vita.* Eſt autem Chriſtus author Reſurrectionis, partim ἐνεργείᾳ, i. virtute Reſurrectionis ſuæ [a]: partim potentia ſuæ Diuinitatis, qua poteſt ſibi omnia ſubiicere[b]: partim potentiſſima ſua voce ſiue nutu, Ioh.5.28. *Qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei & prodibunt.*

a Rom.9.4. 1.Cor.15.20 1.Theſſ.4. 14.

b Philipp. 3.21.

3. Spiritus Sanctus, Rom. 8.11. *Si Spiritus eius qui excitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis, is qui excitauit Chriſtum, per eundem Spiritum inhabitantem in vobis viuificabit etiam veſtra corpora mortua.*

Angeli verò etſi ὑπουργοί, miniſtri erunt Reſurrectionis, (cogent enim electos à quatuor ventis) Cauſæ tamen nullo modo eſſe poſſunt[c].

c Mat.24. 31. & 25. 32.

VII. *Quinam ſunt Reſurrecturi?*

Omnes cuiuſcunque ſexus & ætatis homines, qui à condito mundo vſque ad finem mortui fuerint, tam pij quàm impij, ſed ſorte inæquali, Ioh.5.28. *Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei, & prodibunt. qui bona fecerunt, ad Reſurrectionem vitæ: qui mala ad Reſurrectionem Iudicij,* Matt.25.32. *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Act. 24.15. Paulus expectat *Reſurrectionem futuram iuſtorum & iniuſtorum.*

Vnde duplex Reſurrectio emergit; vna quæ dicitur *Reſurrectio vitæ,* quam perennis vita cõſequetur, quaſi Vitalẽ dicas; altera *Iudicij,* ſeu condemnationis, i. Damnatoria[d]. Et quia verè cenſentur Reſurgere, qui in vitam æternã reſurgunt, peculiariter, & κατ' ἐξοχὴν *filij Reſurrectionis* dicuntur[e], cùm conſtet etiam impios reſurrecturos, vt æternũ exitiũ recipiant: quod quidẽ non vita, ſed mors dicitur: quia vita tam infelix, propriè dici vita nõ debet.

d Dan.12. 2.

e Luc.20. 36.

VIII. *Anne ex dicto Apoſtoli, Rom.8.20. 21. quo dicitur vanitati ſubiecta creatura, ſub ſpe, quòd & ipſa liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ Dei filiorum, ſequitur bruta animantia Reſurrectura?*

Nequaquam

& accidentibus, quæ abſque eſſentiæ interitu abeſſe poſſunt. Et quoniam Deus elementa omnia præſtò habet ad ſuum nutum, nulla eum difficultas impediet, quò minus & terræ, & aquæ, & aëri, & igni imperet, vt quod videtur ab illis conſumptum, reddant.

XII. *Quæ Reſurrectionis forma ſeu modus futurus eſt?*

Cùm illuxerit extremus dies, ſubitò & ex improuiſo Chriſtus ea forma viſibili, qua aſcendit in cœlos, *in nubibus veniet cum Angelis, & ſanctis millibus ſuis,* Iudæ 14. *cum hortatu & voce Archangeli, ac tuba Dei*; vbi ad vocem, adeóque ad clangorem, tubæ, Matt. 24. 31. (ſicut in monte Sina, cùm lex promulgaretur[a],) primi excitabuntur, & reſument ſua corpora, qui in puluere dormiunt; quibus, actus ille nouæ poſt mortem copulationis animæ & corporis, ſeu regreſſus animæ iuſſu Dei in proprium corpus, erit Reſurrectionis forma: qui verò viui ſeu ſuperſtites adhuc reperientur in ipſius aduentu, *immutabuntur in momento & ictu oculi*, 1 Cor. 15 52. [b] eritque illis hæc ſubita immutatio, non ſubſtantiæ, ſed qualitatis corporum, tum mortis, tum Reſurrectionis loco, vt verum maneat quod ſcribitur, Heb. 9. 27. *Statutum eſt hominibus, vt ſemel moriantur.*

[a] Exod. 19. 16.

[b] 1. Theſſ. 4. 15. 16.

XIII. *Quando fiet Reſurrectio?*

Reſpondet Chriſtus, *De die autem illo & hora, nemo ſcit, ne Angeli quidem cælorum ſed Pater meus ſolus*, Mat. 24. 36.

XIV. *Quænam erunt conditiones & qualitates corporum reſurgentium?*

Sex in primis recenſentur[c]. 1. Immortalitas, ex mortalibus enim qualia nunc ſunt, fient immortalia.

2. Incorruptibilitas, ex corruptibilibus, incorruptibilia; ſeritur corpus corruptioni obnoxium, excitatur incorruptum.

3. Spiritualitas; ex animalibus enim, hoc eſt, quæ ab anima humana viuificantur, & in hac animali & caduca vita externis ſubſidiis, velut cibis, aliiſque mediis à Deo creatis ſuſtentantur[d], ſpiritualia fient, non eſſentia, ſed conditione, ſeu qualitate, & Spiritus donorum participa-

[c] 1. Cor. 15. 42. 43. 53.

[d] Gen. 1. 29. 40. 1. Tim. 4. 3.

XI. *An eadem numero corpora, an verò noua reſurgent?*

Eadem ipſa numero, & quidem integra, quia, Pſal. 4. 21. *Cuſtodit Dominus omnia oſſa Sanctorum, vnum ex his non diteretur.* Et, *Pilus capitis veſtri non peribit*, Luc. 21. 18.

2. Quia *vnuſquiſque reportabit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum, quod fecit*, 2. Cor. 5. 10.

a1. Cor. 3. 16. 17. & 6. 15. 19.

3. Quia Deus corpora fideliũ ſibi in tẽpla dicauit[a].

4. Quia *oportet corruptibile hoc*, ait Apoſtolus, 1. Cor. 15. 53. *induere incorruptionem* (*quantitatiuam, & eandem numero eſſentiam digito demonſtrans*, inquit Tertul.) *Magis enim expreſſe non poterat loqui, niſi cutem ſuam manibus teneret.*

b Matt. 10. 28.

5. Quia impiorum corpora gehennæ ſupplicio ſunt obnoxia [b].

6. Quia *omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Dei*, Ioh. 5. 28. Non ergo ex quatuor elementis, tanquam ex noua materia conflati homines reſurgent: quaſi idẽtitas, non in humani corporis materia, ſed tantum in eius forma, i. anima ſit extitura, (vt volunt volatici quidam ſpiritus) & ideo idem numero homo, propter formam, i. animam reſurrecturus dicatur: nam etſi cùm ſignum in cera imprimitur, & rurſus confunditur, non manet eadem forma, & proinde non poteſt dici idem numero ſigillũ, ſi rurſus in eadem cera imprimatur; manet tamen eadem cera: ſic etſi confunditur figura ſubſtãtialis corporis humani in ſepulcho, quia tamen eadem materia cum proprietatibus Indiuiduum idem conſtituentibus, Dei iuſſu reſtituetur, idem numero corpus reſurget[c].

Alber oratio. de Reſurr.

c Ioh. 2. 18.

7. Quia Chriſtus, cuius membra ſumus, & cuius corpori noſtra conformia fient, quod geſtauerat corpus, iterum recepit[d].

d Ioh. 2. 19.

8. Quia abſurdum eſſet, Pauli corpus, in quo ſtigmata Chriſti portauit, orbari coronæ pręmio. Proinde, quẽadmodum ſi veſtimentum aliquod per partes diſſuatur, deinde conſuatur, idem fit numero veſtimentum, non aliud: aut, ſi rotula catapultæ diſſoluatur: deinde eiuſdem rotulæ partes, purgatis ſordibus, rurſus compingantur, & colligentur, eadem eſt numero rotula: ſic eadem erit numero eſſentia corporis humani, quod diſſolutum denuò à Deo componetur, & reſurget, demptis infirmitatibus, & accidentibus,

brio ſempiterno, & ſine luce ligatis manibus & pedibus in lachrymis & fletu, tenebris infernalibus oppreſſa. Nō eſt tamē curioſè de modo & forma Reſurrectionis, extra verbum Dei diſputandum.

XV. *Qualis erit conditio animarum piarum?*

Lucebit in illis Imago Dei glorioſa. I. enim mens ſiue intelligentia erit plena ſapientia & cognitione Dei, quā ipſis Deus immediatè reuelabit, nullo hominum aut Angelorum miniſterio, quia erit Deus omnia in hominibus, 1. Cor. 15. 28. In hominibus electis ea omnia efficiet, quæ ad ſolidam eorum beatitudinem pertinent: ſed ea menſura ad quam à Deo fuit quiſque conditus [a]. — a 1. Cor. 13. 12.

2. Voluntas plena erit iuſtitia, ſanctitate, & perfecta dilectione Dei, & proximi, & in omnem æternitatem promptiſſima, & intenta ad obſequium Deo præſtandum [b]. — Eph. 4. 14. 23. Col. 1. 10. b Ezech. 11. 19.

3. Affectus omnes, non craſſi, non fæculenti, ſed puriſſimi erunt, neque turbabunt animum: omnium denique animæ facultatū perfecta erit *εὐταξία*. *Nā tunc*, inquit Bernardus, *Deus implebit animā rationalem piorum luce ſapientiæ: cōcupiſcibilem, iuſtitia: iraſcibilem, perfecta tranquillitate.*

XVI. *Quis finis Reſurrectionis?*

Vt totus & integer homo ad tribunal Dei iudicetur, & piis prǽmia obedientiæ, impiis ſupplicia merita reddantur [c], i. vt illi toti corpore & anima cū Chriſto capite ſuo beata, perpetuáque felicitate potiātur: hi verò cū Satana ſuo capite, & ſceleratis ipſius Angelis, æternis cruciatibus toti addicantur: & ita Chriſtus verè & perfectè regnet in æternum. Summa: vt Eccleſia in æternum cum Chriſto ſuo ſponſo læta triumphet: hoſtes verò Chriſti iaceant perpetuo ſub pedibus eius proſtrati & victi. — c 2. Cor. 5. 10. Ioh. 5. 29.

XVII. *Quis Vſus doctrinæ de Reſurrectione?*

1. Commune eſt ſolatiū. 1. Aduerſus omnes calamitates, perſequutiones, morbos, contemptus, cum quibus conflictantur corpora noſtra in hac vita [d]. — d Iob. 19. 25.

2. Aduerſus dolorem noſtrum ex morte amicorum [e]. — e 1. Theſſ. 4. 13.

3. Aduerſus terrorem mortis imminentis [f]. — f Apoc. 14. 13.

4. Frænum eſt, quo à peccando retrahimur, & veluti

tione. 1 quia à Spiritu ſancto plenè regentur 2. Quia eiuſdem Spiritus imperio ſe in totum dederint 3. Quia diuina vìrtute ſuffulta nullis cibis, aliiſve adminiculis opus habebunt, quia exquiſita, ſubtili, & acuta perceptione ſenſuum prædita erunt, *Seminatur corpus animale, excitatur corpus ſpiritale.*

4. Potentia. Ex infirmis enim, & variis calamitatibus, morbis, & doloribus obnoxiis firma, valida, & impaſſibilia, atque agilia fient. Seminatur n. in infirmitate, reſurget in potẽtia, & ſic anima perfectè dominabitur corpori, vt ei grauitas & pondus non ſint obſtitura, quo fiet vt tam agili motu corporum noſtrorum, rapiamur in occurſum Domini in aëra 1. Theſſ. 4. 17.

5. Perfectio. ex deformibus enim ſordium pleniſſimis macis, & aſpectu turpibus, formoſiſſima, aſpectu decora, honeſtiſſima, membris pleniſſima, ætate non puerili, aut decrepita, ſed iuſta, matura, robuſta, ſicut etiam infantum in vtero matris extinctorum corpora, quod illis tempore acceſſurum erat, miro illo Dei opere receptura ſunt, teſte Auguſtino: & ſtatura perfecta; abſque vſu, ſed non diſcrimine ſexuum[a], reſurgent; qualia nimirum primorũ hominum corpora fuerunt ante lapſum, abſque vllo vitio & deformitate[b]: (cùm enim Reſurrectio ſit noua quædã creatio, ſeu reformatio, decet vt priori ſit conformis, & proinde valdè bona, i. in ſuo genere perfecta) & talia quale potiſsimùm Chriſti corpus, cui piorum corpora conformia, ſed non æqualia futura ſunt[c].

Lib. 22. c. 13. de Ciuit. Dei.

a Matt. 22. 30.

b Gen. 2. 25. & 37.

c 1. Cor. 15. 9.

6. Lux, fulgor, & gloria, ſeu charitas & decor: corpora enim iuſtorum gloria cœleſti, & lumine diuino, tanquã pallio veſtientur: quanquam diſtinctis gradib. vt dicitur 1. Cor. 15. 40. *Alia eſt cœleſtium corporum gloria, alia terreſtriũ,* &c. & Dan. 12. 3. & ex Chriſti verbis. Matth. 13. 43. fulgori Solis illa comparãtis, ἰσαγγέλους fore ſanctos affirmantis, Matth. 22. 30. colligitur, illa lucida, ſiue fulgida futura, ſed ſalua ſubſtantia, & ποιότητι, quæ perpetua eſt naturæ corporeæ ϖεϊςασις.

Iniuſtorum verò corpora immortalia, & incorruptibilia quidem paſsibilia tamen reſurgent: quia cruciatib. & doloribus immenſis afficientur, & perpetuò ſupererũt ſine victu & aliis præſidiis, vt abſque interitione ſua debitas luant pœnas, (inquit Hieronymus) in Inferno, opprobrio ſuppeditandos beatis cibos,& potus largiſſime,& carnalis voluptatis vſum fore copioſum: imò fore etiam vt animantia bruta à mortuis excitentur.

LOCVS XXXVIII.

De extremo iudicio.

I. *Quid in Scripturis voce Iudicij ſignificatur?*

VVlgò Iudicare, eſt ſentire & opinari: & Iudicium, pro animi opinione, aut ſententia ſumitur.

2. Ex eius oppoſito, quid ſit, cognoſci poteſt: opponũtur enim iudicare, & ſeruare: vt ergo ſeruare, eſt ab interitu vindicare, & ſalutem conferre: ſic κρίνειν *Iudicare*, eſt κατακρίνειν condemnare, & perdere, & damnationis cauſam præbere. Quo ſenſu vſurpatur, *Ioh.* 3.17. *Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum*, id eſt, vt damnet, ſeu potiùs damnationis cauſa ſit, *ſed vt mundus ſeruetur per ipſum*: vnde Iudicium pro damnationis cauſa vſurpatur, verſ.19. *Hoc eſt Iudicium, quòd lux venit in mundum, ſed dilexerunt homines potiùs tenebras, quàm lucem.* Et pro κατακρίσει, condemnatione, Ioh. 24. *Qui credit ei qui miſit me, habet vitam æternam, & in Iudicium non veniet.*

3. Iudicare eſt regere & gubernare, vt Iudic.3.3.10.& aliis cap. vnde Iudicium accipitur pro imperio, & pro ſententia iudicis, & pro æquitate, ſeu eo quod iuſtum eſt & æquum [a]. Et iudex pro Magiſtratu [b]. Et 1. quidem cùm Deo tribuitur Iudicium ſumitur pro pleno imperio vniuerſali gubernatione, & adminiſtratione, qua mundus totus conſiſtit, conſeruatur ac gubernatur [c]. 2. Pro gubernatione & ſtatu compoſito Eccleſiæ, quo Pater per Filium patefacit Euangelium, conſeruat miniſteriũ, dat Spiritũ

a *Luc.* 12. 42.
b *Exod.* 2. 14. *& paſſim.*
c *Ioh.* 5. 22. 27. 30. *Gen.* 18. 25.

ſtimulus, quo corpora noſtra ſancta & pura, ad immortalitatis gloriam conſeruamus, & ad pergendum in vera pietate & ſanctitate excitamur: Vnde Hieronymus, *Siue comedo, ſiue bibo, ſiue aliquid aliud facio, ſemper vox illa terribilis ſonat in auribus meis, Surgite mortui, venite ad Iudicium.*

3. Monet vt ſanctorum corpora habeamus in honore; ea honorificè ſepeliamus, & munda ſeruemus ea loca, in quibus Sanctorum corpora, quaſi conſopita deliteſcunt, donec tuba Archangeli excitabuntur.

XVIII. *Quæ contraria?*

1. Error *Athæorum*, qui mortem vocant vltimam lineam omnium rerum, & interitum totiùs hominis, qui & *Sadducæorum* fuit, qui nullam eſſe reſurrectionem corporum, imò animarum mortalitatem profeſſi ſunt.

2. *Pythagoreorum* παλιγγενεσία, ϗ μετεμψύχωσις qui Euphorbum & Pythagoram, & Homerum in Pauum remeaſſe affirmant. Et *Chiliaſtarum*, qui abutẽtes loco cap. 20. v. 4. Apoc. (quo numero certo pro indeterminato, tẽpus notatur, quo nunc ſub tutela Chriſti manemus in eius regno, quod eſt Eccleſia) imaginantur Chriſtũ mille annis in terris regnaturum vnà cum Sãctis in ſummis delitiis, & ſumma corporis ſuauitate: cum ex oppoſito Scriptura clamet, Regnum Chriſti eſſe æternum, & nullum fore finem nec electorum beatitudini, nec reproborum ſupplicio.

3. *Curioſorum*, quorum alij, quaſi totus homo intereat animas Reſurrecturas cũ corporibus: alij, vt *Manichæi*, Animas nouis corporibus, loco priorũ, indutum iri, (ſic nouorum corporum creationem, non eorundem Reſurrectionem ſtatuentes:) alij denique animas à corporibus ſuis ſeparatas dormire, & cum corporibus excitatum iri, ſomniant.

4. Dogma *Hymenæi*, & *Phileti*, qui Reſurrectionem ſpiritualem à corporea non diſcernãtes, Reſurrectionẽ iam factam eſſe dicebant, 2. Tim. 2. 18.

5. Error *illorum*, qui per Reſurrectionem, corpora in ſpirituum naturam eſſentialiter mutanda docent.

6. *Origenis* delirium, qui docuit corpus aëreum, aut æthereum Reſurrecturum eſſe, non autem carneum.

7. *Mahumetiſtarum*, & *Sarracenorum*, imaginantium ſuppeditandos

mnibus hominibus mortuis, quin eos excitet è mortuis, neque Reſurrectio poſſit definiri in alium finem, quàm vt Deus iudicet de omnibus hominibus, & oues ab hœdis grana à paleis, pios ab impiis ſeparet [a].

2. Demóſtratur ex principio natura noto, quod dictat Deum iuſtum, ac proinde bonis bene, malis malè in æternum eſſe oportere: quod cùm in hac vita non fiat (cùm tam multi ſint impij homines, & Athei, quíque omni ſcelerum genere ſe obſtringunt, quos tamen Deus in hac vita non vlciſcitur: contrà, cùm ſint pij viri, & ſynceri Dei cultores, quæ ærumnoſiſſimam vitam viuant tantùm abeſt vt Deus in hac vita remuneretur [b]:) neceſſe eſt Iudicium certum & infallibile ſupereſſe, in quo mali malè habeant, boni autem, pietatis accipiant mercedem.

3. Sed longè certiùs demonſtratur S. Scripturæ teſtimoniis, Pſal. 9. 8. *Dominus parauit ad Iudicium thronum ſuum & iudicabit orbem terræ in æquitate.* Et 50. 1. *Deus Deorum loquutus eſt, & vocauit terram omnem ab ortu Solis ad occaſum, Deus noſter adueniet, neque ampliùs diſſimulabit,* vt de omnibus hominibus iudicet. Iſa. 66. 15. *Ecce Dominus in igne veniet,* Matth. 25. 31. & ſeq. totus actus ille Iudicialis deſcribitur. Luc. 8. 17. *Non eſt occultum, quod non ſit manifeſtum futurum,* Ioh. 12. 48. *Sermo quem loquutus ſum ille iudicabit eum in nouiſſimo die.* Rom. 2. 16. *Iudicabit eius occulta.* 1. Corinth. *manifeſtabitur.* Heb. 9. 27. *Statutum eſt hominibus, ſemel mori: poſt hoc autem Iudicium.* Iudæ 14. 15. verſ. *Prophetauit de his ſeptimus ab Ada Henoc. dicens, Ecce veniet Dominus in ſanctis millibus ſuis facere Iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis.* Ergo ſit Iudicium *oportet,*

4. In Symbolo Apoſtolico confitemur venturũ Chriſtum vt iudicet viuos & mortuos.

IV. *Quid eſt extremum Iudicium?*

Eſt actus Iudicialis, quo Chriſtus in nouiſſimo die, ſtatim à mortuorum reſurrectione, cum magna maieſtate & gloria feret ſententiam de vniuerſis hominibus, Electos à Reprobis ſeparabit, & illos quidem vitæ æternæ, hos verò igni inextinguibili adiudicabit.

V. *Quæ ſunt cauſæ efficientes Iudicij futuri?*

---

[a] *Matt.* 25. 33.

[b] 1. *Cor.* 11. 19.

Sanctum, mortuos viuificat, colligit verbo, inde vſque ab initio, Regnum filio, hoc eſt, Eccleſiam, Matth. 12. 18. *Ecce ſeruus meusquem elegi, ponam Spiritum meum ſuper eum, & iudicium Gentibus annuntiabit*. 3. Pro Dei vindicta & animaduerſione in peccata, & peccatores [a]. 4. Pro mandatis ſeu præceptis diuinis [b].

5. Iudicare ſignificat virtutis ſuæ exemplo alienavitia coarguere [c]. Luc. 22. 30. Apoſtoli duodecim tribus Iſrael iudicaturi ſunt, hoc eſt Apoſtolorum fidesvel doctrina Iſraelitis omnem ademptura eſt excuſationem: ſic Rom. 2. 27.

6. Iudicare propriè eſt iudicis, quando fert ſententiā, qua vel condemnat aliquem, vel iuſtificat, i. condemnat quidem, pronuntiando reum peccati, & pœnæ adiudicando: iuſtificat verò, abſoluendo à peccato, & pœnis Peccato debitis Atque hoc ſenſu, Iudicium eſt Cenſura domini abſoluens Electos, & hæredes vitæ æternæ pronuntians, reprobos verò condemnans.

II. *Quotuplex eſt Domini Iudicium?*

Duplex: *Particulare* ſeu antecedens temporale & occultum quod eſt vel plurium, vel ſingulorum, (tempore vitæ vel mortis cuiuſque,) cùm Dominus in hac vita vel ſuos defendit, iuxta promiſſionem *Portæ Inferorum non ſuperabunt eam*, Matth. 16. 18. vel errantes caſtigat bellis, fame, peſte, vel alio plagarū genere, ne cum hoc mūdo damnentur [d]. Vnde illud 1. Petr. 4. 17. *Iudicium à domo Dei incipit*: vel denique eorum animas in cœlum recipit: Et contrà impios reprimit, & variis modis eorum peccata punit, & tandem eorum animas Satanæ torquēdas tradit [e].

Vniuerſale, Extremum, manifeſtum, finale, Conſummatum, & æternum, eſt, quod fiet in extremo die Reſuſcitatis corporibus, dequo hic nobis præcipue agendum eſt.

III. *Quibus argumentis demonſtratur, futurum eſſe Iudicium Vniuerſale & Extremum?*

1. Quia Iudiciū & Reſurrectio tanta neceſſitudine inter ſe iunguntur, vt fieri non poſſit, vt Deus iudicet de omnibus

[a] 1. Pet. 4. 17.

[b] Pſal. 19. 9. & 119. 13. 30. & paſſim.

[c] Matt. 12. 27. 41. 42. & c. 19. 28.

[d] 1. Cor. 11. 32.

[e] Luc. 16. 3. 22. 23. 11.

cedens,& ipſum perfectè repræſentans , & in ſapientia & veritate Iudicium fieri debet,ideo per quandam appropriationẽ iudiciaria poteſtas tribuitur Filio Dei, vt ſicut Pater facit omnia per filium,Ioh.1.3.in quantum eſt ars eius,*Lib.6.de Trinit.*inquit Auguſtinus:ita etiam Iudicet omnia per Filium,in quantum eſt ſapientia & veritas eius:quod ſignificatur Dan.7.9.13.vbi primò dicitur,quod *Antiquus dierum ſedit*,& poſtea additur,quòd *filius hominis peruenit vſque ad Antiquum dierum qui dedit ei poteſtatem, & honorem,& regnum*.Ex quo datur intelligi, quod authoritas Iudicandi eſt apud Patrem,à quo filius accepit poteſtatem iudicandi.

Pater ideo dicitur non iudicaturus eſſe , quia Pater in futuro Iudicio forma viſibili non apparebit, ſed filius in forma ſerui,quæ quidem furma non eſt Patris,ſed Filij,inquit Auguſtinus,nec ea filij,in,qua æqualis eſt Patri,ſed in qua minor eſt Patre,vt ſit in Iudicio conſpicuus bonis & malis,& quæ Iudicis erunt,peragat.Matt.24.30.

VII. *Anne Iudiciaria poteſtas conuenit Chriſto,ſecundum quod homo,& non tantùm ſecundum quod Deus eſt?*

Conuenit quia Pater ei poteſtatem dedit Iudicium facere,quâ Filius hominis eſt,non quidem propter conditionem naturæ humanæ:nihil enim prohiberet omnes homines Iudices eſſe, ſed propter conditionem gloriæ, quæ conſequitur perſonalem vnionem diuinæ & humanæ naturæ : quia in natura humana eſt caput totius Eccleſiæ , & pedibus eius Deus non omnia ſubiecit,1. Cor. 15.27.& quia ex refluentia Diuinitatis ad animã Chriſti conuenit ei cognoſcere & iudicare occulta cordium.

Conuenit ergo Chriſto non modò quatenus Deus vnus eſt cum Patre, ſed etiam ſecundum naturam humanam Iudiciaria poteſtas, propter conuenientiam & affinitatem ipſius ad homines: deinde vt Iudicandi videant ipſum Iudicem.

VIII. *Quinam Aſſeſſores futuri?*

a *Luc.* 22. 30.

Apoſtoli, & reliqui Sancti, Matth. 19.28. *Diſpono vobis Regnum*,inquit Chriſtus,*vt ſedeatis ſuper thronos,iudicãtes*

Aeternus Deus, Pater Filius, & Spiritus Sanctus inſeparabiliter, quod ad iudiciariam poteſtatem, dominium in omnia, authoritatem iudicandi, & ipſum decretum attinet, Dan. 7.9.10. *Antiquus dierum ſedit, & ad Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Et Ioh. 16.8. *Cùm veneris Spiritus Sanctus, arguet mundum de peccato, de iuſtitia, & iudicio.*

Cauſa mouens, in hominibus incredulis, eſt peccatum originale & actuale contra legem Dei: & contemptus Euangelij. In Deo verò, Iuſtitia integerrima, vltrix iniquitatis, & aſſertrix pietatis, iuxta ipſius Dei decretū æterni.

Quoad rationem verò Iudicij, ſeu exercitium, cauſa Efficiens adminiſtra Iudicij, ſeu Iudex futurus, *Chriſtus eſt* Filius Dei, quatenus homo, ſeu filius hominis. Ipſe ſiquidem erit Iudex, qui ſub Iudice ſtetit, ipſe iudicabit, qui Iudicatus eſt, vt videant impij eius gloriam, cuius ſpreuerunt manſuetudinem. Ioh. 5.22. *Pater non iudicat quenquam, ſed omne Iudicium filio dedit.* Et verſ. 27. *poteſtatem ei dedit Iudicium exercendi, quia filius hominis eſt.* Act. 10. 42. *Præcepit nobis vt prædicemus populo, & teſtificemur quis ipſe Chriſtus conſtitutus à Deo Iudex viuorum & mortuorum.* Et cap. 17. 31. *Deus ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem terrarum cum iuſtitia per eum virum quem definiuit.* Rom. 2.16. *Erit dies quo iudicabit Deus de occultis hominum per Ieſum Chriſtum.* Et 2. Tim. 4.1. *Ieſus Chriſtus iudicaturus eſt viuos & mortuos in illuſtri illo ſuo aduentu, & regno ſuo.*

Ὑπηρέται erunt Angeli, qui aderunt vt miniſtrent Chriſto, ad executionem Iudicij: Congregabunt enim ante eum omnes Gentes, ſeparabunt electos à reprobis, electos rapient obuiam Chriſto in aëre, reprobos cum Diabolo & Angelis eius abiicient in ignem æternum [a].

[a] Matt. 25. 31.

VI. *Ergóne Filius ſine Patre & Spiritu ſancto, Iudex futurus eſt, vel Iudicium illud exercebit?*

Non ſimpliciter, ſed κατά τι ſecundùm quid, id eſt ex eorum hypotheſi & ſenſu, qui ipſum à Patre ſeparant, quia *Pater non iudicat quenquam* ſcilicet ſeorſim ſine filio, vt putabant Iudæi; *ſed omne iudicium dedit filio* videlicet vt ipſe per filium omnia iudicet & adminiſtret, Ioh. 5. 22. Vel quia Filius eſt ſapientia genita, & veritas à Patre procedens, quoad eſſentiã, quaſi pulcherrima hæc machina mũdi in nihilũ ſit redigẽda, vbi enim Chriſtus Iudiciũ exerceret? ſed quòd ſint quoad qualitates corruptibiles; ſublatis iis omnib. quæ imperfecta & caduca ſunt, quaſi quibuſdam mortalitatis ſordib. & fæcibus deterſis, ac per ignem, quaſi ἁγνιστικόν τι, tanquam aurum in fornace, expurgatis, in meliorem ac præſtantiorem formam reſtituenda: ſicut dicitur 1. Cor. 7.31. *Figura huius mundi tranſit*, non natura. Et Rom. 8.22. *Scimus totum mundum vnà ſuſpirare, & vnà parturire ſub ſpe, quod & ipſe vindicabitur ex ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ Filiorum Dei*: Sic Act. 3.21. promittitur ἀποκαταστάσεως πάντων. Sic Pſa. 102.27.28. *Cæli peribunt, & omnes vt veſtimentum veteraſcent, & velut amictum circumuolues eos, & mutabuntur*, nempe in melius. Et Apoc. 21.1. *vidi cælum nouum*. Sic Iſa. 65.17. & 66 22. *Cæli noui & terra noua*, id eſt renouari promittũtur. Ideo Petrus addit verſ. 13. *Cælos nouos & terram nouam ſecundum promiſſum eius expectamus, in quibus iuſtitia inhabitet*. Sed qualis futura ſit iſta inſtauratio, non eſt in Scripturis reuelatum.

X. *De quibus rebus feretur Iudicium?*

De fide & infidelitate vniuſcuiuſq; ex vtriuſq; effectis de omni verbo otioſo quantò magis de grauiore peccato reddẽda erit ratio in die Iudicij, iis ſcilicet qui Chriſti ſatisfactionem non amplectuntur? Rom. 2.16. *Iudicabit Dominus de occultis hominum*: Et cap. 14.12. *Vnuſquiſque de ſeipſo rationem reddet Deo*, Cor. 1.3.13, *Cuiuſque opus manifeſtum erit, dies enim declarabit, & cuiuſq; opus, quale ſit, ignis probabit* (quanquam hic dies de luce veritatis ignorantiæ tenebras expellente, atque in animis inſtar ignis reſplendente intelligi meliùs poteſt:) Et Cor. 5.10. *Omnes oportet manifeſtari, vt quiſque portet ſecundum id quod fecit, ſiue bonũ ſiue malum*, Idem Apoc. 20.12. Vnde Auguſtinus, *in quibus actibus quiſque homo inuentus fuerit, quando exierit de corpore, in his iudicabitur.*

a Matt. 12 36.37.

XI. *Quænam forma huius iudicij futura eſt?*

In explicabilis eſt: ſed tamen ſcriptura ſub idea Iuſtiſſimi & auguſtiſſimi Iudicij illam adumbrat [b]. Conſiſtet

b *Matt.* 24. 30.31. & 25 30. & *ſeq.* *Marc.* 13.26 1. *Theſſ.* 4. 16.

duodecim tribus Iſrael. Et 1. Cor. 6. 2. *An neſcitis, quòd Sancti mundum* i. cœtus malorum, *iudicadunt*: & quod *Angelos* (malos ſcilicet) *iudicabimus* b?

a Iudæ, 14. Apoc. 20. 4. Quod ideo futurum dicitur, 1 Quatenus ſancti membra ſunt Chriſti Iudicis.

2. Quia Deus omnes ſuos aduerſarios conſtituturus eſt coram ſe, & coram cœtu Eccleſiæ [c].

b Ioel. 3. 2. 3. Quia Apoſtoli ſua doctrina à ſe prædicata, iudicabunt, mundum, & prolatam ſententiam à Chriſto approbabunt, eiúſque iudicio omnes pij ſubſcribent.

4. Pij etiam impios iudicabunt exemplo Fidei & Pœnitentiæ quomodo Apoſtolorum fides Iudæis omnem ademptura eſt excuſationem, ſicut etiam Chriſtus de regina Auſtri, & Niniuitis ait, Luc. 11. 31. quod reſurrecturi ſint in Iudicio, & condemnaturi generationem iſtam, quæ non mouebatur concionibus ipſius.

IX. *Quinam ſunt iudicandi?*

Omnes ſine exceptione homines, quotquot à mundi creatione extiterint, ſicut dicitur in Symbolo, *Veniet Iudicare viuos*, quos ſcilicet in illo ſuo aduentu reperiet ſuperſtites (qui momento immutabuntur, id eſt à mortali
c Rom. 14. 62. conditione ad immortalem transferentur:) *& mortuos* omnes, id eſt vita defunctos ante nouiſſimum diem, quos à morte excitabit [d], 2. Cor. 5. 10. *Omnes nos comparere oportet coram tribunali Chriſti.*

2. Et *Angeli qui peccauerunt & non ſeruauerunt ſuam originem, ſed domicilium ſuum reliquerunt, Iudicio magni illius diei vinculis æternis ſub caligine reſeruantur*, 2. Pet. 2. 4. Iudæ 6.

d 2. Theſſ. 28. Apoc. 20. 10. 3. Ipſe imprimis Homo peccati, filius ille perditionis, AntiChriſtus [e], quem Dominus tum potiſſimùm conficiet Spiritu oris ſui, i. prædicatione Euangelij & tandem illuſtri aduentu ſuo abolebit, i. cùm glorioſè ad Iudicium redibit, quod Epitheton, *Illuſtris Aduentus*, oſtendit.

4 Iudicabuntur etiam ſuo modo irrationales creaturæ, Cœlum, Terra, & quicquid in iis continetur: nam 2. Pet. 5. 7. 10. 11. 12. *Cæli & terra ſeruantur igni in diem damnationis & exitij impiorũ hominum, & cæli conflagrantes cum ſtridore tranſibunt*, à mutabilitate ſcilicet ad immutabilitatem & ἀφθαρσίαν. *Elementa verò æſtuantia ſoluentur, & liqueſcent, terráq. & quæ in ea ſunt omnia opera exurentur*: non quidem quoad

reprobi ab Angelis expulſi à facie Domini, & glorioſo ipſius robore, velint nolint cogentur ire in ſuppliciũ ſempiternum[a]. Pij verò rapientur in occurſum Domini in aëra, vt vita æterna, & beata immortalitate cum Chriſto fruantur[b]. a2.*Theſſ*.1. 8.9. b1.*Theſſ*.4. 17.

XII. *Secundum quam legem laturus eſt Chriſtus ſententiam?*

Etſi Legis quoque voce abſoluentur pij, quatenus eã Chriſtus pro ipſis impleuit, & eadem lege, quæ omne peccatum æternis pœnis addicit, damnabuntur impij. Tamen non tam Legis vox, quàm Euangelij quod Apoſtoli prædicarunt, norma futura eſt Extremi Iudicij: iuxta illud Ioh.3.36. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem nõ credit, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.* Et cap.12.48. *Sermo quem loquutus ſum, ille iudicabit eum in extremo die.* Et Rom. 2.16. *Iudicabit Dominus de occultis hominum ex Euangelio meo* per Ieſum Chriſtum. Neque enim ſententia in Iudicio illo vniuerſali aliud erit, quàm manifeſtatio ſiue declaratio ſententiæ iam antè in hac vita miniſterio verbi pronuntiatæ de iuſtificatione & cõdemnatione ſingulorum.

XIII. *Quæ notæ ſeu proprietates & epitheta Extremi Iudicij?*

Apoſtolus Rom.2.5. tres enumerat. 1. *Iræ* enim, id eſt vltionis *diem* vocat, quia ſumetur vindicta de omnibus qui in hac vita Euangelio non crediderunt. Sic Sophon.1.15. *Dies iræ erit dies ille, dies anguſtiæ & afflictionis, dies tumultus & deſolationis, dies tenebrarum & caliginis,* impiorum ſcilicet reſpectu ſic dictus, qui piis erit dies exultationis.

2. *Reuelationis*, quia hîc res occultæ ſunt: ibi verò diuina & omnipotente Iudicis virtute omniũ reproborum cogitata, dicta, facta, quantumuis occulta pateſient. Apoc. 20.12. *Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu Dei, & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt* Liber *Vitæ, iudicatique ſunt mortui ex iis quæ ſcripta erant, in libris ſecundum opera ipſorum.* Sed de electis dicit Dominus, Ier.31. 33. & Heb.10.17. *Peccatorum & iniquitatum ipſorum non recordabor ampliùs.*

3. Nuncupat diem δικαιοκρισίας, nequis exiſtimet (in-

autem in apparatu, ſententia, & ſententiæ latæ exequutione.

Apparatus autem erit huiuſmodi. 1. Chriſtus, ſicut venit (fur in nocte, ita ex improuiſo) veniet viſibiliter è cœlo vnde iubemur illum expectare in maieſtate ſua id eſt virtute, diuina, plendore cœleſti, corporis glorificatione, potentia Iudicandi & omnium Angelorum ſatellitio ſi-
a 2. *Theſſ.* 1. 8. ue comitatu, & flamma incendi, inſtructus [a], Pſalm. 50. 3.
Ignis anteipſum præcedet. Non igitur ſolus, humilis, contemptus, & ad crucem, ſicut in primò aduentu [b].
b *Matt.* 11. 29. *Iſa.* 53. 1.
2. Sedebit in throno gloriæ maieſtatis ſuæ [c]. Quis
c *Matt.* 19. 28.
verò ſit ille, nemo inquirat. Certum eſt tamen quod in nubibus cæli corporaliter & viſibiliter apparebit, omniū oculis conſpicuus, Act. 1. 11. & Apoc 1. 7. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, etiam qui eum transfixerunt.*

3. Congregabit miniſterio Angelorum coram ſe omnes Gentes, adeò vt nullus quantumuis impius & potens, ſe ſubtrahere, abeſſe, euadere, effugere, aut reſiſtere poſſit.

4. *Separabit eos alteros ab alteris, ſicut Paſtor ſegregat oues ab hœdis, & oues quidem*, id eſt eos qui vocem eius audiuerint, & ouillam innocentiam fuerint amplexi, *Statuet à dextris ſuis: hœdos autem*: id eſt eos qui petulantiam & libidinem ſuam, hœdorum inſtar, ſequuti fuerint, ſpreto Paſtore, *à ſiniſtris.*

5. Feret definitiuam ſententiam dupli cem, ídque ordine. 1. Erit deſideratiſſima omnibus electis: *dicet enim Rex iis qui à dextris erunt* (cum ſingulari quodam fauoris ac complexionis affectu, gratiam Dei, & gratuitam adoptionem, Electionem ab æterno, & Benedictionē in Chriſto, non ipſorum merita commendans) *Venite, Benedicti Patris mei, & poſſidete hæreditariò Regnum vobis paratum à iactis fundamentis mundi.* Cui ſubnectet αἰτιολογίαν à fructibus fidei cauſam illam arguentibus, id eſt, operibus miſericordiæ ſibi in membris ſuis præſtitis, deſumptam *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare*, &c. 2. Erit horribiliſſima, *Conuerſus* enim *ad eos qui à ſiniſtris erunt, iis dicet, Decedite à me Maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.* Cui ſimiliter ſubnectet αἰτιολογίαν, *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare.*

6. Sententiam ſequetur ſtatim eius exequutio. Nam

repro-

multi cœperunt eſſe: vnde ſcimus vltimum tempus adeſſe 6. Piorum perſequutio, & proditio propter nomen Chriſti[a].7. Offendicula publica[b].8. Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ multi, dicentes, *Ego ſum Chriſtus*, id eſt nomẽ Chriſti vſurpantes, vel fingentes ſe à Chriſto miſſos, vel ſe eſſe id quod Chriſtus eſt, & dantes ſigna & miracula ad ſeducendum electos, ſi fieri poſſet[c].9. Charitatis neglectus, verſ. 12. & fidei defectus.

a *Matt.* 24. 9. *Luc.* 21. 12.
b *Matt.* 24. 10.
c *Luc.* 21. 9. *Mat.* 24. 11.

Alia è proximo præcedentia, quæ tamen finis non ſtatim conſequetur; ac in cœlo quidem, Marc. 13. 7. 24. *Sol obtenebrabitur*, id eſt erũt frequẽtes Solis Eclipſes: *Luna non dabit ſplendorem conſuetum ſtellæ cœlo decident*, hoc eſt, videbũtur decidere: *poteſtates & virtutes cœlorum concutientur*: ſunt enim hæc propriè, non metaphoricè intelligenda. 2. In terra, magni terræ motus, turbæ, & tumultus: *Inſurget enim gens contra gentem, & Regnum contra Regnum*, Luc. 21. 9. 10. 25. *nec erit locus tutus à bellis, peſtilentiæ, fames, terriculamẽta, anxietas Gentium in conſilij inopia præ deſperatione*[d].3. *In mari & ſalo, horrendi ſonitus & tumultus*, ſiue inundationes maris & fluctuum[e].4. In aëre, tempeſtates horrendæ & terribiles. Breuiter, cœlum & terra, adeóque omnia elementa faciem irati Iudicis quodammodo referent, vt peccatores admoniti, agant pœnitententiam, niſi malint ſubitò perire. 5. His additur conuerſio, ſeu aggregatio Iſraelis, id eſt gentis totius in communi, ad Eccleſiam Chriſti, *poſtquam plenitudo Gentium introierit*: de qua Iſa. 59. 20. Rom. 11. 25. 26. quæ tamen, quomodo, & quando futura ſit, ignoratur.

d *Mart.* 13. 7. 8.
e *Luc.* 21. 25.

Coniuncta, Planctus omnium tribuum terræ, & ſignũ filij hominis quod conſpicietur in cœlo, aduenien te Domino in nubibus[f], quod alij crucis figuram, alij ſummam gloriã & maieſtatem, quæ teſtabitur Chriſtum aduentare, vt orbem terrarum iudicet, interpretantur.

f *Matt.* 24. 30.

XVI. *Quo tempore futurum eſt Iudicium?*

Importunè hoc quæritur, inquit Auguſtinus: dicente Domino, Matth. 24. 36. *De die autem illa & hora nemo ſcit, ne Angeli quidẽ cœlorum, ſed Pater meus ſolus*, additque Marc. 13. 32. *neque Filius*. Et Act. 1. 7. *Non eſt veſtrum noſſe tempora*

quit Chryſoſt.) Iudicium Dei ex animo iracundo profe-
ctuꝛum eſſe, néve putet Iudicem ita vlturum eſſe, quin
Iudicium iuſtitia regat. Dicitur enim κατ᾽ ἐξοχὴν, *Dies Do-*
a Luc. 17. 30. *mini*, & *Chriſti*, quo cum gloria & maieſtate ſua veniet[a]. *Et*
1. Cor. 5. 5. *dies Iudicij*[b] *Et dies nouiſsimus* id eſt extremus ſeu vltimus,
Philip. 1. 6. ἡ ἐσχάτη ἡμέρα[c], ſignificatione ſumpta à tempore, quia quę
b Mat. 10. vltimo accidunt, ea ſunt nobis maximè noua.
15. & 12. 36.
c Ioh. 6. 39.
40.

XIV. *Quænam Præmonitiones futuri Iudicij?*

1. Sententia mortis prolata in tranſgreſſores ante la-
pſum primorum parentum [d].

d Gen 2. 17. 2. Eadem ſententia voce Dei repetita in Lege[e].

e Deut. 27. 3. Chirographum Dei in conſcientiis hominum, te-
26. ſtimonium reddente, illis conſcientia ipſorum, & cogita-
Gal. 3. 10. tionibus ſeſe mutuò accuſantibus & excuſantibus in die
quo iudicabit Dominus de occultis hominum, Rom. 2.
15. 16.

4. Exempla ſubueritatis diuinæ, cuiuſmodi fuit ca-
taclyſmus quo periit totus mundus. Noe familia exce-
pta[f]: Sodomorum incendium, ex quo Loth iuſtus ſerua-
f Gen. 7. 21. tus eſt[g]: Excidium vrbis Ieroſolymitanæ, abiectio, & E-
g Gen. 19. uerſio Iudaicæ politicæ.
24. 25 Iud.
7. 7.

5. Calamitates tum publicæ, tum priuatæ, mors de-
nique corporis, præludia ſunt & imagines futuri Iudicij.

XV. *Quæ Prognoſtica ſeu Signa?*

Multiplicia ſunt, alia præcedentia, alia coniuncta. Et
τῶν προηγουμένων quidem alia ſunt è longinquo præcur-
rentia, quę longiùs abſunt à fine, vt 1 Euangelij promul-
gatio ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, id eſt in vniuerſa habitabili, ſupple
h Matt. 24. terra, ſeu apud omnes Gentes[h].
24.
Marci 13. 2. Securitas illa iamdudum inualeſcens, & inglu-
10. uies: qualis fuit in diebus Noe, qui præceſſerunt Dilu-
uium[i]. 3. Ἀποστασία à ſana doctrina, de qua 1. Tim. 4. 1. *Spi-*
ritus diſertè dicit fore vt poſterioribus temporibus deſciſcant quidã
i Matt. 24 *à fide, ſpiritibus deceptoribus attendentes* 4. Morum ſumma
37. 38. corruptio[k]. 5. Reuelatio & Aduentus Antichriſti,
2. Theſſ. 2. 3. *Non veniet dies Chriſti quin retectus fuerit ille*
k 2. Tim. 3. *homo peccati.* Et 1 Ioh. 3 18. *Pueruli, vltimum tempus adeſt,*
1. 2. 3. *ſicut audiuiſtis AntiChriſtum venturum. etiam nunc Antichriſti*

multi

XVIII. *Quî filius, Marc. 13. 32. dicitur ignorare diem Iudicij?*

Nō quòd ſibi neſciat, inquit Auguſtinus, ſed quòd nobis neſciat, id eſt nos neſcire faciat, id eſt non nobis oſtēdat, quibus non expedit ſcire: vel quoad naturam humanam; quæ ordinaria & naturali conditione de hac re nihil nouit, niſi quantum à natura diuina ei oſtenditur: vel quoad ſtatum humilitatis, ac quatenus in eo conſtitutus, opera plerumque ſolitus eſt attribuere Patri, vt dicit Ioh. 5. 30. & 7. 16. ſe non poſſe à ſemetipſo quicquam facere, & ſuam Doctrinam non eſſe ſuam, ſed Patris.

XIX. *Cur Deus vltimum illum diem abſcondit?*

Quia vult nos, in ſingulos dies & horas, ipſum expectare, excubias agere, ne dies ille imparatos opprimat, & curioſitatem noſtram in arcanis Dei inquirendis compeſcere.

XX. *Cur differt Dominus Extremum Iudicium?*

1. Vt compleatur numerus Electorum, quos ab æterno Deus præſciuit, & vocare decreuit, & qui adhuc vocandi reſtant, vocentur per Euangelium, & ad reliquos qui iā ab initio mundi vocati ſunt, & in cœlis partim, partim in terra quieſcunt, aggregentur[a].

2. Vt probet ſpem, patientiam, inuocationem, & fidem noſtram, & ad reſipiſcentiam excitet. a2. Pet. 3. 9. Apoc. 6. 1. 1.

3. Vt impios tolerantiam & lenitatem Dei, & ſpatiū ad reſipiſcēdum liberaliter conceſſum, contemnentes, magis ac magis reddat ἀναπελογήτους, Rom 2. 4. 5. 2. Petr, 3. 8. 9.

XXI. *Quis locus erit futuri Iudicij?*

Iudæi deſignant conuallem Ioſaphat, (quæ ſita erat Proximè Ieroſolymam, ad Orientalem Templi portam: & ſic dicta eſt, à victoria inſigni conceſſa regi Ioſaphat, aduerſus Ammonitas, & Moabitas[b]) ex Ioel. 3. 2. *Congregabo omnes Gentes & educam eas in vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo, inquit Dominus, vt iudicem omnes Gentes.* Sed temerè hoc aſſerunt: nam quemadmodum tempus ſoli *ſibi* Deus b2. Chronic. 20. 26.

(καιροὺς, opportunitates, Articulos temporum) *quæ Pater posuit in sua ipsius potestate* : Et Domini aduentus inopinatus, & furis instar futurus dicitur[a]. Etsi autem incerta est aMatt.24.44. hora illa, vt à nobis perscrutari nec possit, nec debeat, ex signis tamen superioribus, quibus quotidie videmus 1.Theſſ.5.2. 2.Pet.3.10. multa similia fieri, impietate morúmque deprauatione, quæ ad summum fastigium peruenit, satis habemus argumenti, non procul abesse diem Christi[b]. (Non secus ac b1.Pet.4.7 Iacobi.5.8. gemmæ arborum, in propinquo adesse æstatem significant[c]: & flauescente arista, colonus colligit, pro foribus c Matt.24. adesse messem:) súntque veluti præcones, quorum voce citantur homines ad Christi tribunal, etsi de anno, mense, die, hora, momento homines nihil scire possunt, quia in Scripturis non est reuelatum. Nam, ait Augustinus: *Vt ætas hominis nouissima*, i. senectus, *certo numero annorum definiri nequit, sicut cæteræ hominis ætates pueritia, adolescentia: iuuentus. ἀκμή: Ita mundi nouissima ætas determinari certis annis nequit.* Et (ait Chrysost. Homil.33. in Ioh.) *vt anni finem, non vltimum mensem 30 dierum-spatium dicimus: sic si tot annorum, etsi quadringentos annos, & amplius finem dixerimus, non errabimus.*

XVII. *Cùm* 1.*Pet*.4.7. *disertè dicatur, Omnium finis imminet: Et Iacobi* 5.8. *Aduentus Domini appropinquat, An-ne Paulus hisce contradictoriam propositionem statuit, dum* 2. *Theſſ*.2.2.3. *instare diem Domini, negat?*

Non, quia nec eadem de iisdem dicuntur, nec eodem respectu, & eodem tempore. Negat Paulus instare diem Domini suo seculo, idque se superstite, cõtra falsos Prophetas, qui propinquum & certum tempus præfigebant. non negat autem aduentum Domini appropinquare vel esse nouissima tempora respectu superiorum ætatū & temporis exhibiti Messiæ, quod non sequetur aliud, nec habebit tam longam durationem, quanta fuit duratio ab initio mundi, vsque ad Christum natum. Deinde instat ille dies, respectu Dei, apud quem mille anni, sunt instar vnius diei, Pſ.90.4.& 2.Pet.3.8.

XVIII. Qui

5. Terret impios, quòd eum quem nunc Saluatorem renuunt, Iudicem ſunt experturi, qui adiudicaturus eſt ipſos æternis pœnis.

XXIV. *Quæ diſſentanea?*

1. Ethnicorum ſententiæ de mundi æternitate.

2. Origenis, & Chiliaſtarum dogma, de omnibus tãdem ſeruandis poſt mille à reſurrectione annos.

3. Error eorum, qui præter Iudicium quod fit in præſenti tempore, putant non reſtare aliud Iudicium vniuerſale: Et aliorũ qui exiſtimant, animas piorum non donari præmio in cœlo, nec animas piorum puniri in inferno, ante diem Iudicij.

4. Impia opinio ἐμπαίκτων id eſt Irriſorum, negantium, vel contemnentium illud Iudicium, vel Sardonio riſu quærentium, Quando futurum ſit, quod tandiu differtur, 2. Pet. 3.3. qui ſtatim atque audiunt fore vltimum Iudicium, χλευάζουσιν id eſt cauillantur: quo modo Epicurei & Stoici cauillabantur. Act. 17.32. Manilium ſequuti, qui dicit.

Non alium videre Patres, aliúmne nepotes
Aſpicient.

4. Curioſitas eorum, qui vel ex reuelatione ficta, vt Circuncelliones, Anabaptiſtæ, & Enthuſiaſtæ, qui Prophetias ad plebeculam iactare, & certum annum, menſem, & diem Iudicij præſtituere ſolent, vel ex aliquo ſyderum poſitu, & aſpectu, vel imaginariis numerorum & temporum ſupputationibus, & Arithmeticis calculationibus, vt Platonici, & Aſtrologiæ Iudicariæ dediti ſunt: vel ex vulgatis vaticiniis, aut humana authoritate illud tempus definire audent, vt qui neſcio cuius Rabbini ſomnium, tanquam diuinum oraculũ ab Elia prolatum inculcant, *Sex millia annorum erit mundus: duo millia annorum ante legem, duo millia ſub Lege duo millia poſt Legem, & poſtea finis.* Quod dictum vanitatis argui ex hiſtoria poteſt, cùm fuerint ante legem, anni bis mille quingenti, & tredecim & multò pauciores duobus millibus ſub Lege. Et manifeſtè pugnat contra Chriſti dictum, Act. 1.7. Nec enim mundi finis vel à naturæ lege, vel curſu, vel alia vlla cauſa, ſed ſolius Dei nutu, & arcana voluntate dependet.

notum eſſe voluit: Ita prouidebit ſibi & locum idoneum ad hunc cœtum iudicandum.

XXII. *Quis finis Extremi Iudicij?*

1. Reſpectu hominum, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum, quod non fit in hoc mundo[a].

a 2.Cor.5.10 2. Dei verò reſpectu, vt de omnibus ſententiam, finalem & perpetuam ferat, & appareat, prædicetúrque eius gloria in omnem æternitatem, propter iuſtitiam, quã in iudicando obſeruabit.

3. Officij Chriſti complementum: tum enim Chriſtus tradet Regnum Deo Patri, id eſt debellatis & profligatis ad vnum, Satana, & omnibus impiis, ipſáque morte abolita, & electis reconciliatis, hos æterna gloria coronandos Patri tradet, & tum politico etiam & Eccleſiaſtico regimine deſituro munere ille ſuo à Patro accepto pleniſſimè defunctus apparebit[b]: ita tamen vt cum Patre regnet in æternum, & Pater ſimul in victore Filio triumphet.

b 1.Cor.15. 24.

4. Liberatio creaturæ à ſeruitute corruptionis[c].

c Rom.8.20

XXIII. *Quis Vſus huius Doctrinæ?*

1. Facit ad παιδείαν, admonet enim nos perpetuæ cuiuſdam Pœnitentiæ, & ad preces, vigilantiam, pietatem, iuſtitiam, ſobrietatem colendam excitat[d].

d Luc.21. 34. Tit.2.12.13 2.Pet.3.11. 12.

2. Conſolatur pios, quòd credant aliquando fore finẽ calamitatum huius mundi, & Chriſtum rediturum, ad hoſtes ſuos & noſtros expugnandos, & vlciſcendos, nóſque de manibus illorum eripiendos, & quòd is futurus ſit noſter Iudex, cuius nos fratres ſumus, & membra corporis eius, qui amantiſſimus noſtri, & Ieſus id eſt Seruator, Patronus, Aduocatus, Redemptor, & Interceſſor eſt, qui poſuit animam ſuam pro nobis, & qui omnibus in ſe credentibus vitam æternam iureiurando promiſit, Rom. 8.32. *Quis condemnabit?* Chriſtus eſt qui intercedit. Vnde meritò dies ille nobis optandus eſt, iuxta Chriſti dictum, Cùm hæc fieri incipient, ſuſpicite, quóniam appropinquat redemptio veſtri, Luc.21.28. vt mirum ſit quod Tertull. in Apologetico cap. 38 ſcribit, Solitos fuiſſe Chriſtianos precari pro mora finis, cùm tamen quotidie petamus Regni Dei aduentum.

3. Terret

tione perueniendi ad cœleſtem hæreditatem, Ioh.3.36. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam.* Et cap. 17.3. *Hæc eſt vita æterna, vt te* agnoſcant eſſe illum ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum (vbi obiter notandum *Te*, & *Quem miſiſti Ieſum Chriſtum*, ſubiecta eſſe in hac propoſitione, & *Solum verum Deum*, prædicata de vtroque ſubiecto.) Tum pro Chriſto ipſo, 1. Ioh.5. 20. *Hic eſt ille verus Deus, & vita æterna.* Efficienter quidem quatenus Deus, quatenus verò Homo pro nobis mortuus eſt, Partim materialiter, quia in eius carne expiatum eſt peccatum, quod eſt cauſa mortis: partim etiam efficienter, ſed ſecundariò, videlicet ſua interceſſione, voluntate, vi ſui ſacrificii, communicatione carnis ſuæ nobiſcum, & quæ in ipſa eſt remiſſionis peccatorum, & vitæ æternæ, partim etiam organicè, quia propter hypoſtaticam vnionem Deitas per carnem viuificat nos. Et hoc ſenſu in hac vita in credētibus inchoatur vita æterna.

2. Propriè pro ſtatu beatorum poſt hanc vitam, de qua eodem Ioh. cap. 3.16. *Qui credit in Filium, non pereat: ſed habeat vitam æternam.* Et ad Tit. 3. 7. *Hæredes ſumus, iuxta ſpem vitæ æternæ.*

III. *Quibus argumentis reſtare vitam æternam probas?*

1. A natura Dei, nam cum Deus ſit, & ſit æternus, idémque viuens: ſequitur neceſſariò eſſe vitam æternam qua Deus viuat, & ſit æternus.

2. Ab animæ conditione: nam cùm ſit immortalis, ſequitur vitam ſupereſſe poſt hanc, in qua anima per ſe viuat, etiam à corpore ſeparata, & in ea Deum agnoſcat & celebret.

3. A corporum Reſurrectione: nam nihil opus eſſet corpora fidelium reſurgere, niſi vita ſit ad quam reſurgant. Quinimo articuli de Deo, de Chriſto, de Prouidentia, de Iuſtitia Dei, de Immortalitate animarum, de Reſurrectione corporum, de vltimo Iudicio, non poſſunt ſubſiſtere, niſi hic de vita æterna illis ſubſternatur.

4. A chirographo Dei in mente vniuſcuiuſque inſcripto: nam mens ipſa dictat, reſtare Iudicium, cuius metu cruciantur, qui impiè viuunt, & ſpe reficiuntur, qui pietatem colunt.

LOCVS XXXIX.

De Vita æterna.

I. Theologi quot vitæ genera ſeu diſcrimina faciunt?

a 1. Cor. 2. 14. & 15. 46 TRIA. 1. Eſt vita naturæ, quam Animalem, ab anima naturali præſtantiore hominis parte vocat Apoſtolus [a], qua boni & mali promiſcuè in hoc ſeculo viuunt, vegetantur, ſentiunt, & intelligunt: quæ & Corporalis, Temporalis, & Naturalis, & Præſens dici poteſt. Cui opponitur mors prima ſeu naturalis, quæ eſt diſſolutio corporis & animæ.

2. Eſt vita gratiæ, qua ſoli filij Dei in ſpirituali Regno Christi in hoc mundo fruūtur, quæ κατ' ἐξοχὴν dicitur Vita Dei non tam quia à Deo eſt, vt & reliquæ, quàm quia
b Eph. 4. 18. Deus in ſuis viuit, eámque præcipit & approbat [b]: & vita Chriſti ob eandem rationem quia Chriſtus in ſuis per fidem & Spiritum ſupernaturalem viuit: & hi Deo viuunt, & ad ipſius voluntatem vitam ſuam conformant [c]: & vi-
c Gal. 2. 20. ta noua, Chriſtiana, & Renouatio mentis, voluntatis & affectuum, tum noua creatura, tum nouus homo, tum Supernaturalis & Spiritualis dicitur, quę morti in peccatis, & veteri homini opponitur.

3. Genus, eſt Vita gloriæ, qua anima rurſum corpori ſuo adiuncta, vitam viuet, quam etiam πνευματικὸν, non ſubſtantiæ, ſed qualitatum ratione vocat Apoſtolus, 1. Corinth. 15. 44. qua credentes viuent in æternum, & in Chriſto abſcondita eſt, & in fine etiam mundi reuelan-
d Col. 3. 3. da, [d] & quæ opponitur morti ſecundę, & æterna dicitur, de qua nobis hic tantum ſermo inſtitutus eſt.

II. Vita æterna autem quotupliciter accipitur?

Dupliciter. 1. Metonymicè, tum pro via, 1. modo & ratione

7. Noua & ſancta, ſtabilis & futura ciuitas Ieruſa-
lem.[a] a Heb. 13.
κληρονομία ἄφθαρτος, ἀμίαντος, ϗ ἀμάραντος τετηρημένη ἐν οὐ- 14.
ρανοῖς. [b] *hæreditas, quæ nec perire poteſt, nec contaminari* Apoc.21.10 b 1.Pet.1.4
nec marceſcere, nobis in cœlis repoſita.

9. *Gloria Dei*, eò quod vita æterna in gloriæ Dei com-
municatione conſiſtit, Rom.3.23. *Omnes Peccauerunt, & de-
ſtituitur gloria Dei.*

10. *Gloria noſtra*, quia hæc ſola eſt, in qua acquieſce-
re tutò poſſumus, 1. Cor.2.7. *Loquimur ſapientiam Dei in my-
ſterio, quæ eſt recondita, quam præfinierat Deus ante ſecula in glo-
riam noſtram.*

11. *Requies.*[c] c 2. Theſſa.
12. *Refrigerium.*[d] 7.
13. *Pax.*[e] d Act.3.19.
14. *Fœlicitas tanta nec oculis, nec auribus, nec animo cuiuſ-* e Luc.13.79 f Pſal.31.20
quam capi poteſt.[f] Iſa.64.4.

V. *Sed cur Æterna dicitur?*

1.Cor.2.9.

Quia nec temporaria, ſeu certo termino definita, bre-
uis, vana, nec vlli mutatieni erit obnoxia, ſicuti hæc no- g Gen.3.19.
ſtra eo[g] & licet principium habeat, tamen nunquam iis Iob.14.5
auferetur, quibus ſemel data fuerit, [h] ſed in perpetuum h Matt. 25.
ſine fine durabit. 34.

VI. *Quid eſt vita æterna?*

Eſt ſtatus glorioſus in quo electi poſt futuram reſurre-
ctionem mortuorum. Chriſto capiti ſuo Pleniſſimè con-
iuncti, Deum in cœlis cum Angelis, modo nobis hodie
ἀῤῥήτῳ cognituri, eóque præſente fruituri, & in æternum
celebraturi, ſummum bonum nobis à Chriſto partum
conſequuturi, corpore & animo illius imagini quâ ho-
mo eſt, conformes futuri ſunt[i]. i Rom.8.29

Vel, Eſt ſtatus beatorum poſt hanc vitam, in quo per- 1.Cor.15.49 Philip.3.21.
fecta eſt futura agnitio Dei & iuſtitia, ſine peccato & Apoc.2.31.
morte. perpetuum gaudium àquo aberit moleſtia, dolor, k Iob.17.13
triſtitia, & gemitus.[k] In ſumma vita æterna erit perfe- 24.
ctio quædam animorum & corporum, in qua nihil erit Iſa.25.8
reprehenſibile, ſed ad nutum Dei omnia perfectè in ſer- Apoc.7.16.
uient voluntati Creatoris, & Redemptoris Chriſti. 17. & 21.4.

VII. *Quænam cauſæ ſunt Vitæ æternæ?*

1. Argumento ducente ad abſurdum, quia ſi in hac ſolùm vita, i. huius vitæ tantùm gratia, ſperamus in Chriſtum, ita vt fides nihil aliud quàm hanc vitam reſpiciat, miſerrimi omnium mortalium ſumus, 1. Cor. 15. 19.

2. Teſtimoniis Scripturæ, Dan. 12. 2. Euigilabunt alij ad vitam æternam. Matt. 25. 46. *Ibunt iuſti ad vitam æternam* Ioh. 10. 28. *Ego vitam æternam dô ouibus meis.* Heb. 13. 14. *Non habemus hic manentem ſeu ſtabilem ciuitatem, ſed futuram illam inquirimus.* 1. Ioh. 2. 25. *Hæc eſt illa promiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, nempe vita illa æterna.*

a *Gen.* 5. 24. 2. *Heb.* 11. 5. 2. *Reg.* 2. 11.

3. Exemplis: in hanc enim Enoch tráſlatus, & poſtea Elias, eius arcana fuerunt:[a] ſicut & Chriſtus aſcendens in cœlos, qui vult vt vbi ipſe eſt, ibi etiam cum ipſo ſimus, Ioh. 14. 3. & 17. 24.

4. Articulus hic eſt fidei noſtræ, Credo vitam æternam.

IV. *Quænam ſunt Epitheta quibus commendatur in Scripturis?*

Vocatur. 1. *κατ᾽ ἔπιγιον, Regnum*, 1. Dei. 2. Patris. 3. Cœlorum.[b].

b *Matt.* 7. 21.

c *Luc.* 16. 22.

2. *Κατὰ μεταφορὰν, Sinus Abrahæ*, [c], metaphora ſumpta à ſinu parentum, qui dicuntur habere in ſinu & geſtare filiolos ſuos, quia in Patris omnium credentium complexu, veluti filioli dilecti ex hac mundi miſeria collecti fouentur ac recreantur credentes, & à periculis omnibus tempeſtatum huius vitæ tuti & liberi ſunt. Locuſque eſt in quo Chriſtus nobis manſionem parauit, vt idem illa explicat Matt. 8. 11. *Multi ab Oriente & Occidente venient, & diſcumbent cum Abrahamo, & Iſaaco & Iacobo in Regno cælorum.* Auguſtinus,[*] etſi vbinam ſit ſe ignorare non diſſimulat, tamen eum *ſecreta quietis habitationem* definit, & *in eo Beatorum Spiritus viuere, atque Dei læto conſpectu frui*, teſtatur.

Epiſt. 99. *ad Euodion Confeſſ. lib.* 9. *c.* 3.

d *Luc.* 23. 43. & 2. *Cor.* 12. 4. & *Apoc.* 2. 7.

e *Gen.* 2. 16.

3. *Κατ᾽ ἀναλογίαν, Paradiſus*, ſeu deliciarum & amœnitatis locus[d], per alluſionem ad illum hortū in Eden plantatum[e], de cuius ſitu ineptè diſputatur, cùm vniuerſam terram conſtet diluuio vaſtatam.

f *Ioh.* 14. 2.

g *Pſal.* 16. 11.

h *Matt.* 25. 21.

4. *Domus Patris*[f].

5. *Κατὰ μετωνυμίαν Satietas gaudiorum*[g].

6. Gaudium Domini[h].

7. No

templatione poſita eſt:[a] Non ſecus ac aulici alicuius felicitas in aula regis,eſt ſi à ſuo Rege benigno vultu aſpiciatur,ametur.quæratur,vnicè deſideretur.Et viciſſim Chriſtum tanti boni authorem agnoſcemus , ſequemur quocunque fuerit,[b] & ei adhærebimus,& ab eius latere nunquam diſcedemus.

a Matt. 18. 10.

b Apoc. 14. 4.

X. *Atqui,annon iam Deo fruimur, & eum videmus in his terris?*

Sanè:(quo nomine iam etiam inchoata eſt in nobis vita æterna)ſed ſolùm per Ænigma,i.obſcurè , & per res medias,i.res creatas nobis obiectas tanquam per velum quoddam intermedium,non autem per aſpectum ipſum clarum:Vnde 1.Tim.6.16.*Deum nemo hominum vidit, nec videre poteſt.*

Videmus igitur Deum,1.Viſione naturali in rebus creatis,vt in ſpeculo,in quo Diuinitatis quidam ſplendor refulget.[c]

c Rom.1.20.

Speculari,ſeu Symbolica,per imagines & ſigna quædam diuinæ ipſius gloriæ:de qua Eſa.6.1.*Vidi Dominum ſuper ſolium excelſum & eleuatum,& plena erat domus maieſtate eius,& Seraphin ſtabant circa ipſum.*Quo modò Moſes dicitur vidiſſe poſteriora Dei , non faciem , i. ipſiſſimam Dei maieſtatem,Exod.33.23.

3. Viſione fidei, qua ex doctrina & factis Filii,cognoſcimus Patris voluntatem erga nos:de qua Chriſtus Ioh. 14.9.*Qui videt me,videt & Patrem.* Tunc autem in gloria Reſuſcitatis corporibus , modò quem nunc comprehendere non poſſumus , videmus Deum per ſe ſicuti eſt,1.Ioh.3.2.non quidem quantus eſt,ſed qualis eſt , nullis velis interpoſitis & longe clarius quàm Moſes in mõte eum facie ad faciem vidit,Exod.33.11.Et modo præſtantiore,quàm primi noſtri parentes Deum ante lapſum viderunt,Apoc.22.3.Serui eius ſeruient ei,& videbunt faciem eius.

XI.*Súntne homines in vita æterna ſe mutuò agnituri?*

Vtique qui pleni futuri ſunt Spiritu ſancto]& ſapientia,ſicut Adam ante lapſum adhuc retinens integritatem imaginis Dei Euam,quam nunquam viderat,& vndenã

Αἴτιον κύριον, Deus eſt,qui miſericordia,& gratuita bonitate, per & propter Chriſtum Mediatorem noſtrum
a Luc 12.32. eam nobis largitur & donat,[a] Ioh.6.40. *Hæc eſt volun-*
Rom 6.23. *tas eius qui miſit me , vt omnis qui videt Filium & credit in*
Eph.1.5. & *eum habeat vitam æternam*,& 1.Ioh.5.11.
2.5.

Meritoria ipſa Efficiens,Solus Chriſtus,Ioh.14.6. *Ego ſum*,inquit,*via illa,& illa veritas,& vita illa.*

b Rom.1.16. Inſtrumentalis offerens & patefaciens,Euangelium.[b]
17. Inſtrumentalis Recipiens,fides,1.Pet.1,9. *Reportantes mercedem fidei veſtræ,ſalutem animarum.*

c Eph.1.13. Cauſa obſignans,Spiritus ſauctus.[c] *Bona* autem *opera*,
14. ſicut afflictiones,*non ſunt cauſa regnandi , ſed via Regni*, inquit Bernardus. Et Act.14.22. *Per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum cælorum.*

VIII. *Cur dicitur anguſta Porta,& ſtricta via,quæ ducit ad vitam, Matt.71.4?*

1. Quia penitus ignota rationi humanæ,& inperueſtigabilis erat,ſed Chriſtus eam nobis reuelauit.

2. Quia vnicus eſt aditus ad vitam per Chriſtum, non plures.

3. Quia pauci hanc ingrediuntur, ſi conferas cum mundi moribus:ſicut via virtutis vitiorum itineribus collata,anguſta eſt,quia raros habet viatores.

4. Quia ingrata & difficilis eſt carni,propter crucem & ſui abnegationem, quas habet comites. Anguſta igitur eſt non ἁπλῶς,ſed κατά τι quia Electis ſatis lata & aperta eſt.

IX. *Quod eſt vitæ æternæ Obiectum?*

Materiale quidē,verus Deus:formàle verò, ipſius Dei, quantum capaces erimus cognitio, viſio, fruitio, perceptio,ſeu adoptio. Etſi enim Angelorum & Beatorum omnium conſortio, conſpectu, & colloquio ſuauiſſime
d Matt.8. fruemur,[d] tamen non in horum iucundo viſu, beneuo-
11.2. lentia, & conſuetudine acquieſcemus, ſed in Dei vnius iucunda & beneuòla propter Chriſtum viſione & fruitione, Matth. 5. 8. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Et 1.Ioh. 3. 2. *Videbimus eum,ſicuti eſt.* Sicut & Angelorum fœlicitas in illa vnius Dei fruitione & con-
tem-

Solis luce vel æſtu,aut Lunæ frigore quiete, aliiſve ſimilibus extra ſe ſubſidiis quibus ſuſtentetur, foueatur, aut ſuas actiones agat.[a] Nam ipſe Deus Schaddai, erit tunc omnia in omnibus,& omnimoda bonitate omnia complebit,1.Cor.15.38.Sufficiet enim nobis gratia Dei, viuemus Deo,& de Deo,ſatiabimur ab vbertate gloriæ Dei, & torrente voluptatis potabit nos Deus.

a *Pſ.* 121.6. *Rom.*14.17. *Apoc.*21.23. & 22.5.
b *Pſal.*17.7. & 36.9.

3. Erit *ſanctiſſima*,quia non aliud quicquam, quàm ſolius veri Dei per Chriſtum,gloriam,& celebrationem ſpectabit.[b] Et quia ſancti erimus,vt Deus ſanctus eſt: ſimiles enim ipſi,etſi non pares,erimus,1.Ioh.3.2.Erítque Eccleſia ſine ruga & macula,ſancta & inculpata pleniſſimè,Eph.5.27.[d]

c *Iſa.*43.7. *Eph.*1.6.
d *Apo.*21.27.

4. Erit *iucundiſſima*,quia omnibus ſuis votis fruentur Electi:(*Quicquid* enim,inquit Bernardus, *amabitur, aderit, & nihil deſiderabitur,quod aberit*) & ſummam, & puram voluptatem ſentient, tum corpore, tum anima ex præſentia Chriſti,& aſſiduo Dei intuitu. Pſal. 16.21. *Notam facies mihi ſemitam vitæ, abundantia delitiarum in vultu tuo,Iucunditates in dextra tua in æternum.* Et 17, 15. *Satiabor,cùm expergiſcar* (à mortuis) *vultu tuo in æternum.* Quanta enim erit iucunditas in conſpectu ſummi illius boni, quod eſt congeries omnium bonorum & iucunditatum! Hinc lætitia æterna, ſeu gaudium perpetuum & inenarrabile,quod Spiritus in electis excitabit,& quod nemo tollet à nobis Ioh.16.22.

5. *κοινωνία* ſeu *participatio diuinæ naturæ*, i. non diuinæ Eſſentiæ in nos transfuſio, ſed qualitatum diuinarum. i immortalitatis,gloriæ,virtutis,ſapientiæ,iuſtitiæ, imaginis Dei communicatio.[e] Quæ erunt alba illa veſtimenta ſanctorum.ſtolæ albæ,& biſſynæ, puræ, & ſplendidæ veſtes,quibus amicientur electi.[f]

e 2.*Pet.*1.4.
f *Apoc.*3.4.5.& 6.11. & 7.13. & 19.8.

6. Accedet *corporum clarificatio*, ſumma pulchritudo, & maieſtas,qua reddentur ſimilia corpori Chriſti glorioſo,Philip.3.21. *Et fulgebunt Iuſti ſicut Sol,*[g] *& lucebunt ſicut ſplendor firmamenti*, Dan.12.3. *Erúntque ſicut Angeli Dei.*

g *Matt.* 13.43.
h *Luc.*20.36.

7. Ibi erit *triumphus* electorum ſuper diabolo,morte, & inferno.[h] *Societas* cum omnibus beatis, *conuerſatio* cum ſanctis,Angelis,*amor* perfectus Dei & proximi, *concordia* omnium & ſumma pax: omnibus enim illic erit

i *Rom.*16.20. *Apoc.*20.10.
10.

eſſet, nemine dicente, agnouit, Gen. 2.23. Sic Petrus in monte in mortali corpore, guſtum tantùm quendam vitæ æternæ percipiens, Moſem & Eliam quos nunquam viderat, reuelatione interna cognouit, Matt 17.3.4.

XII. *Quis finis* ἐι. *Quibus eſt deſtinata vita æterna?*

a Matt. 8. Quibuſuis ex quacunque Gente fuerint, [a] ſed non pro
11. miſcué, verum ſecundum illud, Rom.11..7. *Electi aſſequuti*
ſunt, reliqui verò occalluerunt: Ergo benedictis tantùm Pa-
tris, ſeu electis, & per conſequens credentibus in Chri-
b Ioh. 3. 16. ſtum, [b] facientibus quod vult Pater eius, [c] operibus fidem
& 6.40. ſuam teſtantibus, [d] tam maſculis, quàm fœminis, vtpo-
c Mat.7.21 te cohæredibus gratiæ vitæ, 1. Pet.3.7.
d Matt.25.
34. & ſeq.

XIII. *Quænam qualitas ſiue conditio vitæ æternæ futura eſt?*

Hoc verò in hac mentis caligine ne cogitãdo quidem
e Iſa.64.4. aſſequi poſſumus, [e] ſed perfecta huius rei notitia in vi-
1.Cor. 2. 9. tam æternam differtur. nondum enim apparuit quod fu-
turi ſumus, 1. Ioh.3.2. Ex propriis tamen adiunctis, quæ
Scriptura tribuit vitæ æternę, diſcimus, quantum hic no-
bis conducit , quæ , qualis, quanta, i. quàm excellens
futura ſit eius conditio.

Ac 1. quidem, corporis & animi noſtri partium & fa-
cultatum functio, & actio erit *perfectiſsima*. Omnimoda
f Iſa.60.15 enim erit peccati tam animi quàm corporis abolitio[f]
16. & ſeq. immunitas à morte & omnibus calamitatibus, non e-
g Iſa.25.8. rit mors, neque luctus, neque clamor, nec dolor vltra, [g]
1.Cor.15.54. & proinde aberit omnis imbecillitas, morbus, dolor, mœ-
h Iſa.65.18 ſtitia, ſenium, corruptio, defectus, indigentia: [h] Erit e-
19.20. nim ibi ſana æternitas, & æterna ſanitas, inquit Berna-
Apoc.21.4. dus: quia iuſti in perpetuum viuent, & ſalus eorum erit
à Domino, Pſal. 37. 29. Erit *facillima*, quia vtraque illa
pars noſtri accipiet à Spiritu ſancto quæ erunt & ſunt ad
vitam, actionémque ſuam plenam neceſſaria. [i] Itaque
perfecta erit rerum omniũ cognitio, quia in æterna luce
Patris luminum verſabimur, & ipſa ſapientia Dei ſeipſi
oſtendet nobis.

2. Αυτάρκειαν habebit plenam vitæ beatæ: nullis enim adminiculis huius vitæ egebit, putà cibo, potu, amictu,

Solis

XVI. *Anne animæ piorum nunc à corporibus ſeparatæ, perfecta & conſummata beatitudine fruuntur?*

Satis ſit nobis ſcire, illico à diſceſſu è corpore, *Spiritum redire ad Deum, qui dedit illum*, Eccleſ. 12. 9. & poſt diſſolutionem ſeu diſſociationem animæ à corpore *eſſe cum Chriſto*,[a] in Paradiſo[b], in pace[c], in requie[d], in conſolatione[e], in refrigerio ſeu quiete[f], in ſecuritate[g], in manu Dei, vt minimè attingat eum cruciatus[h], & glorificatione nominis Dei.

Quia tamen reſurrectionem corporum expectant, & fruitionem pleniſſimam omnium bonorum, quæ Deus promiſit diligentibus ipſum; non in perfecta & conſummata: ſed inchoata beatitudine verſari dici poſſunt. 2. Tim. 4. 8. *Repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die iuſtus ille Iudex, non ſolùm autẽ mihi, ſed & omnibus, qui expetiuerint illuſtrem illum ipſius Aduentum.* Et Apoc. 6. 9. *Vidi ſubaltari animas eorum qui mactati fuerant propter verbum Dei: Clamabant autem dicentes. Vſque quo Domine, non vindicas, ac ſanguinem noſtrum non vindicas de iis qui habitant in terra? Tunc datæ ſunt ſingulis ſtolæ albæ, & dictum eſt eis, vt requieſcerent adhuc paululum temporis, vſque quo compleantur etiam conſerui eorum, & fratres eorum qui trucidandi ſunt, ſicut & ipſi.* Contrà, 2. Pet. 2. 9. Iniuſtos dicit ſic puniri, vel huius vitæ priuatione, vel aliis pœnis, vt etiam reſeruentur in diem Iudicij, longè aliis aſperioribus pœnis, æternis videlicet, & corpore & anima cruciandi.

a Philip. 1. 23.
b Luc. 23. 43.
c Sapient. 3. 3.
d Heb. 4. 11.
e Luc. 16. 25.
f Sap. 4. 7.
g Iob. 11. 15. 18.
h Sap. 3. 1.

XVII. *Quis locus æternæ vitæ?*

Non hæc terra, aut regio aërea ſeu elementaris, quam adhuc mors, horror, & peccatum: & poteſtates tenebrarum, ſceleratique ſpiritus inhabitant[i], & quæ tandem diſſoluetur[k]. Sed cœlum cœlorum, ſeu Summum, in quo Chriſtus quâ homo, aſcendit, ſublimior cœlis aſpectabilibus factus[l], ſiue cœlum illud tertium in quod Paulus raptus eſt, quod κατ' ἐμφασιν Paradiſum vocat, 2. Cor, 12, 2 4. Poſt Iudicium verò ſeu reſtaurationem omnium rerum, vita æterna, ſeu ſedes & locus beatorum,

i Ioh. 10. 22. Eph. 2. 2. & 6. 12
k 2. Pet. 3 0.
l Heb. 9. 2

vna voluntas, quia nulla illis erit niſi Dei voluntas: proinde quicquid volent, fiet: *Melodia*, ibi enim Angelicis choris concinemus ſine fine Deum laudantes. Denique erunt ibi omnia corporis & animæ *bona, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis cogitauit*, 1. Cor. 2. 9. Quis igitur illuc cum Chriſto per mortem tranſire non cupiat?

XIV. *An æquali menſura electis omnibus æternæ vitæ gloria communis futura eſt?*

Non: ſed ſicuti Deus ſua dona electis in hac vita inæqualiter communicat: ſic inæquali gloriæ modo in cœlis illa dona ſua in electis coronabit. Nam Chriſti illud peculiare eſt ad Apoſtolos *Sedebitis iudicantes duodecim tribus Iſrael*. Matt. 19. 28. Et Paulus peculiarem ſibi coronam pro laborum ratione repoſitam eſſe non dubitat, 1. Theſſ. 2. 19. Sic & Dan. 12. 3. *Erudientes*, inquit, *fulgebunt vt ſplendor firmamenti, & iuſtificantes multos, tanquam Stellæ in ſeculum, & in æternum*. Et Scriptura non modò vitam æternam pro-
a Matt. 19 mittit fidelibus, ſed in ea ſpeciale cuique præmium.[a] Id
29. etiam probabiliter ex ratione contrariorum intelligi-
1. Tim. 4. 8. tur.[b] Huc etiam aduocari poteſt illud Pauli. 1. Cor. 15. 41.
b Matt. 11. *Stella enim à Stella differet decore.*
22. 24.

XV. *Quando ſumet initium vita æterna?*

Iam in hac vita incipit in animis fidelium, dum Spiritus ſanctus per Verbi prædicationem, mentem eorum vera Dei cognitione imbuit, & voluntatem ad promptè ipſius mandatis obſequendum flectit. Imò illius arrhabonem ſentiunt guſtúmque veriſſimum habent, Eph. 1. 14. Vnde ſpes illa emanat, quæ credentes fallere non poteſt, Rom. 5. 2. 5. καυχώμεθα, ſeu *magna lætitia afficimur ſub ſpe gloriæ Dei: Spes verò nunquam fallit.*

Denique per fidem in Chriſtum à morte iam ad vitam
c Ioh. 5. 24. tranſiuimus,[c] quia quod ſpe poſſidemus, tam certò ſci-
1. Ioh. 3. 14. mus futurum, ac ſi iam reipſa nobis datum eſſet. Eiuſtamen plenam poſſeſſionem & conſummationē conſequemur demum tempore à Deo conſtituto, quo poſt expletum ſaluandorum numerum Chriſtus nobis è cœlo apparebit Redemptor.

retribuendo. Item *Eorum*, qui, quid in cœlis agatur, ſcire ante tempus appetunt: & quà in cœlos eundũ ſit, minùs curant.

4. *Patrum* quorundam, vt Irenæi, Tertulliani, & aliorum opiniones, qui non exiſtimarunt piorum animas ad cœlum aſcendere, niſi poſt reſurrectionem; ſed eſſe in temporario promptuario, receptaculo, ſeu regione, etſi non cœleſti; ſublimiore tamen inferis, vbi ſit illis Refrigerium vſque ad reſurrectionem. *Iohannis viceſimi* Papæ Romani error, qui exiſtimauit animas coràm Deum non videre, vſque ad extremum reſurrectionis diem.

6. Imprimis *mors æterna* vitæ æternæ ex diametro repugnat, vt & luctus, pauor, clamor mœror, frigus, laſſitudo, ſomnus, morbus, mors, fames, ſitis, paupertas, inſidiæ, tentationes Satanæ, tormentum, terror gehennæ, &c.

LOCVS XL.

De Morte æterna.

I. *Mors vndénam dicta eſt?*

NONNVLLIS bono omine à Græcis θάνατος dicta videtur, quaſi ἄνω εἰς θεὸν φερόμενος: & θεωρεῖν παρὰ τὸ ἄνω θεῖν, *ſurſum contẽplari*, quia nos ad Deum reducit. Dicitur etiam τελευτή quaſi τελετή, *initiatio* ad vitam æternam. Latinis à mora dicta videtur *Mors*, quia nos moratur ſeu expectat, & *tacito clam venit illa pede*, vel quia nullius conditionem moratur.

II. *Quotuplex eſt Mors?*

Quadruplex. 1. *Corporalis* quæ & Temporaria dicitur; & eſt vel naturalis, vel accidentalis; eáque vel violenta, vel voluntaria animæ à corpore ſeparatio, tam piis quàm impiis communis, iuſto Dei Iudicio propter peccatum Adami, omnibus ex Satanæ inuidia inflicta [a]: & *mors prima* reſpectu impiorum à Iohanne dicitur, A

[a] Gen. 2. 17. Ioh. 8. 44.

erit non ſolum in cœlis, ſed etiam in terra: *nouos enim cælos & terram nouam iuxta promiſſum eius expectamus, in quibus Iuſtitia inhabitet*, i. qui iuſtorum domicilium exiſtant, Iſa. 65.16. 2. Pet. 3.13. Apoc. 21.1.

XVIII. *Quis finis Vitæ æternæ?*

1. Vt Deus gratiam ſuam erga electos ipſo facto & opere comprobet.

2. Vt pij pleno fructu mortis & Paſſionis Chriſti fruantur.

3. Præmia ſuis laboribus digna reportent[a]. a 1.Tim.4.

4. Immenſam miſericordiam Dei agnoſcant, Eum qui omnium deſideriorum finis eſt, ſine fine videant, & in æternum ſine fatigatione celebrent.

XIX. *Quæ effecta vitæ æternæ?*

1. Similitudo noſtri cum Angelis, nempe non quoad ſubſtantiam, ſed quoad huius proprias conditiones[b]. b Matt. 22. 30.

2. Participatio dignitatis hominis Chriſti: faciet enim tunc nos ſecum verè Reges, Sacerdotes, & Prophetas, ſed hac conditione, vt ipſe ſupra omnes inenarrabiliter emineat. c Apoc. 1.

XX. *Quis Vſus Doctrinæ de vita æternæ?*

1. Solatio eſt in calamitatibus & iniuriis, quibus obnoxij ſumus in hac vita.

2. Mitigat triſtitiam, quam de mortuis concipimus.

3. Minuit mortis timorem, dum credimus meliorē vitam poſt hanc mortem ſequuturam eſſe, & illud meditamur, Apoc. 14.13. Beati qui in Domino moriuntur.

4. Reddit nos ſollicitos & alacres ad obſequium Dei præſtandum, & charitatem erga proximos, cum quibus nobis futura eſt perpetua in cœlis conuerſatio,

XVI. *Quæ Diſſentanea?*

1. Abſurdæ opiniones *Democriti, Epicuri Pliniј, Galeni*, & aliorum qui quæſtionem de vita æterna rident, & cum corpore omnia interire ſtatuunt.

2. Curioſæ quæſtiones & determinationes *Pontificiorum*, de gradibus Sanctorum in vita æterna, vt de fructu triceſimo coniugatis caſtè viuentibus, ſexageſimo viduis continentibus, centeſimo (ſeu Aureola) virginibus

retribuendo

dus nihil ſit minùs quàm mortuus iis, qui tamen mundo mortui ſunt. Ideo Gal.6.14. *Per Chriſtum mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo:* Et Philip.3.8. *Omnia duco damnum propter eminentiam cognitionis Chriſti.* Infidelium autem, ſeu ψυχικῶν, mors ſpiritualis eſt quæ fidei aut animæ mors dici poteſt, qua videlicet Chriſto carentes, & Spiriru eius, vacuique fide, mortui ſunt peccatis (ſexto
caſu) Eph.2.5 & tamen viuunt in peccatis, nec veniam
deprecantur, & ita viuentes, mortui ſunt[a], & in vmbra a *Matth.* 8.
mortis habitare dicuntur[b]. 22.

3. *Æterna*, eſt perpetua totius hominis infœlicitas 1.*Tim.*5.6. *Apoc.*3.1.
& miſeria, & dicitur mors ſecunda[c]: de qua dicitur, Mors b *Eſa.*9.1.
peccatorum peſſima, Pſal.34.22. Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat, Ezech, 33.11.4. Mors *ciuilis*,
Iuriſconſultis dicitur eorum qui capite diminuti ſunt, 1. c *Apoc.* 2.
qui de gradu honoris & libertatis deciderunt, nec boni 11.& 21.8.
viri nomen retinuerunt. Sed de tertia mortis ſpecie nũc agimus.

III. *Quid eſt mors æterna?*

Eſt ineffabilis, miſerrima, horribiliſſima, & nunquam deſitura Reproborum conditio, diuinitus deſtinata: non qua rurſum animo ſeparetur à corpore, vel intereat corpus aut anima, & eſſe & viuere; & ſentire deſinant, (Erũt enim, & viuent perpetuò.) Sed qua tum anima, tum corpore, non modò ab omni Dei fauore & conſpectu in æternum excludentur, verùm etiam horrendæ & nunquam finiendæ ipſius propter peccata commeritæ ma-
ledictioni iuſtiſſimè addicentur[d]. Nam vt *oculus non vi-* d *Iſa.*66.
dit, auris non audiuit nec in cor hominis aſcendit, quæ præpara- 24.
uit Deus diligentibus ſe, 1. Cor.2. 9. Ita nec etiam cru- *Matt.* 25.
ciatuum & pœnarum magnitudo, quæ damnatis præ 41.46.
paratæ ſunt, in hac vita planè intelligi, nedum verbis ex- 2.*Theſſ.* 1.9
primi poteſt.

IV. *Si anima & corpus reproborum erunt & viuent perpetuò, Cur eorum ſtatus futurus non vita, ſed mors vocatur?*

Quòd eiuſmodi eorum vitæ ſors & conditio modis omnibus miſerrima, mors, non autem vita, dici meretur.

Rom.5.12. poc,20.14. Et piis quidem communis eſt,licet iis remiſſa
17. ſunt peccata, 1. Vt peccatum odiſſe diſcant. 2. Seueritatem
& 6.23. iræ diuinæ erga peccatum agnoſcant. 3. Vt deponant
1.Cor. 15. reliquias peccati,& miſerias quæ illis propter peccatum
25.
Heb.9, 27. adhærent. 4. Virtutem Dei exſuſcitantem mortuos
experiantur, & ſic eorum mors & infirmitas ipſorum
bono & gloriæ Dei ſeruiat. Iísque ideo expetenda, Pauli
exemplo, *Cupio diſſolui*, Philip.1 23. Non vitæ tædio, aut
propter ſe (quia pugnat hoc deſiderium cum ſenſu naturæ)
ſed propter aliud (nempe quia liberatio eſt à toto
peccato,& huius vitæ miſeriis,& tranſitus ad clarum Dei
conſpectum, reditus & migratio ab exilio ad domum non
ruinoſam ſed nouam & amœniſſimam[a], lucrum[b], tranſitus
a2.Cor.5.1. ad Patrem[c]; Proinde nec timenda, quia à Christo deuicta
1.2.
bPhilip.1. eſt[d], & talis nobis eſt qualem ipſe Chriſtus fecit
21. & eius hora vnicuique diuinitus inſtituta eſt) ſed fidei
cIoh.5. 24. deſiderio: ſic tamen expectanda eſt, vt pedem teneamus
& 13.1. fixum in terrena ſtatione quandiu Domino libuerit: malunt
dOſea 13 enim pij in Chriſti gloriam viuere, quàm in proprium
14. commodum.
eHeb.2. 4.
14.15. 2. *Spiritualis*,& eſt vel fidelium, vel infidelium. Et fidelium
quidem eſt triplex, 1. *peccati*, quoad vigorem, i.
vim ſeu vitam peccati, quæ mortificatio dicitur, Rom.6.
2 8. *Mortui ſumus peccato* (tertio caſu) *quomodo adhuc viuemus
in eo?* 2. *Legis*, ſed κατά τι, quatenus Lex eſt peccati
virtus, 1. Quia non ampliùs reos facit eos qui ſunt in
Chriſto, 2. Nec ad peccandum irritat, Rom. 7.4. *Vos
mortificati eſtis Legi in corpore Chriſti.* Et Gal. 2.16 19. *Lege
mortuus ſum, vt Deo viuam*: Chriſtus enim efficit vt moriamur
Legi, quoniam iuſtificando nos, tollit conſcientiæ
terrores quos incutit Lex: & nos ſanctificando facit vt concupiſcentia
mortificetur, nec accipiat occaſionem peccandi
fRom. 7.5. ex Legis prohibitione, ſicut antè ſolebat[f]. 3. *Mors
6.8.9. mundi*, quà mundus piis mortuus eſt, Actiuè quidem, non
iis qui clauſtra & profeſſionem monaſticæ vitæ ingrediuntur,
ſed qui propter excellentiam cognitionis Chriſti,
deſpiciunt omnia, quæ mundus ſuſpicit,& admiratur.
2. Et opera mundi abnegant, qualia ſunt ſcortatio, alea,
& quicquid eſt Operum carnis, 3. Et qui nulla delectatione
mundi capiuntur: Paſſiuè verò iis qui
viciſſim mundo deſpecti ſunt; cùm alioquin ſæpè mun-

ιδην, tenebroſum, ſine ſole domum, & *Tartarum*, ὅτι ταράττει ἅπαντα, terret omnia, Latini à ſitu *Inferos*, Infernum, Orcum, & *Abyſſum* interpretantur, i. immenſæ profunditatis voraginem, ſeu ἄβυθον, ſine fundo [a].

a Luc. 8. 31. Apoc. 9. 11.

IX. *Quid eſt infernus?*

Eſt certus locus abditus & horribilis damnatis hominibus, & Angelis malis, ad pœnam æternam à Deo deſtinatus [b].

b Num. 16. 30. 33. Eſa. 30. 33. Mat. 8. 12. & 25. 41. 2. Theſſ. 1. 9

X. *Vbinam eſt infernus?*

Difficile eſt iudicare: & de hoc nos ſollicitos eſſe non decet, ſed hoc dare operam, vt caueamus, ne aliquando experiamur. Eſt tamen alicubi, nec ſupernus locus, ſed infernus (quia infra ſit) & proinde à ſummo cœlo Beatorum ſede, longiſſimè remotus. Nam Scriptura Luc. 16. 26. μέγα χάσμα, quod eſt vaſta vorago (ἀπὸ τοῦ χαίνειν, hiare, dehiſcere) inter pios & impios ponit. Et *Diues apud Inferos, ſublatis oculis ſuis, cum eſſet in tormentis, vidit Abrahamum procul, & Lazarum in ſinu eius.* Et in eum locum detrudi dicuntur ii, qui in eum proiiciuntur, tanquam, ratione noſtri & cœli infimum. [c] Et Apoc. 17. 8. *Beſtia ex Abyſſo* dicitur *aſcendere in terram.* Sed & Num. 16. 30. 33. *Chore, Dathan, & Abiron viui* dicuntur, *deſcendiſſe in Infernum*, non ſimpliciter in Sepulchrum, vt vox Inferni ſolet interdum vſurpari [d]. Nec obſtat quòd Satan è cœlo ruere dicitur, quando voce Euangelij poteſtas ipſius aboletur, Luc. 10 18. & in hoc aëre verſari, Luc. 8 31 [e]. Nam ad tempus ſolum hic verſatur ad exercendam fidem piorum, & exequenda iuſta Dei iudicia in homines, alioquin *Diaboli in Tartarum detruſi, & catenis caliginis vincti* detineri dicuntur, 2. Pet. 2. 4. Iudæ 6. Inferni autem deſcriptio luculenta habetur Iſa. 30. 33 Gehenna pro rege Babyloniæ à Deo præparata eſt, qui *depreſſit ipſam*, id eſt in locis inferioribus poſuit, *& dilatauit eam*, id eſt capacem & ſpatioſam fecit, *Incendium eius Ignis & ligna multa flatus Domini tanquam ſulphuris torrens, ſuccendit ea.*

c Apoc. 9. 11. & 20. 3.

d Gen. 42. 38. Pſal. 19. 10. Act. 2. 31.

e Eph. 2. 2. & 6. 12.

XI. *Quando incipient pœnæ Inferni?*

Quædam, tanquam præludia in quibuſdam impiis, incipiunt in hac vita: Sic Infernus eſt, iram Dei ſentire, &

aIſa.30.33. V. *Quæ Epitheta mortis æternæ?*

& 66.24.
Mat. 8. 12. Ad delineandam quodammodo pœnæ atrocitatem, in
& 22.13. Scripturis vocabulis ſumptis à pœnis huius vitæ confu-
& 25. 46. ſio, ignominia, opprobrium ſempiternum, vermis ſine
Marc.9. 43.47. fine corrodens, ſtagnum ſulphuris & ignis, Gehenna,
Apoc.19.& planctus, fletus, & ſtridor dentium, caminus ignis, ignis
20. & 20. æternus, deuorans, & inextinguibilis, σκότος τὸ ἐξώτερον,
10.14.15. extra regnum lucis, vermis qui non morietur, ſupplicium
bMat. 25. æternum, & aliis nominibus appellatur. [a] Quibus Epi-
41. Rom.2.8. theris, quales & quantæ pœnæ mortis æternæ futuræ
2.Theſſ.1.5. ſint, ſeu earum forma adumbratur.

9.8.9. VI. *Quæ Cauſæ mortis æternæ?*

Remota, Deus iuſtiſſimus iudex. [b] *Proxima* Satan
ſuaſor peccati, & iam inde ab initio creati mundi, homi-
cIob.8.44. cida, cùm peccatum hominem interemit.[c]
Ὑπηρετικὴ ἢ ὀργανικὴ, Ipſe homo cõſentiens Satanæ; Pec-
catum denique per quod homo, receſſit à lege Dei, Gen.
2.17. *In die qua ederis de ligno ſcientiæ boni & mali, morte
morieris*, vtraque tam temporanea, quàm æterna. Et
Rom.5.12. *Per peccatum mors ingreſſa eſt in mundum.* Et
6.23. *Stipendia peccati mors.* Et 1. Cor.15.21. *Per hominem
mors.*

VII. *Quibuſnam mors æterna parata eſt?*

dApoc.21. Maledictis ſiue reprobis, operariis, iniquitatis impiis
8. peccatoribus Execrabilibus homicidis, ſcortatoribus, ve-
e2.Theſſ 1. neficis idololatris omnibus mendacibus:[d] & vt vno ver-
8. bo dicam, incredulis, iis qui Deum non nouerunt, neque
auſcultant Euangelio[e], vt corpore & anima plectantur
quia corpore & anima peccauerunt, Matt. 10 28. *Timete
eum qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam*, æter-
fIoſue. 15. nis videlicet ſuppliciis ac proinde neutrius ſubſtantia pe-
8. ritura.

Iſa.30.33. 2.Reg.23.13. VIII. *Quis locus morti æternæ deſtinatus eſt?*

2.Chronic. Is quem Hebræi *Tophet*, à ſtrepitu & confuſione, &
28.3. Ierem.7.31. *Gehennam* à loco vicino Ieroſolymis, in prædio cuiuſ-
fLuc.8.31. dam viri Hinnon dicti ſito, in quo Iſraelitæ filios ſuos
Apoc.9.11. idolo Moloch adolebãt [f] Græci Ἅδην, παρὰ τὸ μὴ εἰδεῖν, i.e.
[illegible]

Ad aſſiduum ſtudium veræ pietatis & pœnitentiæ in is excitandum. Matth. 3. 10. *Ferte fructus reſipiſcentiæ mentes: Securis enim ad Arborum radicem poſita eſt, Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excinditur, & in mittitur.* Hinc Chryſoſtomus Homil. 13. ad Rom. inquit, *vbique de gehenna diſſereretur, non enim ſinet gehennam incidere, gehennæ meminiſſe.*

XVI. *Qui Repugnant?*

1. *Epicurei*, qui immortalitatem animorum, & proinde pœnas ſceleratis conſtitutas, negant: quos nō tantùm verbum Dei, ſed etiam ipſa κοινὴ ἔννοια refellit.

2. *Origeniſtæ*, Miſericordes olim dicti Doctores, qui ſomniabant fore, vt omnes & ſinguli homines, etiam ſcelerati, ipſique adeò dæmones pœnis illis aliquando defuncti, abſoluantur.

3. *Nonnulli* quibus placet, inferno nullum locum deſtinatum eſſe, ſed infernum eſſe, quicquid à Deo nos ſeparat. Et vt ait Hieronymus, *Quicquid inter fratres diuidit.*

4. *Error*, quem Origeni tribuit Hieronymus, Epiſtola ad Amitum, *Infernum nihil eſſe, niſi conſcientiæ horrorem.*

LOCVS XLI.

De Eccleſia.

I. *Vnde dicta eſt Eccleſia?*

Παρὰ τὸ ἐκκαλεῖν, quod eſt euocare: nam ἐκκλησία dicebatur Græcis *Conuentus ciuium*, voce præconis domo euocatorum, ad audiendam ſententiam Senatus: (vnde Ἐκκλησιάζειν, *Concionari*, in concionem aduocare: Et Συναγωγὸ, *Concionator.*) Quæ & Συναγωγὴ dicitur, i. *Collectio*, παρὰ τὸ συνάγειν, colligere, cogere, & congregare, Sed quia Iudæi cōuenticula ſua, & loca Legi & Prophetis legēdis dicata vocabant Synagogas, Chriſtiani, vt ipſo nomine ſuos cœmaledictum eſſe, & veluti à Deo reiectum. A piis etiam interdum ſentiuntur, ſed tantùm in hac vita ad Probationem [a]. Potiſſimæ verò differuntur in diem extremum. Impiorum tamen animæ ſtatim poſt mortem, pœnas & damnationem ſubeunt, [b] ac in diem Iudicij ſeruantur quo reſumptis corporibus æternùm cruciabuntur.

[a] Pſal. 28. 6.

[b] Luc. 16. 22. 23.

XII. *Erúntne damnatorum pœnæ perpetuæ?*

Sanè: quia id requirit iuſtitiæ diuinæ regula: nam infinita Dei maieſtas læſa eſt: & quia electorum eſt æterna fœlicitas, oportet etiam reproborum æternam eſſe miſeriam. Et idem Scriptura teſtatur Iſa. 66. 24. Dan. 12. 2. *Euigilabunt alij in opprobrium æternum.* Et Matth. 25. 46. *Ite maledicti in ignem æternum*, & inextinguibilem, in quo ſemper durabunt damnati, ad iſtos cruciatus ſuſtinendos, quando ſalamandra in mediis etiam ignibus non conſumitur. Et Marc. 3. 29. Blaſphemia in Spiritum Sanctum, non habet remiſſionem in æternum.

XIII. *An-ne æqualis erit, quoad ipſum æternarum pœnarum modum, damnatorum conditio?*

Nequaquam: quod colligitur ex dictis Matt. 10. 15. *Terræ Sodomorum tolerabilius erit, quàm tibi* (i. Ciuitati ſpernenti Euangelium) Et 11. 22. 24. *Tyro & Sydoni remiſſius erit in die Iudicij.* Et 23. 14. Chriſtus, dicit hypocritis, *Propter hoc, amplius accipietis Iudicium.* Et Luc. 12, 47. Seruus qui cognouit voluntatem Domini ſui, & ſecundum eam non fecit, vapulabit multis: qui verò non nouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

XIV. *Quis finis inferni?*

Proximus, vt impij commeritis pœnis afficiatur. Summus verò, vt Deus iuſtus iudex orbis terrarum in illis puniendis appareat, & hoc modo iuſtitiam ſuam & iram erga reprobos: immenſam verò bonitatem, gratiam, & clementiam erga vaſa miſericordiæ, quæ ex gratia elegit, vt ſeruaret in æternum, declaret.

XV. *Quis Vſus huius doctrinæ?*

in Chriſtum credentium ſiue Chriſtianorum, & ab ipſo tanquam vnico capite dependẽtium, fidẽmque in illum profitentium atque ex fide Deum ex verbo ſuo, cognoſcentium, & colentium, annumeratis quoque Cathecumenis, & electorum, interdum etiam hypocritarum liberis, etſi per ætatem vocationis aut Sacramẽtorum non ſunt capaces [a].

Vel, Eſt cœtus hominum vbiuis degentium, de colluuie totius generis humani à Deo euocatus in regnum ſpirituale Chriſti voce Euangelij, ſegregatus & diſtinctus ab aliis cœtibus hominum, auditu verbi Dei, Fide, Sacramentis, Inuocatione, vitæ ſanctimonia, & profeſſione, qui fundatus eſt ſuper Chriſtum lapidem fundamentalem, vt in eo Deus habitet, & iuxta doctrinam Propheticam & Apoſtolicam in ſempiternum colatur. Ioh. 10. 4.5. *Oues meæ vocem meam*, non alterius *audiunt*.

Illuſtratur definitio exemplo Abrahami, qui cum ſua familia de Hur Chaldæorum & medio Idololatrarũ vocatus, voci Dei obediuit, & ſe à profanitate mundi fidei obedientia erga Deum & profeſſione ſegregauit [b].

Vel vno verbo, Eccleſia eſt ἁγίων κοινωνία [c], id eſt ſocietas hominum per fidem, quæ eſt ex auditu, Iuſtificatorum & Sanctificatorum in Chriſto Ieſu per Spiritum Sãctum, & quæ non in facultatum ſeu rerum communione Platonica, Monaſtica, Anabaptiſtica, ſed in Spiritu, Doctrina, Fide, Spe, Beneficentia, aliiſque pietatis exercitiis conſiſtit: In cuius tamen externo cœtu, multi ſunt hypocritæ.

IV. *Quotuplex eſt Eccleſia?*

Vnica eſt, quia vnum tantùm corpus Chriſti eſt, ex variis conflatum membris, ſicut vnus Deus Pater, eſt Pater omnium, vnus Chriſtus Mediator, & huius corporis myſtici vnicum caput eſt, vna fides, & vna ſpes per Spiritum Sanctum, (vtraque hæc vna, non numero, ſed genere:) vna denique vita æterna. Huic toti Eccleſiæ dicitur Gal. 3. 28. *Omnes vos, &c. vnus eſtis in Chriſto Ieſu*, id eſt vnius hominis inſtar, vt ſumma cõiunctio ſignificetur. Et Eph. 4.4. *Vnum eſt corpus Chriſti, vnus Spiritus vitæ, ſicut & vocati eſtis in vnã ſpẽ vocationis veſtræ.* Et Cãtic. 6.8. *Vna eſt Colũba mea, & perfecta*, Præfigurata per vnã Arcã Noe [d]. Et

[a] Rom. 10. 14. Act. 2. 39. 1. Cor. 7.14.

[b] Gen. 12. 1. & 13.18. & 15.6. & 17. 23. Rom. 4. 13. & ſeq.

[c] 2. Cor. 8.4

[d] Gen. 6.14. 1. Pet. 3.20.

tus à Iudaicis diſtinguerent, vocem præſtantiorem Ecleſiæ vſurparunt & retinuerunt, pro eorum cœtu qui Chriſtum profitentur, (pro qua nonnulli perperam Ciuitatis & Reipublicæ nomine vtuntur.) Etſi Iacobus 2.2. vtitur vocabulo Συναγωγῆς, Si introierit εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν, vir annulum aureum habens &c. Et Heb. 10. 25. Non deſerentes τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν.

Eſtque Eccleſiæ vox, non abſoluta, ſed relatiua, dicta reſpectu Dei; per præcones Verbi ſui homines vocantis è mundo in Regnum filij ſui. Qui verò vocationi parent, & Eccleſiæ accedunt, dicuntur κλητοὶ, quaſi ἐκκλητοὶ, appellati, vocati, vt in ſalutationibus Pauli Epiſtolarum videre eſt quia nemo Eccleſiæ verè ſe adiungit perſe ex ſuo motu & inſtinctu, ſed omnes quotquot veniunt, à Deo vocantur.

II. *Quotupliciter Eccleſia nomen vſurpatur in Scripturis?*

1. Latè ſeu *politicè*, pro quouis ciuili hominum cœtu, vt Act. 19. 32. Erat ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη: & verſ. 39. ἐννόμῳ Ἐκκλησίᾳ, legitima ſeu ſtata concio, quæ non modò opponitur τῇ συστάσει, ſeditioſæ & tumultuoſæ concioni, ſed etiam τῇ συγκλήτῳ ἐκκλησίᾳ, indictæ concioni.

2. *Spiritualiter*, & 1. Stricte, pro piorum duntaxat multitudine, qui omnes & ſinguli verò Deo, vera fide adhærent [a]. 2. Strictiùs pro Senatu Eccleſiaſtico [b], quia nomine totius Eccleſiæ cogitur, cui præeſt, & à Paulo Preſbyterium vocatur [c]. 3. Strictiſſime, pro Eccleſiola, id eſt familiæ alicuius domeſticis fidelibus [d].

3. *Communiter* pro ſacro cœtu ſiue vnius prouinciæ, ſiue fidelium per totum orbem diffuſorum, in quo vere pij cum hypocritis in his terris mixti ſunt [e].

4. Pro Ἐκκλησιαστηρίῳ, id eſt loco in quo fideles ad Dei verbum audiendum vel prædicandum conueniunt [f].

5. *Catachriſticè* pro falſa Eccleſia, quæ Eccleſia malignantium dicitur [g], quæ eſt conuenticulum & conſpiratio contra Chriſtum & veritatem eius.

III. *Quid eſt Eccleſia?*

Eſt multitudo hominum per Euangelii prædicatione efficaciter è mundo vocatorum & Electorum, ac proinde

in

---

[a] *Act.* 20. 17. 28. & 1. *Tim.* 3. 15.

[b] *Matth.* 18. 17.

[c] 1. *Tim.* 4. 14.

[d] *Rom.* 16. 5.

[e] 1. *Cor.* 11. 18. 22.

[f] 1. *Cor.* 14. 34.

[g] *Pſa.* 26. 5.

prorſus deeſt vel minùs ineſt. Sic cœtus Corinthiorum, qui futuram reſurrectionem negabant: Cœtus Galatarum, qui ſolum Chriſti meritum non ſatis eſſe ad noſtrã coram Deo iuſtificationem contendebant, à Paulo Eccleſiæ vocantur, ſed imperfectæ: velut ędificium, aut corpus partibus aut membris aliquibus mutilum, minùs ædificium & corpus eſt, quàm quod ſuis partibus omnibus conſtat.

3. Ratione ætatis & conditionis, Eccleſia *Iſraelitica* quæ erat ſub Lege tanquam pupillus ſub tutore, donec adoleuit, id eſt vſque ad Chriſti Aduentum, & Eccleſia *Chriſtiana* iam adulta poſt Chriſti aduentum, quo tutela illa finiit, diſtinguuntur. cùm vtraque ſit vna, ſi nõ fruitionem, ſedius ipſum libertatis ſpectes [a]. a Gal.4.1.2.3.

4. Ratione ſubiectorum, Eccleſia dicitur alia *particularis*, ex vnica Gente Iudæorum collecta ante Chriſti aduentum, quæ Iſraelitica, & Iudaica dicitur: alia *Catholica*, i. vniuerſalis, in Symbolo Apoſtolico expreſſa [b]. b Matt. 8.11. Ioh 10.16. Col.1.20. Eph.1.10.

VI. *Cur Catholica dicta?*

1. Quia omnium ætatum & ſeculorum eſt, & vna, eadem, & perpetua, ſemper fuit, eſt, & erit. 2. Quia diruta macerie, quæ inter Iudæos & Gentes interiecta erat, in vnum corpus coaluit, & ex omni hominum & populorũ genere ſemper colligitur, nec ad certum populum aut locũ, puta familiam Iacobi, aut Ieruſalem, alligata eſt. [c] 3. Propter vnam & eandem fidem quę omnibus fidelibus communis eſt, & ideo ſecundum illius profeſſionem ſynceram, Eccleſias vel catholicas κατ' ἐξοχήν; vel hæreticas & ſchiſmaticas, Patres eſſe iudicarunt, catholicum non ſolum hæretico ſed ſchiſmatico opponentes: vt apparet ex Diſputationibus eorum aduerſus Nouatianos, & Donatiſtas, qui ſibi ſolis nomen Eccleſiæ vendicant. c Matt.28.19. Gal.3.28. Eph.2.14. Apoc.21.13. Rom.9.10.11.cap.

VII. *Hæc catholica Eccleſia quî rurſum diſtinguitur?*

1. Ratione locorum ſiue partium: alia enim eſt *in cælis*, alia *in terris*: illa ſemper perfecta, conſummata, glorioſa & pura, ſeu immaculatã, non habens maculam aut rugam, ſancta & inculpata, de qua Apoc.7 [d] Hæc ſemper imperfecta, quoad Dei cognitionem & fidem: & quoad d Heb.12.22.23. Eph.5.27.

Ioh.10.16.*Vnus eſt grex & vnicus Paſtor.*

Vna autem conſenſu doctrinæ, conformi Scripturæ locorum interpretatione ad fidei analogiam pura adminiſtratione Sacramentorum: Vna, ſalutis authore, & capite, vnius Spiritus ſubminiſtratione, eiuſdem Spiritus a Act.4.32. vinculo, animorum denique coniunctione [a], quamuis diuerſis temporibus, & diuerſis locis diuerſi ad eam vocentur.

V. *Sed vnica illa Eccleſia, annon diſtinguitur?*

Sanè, ídque multipliciter. 1. Ratione eſſentiæ: nam alia dicitur Eccleſia συνωνύμως, & ἁπλῶς, alia κατά τι, καὶ ὁμωνύμως. *Simpliciter & vniuocè*, Eccleſia, eſt, cui ſuperior illa eſſentialis Definitio Eccleſiæ conuenit, nempe quòd ſit cœtus hominum, qui ſolum verum Deum in Chriſto ex ipſius Verbo ſcripto agnoſcit, & colit, illíque per omnia, & tamen varia menſura ſyncerè obſequitur: quæ & Orthodoxa, pura, & ſana Eccleſia dicitur. *Secundum quid* verò Eccleſia dicitur quæ ab illa Dei cognitione & cultu ex ipſius Verbo præſtando diſcedit, quæ vel Errans Eccleſia, vel hæretica, vel ſchiſmatica, prout in fide vel charitate, aut in vtroque erat, vocari ſolet. Sic cœtus hominum Chriſtianorum, qui nunc ſunt in Græcia ſub Imperio Turcico, Sic Anabaptiſtarum, aut hęreticorum, qui non prorſus à doctrina Euangelica deſciuerunt, ſic Pontificiorum cœtus κατά τι & ὁμωνύμως ſolùm, ſeu aliquo modo ſunt Eccleſiæ: ſicut homo lepra corruptus, & mente captus, non deſinit eſſe homo. Vnde Tertull *Lib. 4. contra Marcion. Faciunt fauos & veſpæ, faciunt & Eccleſias Marcionitæ.* Sed & inter hos cœtus qui Eccleſia ex parte tantùm & æquiuocè ſeu κατά τι ſunt, & dicuntur, illi qui plus de illa definitione retinent, iuſtiùs quoque Eccleſia nominantur: qui minus, magis impropriè, & minùs verè appellantur.

2. Diſtinguitur Eccleſia ratione graduum: alia enim b Ioh.14. & 17.23. Eph.4.13. Col.3.4. dicitur perfecta alia imperfecta. *Perfecta*, quæ hiſce duabus partibus in ſolidum conſtat videlicet Plena Dei Verbi cognitione, ex eius Verbo, & plena illius voluntati patefactæ obedientia [b], quæ in hac vita inchoatur, in altera c Philipp. 12.13.14. perficietur [c]. *Imperfecta*, cui ex his duabus pars aliqua prorſus

Chriſtum exhibitum, eáque vel ſine **Lege**, vel ſub **Lege**. Alia noua ſeu noui Teſtamenti, ſeu ſub gratia, quæ poſt Chriſtum exhibitum, imprimis poſt aſcenſionem eius in cælos colligitur ex variis populis, & à Chriſto exhibito καθ' ἐξοχὴν *Chriſtiana* dicitur [a]. Quæ iterum eſt ratione temporum vel *Primitiua*, ἀπαρχῆς [b], quę ab Apoſtolis & eorum diſcipulis eſt conſtituta: vel *ſucceſsiua*, quæ illi Primitiuæ ſucceſſit, & eadem diu in Papatu ſepulta delituit: hoc verò ſeculo ab anno 1517. emerſa, & Reformata dicitur.

4. Reſpectu Locorum in terris diſtinguitur Eccleſia Catholica in διοικήσεις, & particulares Eccleſias, in variis partibus orbis collectas: & παροικίας, domeſticóſque cœtus, qui ſunt Eccleſiæ illius vniuerſalis partes, ſecundum quas diuerſa nomina ſortitur [c], quæ particulares Eccleſiæ vnum corpus efficiunt. Sicut enim in malo Punico vno exterius cortice multa interius grana capſulis veluti diſtincta vniuntur: ſic innumeros populos Chriſtum confitentes S. Eccleſia complectitur, quos vnitas fidei contegit: Sicut etiam vnum eſt mare, quod à diſtinctione variarum Regionum varia nomina ſortitur.

5. *Eccleſia viſibilis* rurſum eſt vel in grege, vt Act. 15. 3. 4. & in congreſſu Eccleſiaſtico populari, in quo ad cultum Dei piè peragẽdum omnes promiſcue conueniũt [d], vel in Paſtoribus & Senatu Eccleſiaſtico, qui ex præcipuis & idoneis Eccleſiæ membris conſtat & nomine totius Eccleſiæ, cui præeſt, cogitur ad conſultandum de rebus Eccleſiæ: quo ſenſu Chriſtus dicit *Dic Eccleſiæ*. Matt. 18. 18.

VIII. *Eſt-ne verò aliqua viſibilis Eccleſia, cùm in Symbolo dicamus, Credo Eccleſiam, & fides ſit rerum quæ non videntur, Heb.* II. 2. *&* 2. *Cor.* 5. *& Auguſtinus, Actus fidei eſt credere quod non vides: nam ſi vides, non eſt fides?*

Quod dicitur in Symbolo, non de vna Eccleſia hac vel illa, ſed de catholica Eccleſia, id eſt de toto Eccleſiæ corpore, quocunque tempore in terris vnquam fuit intelligitur: quæ cum conſtet piis & electis qui olim fuerunt

[a] Eph. 2. 13 Act. 11. 26.

[b] 2. Theſſ. 2. 13.

[c] Apoſt. 2. 18. 1. Cor. 1. 8. Rom. 16. 5. 1. Cor. 16. 19 Matt. 18. 20 Philip. 2.

[d] 1. Cor. 11. 16.

morum ſanctitatem non ſine ruga & macula,membrorum ipſius Eccleſiæ vitio.1.Cor.13.9.*Cognoſcimus duntaxat ex parte.* Vnde illa quæ in cœlis eſt dicitur *Triumphans*, quæ eſt fidelium defunctorum, qui victoriam de omnibus hoſtibus ſuis conſequuti ſunt, & in Chriſto triumphant,poſt Reſurrectionem verò plenum triumphum acturi.Quæ verò in terris eſt, *Militans* appellatur,quę eſt fidelium adhuc in viuis agentium,qui cum Satana carnis reliquiis,& mundo adhuc colluctantur,& cruci ſubiecta eſt:cuius πανοπλία Eph.6.13.deſcribitur.

2. Ratione adiunctorum, Catholica Eccleſia eſt inuiſibilis,quæ vera tantùm Chriſti membra, ſeu electos, ſeu totum numerum eorum qui ad Chriſtum pertinent, complectitur.Id circo vocata Inuiſibilis,hominum tantùm reſpectu.1. Quia vera fides, quæ eſt differentia conſtitutiua Eccleſię & per quam Eccleſia eſt id quod eſt,in corde ſita eſt, & proinde inuiſibilis eſt: & qui ſit vera fide præditus,certò niſi à Deo καρδιογνώστῃ,& ab iis quibus ineſt,dignoſci non poteſt [a].1.Cor.2.11.*Nemo ſcit quæ ſunt in homine,niſi Spiritus hominis qui in eo eſt.* 2. Tim 2.19. *Nouit Dominus qui ſint ſui.* 2. Et cùm ſit electorum, neceſſe eſt eam inuiſiblem eſſe quia nullius hominis electio eſt manifeſta, etſi poſſumus probabiliter coniecturam facere hunc vel illum fide vel Charitate præditum.3.Quia maior pars Eccleſię in cœlis triumphans mortalibus inuiſibilis eſt.Sed κτ̄ συνεκδοχὴν ſumpta Eccleſia videlicet in ſui parte, ſeu particularis Eccleſia eſt viſibilis,quæ ex profeſſionis externę notis,quę in occulos hominũ incurrũt, ęſtimatur,abſque vllo inter fideles & hypocritas nondũ cognitos,(ſed tamen doctrinam Eccleſię profitentes,licet non credentes)diſcrimine. Et viſibilis Eccleſia in terris comparatur Sagenæ miſſę in mare, in qua comprehẽduntur boni & mali piſces [b]. & Areę in qua cum palea mixtum eſt triticum [c].Hinc multi in Eccleſia viſibili eſſe dicuntur,qui non ſunt de Eccleſia viſibili.1.Ioh.2.19. *& multi dicuntur eſſe in domo, qui non ſunt de domo: & rurſum multi extra domum,qui,tamen ſunt de domo,* Aug.in Ioh.Homil.45.

3. Periodorum reſpectu,*Eccleſia catholica*, alia eſt vetus ſeu veteris Teſtamenti,quæ ab initio fuit vſque ad

Chri-

[a] Rom.2.29 Act.1.14.

[b] Matt.13.47.

[c] Luc.3.17.

magis, aliàs minùs, nec omnibus, nec eodem modo ſemperſibilis eſt.

X. *Eccleſia Inuiſibilis aut palam fidem profitetur, aut non profitetur. Si profitetur tū Eccleſia nō eſt Inuiſibilis. Si nō profitetur, tum non eſt Eccleſia vera, quia non confitetur fidem.*

Non requiritur vt vbique & ſemper fidem confiteamur: id enim eſſet hoſtibus noſmetipſos prodere: ſed quā do res & occaſio, & tempus, & gloria Dei poſtulant. Nec ſic argumentatus eſt Elias, cum ei reſpōderet Deus, *Reliqui mihi ſeptem millia hominum qui non flexerunt genua Baali*, etſi illi noti non eſſent.

XI. *At vbi & quomodo Eccleſia olim tot ſeculis fuit in Papatu, cùm Papatus non ſit Eccleſia?*

Fuit eo modo quo futuram prædixit Iohannes, Apoc. 12.6. nēpe in ſolitudine, & eo modo quo Iſraelitica Eccleſia poſt defectionem Ieroboami, præcipuè tēporibus Achabi fuit in apoſtatica & falſa Eccleſia, quæ vitulos in Dan & Bethel colebat: cui Pontificia illa planè ſimilis eſt. Quemadmodum igitur Elias, Eliſæus, & ſeptē millia hominum, qui non flexerant genua Baali, fuerunt, & latuerunt in ſolitudine: ſic & multi in Papatu, genua non flexerunt Antichriſto: quod ipſum etiam Paulus Eccleſię Iudæorum ſui temporis applicat, Rom. 11.3.

XII. *Anne Catholica Eccleſia deficere poteſt?*

Nequaquam, quia regni Chriſti nullus futurus eſt finis[a], quia Eccleſia Catholica fūdata eſt in petra, & Portæ inferorum aduerſus ipſam non præualebunt, Matth. 16. 18. Sed particularis aliqua Eccleſia deficere poteſt, & ſic deficere, vt vbi vera Eccleſia fuit, nulla vera, ſed falſa Eccleſia appareat: & aduerſus eam Satan præualere poteſt: ſicut Exempla multa docent, vt Eccleſiæ Epheſiorum, Galatarum, & ſimilium, quæ planè eſſe deſierunt:

[a] Luc. 1. 33.

ab initio mundi,nunc ſunt,& vſque ad ſeculi finem futuri ſunt,ſimul collectis,quos nemo hîc vnquam oculis cernere poteſt, certe creditur Eccleſia, & non videtur, quia non eſt eiuſmodi,quæ hîc videri tota poſſit, ſed tantùm ex parte.1.Quia gloria Catholicæ Eccleſiæ,interna eſt Pſalm.45.15. *Omnis gloria Filiæ Regis ab intus.* 2.Quia

a *Luc.*17.20 non venit μετὰ παρατηρήσεως,cum obſeruatione[a]. 3.Quia

b *Ioh* 4. 23. Spiritu & Veritate Deum,colit [b]. 4. Quia ſenſus ſtatuere non poteſt, qui ad Eccleſiam Catholicam pertineant. 5. Quia eius pars præcipua & maxima in cœlis eſt. 6. Quia eſt domus ſpiritualis [c].

c 1.*Pet*.2. 8. Eccleſia verò Συνεκδοχικῶς ſumpta, id eſt particularis Eccleſiæ,viſibiles ſunt.1.Quia externa forma earum eſt viſibilis,& de Eccleſia particulari:vel eius Paſtoribus dicitur,Matthæus 5 verſ.14.*Non poteſt Ciuitas abſcondi ſuper montem poſita*,ſed debet pietate & vita eſſe illuſtris & conſpicua,ne ſit offendiculo. Demum verò poſt Reſurrectionem,in cœlis tota Eccleſia videbitur,vbi tota cum capite ſuo colligetur,Apoc.14.4.

IX. *Eſtne aut fuitne omnibus ſemper,& toto mundo latè & glorioſè viſibilis Eccleſiæ Dei ſtatus in his terris?*

Minime ſane,cum aliàs tyrannide oppreſſa,(vt decem perſequutionum tempore,& poſtea fuit ſub Antichriſto, aliàs hæreſibus & erroribus,velut ſcintilla ſub cineribus tecta,(vt temporibus Arrij,quibus,vt ait Hieronymus ingemuit totus orbis,& ſe Arrianum eſſe miratus eſt)& iuſto Dei iudicio ſæpe fiat,vt nullus hominum cœtus extet,qui publicè & viſibiliter purè Deum,ſecundum ipſius

d *Pſal*.7 9 Verbum ſolum colat [d]. ſicut accidit ſub Elia Propheta.1

Iſa.49. 21. Reg.19 10 cùm diceret. *Ego ſolus relictus ſum*, *ſcilicet non Propheta,ſed cultor Dei*, & reſponderet Deus, *Reliqui mihi ſeptem millia hominum, qui non flexerunt genua Baal.* Et Apoc.12.6. quando Eccleſia Dei in deſertum fugiſſe, id eſt latitaſſe ſeu delituiſſe dicitur à conſpectū hominū, propter furores Antichriſti.Proinde ſtatus Eccleſię alias

magis

Et 6.44. *Nemo venit ad me, niſi Pater traxerit illum*[a]. aExod.13.21 Matt.18.18.

Συναίτιον, Filius ipſe Dei. Ioh.14.6. *Nemo venit ad Patrem, niſi per me*, qui etiam *Eccleſiam proprio ſuo ſanguine acquiſiuit*, Act.20.28.

Σύνεργοι ſunt præcones verbi, Prophetæ & Apoſtoli, verique eorum ſucceſſores, qui ob id Ædificantes[b], & Architecti dicuntur, ſed ratione miniſterij tantùm[c]. bRom.15.20. 1.Pet.2. 7. c1.Cor.3.10

Inſtrumentalis externa, præconium Verbi, per quod Deus ſibi colligit Eccleſiam.

Interna, & ipſa Efficiens, Spiritus Sanctus.

Formalis, tum fidei, tum veræ doctrinæ ſyncera profeſſio.

Materialis ex qua, ſunt homines ex toto mundo collecti, iuxta Chriſti mandatum, *Ite in vniuerſum mundum, Prædicate Euangelium omni Creaturæ*, Marc.16.15.16.

XVI. *Annon Angeli beati ſunt etiã veræ Eccleſiæ pars Materialis?*

Sunt ſanè, ſicut beatorum anima, eáque pulcherrima[d]. Heb.1.6.7. & 1.23. Apoſtolus agnoſcit μυριάδας ἀγγέλων, καὶ πανήγυριν, & ἐκκλησίαν πνευμάτων. Eſtque Chriſtus etiam quà homo, Caput & Dominus omnis creaturæ, atque adeò Angelorum[e]. dPſal.103.20. eCol. 1. 17. 18.

Sed quoniam de Eccleſia loquimur, quatenus eã Deus ſuo ſanguine acquiſiuit, & eandem verbo ſuo colligit, Deus verò Angelos beatos, qui nunquam exciderunt, nõ redemit, ſicut nec eos aſſumpſit, Heb.2.16. nec miniſterio Verbi ad Eccleſiæ ſuæ communionem vocat, ſed in prima ſua origine beata duntaxat eos ſtabiliuit: Ideo Eccleſiam ex hominibus tantùm colligi aſſerimus, iuxta promiſſionem Patris filio factam, Pſ.2. 8.

XVII. *Habétne caput Eccleſia?*

Cùm Eccleſia ſit corpus, non phyſicum, aut mathematicum, ſed myſticum[f], caput habeat neceſſe eſt, à quo regatur, alatur, foueatur, & dependeat: vnicuique enim corpori animato ſuum eſt caput, cui eſt ab ipſo Creatore ſubiectum, & à quo vitam haurit. Habet ergo Eccleſia ſuum caput, non multa, ſed vnum; nõ eſt enim ἀκέφαλος: nec πολυκέφαλον θηρίον, non biceps, neque capax eſt multorum capitum, mortis interuentu ſibi ſuccedentium. f1. Cor. 10. 17. & 12.12. Col.1.18.

imò particulares Eccleſiæ ad eam paucitatẽ redigi poſſunt, vt non ſit aliqua Chriſtiana viſibilis particularis Eccleſia in terris publicè nota. Eſtque ſemper in terris numerus aliquis qui Chriſtum piè colit, ſed hic numerus non eſt ſemper viſibilis, frequens glorioſus, in viſibili aliquo loco, ſede aut ſucceſſione conſtitutus, ſed diſiectus, obſcurus, & ignotus hominibus: ſicut dicit Iſaias 1.9 & 10.20.21 Deum ſibi reſeruaſſe ſemen & reliquias.

XIII. *Quando cœpit deficere Eccleſia à veritate?*

1. Aliud eſt Eccleſiã in aliquibus errauiſſe, aliud defeciſſe, vt penitùs ſit extincta, viuentibus Apoſtolis hæretici lolium in agro Domini ſeminare, myſterium impietatis operari, multíque Antichriſti eſſe cœperunt, 2. Theſſ. 2.7. 1. Ioh. 2.18.

2. Pij Epiſcopi poſt tempora Apoſtolorum per imprudentiam, falſa nonnulla cum veris miſcuerũt, & ſuos errores poſteris reliquerunt, nec vno momento & ſimul omnia corruerunt. Cœpit peſtis paulatim longè latéque ſerpere, donec tandem totum orbem peruaſit. Interim verò Eccleſia non penitùs defecit, quia reliquias electorum Deus ſibi ſeruauit. Et generalẽ ἀποστασίαν à fide Spiritus ſanctus prædixit[a]. Et Apoc. 13.3.7 ὅλην τὴν γῆν cũ admiratione quadam ſequutam eſſe beſtiam, & datã ei poteſtatem in omnem tribum & gentem, Et *Adorabunt eam* inquit, *omnes incolæ terræ. Omnes* ait, *quorum nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ*, id eſt omnes, præter electos.

[a] 2. Theſſ. 2. 3. 1. Tim. 4. 1.

XIV. *Vbi igitur Eccleſia erat?*

Tertullianus lib. de Pœniten. Ait in vno aut altero poſſe eſſe Eccleſiam. Proinde ſi perditiſſimis Eccleſiæ temporibus, vnus tantùm aut alter fuerunt fideles Dei ſerui, ſufficit vt dicatur eſſe Eccleſia. Proinde non eſt noſtri deſignare quo temporis momento cœperit Eccleſia deficere, ſed laborare potiùs, qua ratione ex hac calamitate liberari poſſit.

XV. *Quæ Cauſæ Eccleſiæ?*

Αἴτιον κύριον, Deus Pater qui elegit, & tãdem vocat, & colligit ſibi Eccleſiam, Epheſ. 1.4. Ioh. 1.13. Credentes non *ex ſanguine aut voluntate carnis, vel viri, ſed ex Deo nati ſunt*

Et 6.44.

ventum in Eccleſia: tum illud vulgatum, *Quam Fabulam longi temporis mendacia finxit*, ſatis monent quid ſit ſtatuendum. Denique qui vniuerſalem Epiſcopum ſe vocat (teſte Gregorio Magno, & ipſo Epiſcopo Romano) veriſſimus præcurſor Antichriſti eſt. *Lib. 4. epiſtola. 76.*

XVIII. *Eſt-ne aliquod fundamentum Eccleſiæ?*

Cùm ſit domus Spiritualis [a], habet fundamentũ quod duplex eſt 1. Τπηρετικὸν, ſeu Miniſteriale, cuius reſpectu Eccleſia, Epheſ. 2. 20. dicitur *extructa ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum*, nempe vel ipſum Chriſtum: vel metonymicè & κτ᾽ τι videlicet quod attinet ad promulgationem, prædicationem, & teſtimonium doctrinę: vel quia doctrina prophetica & Apoſtolica ſola, cui Prophetæ & Apoſtoli teſtimonium reddunt, ſeu vtrunque Teſtamentum, Verus & Nouum, vt ait Ambroſius, fundamentum eſt Eccleſiæ. Hinc Ciuitas Dei dicitur habuiſſe non vnum, ſed *duodecim fundamenta, in quibus erant inſcripta duodecim nomina Apoſtolorum Agni*, Apoc. 21. 14. Hinc Iacobus, Petrus, & Iohannes videntur eſſe *Columnæ Eccleſiæ*, Galat. 2 9. ſcilicet κατὰ μεταφοράν & κατά τι, quia ſuo Miniſterio ſuſtinebant Eccleſiam & religionem, exiſtente imo angulari lapide ſuo Ieſu, qui ædicium totũ ſolus ſuſtinet, Eph. 2. 21. 23.

Ἐνεργητικὸν, potentiæ & Virtutis: cuius reſpectu Eccleſia dicitur extructa ſuper Chriſtum θεάνθρωπον. Quod attinet ad authorem, baſin, & meritum ſalutis, doctrinæ fontem & efficaciam; & ſuper Chriſtum fundata eſt Eccleſia, quando ſolus ſtatuitur pro ſapientia, iuſtitia, Sanctificatione, vita & gloria æterna fidelium. Hanc ob cauſam 1. Cor. 3. 11. *fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus.* Et Iſa. 28. 16. Chriſtus *lapis fundamenti* vocatur. Quod Chriſti ita proprium eſt, vt nulla participatione cum alio communicet.

In verbis autem Chriſti, *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, non dicit Euangeliſta eorum Interpres, Tu es Petra, ſed *Tu es Petrus*, nec dicit ſuper te Petrum, *ſed ſuper hanc Petram*, Petrum qui pars eſt ædificij, à Petra cui innititur ædificium, no-

a1. Pet. 2. 5.

tium, quia toties illi moriendum eſſet, quoties per mortem ſuo capite priuaretur, & toties reuiuiſcendum, quoties nouum aliquod caput ſortiretur, quod planè monſtruoſum eſſet: Sed habet caput vnicum, nempe Chriſtum, qui caput eſt Eccleſiæ ſuæ, ſicut vir mulieris[a].

a Eph. 5.27. & 1.23. 1. *Perfectione*, quia ſolus verus Deus, & verus homo, vt ſit primas tenens in omnibus, Col. 1.18. & 2.10.

2. *Officio*, Quia ſolus Chriſtus eſt Rex, Propheta & Sacerdos ſummus, qui præſidet, dominatur, & eminet Eccleſiæ, quemadmodum caput corpori[b].

b Apoc. 1.6. 3. *Efficacia*, quia ſolus vigorem, ſenſum, motum & vitam ſpiritualem, & omne bonum inſpirat membris ſuis[c], & ſolus agglutinatus corpori, nexu Spiritus, eius
c Ioh. 6.5. 7. & 15.1. 2. καταρτισμὸν, coniunctionem, compaginem, ſeu coagmentationem, & κοινωνίαν membrorum inter ſe, & cum
d 1. Ioh. 1.3. Ioh. 17.21. Eph. 4.12. Deo, toti Eccleſiæ præbet[d], Solus nunquam abſens, ſed ſemper præſens adeſt Spiritu ſuo Eccleſiæ:[e] & ſolus dat vitam corpori[f], nec vnquam moritur, Mors illi vltra non dominabitur, Rom. 6.9. vt ei vicario capite non ſit opus: ſicut vna ſponſa, non admittit duo capita, nec duos Sponſos.
e Matt. 28. 20.
f Eph. 5.24.

g Ioh. 10.16. 4. *Dogmate*, quia ſolus vnius ouilis Paſtor[g], & ἀρχιποίμην, *Princeps Paſtorum* eſt, ipſo etiam Petro affirmante 1. Pet. 5.4. Nec par eſt conditio vllius Paſtorum Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ fuit olim ſummi Sacerdotis ſub Lege: nam ille Sacerdos vnus, erat verus typus Chriſti[h].
h Pſal. 110. 4. Heb. 7.17. & 9. 7.9. 11. Nullus autem Paſtorum Eccleſiæ Chriſtianæ, Chriſti typus eſt. Deinde ille, vni tantum regioni exiguæ, & vni templo, vnique genti, ex ordinatione Dei præfuit: nullus autem toti orbi in quem diffuſa eſt Eccleſia præeſſe poteſt, hoc enim eſſet orbem in vrbe includere velle, inquit Hieronymus.

Proinde nec Papa eſt Miniſteriale caput Eccleſiæ Catholicæ, quia nullo Scripturæ teſtimonio id probari poteſt; & cùm Chriſti Regnum non ſit ex hoc mundo, non opus habet Prorege & Vicario, & miniſterium Eccleſiaſticum, quod conſiſtit in adminiſtratione Euāgelij, & Sacramentorum à nullo per totum orbem præſtari poſſit. De donatione autem Conſtantini, facta Papę Syluestro, tum Vox iſta à Syluestro cœlitus audita, *Hodie effuſum eſt*

venenum

ſimus nos adiungere?

Duæ ſunt. Prima & præcipua Pura Verbi Dei prophe
ticis & Apoſtolicis Scriptis comprehenſi prædicatio &
profeſſio, quia verbum non eſt ſine omni fructu, vbi- a *Iſa.*55.11
cunque verè prædicatur [a]. *Rom,* 1. 16

2. Legitima ſecundum Inſtitutionem Chriſti Sacra-
mentorum Baptiſmi & Cœnæ adminiſtratio, cum pura b *Ioſua.*5.5.
verbi prædicatione coniuncta, tanquam illius appendix, *Ioh.* 10 4.5.
ſi iuſtum impedimentum non fuerit [b]. Quæ notæ tamẽ 27 & 8.47.
recipiunt magis & minus, & præſupponunt legitimam *Act.* 2. 42.
Paſtorum vocationem [c]. 1.*Cor.*11.20.

Etſi verò in Eccleſia Dei, ſancta quoque diſciplina re 23.
quiritur [d], ſi tamen hîc Rectores Eccleſiarum in officio *Matth.*28.
ceſſent, non ſtatim Eccleſia neganda eſt, dummodo duæ 19.20.
illæ fundamentales & Eſſentiales Eccleſiæ viſibilis notę *Marc.* 16.
adſint. Nec refert ſi aliç ſectç ſibi has notas vẽdicẽt, ſed diſ 15.
quirẽdũ verène an falſo, & prædicatio verbi eſt cauſa Ec *Luc.*16.29.
cleſiæ, & proinde prior, & natura notior eſt ipſa Eccleſia. *Rom.*10.14.
c *Rom.* 10.
15.
Eph. 4. 11.
d *Matt.* 18.
17.
1. *Cor.* 5. 5.

XXI. *An* 1. *Antiquitas,* 2. *Multitudo doctrinam aliquam ſequentium.* 3. *Succeſſio in aliquo cœtu Epiſcoporum, præcipuè Romanorum.* 4. *Miracula.* 5. *Duratio.* 6. *Vnitas & concordia.* 7. *Efficacitas Doctrinæ.* 8. *Sanctitas vitæ Authorum & Patrum religionis.* 9. *Donum prophetiæ.* 10. *Felicitas temporalis.* 11. *Apoſtolicæ Eccleſiæ appellatio, vel quòd ſit vna, ſancta, catholica, Apoſtolica, notæ ſunt veræ Eccleſiæ?*

Non quia 1. Nomina ſine re non valent.

6. Ex nominibus fit fallax, non vera, & ἀποδεικτικὴ rei demonſtratio.

3. Notæ illæ Turcis etiam & hæreticis ſunt communes: nam hos titulos vſurpare poſſunt, ex quibus ſuos cœtus veras eſſe & fuiſſe Dei Eccleſias illi met confirmarent quod eſt abſurdum.

minis & perſonæ mutatione, & terminationis diſcrimine, manifeſtè diſtinguens. Quare ſuper Chriſtum Petram, non Petrum Apoſtolum, qui mox ſæpiſsisque lapſus eſt, ædificata eſt Eccleſia: *Petra enim erat Chriſtus*, 1. Cor. 10. 4. quam Petrus omnium nomine confeſſus
a Matt. 16. 16. 18. fuerat[a]. Et claues non plenitudinis potentiæ, ſed ſcientiæ, (quas verſ. 19. promiſit omnibus ſub nomine Petri, qui pro omnibus reſponderat) dedit omnibus Apoſtolis
b Matt. 18. 18. Ioh. 20. 21. æqualiter, & ſine diſtinctione[b], & in perſona eorũ, omnibus Eccleſiæ Miniſtris.

Illud etiam *Paſce oues meas*, ter Petro propter trinam abnegationem iniunctum, Iohannes 21. verſ. 17. Paſtorē quidem Gregis, ſed non vniuerſalem conſtituit: Aliis enim etiam dictum, *Docete omnes gentes* Matth 28. verſ. 19. & omnibus æqualiter dictum, *ſicut me miſit Pater, ita ego mitto vos*, Iohann. 20. 21.

Denique nec Noe qui fuit caput filiorum ſuorum in Arca, fuit typus Pontificis Romani, ſed Chriſti[c]: ſicut Baptiſmus Antitypus eius liberationis, quæ contigit Eccle-
c Gen. 7. 13. 1. Pet. 3. 20. ſiæ in Diluuio.

XIX. *Quæ ſunt veræ & Internæ Eccleſiæ proprietates?*

1. Aſſenſus doctrinæ Euangelii.

2. Inhabitatio Dei per Spiritum Sanctũ: vnde 2 Cor. 6. 16. Eccleſia *Templum Dei* dicitur: & *qui Spiritu Dei ducuntur*, dicuntur *filij Dei*, Rom. 8. 14.

3. Recta fides, Spes, Charitas, Vera Religio iuxta verbũ Dei, Pœnitentia, Confeſſio, Vera veri Dei inuocatio, quę omnia Eccleſiam veram veluti informant.

Eius teſſera eſt *Symbolum Apoſtolicum*; etiam ſi nonnunquam externo & conſueto verbi Miniſterio interrupto ad tempus Eccleſia, velut in Deſerto extra ordinem alatur à Deo, excitante ei Doctores paucis quibus notos, eo modo quem ipſe pro ſua imperueſtigabili ſapientia
d Apoc. 12. 9. nouit eſſe neceſſarium[d]. Nam vt Eccleſia eſſe poteſt, & tamen latere: ſic in Eccleſia Doctores eſſe, & tamen nõ omnibus conſpicui eſſe poſſunt.

XX. *Quæ ſunt* τεκμήρια & γνωρίσματα, *id eſt notæ conſpicuæ viſibilis Eccleſiæ, ad quam tutò poſſimus*

ſimus

6. Nec vnitas, per ſe nota eſt Eccleſię, niſi fuerit cum fide & vera doctrina coniuncta[a]. Nam vt eſt Eccleſia Dei vna, ſic eſt Diaboli vna Babylon, inquit Auguſtinus: Pij etiam poſſunt in aliquibus diſſidere[b].

a Eph. 4. 3.

b Act. 11. 2.

7. Apoſtolus. 2. Theſſ. 2. 9. ait venturum eſſe Antichriſtum ſecundum efficacitatem Satanæ, & Deum miſſurum efficacitatem erroris non diligentibus veritatem, vt mendacio credant.

8. Doctrina ſola Sanctitatis teſtis eſt: Etiam ſatan poteſt ſe in Angelum Lucis transformare, & vera Sanctitas à vera fide promanat, 2. Corinth. 11. 14. Act. 15. 9. Etſi Angelus, aut Sanctus aliquis de cœlo deſcendat, & veram doctrinam non afferat, reſpuendus eſt Galat. 1. 8. Illud verò Chriſti, ex fructibus cognoſcetis eos, Matth. 7. 20. Patres non de moribus: ſed de falſis dogmatibus, & falſis interpretationibus volunt intelligi.

9. Donum autem Prophetię non eſt in Eccleſia perpetuum: nam Ioelis locus cap. 2. 18. Eccleſiæ ſtatum qui futurus erat tempore Apoſtolorum, & Primitiuę Eccleſiæ tantum deſcribit, Act. 2. 17. 18. Et dæmones etiam, & falſi Prophetæ futura prædicere poſſunt[c].

10. Felicitas temporalis, Eccleſiæ potiùs aduerſa eſſe ſolet[d].

c 1. Sam. 28. 19. Deut. 13. 2. Num. 23. 7. & 24. 3. Ioh. 11. 51.

d 2. Tim. 3. 12.

11. Vera doctrina facit vt Eccleſia ſit vna, ſancta, Apoſtolica, & Catholica.

12. Chriſtus nullum ſignorum eorum monſtrauit, ſed ait expreſſè, *Oues meæ vocẽ meam audiunt*, Ioan. 10. 27.

XXII. *An propter næuum & vitium in Doctrina & Sacramentorum adminiſtratione Eccleſia eſſe deſinit?*

Non: dummodo fundamentum, quod eſt Chriſtus, ſeu ſalus per vnicum Chriſtum, & in Articulis fidei ſummis primis, præcipuis veritatem retineat[e]. Error etiam non eſt totius Eccleſiæ, quem pauci in Eccleſia tenent[f].

e 1. Cor. 3. 11. 12. 13.

f 1. Cor. 15. 12.

XXIII. *An tenetur quilibet cœtui Eccleſiæ veras illas notas habenti ſeſe aggregare?*

4. Nec notæ illæ omnes cum Eccleſia cœperunt.

5. Nec ſunt illæ perpetuæ & propriæ quarto modo nec Eſſentiales, quæ ſemper inſitæ in ipſa re, immutabiles & cauſæ rei cuius ſunt notæ, ſed pleræque Accidentia ſeparabilia, & ipſæ examinari debent ad Verbum Dei.

Adhæc 1. quæ nunc antiqua eſt Eccleſia, olim fuit noua. Et Ezech. 20. 18. 19. *In ſtatutis Patrum veſtrorum nolite ambulare, Ego ſum Iehoua, In præceptis meis ambulate.* Et *Tertull. Lib de præſcriptionibus Primum quodque, veriſſimum.* Et Ignatius, ἐμοὶ ἀρχεῖα ὁ χριστὸς, ὃ ἀπαρνήσασθαι, πρόδηλος ὄλεθρος. Et Cyprianus, *Conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt.*

2. Lata via ducit ad interitum, & multi eam perambulant, Matth. 7. 13.

3. Hieronymus, *Non ſunt filij Sanctorum, qui tenent loca eorum, ſed qui faciunt opera eorum.* Et, Succeſſio non valet, vbi non eſt fidei & Doctrinæ Succeſſio: nec ſucceſſio eſt ad vnam ſedem, ad vnum locum, ad vnam Eccleſiam alliganda: poteſt enim Deus variis in locis, prout ei fuerit viſum, Paſtores excitare, Adhæc ſuccedunt Apoſtolis, qui vocati legitimè funguntur fideliter in Eccleſia munere ſuo, etſi non continua ab Apoſtolis ſerie. Præterea ſolitus eſt Deus in ſtatu Eccleſię deſperato, Miniſtros extra ordinem excitare. Et Tertullianus *Lib. de præſcriptionibus, non ex perſonis fidem, ſed ex fide perſonas probari oportet.* Et Ambroſius, *De pœnit. lib. 1. cap. 6. Non habent hæreditatem Petri, qui fidem Petri non habent.*

4. Miracula ex doctrina iudicanda ſunt, non doctrina ex miraculis, etiam mittendi ſunt in Infernum, qui miracula fecerint in nomine Chriſti, Matthæus 7. 23. Et Theophylactus in Luc. c. 9. 2. Δεῖ τὴν διδασκαλίαν ἐγκεκανονισμένον, καὶ κηρύσσειν καὶ θαυματουργεῖν· τὸ γὰρ κήρυγμα διὰ θαυμάτων βεβαιοῦται, ἢ τὰ θαύματα διὰ τοῦ κηρύγματος. πολλοὶ γὰρ πολλάκις θαύματα ἐποίησαν ἀπὸ δαιμόνων, ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτῶν τὸ κήρυγμα ὑγιές. διὸ οὐδὲ τὰ θαύματα αὐτῶν ἀπὸ θεοῦ. Hęc conſiderent qui miracula à verbo ſeparant.

5. Etiam Diabolus à Caino vſque ad finem mundi habet Eccleſiam.

6. Nec

XXIV. *An Eccleſia à veritate aberrare, aut ab ea excidere poteſt?*

Si Eccleſia vniuerſaliter, & ea qua antè ratione à nobis dictum eſt vt inuiſibilis cœtus electorum conſideretur, Triumphans in cœlis, & Militans in terris: Triumphans quidem certè errare non poteſt, quippe à peccato & errore prorſus liberata, eſt: Militans etiam in Prophetis & Apoſtolis ſingulari priuilegio in doctrina non errauit: & quatenus Chriſto ſeruatori ac Doctori ſuo fide adhæret, ac illius Spiritu regitur, & tantiſper dum verbo Dei ſcripto tanquam lucernæ ſplendenti in obſcuro loco, vocem ſponſi audit, & Magiſterio Spiritus ſancti paret, 2. Pet. 1. 19. In abſolutè neceſſariis ad ſalutem, ſeu à veritate ſimpliciter neceſſaria aberrare aut excidere nunquam poteſt, quia videlicet non alibi veritas habitat in mundo, quàm in ea ſola. Quam ob cauſam Paulus ita conſideratam vocat στῦλον ϗ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, aliorum ſcilicet cœtuum, qui in mendacio verſantur reſpectu 1. Tim 3. 15. Non igitur ἁπλῶς, ſed certa Lege & conditione, non errat Eccleſia in rebus neceſſariis ad ſalutē, in non neceſſariis autē, errare poteſt, Ioh. 16. 13. *Spiritus Sanctus docebit vos omnem veritatem*, ſcilicet neceſſariam ad ſalutem. Et hoc ſenſu Chriſtus precatus eſt pro Eccleſia ſua, vt in veritate ſanctificetur, non vt in nulla re erret, ſed vt in neceſſariis non erret [a]. Et audienda quidem eſt Eccleſia, iuxta illud Chriſti, Luc. 10. 16. *Qui vos audit, me audit*: ſed tamen vt prius Chriſtum audiat, quàm ſe ab aliis audiri poſtulet.

a Ioh. 17. 17

Sin verò Eccleſia non vniuerſaliter, ſeu ὅλως, & tota, ſed particulariter & κατὰ μέρη, ſeu ſecundum membra ſua conſideretur, ſanè fieri poteſt & fit, vt particulares aliquæ viſibiles Eccleſiæ, etiam numero plures, minùs rectè intelligendo, vel minùs firmiter credendo quæ à Deo præſcripta ſunt, errent à veritate: vel ex parte, dum in grauiſſimos errores incidunt, vel in totum aberrent. Et fatendum eſt, hoc multò magis accidere, ſi particularium Eccleſiarum mēbra, ſigillatim ſpectentur, præ humani ingenii imbecillitate, hominibus conſtantibus carne & ſanguine, de quibus dicitur Rom. 3. 4. *Omnis homo mendax*, Et peccato piis in hac vita adhuc inhæren-

Tenetur, ~~huic~~ vel illi quantùm quidem in ipſo eſt, ſi
illi notus fuerit, & ſi poteſt ſe ad illum adiungere, & quidem
eius membrum ſeſe profiteri, ac denique ſanctam
cum illo communionem colere, & eius conuentum amare
a Pſ.27.4 8. ac frequentare [a]. Nam eiuſmodi conuentus eſt ſchola
& 42.2.5. Spiritus ſancti, in qua docetur Verbum Dei, quod eſt animæ
& 84.1. medicina, ſpeculum lucidum, in quo facies Dei apparet,
Eſa. 60. 8. Epiſtola omnipotentis Dei ad ſuam creaturam,
Heb.10.25. in qua ſuam voluntatem nobis expreſſit, Medium quo
35.39. ſalutis via cognoſcitur, ſalus obtinetur, fides alitur, & retinetur:
1.Cor.11.21. nec enim ſatis eſt domi Scripturam habere & legere:
22. nam cùm Paulus Eph.4.11. dicat, *Dedit Apoſtolos,*
Paſtores, Doctores, &c. non dicit, Reliquit Scripturam, vt
eam quiſque priuatim legat, ſed Miniſterium inſtituit,
quo certi quidam homines, alios veram Religionem doceant.

A cæteris verò cœtibus hominum, in quibus hæreſis,
aut idololatria manifeſta publicè recipitur & præcipitur,
nec ſalutis fundamentum & caput retinetur, nempe Ieſus
b Iſa.48.20 Chriſtus, pius ſeſe ſeiungere, & velut a Babylone fugere
Ier.51.6.41. debet [b].

Apoc.18.4. 1. Quia vetat Apoſtolus 1. Cor.5.11. commiſceri ſcortatoribus,
1. Ioh. 5.21. idololatris, auaris, conuitiatoribus, ebrioſis, rapacibus,
Ioh.10.5. ita vt ne cibum quidem cum illis capiamus, nedum
vt operibus illorum communicemus.

2. Quia nulla cõmunio Chriſti cum Belial, lucis cũ
tenebris, 2. Cor.6.15.16.17.

3. Quia ad ſolam Eccleſiam Dei pertinent promiſſiones Dei, & beneficia Chriſti, cap.7.1. & proinde extra eam non eſt ſalus. Sed hoc de Eccleſia catholica intelligendum eſt, quia, vt ſalutem obtineamus, cum Chriſto nos iũgi neceſſe eſt: ſed nõ eſt ſenſus, illos qui ſunt extra hanc vel illam particularem Eccleſiam: non poſſe ſaluos
c Gen.12.7. eſſe. Etſi enim inter Turcas viuamus, ſumus tamẽ mem-
& 13.18.& bra Chriſti & Eccleſiæ Catholicę, ſi fidem habeamus.

26.25.& 33. 4. Idem confirmatur exemplo piorum Patrum, qui
20. ſeſe etiam ab Iſraelitarum idololatrarum cœtibus ſemo-
1. Reg.3.2. uerunt, & peculiares cœtus ſibi inſtituerunt, vbi pure
& 18.24. 2.Reg.4.38. Deum colerent [c]. Hinc dulciſſimè Nazianzenus, Ζητῶ
Pſ.16.4. Νῶε κιβωτόν, ὅπως μόρον αἰνὸν ἀλύξω, *Quaro Arcam Noe, quò vitem triſtia fata.*

lium à Sapiente, nec ſermo à Propheta, Ier. 18. 18. Audiunt tamen Ierem. 7. 4. *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum Domini, Templum Domini: hæc eſt enim Gens, quæ non audiuit vocem Domini ſui nec recipit diſciplinam*, Ierem. 18. 18.

XXV. *Licétne piis propter quorundam vitia & malos mores, ab externo cœtu Eccleſiaſtico profitentium Doctrinam Chriſti, ſecedere?*

Minimè, niſi vi à maiore parte eiiciantur: nam Prophetæ ſemper malos habuerunt inter ſuos auditores, nec tamen ab eis diſceſſerunt. Et Chriſtus in ſuo cœtu Iudam ad extremum tulit, Matth. 13. 29. Paterfamilias non patitur euelli zizania, ne id noceat tritico, & conſtat nunquam in hoc ſeculo futuram adeò ſynceram & integrã Eccleſiam, quin palea & lolium tritico permixtum reperiatur, verſ. 24. 47.

XXVI. *Quæ Conditiones Eccleſiæ?*

1. Crux, eſt teſſera quædam, qua ſuos vult Dominus notari, vt fiant conformes imagini filij eius.[a] Tamen nó eſt nota perpetua Eccleſiæ, ſed eius potiùs conditio quàm nota dicenda eſt. a Rom. 8. 28 2. Tim. 3. 12.

2. Quod quandiu in mundo peregrinatur, multis bonis & ſynceris malos permixtos habet quod docet Chriſtus parabolis de zizaniis & verriculo.[b] b Matt. 13. 24. 47.

3. Quòd etſi ſanguine Chriſti mundata eſt, vt ſit abſque ruga & macula,[c] tum propter imputationem meriti Chriſti, tum propter conatum, quo aſpirat ad eum ſtatum: adhuc tamen multis vitiis, & reſiduis carnis infirmitatibus ſubiecta eſt, quibus obnoxij ſunt ſinguli fideles, adeò vt perpetuò opus habeant hac oratione, Remitte nobis debita noſtra. c Eph. 5. 27.

XXVII. *Quæ Epitheta Eccleſiæ tribuuntur in his terris?*

Dicitur 1. κατὰ μεταφορὰν, typum, & ſimilitudinem, *Mater fidelium*, Gal. 4. 26. quia Eccleſia filios Deo parit, vnit Chriſto & alit per Verbi prædicationem, & vere bonorum operum exempla.[d] Vnde eſt illud, Non poſſe d 1. Cor. 4. 15.

te, Deo quoque ſæpe efficaciam ſpiritui erroris, ſic merentibus
hominibus, tribuente: ſic tamen, vt Electi ſemper
in errore non perſiſtant, ſed meliùs edocti, in
viam redeant.[a] Apud Iſa.42.10. Dominus ait, *Quis eſt*
a Matth.24.24. *cæcus, niſi ſeruus meus, & ſurdus, niſi nuntius meus, quem*
miſi? Dan.9.11. de Eccleſia populi Dei loquens, *Omnis*
Iſrael, inquit *præuaricati ſunt Legem tuam*. 1.Cor.13.9. *Ex parte*
cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Dauid Propheta
Pſalm.25.7. inquit, *Ignorantiarum mearum ne memineris, Domine.*
Eccleſia Iudaica errauit, ipſique Apoſtoli, in vocatione
b Act.10.20. & 11.12. cat ione Gentium. Ideo monitus eſt Petrus, vt iret
ad Cornelium, nihil ambigens[b]. Petrus ipſe errauit de
19. Legis Ceremonialis obſeruatione, cùm cibos adhuc
c Act.10.14.15. aliquos immundos eſſe crederet,[c] errauit etiam
ſimulando cum Iudæis.[d] Et rurſum Eccleſia Iudaica zelando
d Gal.2.11.13. lando pro Lege Moſis[e]. Et Galatarum, quæ admiſit
e Act.21.20. ſit Circunciſionem:[f] Et Corinthiorum, in abuſu
Cœnæ Dominicæ, & quòd inter ipſos eſſent ſchiſmata:[g]
f Gal.1.6. ta:[g] Et Conſtantinopolitana: Ergo, cur non etiam Romana
g 1.Cor.11.18. mana Eccleſia erraret? Nam Paulus ait Antichriſtum
in Templo Dei ſeſſurum, & myſterium iniquitatis
peracturum, 2.Theſſ.2.4. Et Liberius Epiſcopus Romanus
ſubſcripſit Arrianiſmo, vt teſtatur Athanaſius.
Nam quod Chriſtus dixit Petro. Luc.22.32. *Rogaui*
pro te ne fides tua deficeret, 1. Ad Petrum tantum,
qui præ reliquis fuit periculoſiſſima tentatione
oppugnandus, non ad eius ſucceſſores pertinet. Et fidem
In lib. ad ſolitariam vitam gentes. dem Iuſtificantem, Cordis: non Oris, non fidem hiſtoricam,
quæ veram tantum Doctrinæ ſententiam tenet,
intelligit. Nam ſi petiit hoc Chriſtus pro omnibus
Pontificibus Romanis, nempe vt non errarent, tum non
impetrauit quod petiit: Conſtat enim multos Pontifices
Romanos erraſſe. 2. Nihil etiam dictum illud ad Eccleſiam
Romanam: niſi fortè dicas ipſi cum Petro conuenire,
quòd Chriſtum negauerit, niſi Petri lachrymas, &
reſipiſcentiam imitetur. Nec enim à fide Petri, quæ fuit
donum perſonale, ad fidem ecclesiæ Romanæ apta eſt
ratiocinatio. Nec tantum pro Apoſtolis ſed pro iis omnibus
qui per eorum ſermonem in Chriſtum credituri
ſunt, ipſe Chriſtus precatus eſt, Ioh.17.20. etſi etiam clamant
Papiſtæ, *Non peribit Lex à Sacerdote, neque con-*

lium

nius Chriſti corpus, quoniam totum corpus myſticum à capite denominatur. Hinc illud, In Chriſto,[a] multò expreſſiùs quam cum Chriſto. Hinc Paulus ſe in Chriſto, & Chriſtum in ſe viuere dicit, Gal. 2.20. Hinc illa Chriſti vox, *Saule, Saule, quid me perſequeris*, Act. 9.4 & quod ſcriptum eſt, Col. 1.4. Hinc denique omnis noſtra conſolatio.

a Rom. 6.20 & 8.1. Eph. 3.6.

6. *Mons domini*, ſeu Mons *Sanctitatis*,[b] quia 1. ad ſuperna ſemper tendit, & inferiora deſpicit. 2. Quia non niſi aſcendendo, ex huius vitæ fęcibus ad eam peruenitur alacritate Spiritus. 3. Et Doctrina eius nec poteſt, nec debet abſcondi.[c]

b Pſal. 2.6 & 3.5. & 15.1. & 24. 3.
c Mat. 5.14

7. Dicitur στῦλος καὶ ἑδραίωμα, *Columna & Fundamentum* ſecũdarium veritatis, 1. Tim. 3.15. Non quòd ex ipſa ſimpliciter pendeat veritas: ipſa enim à verbo pendet, ſed quia Chriſto ſubnixa & ipſa veritate ſuſtentata, teſtimonium præbet veritati, & miniſterio ſuo veritatem ſuſtinet, propagat & tuetur, atque dat operam vt inter homines locum habeat: alioquin Chryſoſtomus in hunc locũ, rectè propoſitionem conuertit, & ait, ἡ ἀλήθειά ἐστι τῆς ἐκκλησίας στῦλος καὶ ἑδραίωμα.

8. Dicitur *Vinea*, Eccleſia,[d] quia Dominus eam plantauit, Eandem verbo ſuo & Spiritus ſui donis ſtudioſè excolit pretioſam habet, ſumma & aſſidua cura & ſollicitudine proſequitur, præſidióque ſuo mirificè conſeruat Et quia qui in eam recepti ſunt debent Deo gratiſſimũ fructum fidei & charitatis afferre, quo cor ipſius exhilaretur.

d Pſa. 80.9 Eſa. 5.2. Mat. 21.33. Ioh. 15.1.

9. *Tabernaculum Dei*,[e] quia habet Dominum inhabitantem, & in hac vita non habet tranquillam & firmam ſedem, ſed ſubinde ſedes mutare cogitur donec in veram patriam recepta ſit. Sic & Templum Dei,[f] propter inhabitantem Spiritum eius in cordibus fidelium: In quo omnes Chriſtiani ſunt Sacerdotes, 1. Pet. 2.5. *Sacrificium* propitiatorium pro peccato, vnica Chriſti hoſtia ſemel oblata pro peccatis: Sacrificium eucharisticum. 1. Prædicatio euangelio, quo præcones veluti gladio iugulant belluinos hominum affectus[g] 2. Sui ipſius oblatio ſeu mortificatio carnis,[h] Inuocatio veluti Incenſum,[i] fides, & bona opera, gratiarum actio, ſeu *veluti* labiorum, & hoſtiæ laudis[k], beneficentia.[l]

e Pſal. 15.1.
f 1. Cor. 3.16
g Rom. 15.16 Philip. 2.17.
h Rom. 12.
i Pſ. 14.1. 7
k Pſ. 50.14. Oſe. 14.3. Oſe. 6.6.
2 Cor. 4. 18
Philipp. 4.18

quenquam habere Deum Patrem, qui non habeat eccleſiam matrem.

a Pſa.23. 6. 2. *Dominus Chriſti*, ſeu *Dei viuentis*,[a] & Familia, [b] quia
1.Tim.3. 15. in medio eorum, quos adoptionis gratia in filios recepit,
b Matt. 24. Deus habitat. Cuius domus *lapides* ſunt viui, tum Paſto-
45. res tum greges:[c] *vaſa* autem non tantùm aurea, ſed & li-
c 1. Pet. 21 gnea, & lutea, alia ad dedecus habet, 2. Tim. 2. 20. Cuius,
Paterfamilias Deus Maximus, Optimus, Prouidentiſſimus
Potētiſſimus, Sapientiſſimus: *Primogenitus*, Dei, & paternę
d Ioh.14.25. domus *Dominus*, Chriſtus, [d] cui data eſt omnis poteſtas.
Domeſtici verò omnes Electi & proinde liberi & Filij
Dei, qui dignè & piè in hac domo verſari debent, *Oeco-*
e Mat. 24 *nomi*, Miniſtri ſeu præcones Euangelij, [e] *Demenſum*
45. verò ſeu nutrimentum illius familiæ, ipſum Dei Ver-
f Ioh. 8. 35. bum: è qua ſerui peccati & malæ frugis ſunt tandem eij-
g Pſ. 46.5. ciendi.[f]

h Iſ. 1.21. 3. *Ciuitas Dei*,[g] Ciuitas *Fidelis*,[h] *Sancta* Ciuitas, *de cælo*
Eph.2.19. *deſcendens*.[i] quę eſt *ſocietas fidelium*, qui ex Dei, tanquam ſo-
i Apoc.21.2. lius Legiſlatoris, ſummo imperio pendent, eius Verbo,
10. & legibus reguntur, iiſdémque priuilegiis & beneficiis
Chriſti fruuntur: cuius Deus *murus*, ſeu protector eſt, *Tur-*
k Prou. 18. *ris*, & *propugnaculum*, Inuocatio Domini.[k] *Inſignia*, bonitas,
10. fides, iuſtitia pax:[l] *Porta* & *fundamentum* Ieſus: *Ciues* autē
l Pſ.85. 11. iidem, qui Domeſtici Dei dicuntur.[m]

m Eph.2.19. 4. *Hæreditas*, κλῆρος, clerus, ſiue *ſors*. *Domini*, non tantùm
n Pſal.2.8. Paſtorum, ſed ouium reſpectu, [n] quia Chriſto in pe-
& 1. Pet. 5. culium, i. gratiſſimum & pretioſiſſimum theſaurum da-
3. ta eſt.

5. *Corpus Chriſti* myſticum cuius *caput* & *anima* eſt
o Rom.12.5 Chriſtus,[o] quia Spiritu Chriſti viuificatur, fouetur, con-
ſeruatur. eiuſque plenitudine abſoluitur, & eodem Spiri-
tu cum Chriſto capite, arctiſſimo, & firmiſſimo vinculo
copulatur, & eiuſdem *membra* eiuſdem Spiritus virtute
inter ſe coaleſcunt, Item & *Chriſti* πλήρωμα, *complemen-*
p Eph.1. 23. *tum* [p] quia etſi Chriſtus efficit omnia in omnibus, ne-
q 1. Co.12.12 dum vt egeat cuiuſpiam ſupplemento, tamen is eſt eius
13 in Eccleſiam amor, vt ſeſe veluti mancum & membris
Gal.3.16. mutilum exiſtimet, niſi Eccleſiam ſibi habeat inſtar cor-
poris & membrorum adiunctam. Hinc fit vt Chriſtus in-
terdum collectiuè pro tota Eccleſia capiti ſuo adiuncta
idmatur;[r] adeò vt Eccleſia tota nihil aliud ſit, quàm v-

periclitatur: cuius Chriſtus *Nauclerus* eſt, *Remiges* Mini- a*Mat.*13.
ſtri. *Agro* a, & Aruo [b], *Sagena* comprehendenti bonos & 24.
malos piſces [c]: vni & ſingulari viro [d], vt denotetur eius v- b1.*Cor.*3.9.
nitas. Denique *Speculo*, in cuius contemplatione ipſi An- c*Matt.*13.
geli proficiunt, in tam multiplicis turbæ coniunctione, 47.
& diſcordi concordia multiplicem illam Dei Sapientiã d*Ep.*4.13.
agnoſcentes [e]. e*Ep.*3.10.

XXIX. *Cur Sancta nominatur Eccleſia?*

1. Quia ſanguine Chriſti redempta, mundata, iuſtifi- f1.*Ioh.*1.7.
cata, & ſanctificata eſt [f]. *Eph.*5.25.
2. Quia fide beneficium illud recipiens per Spiritum 26.
ſanctum ſanctitati & iuſtitiæ ſtudet: quo quidem ſtudio *Heb.*9.14.
ſanctitas eius inchoata in dies augetur, ſed in altera vita
demum perficietur [g]. Quæ omnia Eccleſiæ tribuuntur g*Rom.*8.1.
propter ſolos Electos [h]. *Eph.*5.26.
27.

XXX. *Quæ Cauſa finalis Eccleſiæ?* *Philip.*3.12.

1. Verus Dei cultus. Electa enim, collecta, & ordinata h*Rom.*1.7.
eſt ad verum cultum Dei, & ad Deum glorificandum, tũ & 8.1.
in hac, tum in æterna vita [i]. Finis verò ad quem tendit 1.*Cor.*1.2.
Eccleſia, Deus eſt, in cuius conſpectu eſt gaudiorum ſa- & 6.11.
tietas, nempe illa cœleſtis hæreditas, quæ nec perire po- i1.*Pet.*2.9.
teſt, nec contaminari, nec marceſcere [k]. k*Pſ.*16.11.
1.*Pet.*1. 4.

2. Ipſa Eccleſiæ perfectio & abſoluta conſummatio, vltimo illo die quando aggregabuntur Electi omnes à quatuor ventis, ac tũ demum omnes euademus in vnitatem fidei, & agnitionis Filij Dei in virum perfectum ad menſuram ſtaturæ adulti Chriſti, Eph.4.13.

XXXI. *Quis Effectus ſeu Officium Eccleſiæ?*

Audire vocem ſui Paſtoris, alienam fugere, credere
Verbo Dei, eíque obedire, vti Sacramentis legitimè, a-
gnoſcere, recipere, & amplecti ſolum Chriſtum, pro Pa- l*Ioh.*16.5.
ſtore, Doctore, capite, ſponſo, & ſeruatore. Claues deni- 1.*Cor.*11.
que à Chriſto acceptas exercere, i. Miniſterium Verbi di- 23.
ligenter cuſtodire [l]. *Mat.*16.19.
& 18.18.

XXXII. *Quis fructus ſeu Vſus articuli de Eccleſia?* *Ioh.*20.23.
*Heb.*13. 17.

a Cantic.4. 5.7.8. Eph.5.23. b Pſ.45.10

10. *Amica, Soror*, & *Sponſa Chriſti*,[a] *Regináque & Filia Regis*,[b] quia ſpirituali & ſtabili connubio & fœdere, certiſſimóque Spiritus nexu, caſtiſſimóque amore Chriſto coniuncta eſt & in cõmunionem amoris, honoris, & bonorum eius omnium euecta eſt, tota pulchra, & ſine macula quia immaculata hîc per gratiam, in futuro ſeculo immaculata per gloriam: hîc inchoatè, illic perfectiſſimà. Ideo & *virgo* pura ſeu *caſta*.[c] Cuius Coniugij *Pronubi*, ſunt Miniſtri verbi, *Amici ſponſi*,[d] qui ſponſam proco conciliant, deſpondent, & exornatam, ad ſponſum deducunt.[e]

c 2.Cor.11.2. d Ioh.3.29. e 2.Cor.11.2 f Exod.19.6 Apoc.1.6. 1.Pet.2.5.9. g 1.Ioh.1.3. 1.Cor.1.9. Eph.4.4. Rom.12.5.13 Col.3.11. h Act.4.32

11. *Genus Electum*, Regale Sacerdotium, Gens ſancta, Populus quem Deus ſibi vt proprium vendicat.[f]

12. *Communio Sanctorum*, propter Chriſti atque omnium beneficiorum eius ſpiritualem participationem,[g] & donorum eiuſdem Chriſti inter fideles mutuam communionem cor vnum, & vnam animam.[h]

i Luc.12.32. Ioh.10.16.

13. *Grex ouium*, & *Ouile Chriſti*, quia vocem eius audit ſequitur.[i]

k Ioh.3.16. 1.Ioh.2.2. 2.Cor.5.19

14. *Mundus*,[k] in meliorem partem, quia eſt Mundi pars nobiliſſima, & vt opponatur vni Genti eius vniuerſitas.

l Luc.3.17.

15. *Area*,[l] quia ſicut in Aream manipuli vnà cum ſtramine: & paleis congregantur, & poſt triturationem, vanno triticum à paleis diſcernitur: ſic ad externam Eccleſiæ ſocietatem, tam pij quàm hypocritæ colliguntur; mox verò exteriore Euangelij prædicatione tanquam Ventilabro ſecernuntur.

m Gal.4.26 Apoc.3.12. n Pſal.2.6. o Matt.5. 19.20.

16. *Noua Ieruſalem*,[m] & Sion[n] *Regnum cælorum*, ſeu Chriſti ſeu Dei[o] quia à Deo cœli modo regitur.

2. Quia eius Ciues, contemptis rebus mundanis, ad cœleſtia aſpirant.

p Apoc.1. 20. q Eſa.60.8 1.Cantic. 2.14.& 6.8

Poſtremò confertur etiam *Candelabro*,[p] *Columbario*,[q] *Columbæ*, quia nimirum conueniunt ei verſus de Columba.

Eſt ſine felle gemit, roſtro non lædit, & vngues
Poſſidet innocuos, puráque grana legit.

r Luc.8.22.

Nauiculæ[r], quia dum in terris verſatur, ſimilis eſt Nauiculæ quæ per mare interdum placidè aura ſecunda fertur, mox ſurgentibus ventis & intumeſcentibus vndis periſtmoniarum earundem vſu & ſimilitudine conſtituunt. Et præterea Eccleſiæ veræ notas eſſe multitudinem, viſibilitatem, perpetuitatem, antiquitatem, & ſimilia docent.

3. Clerus Romanus, ſeu colluuies Monachorum & Sacrificulorum, qui natiuam ſententiam Scripturarũ corrumpunt, Chriſti officium reipſa negant; cùm ſuis vel alienis operibus tribuunt, quod Chriſti ſolius eſt; & eorũdem ſectæ, quarum aliæ aliis Magiſtris ſunt nuncupatæ, quorum ſibi regulas ſequendas delegerunt.

4. Omnium infidelium conuentus, qui Propheticã & Apoſtolicam doctrinam, Chriſtúmque ipſum reiiciũt & perſequuntur.

5. Error eorum, qui vnumquemque in ſua religione ſeruatum iri ſomniant, cùm extra vnicam illam Catholicam Eccleſiam nulla ſit ſalus.

6. Academicorum, qui ἀκαταλυψίαν in Eccleſiam inuehunt.

7. Platonicorum, qui Eccleſiam penitus omni tempore inuiſibilem eſſe: & contrà, Eorum qui Eccleſiam in his terris ſemper eſſe & fuiſſe viſibilem putant.

8. Donatiſtarum, Anabaptiſtarum, & Schiſmaticorum, qui propter malos, ſeceſſionem ab Eccleſia vera faciunt, in qua verum Euangelium ſonat, & Sacramenta rectè adminiſtrantur; qui vnitatem corporis Chriſti, quantum in ipſis eſt, ſcindunt; Vinculum pacis, id eſt Charitatem diſrumpunt, qua Chriſtus in ſe Eccleſiam connectit: ſuperbe Eccleſiam contemnunt, ſeque ipſos in diſcrimen ſalutis coniiciunt, quia nequit communicare Chriſto, qui non communicat Eccleſiæ Chriſti.

9. Διχοστασίαι & ſchiſmata, non ea, quibus mala ſcinditur vnitas, qualis Iudæorum, quæ poſt auditum Chriſtum, oborto ſchiſmate ſcindebatur[a], aut boni à malis ſe ſeiungunt: ſed Factiones, quibus fidelium ſocietas in partes & ſtudia contraria ſcinditur, vt cùm Corinthij in partes ſunt diuiſi[b], vel cùm non ſolùm ſententiis & voluntatibus, ſed in ipſa ſacrorum communione, & ritibus alij ab aliis diſſident, ita vt alij, aliorum communionem, quaſi damnabilem fugiant: hæreſis enim pro-

a Ioh. 9.16. & 10.19.

b 1. Cor. 1.10 11.12. & 3. 3.

1. Vt nihil optabilius nobis, ſit, quàm in ea verſari, extra quam non eſt ſalus.

2. Vt certò perſuaſi nos eius eſſe ciues, de ſalute noſtra in Chriſto fundata nihil dubitemus, à quo non magis auelli poſſumus, quàm membra eius diſcerpi ac dilaniari poſſunt.

3. Vt promiſſiones iſtas ad nos pertinere ſentiamus, *ſalus erit in Sion, Deus perpetuum commorabitur in medio Ieruſalem*, i. in Eccleſia (cuius mons Sion & Ieruſalē olim fuerunt typi,) *ne vnquam commoueatur*[a].

[a] Ioel 2.32. Abdia v. 17. Pſal. 46. 6.

XXXIII. *Quæ Repugnantia?*

1. Hoſtes Eccleſiæ, qui ex caſtris Satanæ, ſubinde erumpunt, vt ſunt tyranni, qui aperta vi: Sophiſtæ, qui doctrinæ deprauatione: Hypocritæ, qui ſuperſtitione & Epicurei, qui vitæ improbitate Eccleſiam oppugnant.

2. Pontificiorum error, qui Cathecumenos, & Sacramētis nondum initiatos infantes, ab Eccleſia excludunt; 2. Eccleſiam in ciuile Regnum, quod brachio ſeculari opus habet, & in Monarchiam ſupremam totius Orbis terrarum transformant, in qua Papa irrefragabiliter habeat poteſtatem in omnes tam laïcos, quàm clericos, ipſóſque Cæſares & Reges, ius in cœlo & in terra, & ſit Epiſcopus vniuerſalis totius Orbis. 3. Eccleſiam multicipitem eſſe docent, & Chriſtum quidem Triumphantis Eccleſiæ caput eſſe: Militantis verò Papam, qui ſit diſtributor theſauri Eccleſiæ: Et dicunt eſſe de neceſſitate ſalutis, credere Pontificem Ro. eſſe ſuper omnes Eccleſias, ſeu, vt habet Articulus Bonifacij 8. ſupremum omnium Dominum. 4. Catholicam Eccleſiam non ſoli Verbo, ſed certo loco, putà vbi Romæ, Papæ, & Epiſcopis alligant, & perſonalem ſucceſſionem abſolutè pro certa Eccleſiæ nota ponunt: per Eccleſiam ſolos Paſtores intelligunt: & hæreſim dicunt, Eccleſiæ nomē ad fidelium multitudinem referre, contra dictum Chriſti, ſuper hanc petram, i. meipſum, ædificabo Eccleſiam meam. Et ſymboli Articulum, qui iubet nos credere Eccleſiam Catholicam 5. Verbum Dei Eccleſiæ, non Eccleſiam Dei Verbo ſubiiciunt. 6. Doctrinas & mandata hominum fundamentum Eccleſiæ ſtatuunt. 7. Vnitatem Eccleſiæ non in fide & Spiritu, ſed in Ceremoniarum

ſed idem Dominus, 1. Cor. 10. 54.

2. Huic vicina vox eſt, λειτουργίας ſeu Adminiſtrationis, παρὰ τὸ λειτουργεῖν, miniſtrare, munere ſuo fungi. Act. 13. 2. λειτουργούντων αὐτῶν τῷ κυρίῳ, id eſt miniſtrantibus illis, vel (vt Chryſoſtonus exponit,) prædicantibus, non ſacrificantibus; niſi quatenus ſolet transferri λειτουργίας & ſacrificij nomen ad publicas Eccleſiæ functiones, vt Philip. 2. 17. *Quin ſi offerar* ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν. Qua ratione Veteres Cœnam Domini λειτουργίαν & ſacrificium vocarunt: (Vnde manauit illorum error execrandus, qui Filium Dei quotidie in Eccleſia ſacrificari & offerri contendunt) Inde dicti λειτουργοί, qui publico munere funguntur, ſiue Eccleſiaſtico, vt Miniſtri[a]: ſiue politico, vt Magiſtratus, qui & λειτουργὸς & aRom. 15. 16
διάκονος Dei dicitur[b]. Sic Heb. 1. 7. Angeli vocantur bRom. 13. 4 6.
λειτουργοὶ, & λειτουργικὰ πνεύματα, ſeu officiarij & Apparitores. Hinc etiam publica Eccleſiæ munera, λειτουργίαι appellantur, vt Luc. 1. 23. *Factum eſt vt impleti ſint dies* τῆς λειτουργίας, id eſt miniſterij Zachariæ; Et ipſa munerum functio ſic dicta; vt ſiquis olim ſacrificia illa Leuitica vocaſſet λειτουργίας, vt Heb. 10. 11. Omnis Sacerdos adſit καθ' ἡμέραν, quotidie operans, aut ſacras conciones, vel ſacram myſteriorum operationem ſeu adminiſtrationem, λειτουργίαν vocet. Cœpit etiam Eleemoſynis metaphoricè, λειτουργίας, oblationis & ſacrificij nomen tribui[c], ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης ſup- cRom. 15.
plet quæ ſanctis deſunt: Et Gentes dicuntur debere 27.
Pauperibus Sanctis, qui erant Ieroſolymis ἐν τοῖς σαρκικοῖς Philip. 2. 25.
λειτουργῆσαι, *in corporalibus miniſtrare*, Rom. 15. 27. Qua 30. & 4. 18.
ratione omnes Chriſtiani dici poſſunt λειτουργοὶ: ſicut 2. Cor. 9. 12.
Paulus Philip. 2. 25. Epaphroditum appellauit λειτουργὸν, id eſt miniſtrum ſuarum neceſſitatum. *Poſtremò*, λειτουργίαι etiam dictæ ſunt in hiſtoria Eccleſiaſtica, formulæ illæ de Agendis in Eccleſia, vt λειτουργίαι Baſilij, Chryſoſtomi.

3. Quilibet cultor Chriſti titulo Diaconi ſeu Miniſtri ornatur, Ioh. 12. 27. Ἐάν ἐμοὶ διακονῇ τις, ἐμοὶ ἀκολου- dRom. 12.
θείτω. Specialiter verò διακονία, curam pauperum ſigni- 7.
ficat[d], & collecta ipſa, Διακονία dicitur[e]: ſicut διακο- e2. Cor. 9. 2.
νεῖν[f], pecuniam in vſus pauperum collectam diſtribue- fRom. 15.
re. Vnde διάκονοι propriè dicti qui pauperum curã ha- 25.

priè declarat certam quandam factionem & ſectam doctrinæ cauſa exortam[a]. Vnde & Hæretici dicti, qui à recepta ſana doctrina ita aberrant, vt contempto Dei & Eccleſiæ ipſius Iudicio, in ſententia permaneant, & Eccleſiæ concordiam violent.

a Act. 5. 37.

10. Contemptus cœtuum Eccleſiaſticorum, Eorum ſcilicet qui ſibi ſcire omnia videntur, vel negotiis domi detineri ſinunt, vel Concionatoris perſonæ humilitate, vel negotio aliquo impediti conciones negligunt, vel crucis timore, vel in potentum, aut amicorum gratiam eas aſpernantur. Item abuſus eorum, qui vel ſtulta quadam deuotione, aut oſtentatione ex conſuetudine quadam, vel ad fallendum temporis tædium, vel rariſſimè cœtus ſacros frequentant, aut in ius nugantur, aut animo peregrinantur, vel vno aut altero verbo audito egrediuntur: vel denique, Conciones quidem audiũt, ſed malè viuunt.

LOCVS XLII.

De Miniſterio.

I. *Vnde dicitur Miniſterium?*

A Miniſtrando, Græcis Διακονία, ſumpta origine à voce κονὶς vel κονία, quæ cinerem & puluerem ſignificat. Hinc Κονεῖν, quod eſt ὑπηρετεῖν, ſeruire, & in puluere deſudare. Inde διακονεῖν, inſeruire: & διάκονος, qui & ὑπηρέτης, & δοῦλος, miniſter, ſeu ſeruus in genere, qui in Miniſterio ad ſudorem vſque puluereum laborat[b]. Hinc in Nouo Teſtamento *Diaconus* in genere ſignificat Perſonam in adminiſtranda Republica[c], vel familia[d], vel *Eccleſia*[e] ſeriò & magno animo laborantem: & διακονία, miniſterium, tum officium docendi[f], tum quamuis functionem Eccleſiaſticam denotat.[g] Sunt diſtinctiones miniſteriorum,

b *Matt.* 20. 26. 27.

c *Rom.* 13. 4.

d *Matt.* 22. 8.

e *Rom.* 16. 14.

f *Act.* 6. 4. 2. *Cor.* 6. 3. *Eph.* 4. 12.

g 1. *Cor.* 16. 15.

Duplices: alij Veteris, alij noui Teſtamenti. Et rurſum Miniſtri Eccleſiæ veteris Teſtamenti, ,alij perpetui, & quaſi ordinarij, vt Patriarchæ, Sacerdotes, Leuitæ, Scribæ: alii Temporarij & quaſi Extraordinarij, vt prophetæ fuerunt: Phariſæi enim & Sadducæi, non munerum publicorum, ſed ſectarum nomina fuerunt, vt apparet ex Actis cap. 23. 9.

VI. *Quid fuerunt Patriarchæ?*

Capita familiarum, ſeu capita Patrum in ſuis cognationibus, [a] ſeu homines Veteris Teſtamenti ante & poſt diluuium vſque ad Moſem, quibus ſe Deus patefecit per Angelos, viſiones nocturnas, apparitiones diurnas, & ſomnia. *b* idque voce hominibus perceptibili, atque effigiata ad ſermonem vſitatum inter homines: pérque illos viua traditione tantùm, familias eorum religionem docuit, quíque Sacerdotum & Prophetarum loco in familiis ſuis fuerunt: ſicut *Adam*, dum vxori & liberis promiſſionem de ſemine mulieris expoſuit, geminum Deicultum docuit, & ſacrificia Deo obtulit. *c* Et *Enoch* ſeptimus ab Adam, qui dicitur prophetaſſe *d* Sic *Noe* præco Reſipiſcentiæ, Iuſtitiæ, Euangelij & Chriſti vocatur, *e* quia totos annos centum viginti non deſiit impios illos ante diluuium dictis & factis commonefacere, quanta illis ira Dei immineret. Exinde primarij in qualibet familia Doctores, ſimul & Sacerdotes fuiſſe traduntur, Sic in terra Chanaan ad Salem (quæ poſtea Ieruſalem fuit) *Melchiſedech* (quem nonnulli Sem fuiſſe opinantur) Sacerdos Altiſſimi, idemque Rex Salem fuit *f*, Sic *Abraham* Doctoris & Sacerdotis officio functus eſt: *g* & per fidem obtuliſſe ſacrificium dicitur. *h* Poſt Abraham *Iſaacus*: poſt Iſaacum *Iacobus*, qui & ipſe ſuos docuit, vt Propheta: tum altaria pro ſuis variis habitationibus varia extruxit, & ſacrificia obtulit *i*.

a *Exod.* 6. 13. *Paral.* 8. 10. *Act.* 7 9.
b *Gen.* 8. 16. & 6. 13. 14. & 12. 7. 20. 13. & 28. 12. & 46 2. *Num.* 12. 6.
c *Gen.* 4 3. 4.
d *Gen.* 5. 22. *Iud.* 14.
e 1. *Pet.* 3. 19 & 4. 6. & 2. *Pet.* 2. 5.
f *Gen.* 14. 18. *Heb.* 7. 1.
g *Gen.* 13. 18. & 17. 23. & 20. 17. & 22. 10. 13.
h *Heb.* 11. 7.
i *Gen.* 33. 20. & 35. 7. & 49. 1. & *ſeq.*

Tandem vbi tempus erat non iam familias priuatas, ſed numeroſum populum in vera Dei cognitione docere *Moſes* à Deo excitatus [k], cultum & Eccleſiam in populo conſtituit: Et in hunc finem Sacerdotes & Leuitas inſtituit, quibus certas leges diuinitùs præſcripſit, ſecundum quas Deus populum Iſeraeliticum regi voluit: & non ſo-

k *Exod.* 3. 2.

a Act. 6.3. bent [a]: & Diaconiſſæ in hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ
b Rõ.16.1. ægris pauperibus miniſtrabant, vel veluti publicæ
1.Tim. 5. 9. fratrum peregrinorum ϖροςτάτιδες & hoſpites erant [b].
10. Chriſtus autem Rom. 15.8 dicitur διάκονος περιτομῆς. Non
Circuncisionis ipſius, ſeu Legis, quam ſuo aduentu
abrogauit, aut potiùs compleuit, ſed circunciſorum
Iudæorum, intra quorum fines ſe continuit, quandiu in terris
c Mat. 15.24 verſatus eſt [c]: vt & Apoſtolus profeſſionis noſtræ, i.
d Heb. 3. 1. Euangelij [d], vt qui ſit & ipſe ἀπόστολος miſſus à Patre. Nos
hîc Miniſterium generali ſignificatione pro
Eccleſiaſtica functione vſurpamus.

II. *Cur vocas Miniſterium?*

Quia non eſt ἀρχὴ, Principatus, Dominium, Magiſterium, aut munus imperioſum: ſed ἐπιμέλεια καὶ διακονία, quæ idem declarat atque λειτουργία, *Miniſterium*. Nec Miniſtri Eccleſiæ ſunt ἄρχοντες, κύριοι, ſeu Domini, qui vel Cleris, vel conſcientiis, vel membris Eccleſiæ dominari, vel poteſtatem condendi Leges, & transferẽdi regna ſibi
arrogare debeant: ſed vnius Principis, ac Domini
e Rom. 1.1. Dominorum ſerui ſeu Miniſtri [e]. Nam Chriſtus Dominium
Philip. 1.1. Miniſtris expreſſè prohibuit, tum verbo, Luc. 22 25.26.
Iacob. 1.1. inquiens, *Reges Gentium dominantur eis, vos autem non ſic:* tũ
2. Pet. 1.1. exemplo, verſ. 27. [f] adeóque ipſe Petrus, 1. Petr. 5 3.
Iuda 1. *Non dominantes*
f Matt. 20. *Cleris, ſed Exemplaria facti gregis:* Vnde
28. Bernardus ad Eugenium Papam, *Planum eſt Apoſtolis
Ioh 13. 4. 13. interdicitur Dominatus, 1. ergo tu & tibi vſurpare aude, aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicus Dominatum, Planè ab vtroque prohiberis. Si vtrumque ſimul habere voles, Vtrumque amittes.* Hæc ille.

III. *Quid eſt Miniſterium?*

Eſt functio Eccleſiaſtica in his terris, tum ad docendum verbum Dei, tum ad Sacramentorum diuinitus inſtitutorum, diſciplinæ Chriſtianæ, & rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem, à Deo inſtituta.

IV. *Quid Miniſter Eccleſiæ?*

Perſona legitimè vocata, vt doceat Verbum Dei, & Sacramenta, diſciplinam, & res Eccleſiæ, ex Verbi Dei præſcripto, adminiſtret.

V. *Quotuplices ſunt Miniſtri Eccleſiæ?*

Duplices

VIII. *Quid Leuitæ?*

Inferiores Sacerdotes, à Leui Iacobi ex Lea filio oriundi & denominati, ex quibus, alij in Tabernaculo, ac demum in Templo cultui diuino ſub Sacerdotibus inſeruiebant: Et ipſi aqua purificationis, & oblatione coram Eccleſia purificati [a] Tabernaculum, quod erat portatile, & vtenſilia portabant, & ſuperioribus Sacerdotibus ſacrificantibus miniſtrabant, & iis in tota ſacrificiorum adminiſtratione ſubſeruiebant: ſed non habebant ius ſacrificandi, [b] & ipſi decimas decimarum ſoluebant Sacerdotibus, [c] Quibuſcum propterea Diaconi noui Teſtamenti propriè ſic dicti à veteribus comparantur. Ex quibus poſtea à Dauide *Cantores* Sacri, *Quæſtores* rerum ſacrarum: Æditui, & *Ianitores* conſtituti ſunt: *d* & *Mactatores* erant victimarum à 20. annis ad 50. *e* Alii verò per varias regiones diſperſi partim ſacra in Synagogis, partim ciuilia in portis cum ſenioribus tractabant.

a *Num.* 8. 7.
b *Num.* 18. 6. & 3. 6.
c *Num.* 16. 26.
d *Paral.* 23. 35.
e *Ezech.* 44. 11.

IX. *Quid ſcribæ?*

Eorum tria erant genera: *Vnum* eorum qui regibus apparebant. vt 2. Reg. 12. 10. *Alterum* eorum qui priuatorum contractus & inſtrumenta ſcribebant, quos Notarios vocamus: quales fuerunt Cinei. *f.* Scribæ *denique* dicti ſunt, Iuris diuini periti inter cæteros, & ipſi præcipuè ex Leui tribu, *g* qui tum in Synagogis, tum in templo Legem docebant: Qua de cauſa νομικοὶ, & νομοδιδάσκαλοι dicti ſunt. *h* Sic dicti Γραμματεῖς, quod Legi ſcribendę & interpretandę vacarent, quaſi ſacrarum Tabularum cuſtodes & Doctores *i*.

f 1. *Paral.* 2. 55.
Ierem. 32. 11.
Pſal. 45. 2.
g *Ioh.* 1. 18.
Eſdra 7. 6.
h *Matt.* 7. 29. & 23. 2.
Marc. 12. 18
i *Ierem.* 8. 8.
k *Matt.* 13. 52.

X. *Quid Prophetæ?*

Perſonæ immediate & extraordinariè à Deo vocatæ, quæ ex vnius Spiritus Dei extraordinario afflatu loquerentur, quæ intelligebant [k], hoc eſt tum vt ad Eccleſiæ gubernationẽ extraordinariè ſuſcitati, de communibus eius neceſſitatibus Deum è re nata conſulerent, tum vt ceſſantibus Sacerdotibus, Doctrinam Immediate à Deo acceptam aliis traderent, Legem interpretarentur, cultũ Dei inſtaurarent, populum quoties collapſus erat, Sacerdotes, Reges *m* in officio peccantes, aut torpentes, magno zelo, & acri ſermone corriperẽt *n* adeoque erudirent &

l *Heb.* 1. 1.
m 2. *Sam.* 12. 7.
n *Exo.* 32. 21.
1. *Sam.* 2. 27

lùm viua voce, ſed Scriptis ex Dei mandato Verbū Dei tradidit, Nam ante Moſem fuiſſe Scripturam diuinitùs inſpiratam non legimus.

VII. *Quid fuerunt Sacerdotes?*

Perſonæ mediatè vocatæ ex poſteris Aaronis (nam ij ſoli ἱερεῖς, & filij Aaronis dicebantur) & oleo inunctæ & conſecratæ in conſpectu populi [a], vt doctrinam mediatè à Deo acceptam alios docerent, ſacrificia offerrent, populo benedicerent, ac pro ſe & pro populo orarent & intercederent [b]. Hi erant ſuperiores, qui populo in Tabernaculo inſeruiebant: Inter quos erant qui ἀρχιερεῖς, *Principes Sacerdotum* vocabantur [c], qui erant ſuarum familiarum capita. Quamobrem etiam vocantur *Principes Sanctuarij*, in 24. claſſes diſtributi [d], quique omnes Chriſtum figurabant [e]. Sed tamen ſemper vnus erat aliis omnibus ſuperior, maximus natu inter filios & poſteros Aaronis qui *ſummus Sacerdos*, aut Pontifex dicebatur, & præcipuè Chriſti Eccleſiæ ſuæ capitis figuram, in muneris ſui partibus gerebat [f]: Vt cui ſoli Sacrariū ingredi liceret [g] ſolus appareret in conſpectu Domini, laminam præferēs in vertice, in qua ſculptum erat, *Sanctitas Domini*, vt Dominus placetur ipſis, Exod. 28. 6. Quanquam apparet ex vetere inſtituto, 1. Paral. 24. 2. 3. duos fuiſſe Pontifices qui viciſſim fungerētur Sacerdotio: ſic tamen vt vnus præcipuus eſſet, alter verò ab eo ſecundus, vt liquet ex 1. Reg. 25. 18. & Luc. 3. 2. Vbi notandum non temerè factum vt Spiritus ſanctus nunquam in nouo Teſtamento Sacerdotis, vel Sacerdotij nomen peculiariter ad Euangelij Miniſtros accommodarit: Chriſtus enim factus in æternum Sacerdos ex Dei iureiurando, ſecundum ordinem Melchiſedech, Heb. 7. 21. nullos habet ſui Sacerdotii collegas: neque ſuis Sacerdotium, ſed Miniſterium reliquit, nempe quòd nullum nobis ſacrificium, cuiuſmodi illud erat, quòd à Sacerdotibus Lege procurabatur, ſuperſit præſtandum, nempe ἱλαστικὸν, Etſi per quandam ſimilitudinem, quatenus ſpirituali gladio immolant & conſecrant Deo homines qui Euangelium annuntiant, Sacerdotes dici poſſint: vt vocantur etiam hoc nomine interdum omnes pii, quibus dicitur, ſi cuſtodieritis præcepta mea, eritis mihi in Regnum Sacerdotale. Exod 19. 6.

VIII

[a] *Exod.* 42. 41. & 29. 1. 7 *Leuit.* 8. 2.
[b] *Leuit.* 9. 7. & 16. 6. 17 18. *Num.* 6 24.
[c] 2. *Paral.* 14 *Matt.* 2. 4.
[d] 1. *Paral.* 1. 5.
[e] *Heb.* 5. 6.
[f] & *ſeq.*
[g] *Heb.* 9. 11. *Leuit.* 16. 2.

Lege habendum eſt. 3. Sacerdotes ſucceſſione tantùm eligebantur & obtinebant ordinarium Miniſterium: Prophetas verò Deus pro arbitratu ſuo, extraordinaria ratione mittebat, & nulla, ne ſexus quidem, habita ratione ſuo Spiritu afflabat *a*. 4. Sacerdotes errare poterant, vt Aaron Prophetæ autem veri, nempe Spiritu Dei acti, quatenus Prophetæ erant, non errabant.

a *Iudic.* 4. 4.
1. Reg. 2.15.

XIII. *Quot ſunt genera ſeu ſpecies Miniſterij Noui Teſtamenti?*

Paulus Rom. 12. 6. 7. duas facit, nempe Prophetiam, & Diaconiam, ſiue Miniſterium: *Prophetiæ* nomine cõprehendens munus eorum qui in docendo & exhortando, ſeu in Sermone, nimirum concionatores Paſtores, & Doctrina: nempe Doctores, laborant *b*. Miniſterij vero *ſeu Diaconiæ* nomine Officium eorum qui aliis in rebus, vt eleemoſynarum diſtributione, morum cenſura, curandis pauperibus Eccleſiæ inſeruiunt, intelligit ſeu alia Eccleſiaſtica munera, quibus ſe abdicarunt Apoſtoli *c*.

b Tim. 5. 17.

c *Act.* 6. 2. 3. 4.

Similem adhibet diſtributionem Philip. 1. 1. 1. Tim. 3. 2. 8. nominans Epiſcopos, quos Rom. 12 6. 7. vocat Prophetas, quibus nimirum Sermonis Miniſterium commiſſum eſt, cæteros nomine Diaconorum intelligens. Sic Petrus 1. Pet. 4. 11. *Siquis loquitur, loquatur vt Eloquia Dei: ſiquis miniſtrat, miniſtret tanquam ex viribus quas ſuppeditat Deus.* Proinde eorum qui functiones Eccleſiaſticas gerunt, alij ſunt Docentes, alij Miniſtrantes.

XIV. *Qui ſunt Ordines Docentium?*

Idem Paulus Eph. 4 11. quinque enumerat, Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas, Paſtores, & Doctores. Ex quibus *Apoſtoli, Prophetæ, & Euangeliſtæ* vocationes temporariæ & extraordinariæ fuerunt, ac propterea iam deſierunt. *Paſtores* verò & *Doctores*, quæ ſunt vocationes ordinariæ, ad aduentum vſque Chriſti perpetuò manſuri ſunt. Nam prophetia & notitia, id eſt ipſa docendi & prophetandi munera, Eccleſiæ colligendæ, & in hac vita fouendæ cauſa, à Deo inſtituta, ideo abolenda, id eſt nullius vſus futura dicuntur, 1. Cor. 13. 8. Deo nimirum per ſe, intrinſeca vi effecturo in altero ſeculo, id cuius ſpeciem aliquam per Miniſtros ſuos in nobis inchoauit.

excitarent ad bona opera, futura certiſſime pronuntiarent, de mutationibus Imperiorum, de pœnis peccatorũ de ſpecialibus euentibus & liberationibus, ad vnius Dei gloriam, & populi ſalutem, & quod præcipuum erat populum ſpe Meſſiæ venturi erigerent, ac proinde diuino Spiritu acti de illius Conceptione, Natiuitate, Paſſione, Morte, Reſurrectione, Aduentu ad Iudiciũ: & Regno æterno prophetarent, ſua cuique aſſignata prouincia[a]. Παρὰ τὸ προφητεύειν, cui reſpondet τὸ μαντεύεσθαι, ſic tamen vt hoc ſit profanorum vatum, illud verò ſacrorum.

Quanquam & hoc verum eſt, Prophetas etiam dictos, ſed ab illis diſtinctos, qui erant ordinarii Doctores, & humanitus in Legis doctrina inſtituti[b]. Vnde factum vt apud Paulum interdum Prophetandi verbum, de Prophetiarum interpretatione, etiam abſque futura prædicendi Spiritu vſurpetur[c]. Propheta autem κατ᾽ ἐξοχὴν Chriſtus dictus eſt, Prophetarum omnium caput.

X I. *Quomodo veri prophetæ ad Prophetandum imbuebantur?*

Vel *per viſiones & figuras*, ſeu imagines menti vel oculis ipſorum obiectas[d]: vnde *Videntes* dicebantur[e]. ſicut Ieremias vidit ramum amigdalæ, & ollam ſuccenſam[f]: Ezechiel quatuor animalia, & totidem rotas[g]. Daniel in pariete digitos ſcribentes[h]: Zacharias[i] hominem inſidẽtem equo rufo inter myrtos, & cornua quatuor. Vel *per ſomnia* diuinitus immiſſa: Vel *interno afflatu* Spiritus Dei[k], vel *verbo expreſſo* per apparitionem Angeli Deum repręſentantis[l], Vel *Dei ipſius ore ad eos loquentis*. i. familiariter, quod Moſi accidit[m].

XII. *Quid differebant Prophetæ à Sacerdotibus?*

1. Sacerdotes ſemper erant ex tribu Leuitica: Prophetæ etiam ex aliis[n]. 2. Sacerdotum erat non tantũ orare & docere, ſed ſacra adminiſtrare, quod Prophetæ nõ faciebant: nam quòd Elias ſacrificauit, etiam extra locum à Deo electum[o], extraordinarium fuit, quia priuato inſtinctu Dei agebatur contra Legem in communi propoſitam, inquit Auguſt. in Leuit. quæſt. 56. Ipſe Legiſlator, cùm aliquid cõtra ſuas Leges iubet, mandatum eius pro

Lege

a *Eſa.* 1. & 6. 1.
Ier. 1. 4 & ſeq.
Ezech. 1. 2. 3. & ſeq.
1. *Pet.* 1. 11.
2. *Pet.* 1. 21.
Eſa. 7. 14. & 9. 5. 6.
Mich. 5. 2.
Eſa. 53. toto cap.
Luc. 24. 27.
b *Ier.* 26. 11. & 29. 1.
c 1. *Cor.* 14. 29.
Deut. 18. 15
Ioh. 1. 45.
Act. 3. 22.
d *Num.* 12. 6.
e 1. *Sam.* 9. 9
f *Ier.* 1. 11. 13.
g *Ezech.* 1.
h *Dan.* 5. 24. 25.
i *Zach.* 1. 8. 20.
k 2. *Pet.* 1. 21
l *Gen.* 18. 13.
Heb. 1. 2.
m *Num.* 12. & 16. 20. 36.
n *Iſa.* 1. 1. & 20. 2.
Dan. 1. 3.
Amos 7. 14.
o 1. *Reg.* 18. 38.

tam etſi idem talentum omnibus datum, aliis tamen duplicatum, aliis triplicatum fuit: & excelluerunt alij alios labore & præſtantia gratiæ [a].

Quo munere optimè defunctis illis, ſimul Apoſtolicũ munus deſiit, non quoad ipſorum doctrinam, ad quam perpetuò obligatur Eccleſia, nec quoad Miniſterium prędicandi Euangelium, & adminiſtrandi Sacramenta: ſed quoad Apoſtolicam ὑπεροχὴν, authoritatem pleniſſimam ἀνυπεύθυνον, (vt qui illorum doctrinæ reſiſteret, non homini, ſed Deo reſiſteret,) & nullis finibus terrarum circunſcriptam, ſed per totum orbem diffuſam, Eccleſias fundandi & plantandi, & Spiritus ſancti χαρίσματα cum Impoſitione manuum conferendi, functiones perpetuas in Eccleſia conſtituendi. Denique & regulam regiminis Eccleſiæ præſcribendi. Hactenus enim munus eorũ fuit temporarium: Illud enim Chriſti iam iam diſceſſuri, Ioh. 20. 21. *Vt me miſit Pater, ita ego mitto vos*, ad ſolum Apoſtolatum reſtringendum eſt: Fuerúntque Prophetarum veluti ſucceſſores: ſed Prophetę Seminatores, Apoſtoli verò Meſſores [b] & illi de venturo Chriſto, hi de exhibito prædicauerunt.

XVI. *Quinam dicti ſunt prophetæ?*

Specialiter qui ſub initio prædicati Euangelij ſinguli per Spiritus ſancti efflatum reuelationis & ſapientiæ, & interdum magni momenti caſus Eccleſiæ, aut alicui fidelium euenturos, prædicendi dono pollebãt, quos Dominus Apoſtolis, licet hoc ipſo quoque Spiritu Prophetiæ præditis adiunxit, vt hoc etiam Spiritus ſancti ſupernaturali chariſmate Apoſtolicam prędicationem confirmaret: quo Deus tunc naſcentem Eccleſiam ſuam exornare & confirmare voluit: quales Agabus, & quatuor Philippi Euangeliſtæ filiæ [c]. In genere tamen Prophetæ dicebantur, qui ſingulari dono pollebant interpretãdi Scripturas [d] quales ſunt hodie eruditi Scripturę Interpretes.

XVII. *Qui Euangeliſtæ?*

1. Comites ſυνεργοὶ, & συλλειτυργοὶ, Apoſtolorum, non ab ipſo Chriſto, id eſt nullo hominũ miniſterio interueniente, ſed ab Apoſtolis ipſis delecti aut aſſumpti, vt vices eorum in rigando, ſuperſtruendo, & ei quod ſuſceperant

[a] 1. Cor. 15. 20.

[b] Ioh. 4. 35.

[c] Act. 11. 28. & 21. 9 10 11.

[d] Cor. 1 14. 29. 32. *Unde Prophetare, pro Prophetias interpretari, 1. Cor. 11. 4. 5. & prophetarum Spiritus, 1. Corint. 14. 32. pro doctrina quã adferunt Prophetæ Spiritu Dei afflati.*

XV. *Qui fuerunt Apoſtoli?*

Peculiariter & κατ' ἐξοχὴν ſic dicti primarij, tū vndecim
illi, nōab hominibus, neque per hominem, ſed immedia-
tè à Chriſto adhuc in terris verſante, antequam patere-
a Matt. 10. 6. 7. tur, è mūdo electi & vocati *a* deinde præconum inſtar, vt
gentem ſuam tantùm, excitarent, & ad Chriſtum audien
dum pararent miſſi: & demum poſt reſurrectionem ab
b Matt. 28. 19. 20. eo ad eundem Apoſtolatū confirmati, vt commiſſam ſibi
Mar. 16. 15. doctrinam, per totum mundum publicarent [h].

Iob. 20. 21. Sed quia iuſſerat illos expectare Ieroſolymis, donec vir
c Act. 1. 24. tute induerētur ex alto, [c] poſt Aſcenſionem in cœlos,
eodem loco & tempore, id eſt ipſo die Pentecoſtes, viſibili
Spiritus Sancti donatione, ceu ſolenni quadam inaugu-
ratione, ſimul ipſis adiuncto Matthia coram toto populo
Iſrael, in Apoſtolatu, ordinati & declarati ſunt Apoſtoli
Chriſti: Cuius etiam reſpectu dicuntur tunc è cœlo dati
d Act. 2. 1. 2. 3. 7. 14. à Chriſto [d].

Eph. 4. 11. Ex quo quilibet, tam ſolennem miſſionem Spiritus Sa
cti ad nullos alios quàm ad illos duodecim, plātandis per
orbem terrarum Eccleſiis, tam peculiari Spiritus Sancti
e Luc. 24. 49. abundantia deſtinatos pertinuiſſe: ſicut iſtis proprie &
peculiariter promiſſio facta fuerat [e], ſicut & eis pro-
Matt. 28. 19. 20 prius fuit Apoſtolatus [f]. Tum duo illi aſciti à Chriſto
f Act. 1. 22. poſt eius Aſcenſionem, Matthias per ſortem [g], &
g Act. 1. 16. Paulus cœleſti vocatione [h], qui omnes tanquam futuri
h Act 9. 3. 15. Eccleſiæ ædificii architecti, fundatores, & veluti Pa-
Gal. 2. 1. triarchæ, non ad docendum in certis tantùm ſedibus,
ſed ad plantandas paſſim Eccleſias in orbem vni-
uerſum miſſi: vnde & Apoſtoli dicti ſunt, quaſi Dei Lega
ti, quique doctrinam Euangelii θεοπνεύστως tum viua vo-
ce, cum ſcriptis tradiderunt: ſic vt ipſorum doctrina ſit
Canon & regula totius Chriſtianæ Religionis, ad con-
ſummationem ſeculorum annuntiandæ: & virtute eden
di miracula à Chriſto donati, eam confirmarunt mira-
i Matt. 28. 1. lis, & Sacramentorum adminiſtratione obſignarunt [i], &
quod in iis præcipuum fuit, ſoli in Eccleſiæ primordiis
ſigno viſibili Impoſitionis manuum Spiritum ſanctum
contulerunt: quique omnes & ſinguli æquales inter ſe
prima & præcipua, ſed ſpirituali, Eccleſiaſtica & pari po
teſtate & dignitate fuerunt, non quoad dona Spiritus:

nam

quos Apoſtoli ſibi in obeunda vel potiùs peragenda Eccleſiarum quas plantabant fundatarum ſtructura, prout res ferebat, adiungebant: nec vni plerumque Eccleſiæ, ſed prouinciis, idque ad tempus duntaxat deſtinabant.

Prophetarum tamen vocabulum interdum generaliter omnibus Verbi diuini interpretib. tribuitur, vt Rom. 12.6.[a] Interdum à Doctoribus peculiariter diſtinguit, vt cùm inter διδαχὴν & ἀποκάλυψιν diſcrimen conſtituitur, 1. Cor. 14.26. Item cùm διδασκαλία & παράκλησις, i. Doctores à Paſtoribus diſtinguuntur, vt Rom. 12.7.8.

a 1. Cor. 14. 29.

XIX. *Qui dicuntur Paſtores?*

Qui & Exhortatores, οἱ παρακαλοῦντες,[b] i. qui legitimè vocati, & certo cuidam gregi, ſeu vni Eccleſiæ addicti, Dei Verbum prædicant, & prædicando, non ſimpliciter illud explicant, ſed docendo, admonendo, arguendo, corrigendo, obiurgando, inſtituendo, hortando, conſolando, publicè & priuatim vſibus Eccleſiæ applicant[c]. Et præterea Sacramentis adminiſtrandis & ſolennibus precibus concipiendis operam impendunt, ſimúlque cum Presbyteris cauendis offendiculis, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ inuigilant[d], qui & generali nomine Presbyteri dicebātur[e] & Diaconi[f] προϊστάμενοι[g], Et Heb. 13. ἡγούμενοι, denique & Epiſcopi dicebantur, περὶ τὸ ἐπισκοπεῖν, quod eſt diſpicere, nequid ſuæ diœceſe militibus deſit, quòd Paſtores oporteat quaſi ſpeculatores in Doctrinam & mores commiſſi gregis inquirere: fuítque officij & laboris non dignitatis nomen, omnibus Verbi Miniſtris commune. Nā Paulus Philip. 1. plures vni Eccleſiæ Epiſcopos attribuit. Et Act. 20.28. Epiſcopus plures Eccleſiæ Epheſinæ alloquitur.

b Rom. 12.8

c Act. 14.23 1. Cor. 12.28 2. Tim. 3.16. & 4.2. Tit. 1.5.9. & 3.10.

d Rom. 12.7

e 1. Pet. 5.2.

f 1. Cor 13.5. & Col 1.7.

g 1. Theſſ. 5.

Sed cùm in collegio Paſtorū ſeu Presbyterorum ordinis & Politiæ cauſa vnus reliquis præiret, qui collegas conuocaret, & ſententias rogaret, talem peculiariter vetuſti Patres, contempta nonnihil Spiritus ſancti lingua, *Epiſcopum* vocarunt id eſt primum ordine Paſtorem, non tamen gradu, reſpectu collegarum ſuorum: quem Hieronymus Superattendentem, Ambroſius Superinſpectorē, Iuſtinus Προεστῶτα, Antiſtitem vocat. Hinc prima tyrannidis in Eccleſiam fundamenta iacta. Ab Epiſcopis enim

operi perficiendo,& Euangelio prædicando,modò in vno,modò in alio loco quaſi ſubſidiarij,& veluti ſecundarij quidam Apoſtoli:non in vna tantùm Eccleſia, ſed in pluribus Eccleſiis gererent,ᶻEt Paſtorum oppidatim cōſtituendorum,& ordinis ſacrorum in Eccleſiis ad quas miſſi fuerunt,inſtituendi ius & poteſtatem haberent: ide-
a Tit.1.4. que tantiſper dum ab Apoſtolis reuocarentur [a].Quales
b Act 16.3. fuerunt Timotheus [b] Lucas , Marcus , Tychicus [c]
vers. Titus e,Philippus [f] & alii ſiue ex illis 70 diſcipulis,quos
2,Tim.4.5. præter 12.Dominus deſignauerat,[g],ſiue ex aliis fuerint
c vers.11.12 aſciti.
d 2. Cor. 8.
23. 2. Anguſtiore ſignificatione quatuor illi Spiritus San-
e Act.21 8. cti Amanuenſes,quorum opera vſus eſt Dominus ad E-
f Luc.20 1. uangelicam hiſtoriam Chriſti tradendam , & Eccleſiæ Chriſtianæ primordia deſcribenda,quorum duo Marcus & Lucas Apoſtolorum comites & Euangeliſtæ: duo verò alii, Matthæus& Iohannes Apoſtoli & Euangeliſtæ fuerunt.

XVIII. *Anne nomina Apoſtolorum, Prophetarum & Euangeliſtarum tribuuntur etiam aliis Eccleſiæ Paſtoribus & Doctoribus?*

Non,niſi καταχρηστικῶς:nam quod ad Apoſtoli appellationem attinet,Andronichus & Iunias inſignes dicuntur fuiſſe in Apoſtolis,id eſt apud veteres illos Apoſtolos,non
g Rom.16 7 tamen Apoſtoli vocati [h].Deinde [i] duobus collegis Tito
h 2.Cor. 8 adiunctis,tribuitur Apoſtolorum nomen,non tamē ſim-
23. pliciter,ſed cum adiunctione,id eſt quòd eſſent ab eccleſiis nonnullis ad eleemoſynarum collectionē legati. Epaphroditus,non ſimpliciter Apoſtolus,videlicet Chriſti,ſed Philippenſium vocatur,ab illis ad Paulum miſſus
i Philip.2. ad ſubleuādam Pauli inopiam [k] ſed auguſtiſſimum illud
25 nomen delectis illis ſimpliciter peculiare fuit,vt non temerè dixerit Paulus,*Non omnes Apoſtoli*,1.Cor.12.29.

Ad Euangeliſtas quod attinet,τὸ εὐαγγελίζεσθαι quidem omnibus,quibus docendi munus mandatum fuit,tribui-
k 1.Cor.15.2 tur [k]. Sed Euangeliſtarum appellatio, nullis quàm iis
quo

admitterent, ſceleratos autem arcerent ab Eccleſia, & à myſteriis excommunicatos.

2. Ἀκόλυθοι Epiſcoporum comites & pediſſequi, Teſtes videlicet & imitatores omnium eorundem dictorum & factorum, ſimúlque miniſtri promptiſſimi.

3. *Lectores*, præambuli, ac miniſtri Paſtorum & Doctorum ex editiore loco Scripturam legentes: ita vt intra annum omnes codices Bibliorum propter familiariorẽ Scripturæ cognitionem perlegerentur.

4. Fit quoque mentio apud Scriptores ſatis vetuſtos *Exorciſtarum*, διὰ τὸ ἐξορκίζειν, coniurare, id eſt per Dei nomen adhibitum præcipere, qui miraculorum dono pollentes, inuocato Chriſti nomine, & manuum impoſitione, ab ἐνεργουμένοις, id eſt a dæmonio obſeſſis, Diabolos eiiciebant[a], ſed quorum munus deſiit, cum miraculorũ dono. a Act.19. 23.

Cleri autem dicebantur in Scripturis, ipſi credentium ſeu ouium greges, & Eccleſiæ membra, quia ſunt ſors & hæreditas Domini, 1. Pet.5.3. Poſtea verò veteres Patres abuſiuè Cleri nomen ad collegium Eccleſiaſticorũ Miniſtrorum tranſtulerunt, & tãdem dicti etiam ſunt Clerici ſtudioſi omnes qui alebantur, vel parentum, vel publico Eccleſiæ ſumptu, ad Miniſteriũ Eccleſiæ aſſumẽdi. Sed ex nata diſtinctione Cleri, & Laicorũ, deſpectus Magiſtratuum, & tyrannis in Eccleſiam inuecta eſt.

XXIV. *Quinam Paſtores & Doctores, ab Apoſtolis, Prophetis, & Euangeliſtis differunt?*

Nihil quidem quòd ad Miniſterij Eſſentiales partes, quæ ſunt pura Verbi Dei prædicatio, Sacramentorum adminiſtratio, & diligẽs morum Correctio: ſed quoad ea quæ fuerunt Apoſtolicæ vocationis peculiaria, lõgè differunt. Nam. 1. Cor. 12. 8. Apoſtolus partitus Miniſteriũ Verbi in λόγον σοφίας, & λόγον γνώσεως, Apoſtolis, Prophetis & Euangeliſtis tribuit Sapientiam, nempe excellentiorem illam, & omni exceptione maiorem myſteriorum Dei notitiam, cum ſumma authoritate coniunctam, & peculiari Spiritus ſancti afflatu, κατ' ἀποκάλυψιν videlicet collatam [b]γνώσιν verò i. notitiam Euangelij ex auditu, & b1. Cor.14. 29.

peculiariter ſic dictis ad Metropolitanos quos Archiepiſcopos vocant ſpecioſo hoc titulo, vt Synodi per ſingulas prouincias faciliùs cogerentur, à Metropolitanis ad quatuor Patriarchas ſeu Primates, Alexandrinum, Antiochenum, Hieroſolymitanum, Romanũ, quibus acceſſit Conſtantinopolitanus, ab his inter ſe de primatu digladiantibus, ad Papam Oecumenicum peruentum eſt.

XX. *Qui Doctores?*

Qui Scripturæ tantum fideli, & ſimplici interpretationi incumbunt, & Scholæ Eccleſiaſticæ regimini præſunt vt ſyncera ſanáque doctrina in Eccleſia retineatur vel qui Dei Verbum ad veram doctrinam tradendam, & falſam refutandã dũtaxat explicãt: quales fuerũt Catechetæ, vt Origines in Eccleſia Alexandrina, Clemens, & alii.

XXI. *Annon iidem Paulo Doctores, qui Paſtores, vt Auguſtinus cenſet?*

Non: quia vnis & iiſdem diuerſum nomen non tribueret, Eph.4.11. Et manifeſte Rom.12.7. Docentes ab Exhortatorib. & διδασκαλίαν à παρακλήσει diſtinguit, itidémque λόγον & γνῶσιν, 1. Cor. 1. 5. Id eſt ſanctæ facundiæ donum, ipſaque rerum ſacrarum notitiam, ſiue Paſtores à Doctoribus diſcernit.

XXII. *Anne qui, quem vocant, gradum Doctoratus in Academijs adepti ſunt, iure Doctores Eccleſiæ dici debent?*

Nõ: quia ius Electionis, quod eſt totius Eccleſiæ, & quo aditu quiſquis in Eccleſiã non ingreditur, eſt fur & latro inquit Chriſtus, Ioh.10. nõ eſt ab Eccleſia ad Academiarũ Magiſtros collatũ. Tribuãt igitur ſane iſti ſedulis diſcipulis, quod merentur pietatis & eruditionis teſtimonium. Docendi verò ius, & authoritatem reipſa docendi ſola illis Eccleſia ordine legitimo certo loco concedat, ſi vere Doctores eſſe & haberi volunt.

XXIII. *Quinam hiſce ſubalternabantur?*

Exercitij potiùs quàm Officii, gratia. 1. *Oſtiarÿ*, qui cuſtodiæ ianuarum templi præfecti erant, vt pœnitentes admitterent vnà cum Paſtoribus & Doctoribus collectorum cœtus, *Presbyterium* dicitur [a], & Eccleſiaſticum συνέδριον, & Conſiſtorium: quibus etiam Eccleſiaſticæ diſciplinæ cura committebatur. Quid verò illis ſpatium non perpetuum, ſed vel annuũ, vel longiùs præſcribitur, idcirco fit, 1. Quòd plerique munus iſtud vltrò, vt nunc ſunt tempora recuſant. 2. Quòd expediat interdum eos mutari. 3. Quòd Eccleſiæ intereſt, ad Eccleſiaſticam tyrannidem vitandam: vt aliqui etiam ex plebe norint, quid in Cõſiſtoriis & Eccleſiaſtica Iuriſdictione geratur, & quàm rectè Leges de iis rebus poſitæ obſeruentur. De quibus Ambroſius *In 1 ad Timoth. 5. 1. Et Synagoga, & poſtea Eccleſia ſeniores ex populo habuit, ſine quorum conſilio nihil agebatur in Eccleſia. Quod qua negligentia obſoleuerit, neſcio, niſi fortè Doctorum deſidia, aut magis ſuperbia, dum ſoli volunt aliquid videri [b].

XXVI. *Qui Diaconi?*

Oeconomi domus Dei, ex communi Eccleſiæ cœtu legitimè delecti, peculiariter ſic appellati, qui ærario Eccleſiaſtico, ſeu muneri τῶν ἀντιλήψεων, i. opitulationum, præſunt; id eſt, cùm recipiendis, tum certo ordine diſpẽſandis & diſtribuendis ſacris Eleemoſynis & Collectis, cœteriſque Eccleſiæ bonis, ex ſuo, Paſtorum, & Presbyterij iudicio adminiſtrandis, & ad pauperum, orphanorum, viduarum, & hoſpitum, imprimis autem Domeſticorum fidei, ac reliquos ſacros vſus præficiuntur [c]. Quibus propterea procipitur, Rom. 12. 8. μεταδιδοὺς, ἐν ἁπλότητι, id eſt *Qui diſtribuit, id faciat bona fide, & ſine perſonarum reſpectu.*

Enimvero peculiariter Diaconorum appellationẽ à Miniſterio menſarum ſumpſerunt, quia ipſis impoſita erat operoſa cura colligendarum & diſtribuendarum συλλογῶν & προσφορῶν: ex quibus ἀγάπαι inſtituebantur, quæ partim in ſumendo communi cibo [d], & quidẽ imprimis in Cœnæ Domini celebratione, partĩ in ſacris deinceps ſermonibus erant poſitæ [e], Tertull. in Apologet. cap. 39.

Exoleſcentibus autem illis conuiuiis, manſit eadem Diaconorum cura in Sacramentorum adminiſtratione, præcipuè verò calicis diſtributione. Non autem Paſtores, aut Doctores fuerunt, quia ipſimet Apoſtolos mẽſis

a 1. *Tim.* 4. 14.

b 2. *Paral.* 19. 8. *Ierem.* 19. 1.

c *Act.* 6. 1. 2. *verſ.* *Gal.* 6. 10. *Philip.* 2. 1. *Tim.* 3. 8. 12. & 58.

d *Act.* 2. 46. & 20. 7. 1. *Cor.* 11. 20 *Iuda.* 12. 1.

e 1. *Cor.* 14. 26.

ſacrarum Scripturarum lectione,i. ſtudendo & diſcendo comparatam,ad Paſtores & Doctores ordinarios refert.

Dona verò Apoſtolorum perſonalia,i. propriè Apo-
ſtolis ſolis data: velut 1. Prophetia ex ſingulari reuela-
a Act.11. tione a.2.Diſcretio Spirituum, donum linguarum,do-
27. & 21. num edendi ſpecialia miracula b, donum conferendi
10. Spiritus ſancti χαρίσματα per impoſitionem manuum,
b 1.Cor.12.9 & ſeueriſſimè pœnis extraordinariis contumaciam vin-
10. dicandi,vt in Anania, & Sapphira, & in Elyma mago
8.21. apparuit c. 3. Teſtimonium Spiritus ſancti,quòd non
c Act. 5.5. errarent 4 Ipſa Apoſtolici muneris authoritas, cæteris
10.&8.20. omnibus non tantum ordine,ſed gradu & poteſtate ſu-
&13.10.11. perior, & cura late per vniuerſum terrarum orbem pa-
2.Cor.10.6. tens,non vni duntaxat gregi,aut Eccleſiæ alligata,vt ap-
d Marc. 16. paret Math.28.19.d Iſta,inquam,perſonalia dona, Apo-
15. ſtolicáque authoritas;neque ad Paſtores, neque ad Do-
Act.1.2. ctores Eccleſiæ tranſierunt,ſed cum illis primis extin-
2.Cor.11.
28. cta ſunt.

XXV. *Qui ſunt Ordines Miniſtrantium?*

Duo, Vnus Presbyterorum, & Diaconorum alter. Sunt autem presbyteri duorum generum: Alij Paſtores & Doctores qui ſermoni & doctrinæ, Alij qui gubernationi vacare debent. 1.Tim. 5.17.*presbyteri qui bene præſunt, duplici honore digni ſunt: maximè qui laborant in ſermone & in doctrina.* Presbyteri peculiariter ſic dicti, 1.Seniores, potiùs à moribus, quàm ætate,quatenus à Paſtoribus diſtinguuntur, nec Dei verbum prædicant, ſunt probatæ pietatis viri ex laicis ſelecti, Aſſeſſores Paſtoribus dati in peculiari morum cenſura & Eccleſiæ regimine ſingulis Eccleſiis,vt mores gregis, cui præfecti ſunt,diligenter obſeruent,& conſtanter ſingulos ex Dei verbo moneant,ſi quod vel in doctrina, vel in vita vitium & offendiculum animaduerterint: de quibus Act.
e Act. 20. 14.23.e quos Paulus abſtracta voce κυβερνήσεις,pro concre-
17. ta κυβερνήτας peculiari appellatione vocat,1.Cor.12.28.à
1.Tim.4 Paſtoribus & Doctoribus ſic propriè vocatis diſtinctos,&
14 &5.17. προϊσταμένους,Rom.12.8.

Interdum generali voce Vigiles & Epiſcopos, id eſt inſpectores:quos morũ Cenſores dicere poſſumus:quo-

rum

ſus infirmitatem, & alia incommoda & offendicula non reſtituatur, piarum ſiue nobilium, ſiue plebeiarum mulierum in pauperes beneficentia, & pia ſollicitudo ſupplere poteſt.

XXVII. *Anne pauperum curam Paſtoribus impoſitam negas?*

Nequaquã, ſed duplex hæc cura ſtatuitur: *vna*, in colligendæ & diſtribuendæ ſacræ beneficentiæ cura poſita eſt, quæ Diaconorum propria eſt. *Altera* tantùm poſita, tum in Eccleſiis ad demonſtrandam erga pauperes beneficentiam exhortandis. tum in ipſorum Diaconorum inſpectione, quæ ſola ad Paſtores pertinet[a].

XXVIII. *Quis Author Miniſterij?*

Αἴτιον κύριον Deus ipſe, qui primus Immediatè alloquutus eſt proto plaſtas in Paradiſo, edita promiſſione de ſemine benedicto[b]: quam deinde propagari voluit ſucceſſiue per Patriarchas[c]: Poſtea inſtituit Sacerdotes in populo Iſraëlitico, electa peculiari tribu Leui. Sed & Deus eſt, qui & ſe Dominum Meſſis appellat, & qui operarios trudit in meſſem ſuam[d]. Et 1. Cor. 12. 28. alios quidem conſtituit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores.

Συναίτιον, Chriſtus, vt filius, & domus paternæ pleno iure Dominus, qui & Apoſtolos vocauit, illóſque miniſterio Eccleſiaſtico præfecit, Ioh. 20. 21. *Sicut miſit me Pater, ita & ego mitto vos.* Et Marc 16. 15. *Ite*, inquit, *in Orbem vniuerſum, Prædicate Euangelium omni Creaturæ, & baptizate eos.* Et Eph 4, 11. *Καὶ αὐτὸς* (Chriſtus) *dedit hos quidem Apoſtolos illos verò Prophetas, &c.* dedit inquam, non ſolùm quatenus elegit, ſed quatenus tales illos effecit, quales eſſe oportebat.

3. Spiritus ſanctus, ratione donorum neceſſariorum ad miniſterium feliciter obeundũ, 1. Cor. 12. 11. *Omnia autem hæc operatur vnus atque idem Spiritus, diſtribuens ſingulis ſicut vult,* κοινὰ γὰρ τὰ πάντα τῇ ἁγίᾳ κτιστικῇ μακαρίᾳ τριάδι. Athanaſius.

XXIX. *Annon tollitur Miniſterium docendi in Eccleſia Noui Teſtamenti, dicto Ieremiæ 31. 34. Non docebit vltra pro-*

a 1. Cor. 16. 2.
2. Cor. 9. 1. 2. 3.
b Gen. 3. 15.
c Gen. 18. 18. 19.
d Matt. 9. 38.
1. Cor. 12. 28.

a Act.6. 2. ſimul & prædicationi vacare ſe non poſſe profeſſi ſunt[a].
b 1.Tim.3. 2.9. Et Paulus[b] Paſtores quidem vult eſſe διδακτικοὺς: in Diaconis autem duntaxat requirit, vt *myſterium fidei teneant.*
Et Stephanus Act.6.8. quia Diaconus tantùm erat, non dicitur docuiſſe in Eccleſia, ſed in ſynagogis Iudæorum,
c Luc.4.7. Act. 13. 15. vbi cuiuis licuiſſe loqui apparet Luc.2.46.[c] Philip-
d Act. 8. 5. & 21.8. pus verò non ampliùs Hieroſolymitanę Eccleſię Diaconus, ſed ex Diacono Euangeliſta factus, euangelizauit[d].
Si tales tamen ad Verbi Miniſterium idonei comperiantur, aliis de quibus non ita conſtet, anteponendos eſſe non eſt negandum. Quin cùm morum cenſura & Iudicium non ſit quotidiana functio, has duas Preſbyteratus & Diaconatus functiones obiri facilè poſſe non diffitendum.

Habuit autem Eccleſia ſemper publicas opes, à populo iuſta & certa ratione collectas, ad ſacra religionis & ſ-
e Luc. 21.1. dei exercitia retinenda. Hinc fuit *gazephylacium* in
f Exod. 30. 13. Templo[e]: Et *cenſum populi*, olim Deus inſtituit ad Tabernaculi & Templi inſtaurationem[f]: Et *decimas* Sa-
g Exod.29. 22. Deut.14. 28. cerdotibus ſolui iuſſit[g]. Et ipſi Apoſtoli commune Eccleſiæ *Ærarium* conſtituendum curarunt, vt pauperibus & aliis Eccleſiæ neceſſitatibus ſubueniri poſſet. Hinc
h 1. Cor.1. 16.2. Paulus conſtituit[h], vt d dominicis diebus *Collecta* fierent. Poſtea multorum piorum liberalitate Eccleſiæ ditari cœperunt: decimarum denique collatio reſtituta. Suntque iuſtæ illæ opes, vtpote ab illis donatæ, qui eas donandi ius habebant, & quos Dei timor, vt illas donarent, commouit..

Bona autem *Eccleſiaſtica* in quatuor partes diuidebantur: *Vna* diſtribuebatur Clericis, id eſt iis qui Miniſterio Eccleſiæ, tum diſcende, tum docendo erant addicti[i]. *Altera* pauperibus alendis, qui eiuſdem corporis nobiſcum membra ſunt ſub capite Chriſto. *Tertia* tuendis ædificiis
i Matt.10. 10. 1.Cor.9. 9. & vaſis Eccleſiaſticis. *Quarta*, Epiſcopo ſiue τῷ προεστῶτι cedebat, vt pauperes aduenas exciperet, & captiuos etiam
k Tim 3. 1. Tit.1.8. fratres ſolaretur[k].

Diaconis autem illis adiunctæ fuerunt Diaconiſſæ, ſeu Viduæ Sexagenariæ, curandis potiſſimum ægrotis, peregrinis fratribus excipiendis, & aliorum neceſſitatibus
l Act.6.1. & 1.Tim. 5.9.10. deſtinatæ[l]. Quibus præcipitur Rom.12.8. *Qui miſeretur cum hilaritate.* Quarum functionum vſus, ſi propter ſe-

habeat & eùm nouam induit Qualitatem , nouum quoque ſumat cognomentum. 2. A principibus, qui ad ſe vocant quorum opera vti conſtituerunt, & quibus ſufficit aliquid mandaſſe.

XXXII. *Quotuplex eſt Vocatio?*

Duplex, Vna *generalis*, quæ fit per externam Verbi prædicationem communiter eáque vel efficax, de qua Rom. 8.30. vel inefficax, hominum culpa qui nolunt Verbum Dei audire, de qua Matth. 22-24, Altera *Specialis*, quæ peculiarem functionem reſpicit, & eſt vel Eccleſiaſtica, vel Politica, vel Domeſtica.

XXXIII. *Eſt-ne Vocatio ad Miniſterium neceſſaria?*

Omnino. 1. Propter gloriam Dei, honorem Miniſterij Securitatem & ſolamen conſcientiæ Miniſtrorum: tum vt populus ſciat ſe legitimos habere Miniſtros, & illorũ miniſterio obſequatur.

2. Quia nemo ſeipſum obtrudere aut eligere in Eccleſiaſtico munere debet, ſed ab alio qui poteſt, vocetur oportet, *Nemo enim vſurpat ſibi ipſi honorem, ſed qui vocatur à Deo, vt Aaron*, Heb. 54.5. Et qui nullam omnino habet vocationem in Eccleſia, aut habet, ſed non legitimã, nihil legitimè muneris Eccleſiaſtici in ea gerere poteſt bona cum conſcientia. Ideo Paulus Rom. 10. 14. *Quomodo prædicabunt, niſi miſsi fuerint;* Sed dominus ipſe à ſe non miſſos auerſatur. Ierem. 23. 21. *Currebant, & ego non miſeram eos.* Ideo Paulus vt Apoſtolatum ſuum approbet, toties in Epiſtolis ſuis ſuam vocationem allegat. Nam quod 1. Cor. 16. 15. dicitur Familiam Stephanæ & Fortunati ſeipſos in miniſterium ſanctorum ordinaſſe, (vnde Vocationes Eccleſiaſticæ cœperunt Ordines vocari) non ſignificat eos vltrò à ſeipſis vocatos cœpiſſe Miniſterio Eccleſiæ vacare, ſed legitimè vocatos ſeſe totos vltro Sanctorum Miniſterio deuouiſſe, ſiue prædicando, ſiue opitulando.

XXXIIII. *Quid eſt vocatio Legitima?*

Quæ iure fit & Lege, id eſt quæ fit ab eo qui poteſtatem vocandi, & alium præficiendi in eo munere habet, qualis eſt Dominus illius loci, aut qui ab eo deligendi *ximum ſuum, ſed omnes erunt* θεοδίδακτοι?

Minimè. 1. Quia κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν, oratione ecliptica, (cuiuſmodi eſt illa, Gen. 32. 28. *Non Iacob dicetur nomen tuum, ſed Iſrael*) ſignificatur electos non ſolùm per Verbi vocalis Miniſterium externe, ſed etiam internè doceri à Deo per Spiritum ſanctum: vt dicitur 1. Iohan. 2. 27. *Non neceſſe habetis vt quiſquam doceat vos, ſed Vnctio*, id eſt *Spiritus Sanctus docet vos de omnibus*, per Paſtores & Doctores ſcilicet.

Deinde, quia non ἁπλῶς, ſed comparatè loquitur Propheta: In vetere enim Teſtamento à Moſe & Prophetis pleraque obſcure & ſub vmbris, ac typis & ſecundum literam tantùm proponebantur, vt neceſſe eſſet quærere, quid Ceremoniæ illæ ſibi vellent, & quando Chriſtus venturus eſſet In nouo verò iam exhibitus aperte prædicatur, & velo Templi ſciſſo, viáque Sanctorum aperta omnia illa typica manifeſtata ſunt, Heb. 9. 8. Et Spiritum Chriſti habentes, cognoſcunt omnia: vt iam puer decennis cui datur audire & diſcere clariùs illa intelligat, quā olim multi ſacerdotes, quia terra plena eſt ſcientia Domini, Iſa. 11. 9.

XXX. *Quæ forma Miniſterij?*

Vocatio legitima, tum fidelis muneris functio.

XXXI. *Vocatio qui ſignificat?*

Nō actiuè ipſam vocandi actionem, ſed paſſiuè genus illud vitæ, ac functionis, tum priuatæ, tum publicę, cui deſtinatus eſt aliquis à Deo; quia eos vocare dicitur Hebraica phraſi, quos facit exiſtere: & viciſſim à Domino vocari dicuntur, qui exiſtere incipiunt, ſiue id referatur ad ipſam οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν [a], ſiue ad manifeſtationem rei iam exiſtentis[b], ſiue ad publicam & realem nuncupationem, quæ cum re ipſa conſentiat[c], ſiue ad qualitatem & attributa, aut conditiones vitæ[d], ſiue ad gratuitam aſcitionē[e], ſiue ad æterni cōſilij Dei publicā declarationē, qua nos certo muneri ac veluti ſcopo in hoc mundo deſtinatos, quaſi in eius poſſeſſionē mittit[f]. Sumpta tranſlatione, 1. Ex eo quòd cùm aliquis exiſtere incipit, tum nomen habeat;

a Rom. 4. 17.
b Luc. 1. 32. 35.
c Mat. 5. 9. 1 Ioh. 3. 1.
d 1. Cor. 7. 20. 21. 22.
e Gal. 5. 13. 1. Pet. 3. 9.
f Rom. 1. 6. 7. 1. Cor. 1. 2.

2. ἀνεπίληπτοι ſeu ἀνέγκλητοι, inculpatæ vitæ, 1. non aliquo vitio notabiles, quòd & illis adimat authoritatem, & Miniſterio ignominiam afferat.

3. διδακτικοὶ, ad docẽdum idonei & apti, & qui norint a 1.Tim.3.2
ἀντεχόμενοι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας a. Diaconi verò & Preſbyteri 3.4.6. Tit.1
ſeu Seniores, ſimiliter, qui nõ ſolùm ſancta vita ornati, 6. 7. 8.
ſed etiam tenentes myſterium fidei, & ſapientia, ad 2.Tim.2.15.
munus ſuum obeundum neceſſaria inſtructi ſint b. b Act. 6. 3.
1. Tim.3. 8.

XXXVIII. *Qualiter, ſeu Quomodo ſunt eligendi?* 9.

Adhibito religioſo timore: quem olim teſtabantur fideles poſitis priuatis affectibus. Ieiunio, & Precibus, quibus Spiritum Conſilij & Diſcretionis à Deo petebant c, & vitæ ac doctrinæ examine præeunte.

XXXIX. *A quibus eligi debent?* e Act.1.24. & 6.6. &

Non ab vno quopiam homine proprio arbitratu, ſed 13. 2.3. &
ab Eccleſia. Primùm quidem, non ab illius Eccleſiæ, cui 24.23.
proſpiciendum eſt, ciuibus omnibus & ſingulis, ad confuſionem & ambitionem vitandam: ſed ab eius Preſbyterio, vel coniunctarum Eccleſiarum Doctoribus & Paſtoribus: vtpote tum gregi præeuntibus, tum probabiliter in diiudicanda doctrina grauioris iudicii, examinari debent.
Quod enim initio ſimul aduocata fuit tota Eccle- d Act. 6.6.
ſia, & ſimul ſuffragia ſumpta d, accidentale fuit: nempe quod tum primũ Diaconatus, in Eccleſia cõſtitueretur, cuius rei cauſam expediebat ſimul & ſemel ab omnibus intelligi, & quod alioqui murmur illud Græcorum aduerſus Hebræos vix potuiſſet alia ratione compeſci.

Deinde à præcipuis & præſtantibus tum pietate, tum dignitate in Eccleſia viris, veluti Magiſtratu, ſi pius & Chriſtianus eſt, vel Chriſtianæ Religionis tolerator, approbari debent: Non excluſo tamen plebis conſenſu, ſed ei, ſi quam habet diſſentiendi rationem, poteſtate facta, cauſas recuſationis legitimę explicandi, ita vt nunquam niſi conſcia, palam certiorata, & acceptante tota Eccleſia, quiſquam ad Eccleſiaſticas functiones admittatur. Sic Paulus & Barnabas dicuntur, conſtituiſſe preſbyteros in Eccleſiis, non priuato arbitrio, ſed ſalutaribus conſiliis populo præeundo, &

ius ac poteſtatem habet. At verò ſolus Deus eſt veræ Eccleſiæ ſuæ Dominus, vti Chriſtus ſolus eiuſdem caput[a] & Redẽptor, ſeu Vindex [b]. Quare ſolius Dei eſt, & Chriſti, Eccleſiæ ſuæ Miniſtros præficere. Proinde ſoli ab eo vocati, legitimi cenſendi ſunt: ab eo verò non vocati, ſunt omnes illegitimi.

a 1. Cor. 11. 3. Eph 1. 22. & 5. 23.
b Iſa. 54. 5.

XXXV. *Quotuplex eſt Vocatio Legitima?*

Duplex: *Interna* ſeu Arcana quæ fit per Spiritum Sanctum, & cuius ſibi quiſque Miniſter coram Deo conſcius eſſe debet, quod neque ambitione, neque auaritia, neque alia vlla cupiditate, ſed ſyncero Dei timore, & ædificandæ Eccleſiæ ſtudio oblatum munus recipiat. *Externa* & Solennis, quæ ad publicum ordinem ſpectat, quæ rurſum duplex eſt, *Mediata*, quæ & Ordinaria dicitur: Et *Immediata*, quæ Extraordinaria & Specialis appellatur.

XXXVI. *Quid eſt Mediata ſeu ordinaria Vocatio?*

Ordinarium dupliciter dicitur: Aut enim propriè, id ſignificat quod legitimum ordinem ſequitur, & à Deo pendet, aut καταχρηστικῶς quod in more, vſu, & conſuetudine poſitum eſt. Priore modo igitur Ordinaria vocatio eſt quæ à Deo per homines adminiſtratur, id eſt qua ſecundum ordinem à Chriſto inſtitutum quiſpiam vir, præeunte accurato, tum doctrinæ, tum vitæ examine, & approbatione, ſuffragiis piorum (quod adhiberi Deus præcipit) cum omni ſimplicitate & ſynceritate, inuocato Dei nomine, quaſi ipſius Spiritus ſancti per os piorum loquentis voce, deligitur, confirmatur, & ordinatur ad munus Eccleſiaſticum certo in loco exercẽdum, & gregi cui deſtinatus fuerit acceptatur, & munere ſuo fungitur, prout in Verbo Dei præſcribitur.

XXXVII. *Quales ſunt vocandi & eligendi?*

Epiſcopi quidem ſeu Paſtores, itémque Doctores, qui ſint. 1. Sanæ Doctrinæ, ſeu ſani in fide, & tenaces fidelis illius ſermonis, qui ad doctrinam faciat, vt poſſint & exortari doctrina ſana, & contradicentes conuincere.

2. Ἀνεγκ.

tameņ ſolenni ritu à populo fuiſſet expetitus. Alioquin extant decreta in Gratiano: ne ſublata Canonica electione, rex pro ſua libidine Epiſcopum conſtituat. Et à Metropolitis non eſſe conſecrãdum, qui per violenta imperia fuerit promotus.

XLIX. *Quo ritu ſunt ordinandi ſeu inaugurandi, & in muneris ſui poſſeßionem mittendi Miniſtri?*

Olim ſub Lege Impoſitio manuum adhibebatur. 1. In
victimis Deo conſecrandis *a*. In precibus ac benedictio- a *Leuit*. 1. 4
nibus priuatis *b*. 3. In Magiſtratuũ, Leuitarum, & Sacerdo- b *Gen*. 48.
tum inauguratione *c*. 14.
c *Num*. 8.

Chriſtus etiam adhibitis fauſtis precibus, eam vſurpa- 10.
uit *d*. Apoſtoli igitur & Apoſtolici viri ſeu vnus, tanquam d *Mat*. 19
προεστὼς, nomine presbyterij ſeu plures, Miniſtros poſt 15.
quam electi fuerant, perſolennes preces, & manuum
impoſitionem ordinabant, & Deo veluti offerebant, &
conſecrabant. Vnde Latini hunc ritum, ſolennem Ordinationem & conſecrationem: Græci, à ceremonia
χειροθεσίαν vocarunt, obſeruatam ab Apoſtolis *e*. Vbi nul- e *Act*. 6. 6.
la chriſmatis, raſuræ, crucis, lineæ veſtis, cereorum & & 13. 3.
huiuſmodi nugarum fit mentio. 1. *Tim*. 4. 14
& 5. 22.

Sed præterea miraculoſa etiam manuũ Impoſitione 2. *Tim*. 1. 6.
vtebantur Apoſtoli, tũ in curandis ægrotis, de qua Chriſtus *ſuper ægrotos manus imponent, & bene habebunt*, Marc.
16. 18. *f* Tum in Conferendis viſibilibus Spiritus Sancti f *Act*. 28. 8.
donis *g*, cuius vſus vnà cum aliis miraculis deſiit. g *Act*. 8. 16
17. & 9. 17.
& 19. 6.

Prior tamen illa obſeruanda videtur nõ modò decori cauſa, ſed vt huiuſmodi benedictionis ſymbolo, tam Miniſterij dignitas populo commendetur: tum vt ipſe qui ſic ordinatur ſiue inauguratur, & in poſſeſſionẽ ſui muneris mittitur de ſua vocatione certus fiat & admoneatur. 1. Non iam ſui iuris eſſe, ſed Deo & Eccleſiæ in ſeruitutẽ addictum. 2. Sibi magnum onus impoſitum eſſe, & proinde Deum ſibi ſedulo inuocandum, vt ſuo officio par eſſe poſſit. 3. Sibi à Deo benedictionem, auxilium, defenſionẽ, perſeuerantiam, patientiam, conſilium, ſolatium, intelligentiam vberiorem ſacrorum, aliáque Spiritus dona & petenda, & expectanda eſſe. 4. Se Deo, in mundum, purũ, tamen populo ſuffragia ſua, ſiue conſenſum manuum porrectione declarante. Χειροτονήσαντες πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, inquit Lucas, Act.14.23. Et 2.Cor.8.19. ipſe Lucas dicitur χειροτονηθεὶς, *ſuffragiis delectus ab Eccleſia*, vt eſſet ſocius peregrinationis Pauli. Et manuum Impoſitio (qua tota ſignificatur Electio) non ab vno, ſed pluribus fiebat. Sic viris illis ſeptem, quos primos Diaconos appellamus, non vnus ex Apoſtolis, ſed Apoſtoli manus impoſuerunt, Act.6.6. Sic etiam Paulo & Barnabæ impoſitæ ſunt manus ab iis qui Antiochenam Eccleſiam administrabant, Act.13.3. Sic denique Timotheo non tantùm Paulus, ſed etiam πρεσβυτέριον, i. preſbyterorum cœtus manus impoſuit, a Et hoc ſenſu Tit.1.5. *Huius rei cauſa* inquit *reliqui te in Creta, vt conſtituas oppidatim Preſbyteros, ſicut tibi mandaui*. Et 1. Tim. 5.22. *Manus ne cui citò imponito*, in perſona Timothei omnes Eccleſiaſticos præfectos monet, vt illos demum præficiant, quantum in ipſis eſt, qui ad tantum munus, quoad eius fieri poteſt, idonei ſint, ſed ex Eccleſiæ conſenſu facta electione. Sic in Ambroſij electione ratio habetur, primùm Plebis illum depoſcentis: cuius iudicio acquieſcit Imperator Valentinianus, & præſentes Epiſcopi. Et Cyprianus, *Plebs*, inquit, *maximè poteſtatem habet, vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recuſandi: hæc enim optimè nouit vitam & mores cuiuſque*. Et Theodoretus, cùm refert Petrum ab Athanaſio ſucceſſorem nominatum, continuò adiungit, *Sacerdotalem ordinem ratum id habuiſſe: Magiſtratum, & primores, populúmque vniuerſum ſua acclamatione approbaſſe*.

a 1.Tim.4.14. & 2.Tim.1.6.

Tripart. hiſt. lib.7. c.8.

Lib.1.epiſt.4.

Hiſt. Eccl. 4.c.20.

Quod tamen poſtea populus per ſeditiones, ſæpè malos & indignos depoſceret, in Cõcilio Laodicenſi, Canone 13. ſancitum eſt. *Ne Turbis Electio permittatur*: non vt excluderetur cõſenſus plebis, aut inuitus aliquis obtruderetur quod vetitũ fuit in Cõcilio Antiocheno, ſed vt primores Eccleſię, ſua prouidentia ſtultas cupiditates populi reprimerent. Et hunc ordinem etiam ponit Leo. *Expectanda ſunt vota ciuium, teſtimonia populorum honoratorum arbitrium, electio Clericorum*: *Aliter*, inquit, *fieri nulla ratio ſinit*. Romæ autem tantum olim valuit Imperatoris authoritas in Epiſcopo creando, vt Gregorius Epiſt.5.lib.1. *Se ipſum iuſſu in Eccleſiæ gubernaculis conſtitutum eſſe* dicat cùm

Epiſt. 87.

tamen

diſperſionem profectio in vrbem Samariæ, ignaris Apoſtolis.[a] Qualis vocatio illorum ex eadem diſperſione, qui primi in Phœnicia & Cypro euangelizarunt, atque Antiochenā Eccleſiā inſciis Apoſtolis ſunt auſpicati.[b] Qualis multorum in Gallia & Belgio, quorum vocationem Martyrij corona ſanciuit.

a Act.8.4. 5.14
b Act.11. 20.21.22.

XLIII. *Quid ſi Extraordinariam vocationem ex vnius Dei intrinſeco afflatu profectam, aliquis iactet an protinus erit audiendus?*

Non: ſed vt veram & legitimam illam ab adulterina diſcernamus, tres obſeruandæ regulæ. *Vna*, vt ei demum ibi ſit locus, vbi nullus eſt legitimæ ordinariæ vocationis vſus, quem eiuſmodi quiſpiam Doctor contempſiſſe videri poſſit. *Altera*, vt probetur eiuſmodi hominis Spiritus priuſquam admittatur,[c] i. tum eius doctrina ad verbi Dei normam, quo ad eius fieri poteſt, exigatur. Quod Chriſtus ipſe in ſe fieri iuſſit:[d] & in Beroenſibus laudatur, Tum eius mores & ingenium diligenter exploremtur: ſicuti monet Chriſtus Matt. 7. 20. Nec ſint tales quales deſcribuntur Rom. 16. 17. qui διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων.[f] *Tertia*, vt ſic probati ab Eccleſia, cuius ipſi fundamenta fecerint, legitimè ordinentur: His inquam, quaſi cancellis iſtam extraordinariam Vocationem circunſcribimus, nunquam illam alioquin approbaturi.

c 1. Ioh. 4. 1.
d Ioh. 5. 39.
e Act. 17. 10.
f Et 1. Tim. 6. 3. 4. 5. & 2. Tim 3 6. 2. Pet. 2. 14. & Iudæ 12.

XLIV. *An-ne ceſſante Ordinaria vocatione quiuis Chriſtianus in Sacris literis verſatus, falſam doctrinam impugnare, & veram aſſerere debet, & eo nomine ſuggeſtum conſcendere poteſt?*

Abſit: hoc enim eſſet aperire oſtium cuiuis vbiuis, qui ſe ſapientem exiſtimaret, corruptæ ſeu vero, ſeu falſo doctrinæ impugnandæ prętextu, ad clandeſtinos conuentus habendos: quod factitare ſolent Anabaptiſtæ, & Libertini peſſimum illorum exemplum ſequuti, qui Antiochiæ primùm, ac deinceps in Galatia, & alibi, clam ir-

& caſtum ſacrificium oblatum eſſe & proinde ſibi puritati corporis & mentis ſtudendum.

Sed abſit neceſſitatis vel cultus opinio. Ad quam vitandam, multi manus porrectione fidei, amoris, & ſocietatis & conſenſionis in doctrina ſymbolo, vti malunt: Apoſtolorum exemplo, qui Paulo & Barnabæ dextram ſocietatis dederunt.

XLI. *Quandiu nobis obſeruanda eſt viſibilis & ordinaria Paſtorum vocatio & ſucceſſio?*

Quandiu quidem ſteterit, & conſpicuus fuerit ordo, & ſtatus legitimus Eccleſiæ, ſic vt ne quibuſuis liceat temerè ſine legitima atque ordinaria vocatione ſeſe intrudere in Eccleſiaſticum Miniſterium. At illo ipſo ordine & ſtatu collapſo & interrupto, Deus ipſe præter ordinem, vel potius præter morem ſolitum, Eccleſiæ ordinẽ inſtaurat per eos quos ad illud opus ſuo imperueſtigabili conſilio deligit & excitat.

XLII. *Quid eſt Extraordinaria Vocatio?*

Quæ fit ab ipſo Deo ſiue Dei Filio ἀμέσως & proximè, ſine hominum opera & Miniſterio: vel qua Deus ad munus aliquod Eccleſiaſticum ipſe per ſeſe vocat. Quod
a Gal. 1. 1. trifariam facit. 1. Nullo prorſus hominum ſuffragio adhibito, ſed ſua voce, qualis fuit Abrahami, Moſis, Prophetarum ſub Lege, Iohannis Baptiſtæ, & Apoſtolorũ vocatio.
b Exod 4. 14. ac 28. 1. 2. Adhibitis quibuſdam, ſed vt Internuntiis tantùm, Dei vocationem & mandatum denuntiantibus, ſicut Aaron, & tribus Leui per Moſis interuentum.[b] Et Eliſæus, miſſo ad ipſum Elia: quo modo nullum à Chriſto vocatum
c Act. 8.26 legimus, quod ad ipſam Miniſterij functionem attinet, ſed duntaxat certi alicuius operis reſpectu, ſicut per Angelum internuntium vocatus eſt Philippus, ad Eunuchum baptizandum:[c] Ananias ad Paulum Apoſtolum diuinitùs deſtinatum Apoſtolum baptizandum & conſo-
d Act. 9. 10. 11. landum miſſus.[d] Et tum Barnabas, tum Paulus ex Prophetarum denuntiatione, non ad Apoſtolatum, ſed ad
e Act. 13. primam illam ex Antiochia profectionem[e].

3. Suo intrinſeco afflatu, huc & illuc mittit: qualis fuit Philippi antea Diaconi, & poſt Eccleſiæ Ieroſolymitanę

diſper

XLVI. *Anne qui mittuntur extra ordinem à Deo non poſſunt in doctrina ſua errare & labi?*

Poſſunt: nam Aaron errauit:[a] & Petrus initiò non cognouit futuram Gentium vocationem, ſed cœleſti etiam Viſo hac de re admonendus fuit.[b]

XLVII. *Qualis eſt Euangelij concionatorum hoc noſtro ſeculo Vocatio?*

Primorum quidem Eccleſiæ Reformatorum, ſi ὁμωνύμως ordinem accipimus pro vulgato more, & vſu: Ordinaria: Erant enim Doctores, Paſtores, & Presbyteri, ex inſtitutione Eccleſiæ Romanæ, ſed abſterſis iſtius ſordibus à Deo, Et legitima, licet extraordinaria fuit, vt ex ſuperioribus regulis & ſignis, præſtantia, & fortitudine, tum etvitæ verè Chriſtianæ exemplo colligi potuit: Et quia fuerunt à ſuis populis & gregibus, & à legitimis Magiſtratibus agniti, & ordinati legitimi Paſtores.

Poſteriorum verò & qui illis ſucceſſerunt, & ſuccedũt à Deo quoque & legitima, ſed ordinaria, quia vocantur via ordinaria, & eo modo qui Verbo Dei præſcriptus eſt, & ab iis cœtibus recipiũtur, quos manifeſtis ſignis & argumentis conſtat eſſe veras Dei Eccleſias, quæ eligendorum Paſtorum ius habent. Proinde Antichriſtiani, cùm doctrinam Euangelij à noſtris inſtauratam conuincere falſitatis nequeant, percontantur de noſtra vocatione, exemplo Chriſti,[c] ſunt à nobis ad ipſam Chriſti & Apoſtolorum doctrinam relegandi.

XLVIII. *Anne ſi Epiſcopi Romanenſes ſe & ſuas Eccleſias à Tyrannide Papæ vendicare, & eas ab omni idololatria repurgare, & Verbũ Dei in Eccleſiis Reformatis purè docere velint, habent opus alia Vocatione ab ea quam habent?*

Omninò: quia Papiſticæ ordinationes, in quibus nec doctrinæ nec morum examen præceſſit, neque leges vllæ ſeruatæ ex diuino iure in Electionibus præſcriptæ, pu

---

a Exod.32.4. 21. & Num. 12.1.

b Act.12.à1.

c Luc.10.et 3.

repentes tantos ediderunt tumultus. De quibus Apoſtoli, *Audiuimus quoſdam è nobis egreſſos, vos turbaſſe, verbis labefactantes animas veſtras, iubendos vos circuncidi, & ſeruare Legem, quibus mandata nulla dederamus*, Act. 15. 24.

XLX. *Quæ ſunt teſtimonia ſeu notæ Extraordinariæ vocationis?*

Non donum miraculorum: nam Iohannes Baptiſta extraordinariè vocatus, nullum edidit.[a] Etſi enim ſacerdotis filius fuit, non tamen in Templo, Sacerdotio, ſed extra templum Prophetico munere functus eſt. Sicut nec Oſeas, nec Sophonias, nec Aggæus, nec alij Prophetæ, licet à Deo extraordinariè vocati, miraculis clarisfuerant. Nec neceſſarium vt vocatio aut ſucceſſio extraordinaria reſpectu ordinis publicè recepti, miraculis cõfirmetur. Nam Antichriſtus non miraculis, ſed Spiritu Chriſti, i. voce Euangelii, perimendus eſt, 2. Theſſ. 2. 8. Et fidem quam docemus, Chriſtus & Apoſtoli miraculis abunde cõfirmarunt, quia nouo à Deo inſtituto ordine ad mundum Eccleſiæ regimen miſſi ſunt: nec alios libros, nec alia ſcripta quàm Legis, Prophetarum, & Apoſtolorum proferimus. Et Chriſtus non à miraculis, ſed à ſuis fru-
a Ier. 23. 21. ctibus, doctrinæ videlicet & vitæ: falſos Doctores à veris
12. 27. 28. diſgnoſcendos monuit, Matt. 7. 16.

& 27. 15. Sed hæc tria legitimæ Extraordinariæ vocationis ſigna
& 29. 9. ſunt. 1. Quòd qui eam allegat, purè prædicet verbum
Dei[a].

b Iſa. 3 8. 2. Quòd qui à Deo extraordinarie mittitur, habet dona
& 5. 8. & Spiritus ſancti ad illud ſuum munus exequendum neceſ-
6. 1. 2. 3. ſaria & manifeſte extraordinaria: vt in primis veræ Dei
c Mat. 7. ſapiẽtiæ & cognitionis doctrinę cœleſtis, 1. Donum di-
29.
Luc. 4. 18. 22 cendi & docendi. 3. Et donum imperterritæ in vera veri
d Eph. 3. 4. Dei doctrina conſtantiæ, Exemplo Iſaiæ,[b]. & Chriſti[c] &
e Iere. 1. 8. Pauli.[d]
10. 19.

3. Incredibilis, & inexpectata, & prorſus miranda Dei
Luc. 21. 16.
Rom. 15. 18. laborum iuſtiuſmodi vocationis benedictio, ſucceſſus, il-
19 liúſque fructus, & effectus in reformatione vitæ miracu-
2. Cor. 3. 3. loſa ſplendens, Eccleſiarum ſeges vberrima, ac propaga-
& 10. 3. tio creſcens in dies, quanuis diabolo, atque etiam toto
1. Theſ. 1. 5. mundo aduerſante.[e]

cra & linguas hominum ſibi conſecrat, vt in illis ſua vox perſonet.

4. Ne ſine externo verbo occultas Spiritus reuelationes, aut Angelorum è cœlis prædicationem expectemus, ſed contenti ſimus Euangelio, quod per homines prædicatur; quod tam certum eſt, vt Angelo aliud prædicanti, credi non debeat[a]. Denique habemus theſaurum hunc in teſtaceis vaſculis, vt eius virtutis præſtantia ſit Dei, & non ex omnibus[b].

a Gal. 1. 8.

b 2. Cor. 4. 7.

LI. *Sunt-ne vel eſſe debent gradus inter Miniſtros?*

Ordinis & politiæ quidem cauſa, inter eos quibus docendi munus iniunctum eſt, vnus aliis præire poteſt, qui inter ſuos collegas non gradu, (Eſt enim inter Paſtores communis & par authoritas) ſed ordine primus ſit. Et ſic Preſbyteri, qui & Paſtores, & Doctores erant in ſingulis ciuitatibus, vnum eligebāt Præſidem, cui ſpecialiter dabant titulum Epiſcopi, & primi in ſacro Conſeſſu loci dignitatem: Non qui dominium in collegas ſuos; tanquā inferiores haberet, ſed qui ius haberet regendæ cōmunis actionis, ſeu actionē preſbyterij, ſiue conuentus Paſtorū moderatur, ſed ſine vllo imperio in cæteros conſidentes, quique & ipſe fratrum & collegarum cœtui ſubeſſet, Ex illa generali & veriſſima Apoſtolica regula, quæ ſtatuit vt cuncta ordine in domo Domini adminiſtrentur, 1. Cor. 14. 40. Cui poſtea Synodus Nicena πρεσβεῖον tribuit, i. teſte Plutarcho, propriè τὸ ἐκ τοῦ χρόνου πρεσβεῖον, (qui eſt honor ille Prioritatis, qui propter ætatem, ſenibus exhiberi ſolet, quia βουλαὶ ſunt τῶν γερόντων) quòd poſtea latiùs accipi conſueuit pro honore qui cuipiam propter dignitatem aliquam habetur; & τὸ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι, i. honorem quo quis afficitur, vt cæteris præeat, & ἀξίωμα. Et quæ Epheſina Synodus vniuerſalis, Anni 435. appellat τὰ ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ προσόντα δίκαια, i. iuſta illa quæ debebantur vnicuique. Et ſic ordine Petrum præiuiſſe collegis ſuis facilè damus[c].

c Act. 15. 5. & 11. 4. & 8. 14. Gal. 2. 11. 14

Sed dignitatis aut poteſtatis gradum, aut ὑπεροχὴν inter Miniſtros negamus eſſe, 1. Quia primatum Christus ex profeſſo impugnat, Luc. 22. 25. Ioh. 13. 13. *Et qui voluerit magnus fieri, veſter eſto Miniſter*, ait Matt. 20. 26. 2. Quia ri etiam omnes Canones violati ſunt, nihil aliud ſunt quàm fœdiſſimæ profanationes. Et ſi quis, Baptiſmum ex animo deteſtabitur, ſuam profectò inordinatiſſimam ordinationem eiurabit, nec ex illius iure, authoritatē ſibi vendicabit. Nec tamen nego quin ex Pſeudo epiſcopis ſiqui pij, docti, idonei fuerint, noui Paſtores legitimè deſignentur, ſed obſeruata illa Apoſtoli de νεοφύτοις præceptione, 1. Tim. 3. 6.

XLIX. *Súntne certa Scripturæ teſtimonia ab aduentu Chriſti, fore Vocationes Extraordinarias ad reſtituendam Eccleſiam?*

Sunt: primò enim Iohannes Apoc. 21. 3. & 14. 6. agens de generali corruptione Eccleſiæ quæ futura erat, prædicit Deum excitaturum Teſtes, qui prophetent aduerſus Eccleſiæ corruptores, & Beſtiam aſcendentem ex abyſſo & Angelos, i. ſanctos quoſdam homines, euāgelizaturos incolis terræ, vt vni Deo gloriam tribuant, eiectis Babylonicis erroribus. Et Paulus 2. Theſſ. 2. 8. poſtquam prædixit futuram eſſe generalem ἀποστασίαν, ſubiungit fore u filium illum perditionis Dominus conficiat Spiritu oris ſui, i. pura Verbi Dei prædicatione; quæ cùm nō ſit apud eum qui Eccleſiam corrupit, efficitur eius Paſtores & præcones fuiſſe à Domino præter ordinem ſolitum excitandos. Nam ipſum Dei verbum ſeu ipſa Euangelij prædicatio ſecum infert miſterium Eccleſiaſticum. Expreſſis ergo locis extraordinariæ Vocationes nituntur.

L. *Cur dominus potius vel per ſeipſum non docet, vel non potius Angelos quàm homines mittit?*

1. Vt infirmitati noſtrę conſulat, dum per Interpretes humano more mauult nos alloqui, & ad ſe allicere, quàm maieſtatem ſuam exercendo, aut è cœlis tonando nos abigere.

2. Vt obedientiam noſtram probet, vbi eius Miniſtros nobis ſimiles, & interdum inferiores non ſecus atque ipſum loquentem audimus.

3. Vt dignationem ſuam erga nos declaret, quando

ora

inſtituit, & in duas claſſes diſtribuit, honore & poteſtate impares?

Nequaquam: nam ne illa quidem duodecim Apoſtolorum prima miſſio, cuius fit mentio Matt.10.1.5.& Luc. 9.1. fuit illa propriè & peculiariter Apoſtolica appellata. Erant enim ad eam adhuc inepti duodecim illi diſcipuli, ſed poſtea demum inſtituta, tum ante Chriſti aſcēſum[a], tum præcipuè in die Pentecoſtes. Illos autem 70. [illegible] à Chriſto miſſos, ab ipſius aſcenſione ad Euangelii prædicationem cum illis duodecim Apoſtolis exercendam, nullo verbi diuini teſtimonio probari poteſt. Apoſtolos tamen, functione propria, non tantùm ordinis, ſed etiam poteſtatis eminentia cæteris prælatos, non inficiamur. a Ioh.20.21.

Quod igitur Petrus à veteribus Princeps Apoſtolorum, Epiſcopus, & Sacerdotum Princeps, interdum dicitur, id fit periculoſa καταχρήσει, ſed tamen Latina ſignificatione, qua is Latinè dicitur, qui primus eſt ordine, etiāſi non gradu ſuperior.

LIII. *Iuréne Patres inter hæreſes numerárunt opinionem Aërij, qui inter Epiſcopum & Presbyterum nullum diſcrimen eſſe dixit?*

Non profectò magis quàm has, quæ fuerunt eius opiniones, 1. Quòd orare vel offerre pro mortuis nō oporteat. 2. Quòd Sancti mortui non ſint inuocandi. 3. Quòd ſtatuendi non fuerint certi Ieiuniorum dies.

1. Quia nullum eſt diſcrimen imparitatis inter Paſtores, quòd ad ipſam paſtoralem functionem attinet, ſalua primi loci dignitate. 2. Quia Paulo[b] iidem ſunt Presbyteri & Epiſcopi, & Petro[c]. Et Hieronymus in Epiſtola ad Nepotianum & Euagrium: *Apud veteres*, ait, *Idem Epiſcopi & Presbyteri fuerunt. Quod autem vnus poſt electus, eſt, qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis factum eſt remedium, ne vnuſquiſque ad ſe Chriſtum trahens, Eccleſiam rumperet. Et ne*, vt ait Ambroſius, *primatu ordinis ad ſingulos Paſtores per vices perueniente, vt initiò fiebat, fieret vt indigni interdum præeſſent.* b Philip.1.1. Act.20.17.28. c 1.Pet.5.2.

idem ius conceſſum eſt à Chriſto omnibus[a]. Et Paulus tribuit æqualiter Miniſtris miniſterium reconciliandi homines Deo[b]. Et miniſteria recenſens[c], Monarchiam inter Miniſtros nullam ponit. 3. Quia ſuperioritatis inuectio, primùm ὀλιγαρχία, mox tyrannis per Pſeudoepiſcopos, Pſeudarchi Epiſcopos, & Pſeudo Patriarchas, omnem Eccleſiaſticam εὐταξίαν, ac tandem ipſam Eccleſiam labefactauit

a Matt. 18. 18.
Ioh. 20. 21. &. 23.
b 2. Cor. 5. 18. 19. 20.
c Eph. 4. 11.

Fatemur quidem inter ipſas ſacras functiones imparitatem, non tantùm ſimplicem ordinem, ſed gradum fuiſſe & eſſe. Paſtores enim ſuis peculiaribus Eccleſiis præfectos, tum ſupra Diaconos, tum ſupra ſuum gregem eminere: Doctores item ſupra diſcipulos eſſe certum eſt. At inter collegas eiuſdem functionis, fuiſſe vel eſſe ſuperiorem vt Apoſtoli ſupra Coapoſtolos, Euangeliſtæ ſupra Coeuangeliſtas, Doctoris ſupra alios doctores, Presbyteri in Conſeniores, Epiſcopi in Coepiſcopos, & Paſtoris in ſuos Compaſtores ſiue oppidanos, ſiue Prouinciales, gradum negamus. Nam Apoſtoli vocantur Architecti Ciuitatis Dei, vt præcones & legati vnici illius Imperatoris, non in ſuos Collegas, ſed in greges ſibi commiſſos, & προϊστάμενοι & προεστῶτες, 1. Antiſtites ſiue Præpoſiti, & ἡγούμενοι, Epiſcopi, & κυβερνῆται in Scripturis, non alio quàm gregis ipſis commiſſi reſpectu, Eccleſiæ Miniſtri dicuntur: nam etiam ſacro Miniſterio fungẽtibus, ſupra ſuos greges eminentiam & auctoritatem in nomine Domini imperandi, ſed vt legatis, non Dominis tribuimus, neque ſacras functiones inter ſe exæquamus, neque inter eiuſdem muneris Collegas προστασίαν ordinis, tollimus, Sed ipſorum Miniſtrorum Euangelij inæqualitatem negamus. Gradum verò ſuperiorem, quo quiſpiam teneatur de ſuorum collegarum Parœciis, & ſimul de ſua, curam eandem gerere, ne Paſtori quidem Oppidano ſupra ſuos Collegas concedimus, cùm vix ac ne vix quidẽ Paſtor quiſpiam ſuæ regendæ Parœciæ ſatis idoneus vnquam ſit inuentus, clamante Apoſtolo, *Et quis ad hæc erit idoneus?* 2. Cor. 2. 6.

LII. *An-ne cùm Seruator noſter 70. alios diſcipulos, duodecim Apoſtolis adiecit,* Luc. 10. 1. *duos ordines Miniſtrorum Euangelij*

inſtituit,

id quod loquutus eſt Deus[a].

[a] 1.Sam.7.9.

3. Epiſcopi ſeu ſpeculatores, & Vigiles[b], quia velut in ſpecula & excubiis conſtituti ſunt, vt pro ſalute populi vigilent.

[b] Ezech. 3.17. & 33.7. Act.20.28.

4. Legati[c], quia duntaxat, quæ habent in mandatis à Deo, non ſua, annuntiare debent:

[c] 2.Cor.5.20.

5. Serui Dei[d], & ſerui Ieſu Chriſti[e], quia quæ Domini ſunt, non propria curare, & agere debent.

[d] Tit.1.1.
[e] Rom.1.1.

6. Teſtes Dei[f], qui teſtimonium certum & compertum ex verbo Dei, Domino verè, indubitanter; ingenuè, fideliter ferunt, nec verbis modò, ſed vita, morte, & ſanguine, ſi opus ſit.

[f] Ioh.15.27. Act.1.8.

7. Κήρυκες, præcones[g], quia proclamant Euangelium, nihil ex eo celantes.

[g] Marc.3.14.

8. Fideles diſpenſatores[h], & oeconomi myſteriorum Dei[i], quia demenſum dant in tempore, & ad nutũ Domini omnia adminiſtrant; quod Dominus illis mandauit de manu in manum tradunt, Et quia Claues à Domino acceperunt, quibus credentibus Regnum cœlorũ aperiunt, incredulis verò claudunt[k].

[h] Luc.12.42.
[i] 1. Cor. 4.1. Tit. 1.7.
[k] Matt.16.19.

9. Lux mundi[l], quia præ aliis doctrina & moribus lucere debent.

[l] Matt.5.14.

10. Sal terræ[m], quia non fatui & ipſi & inſipidi eſſe, ſed alios ſalire debent ſale Doctrinæ & Vitæ.

[m] Matt.5.13.
[n] Marc.12.2. 1 Cor.3.9.

11. Agricolæ[n], & ſatores, & ſeminatores[o], & Meſſores[p], quia corda hominum Legis prædicatione arare & aptare debent ad recipiendum ſemen Verbi Dei, & iacere iſtud ſemen in corda hominum, cuius vis & incremẽtum à Deo ſolo eſt.

[o] Iſa.32.20. Mat.13.31.
[p] Mat.9.37. Ioh.4.38.

12. Duces & Paſtores animarum[q], quia paſcere, alere, & reficere gregẽ Chriſti pabulo cœleſti, pedo diſciplinæ Eccleſiaſticæ regere, & ne oues à lupis rapiantur, vel veneno peruerſæ doctrinæ, aut labe morum prauorum infectentur, curare, & lupos abigere debent.

[q] Ioh.10.2.

13. Sacerdotes, καλάπι, non quòd Deo Chriſtum, aut aliud propitiatorium ſacrificium offerant, ſed quia Euãgelij Miniſterio homines abducunt à profanitate mundi, offerunt & ſubiiciunt Deo, & Chriſto altari imponunt, cuius obedientia iuſtificantur, & Spiritu ſanctificantur, quò fiat illorum oblatio ſancta & Deo accepta per Chriſtum, Rom.15.16.

Et quod hinc factum dicit Hieronymus, vt vnus de Preſbyteris electus, cæteris ſuperponeretur, ad quem omnis cura Eccleſiæ pertineret; & Preſbyteros quidem Epiſcopo ſibi propoſito ſubiectos, Epiſcopos verò Preſbyteris eſſe maiores. non ex diuina inſtitutione, ſed ex Eccleſiæ conſuetudine: ad honoris primi loci dignitatem, & regendæ actionis authoritatem. non autem ad vllum imperij in ſuos Compreſbyteros gradum, referendum eſt. Sed quaſi non potuerit iſtis vinculis aſtringi ἀχαλίνοτος ambitio. experientia triſtiſſima oſtendit, ore mox Preſbyteris, ſi præſens erat Dominus Epiſcopus, occluſo: quod acerrimè ad Nepotianum, idem Hieronymus reprehendit.

LIV. *An-ne cùm Paulus inquit Timotheo 1. 5. 1.* πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς; *Seniorem ne increpato. Et verſ. 19. Aduerſus Presbyterum ne admiſeris accuſationem, ſignificat Eſſe aliquam Epiſcopi in Presbyteros authoritatem, & nos illi vt Iudici ac ſuperiori obnoxios?*

Non, quia Timotheus non fuit Epiſcopus oppidanus, ſed Euangeliſta, Apoſtolica authoritate inſtructus[a].

a Act. 20. 4. 1. Tim. 1. 3.

2. Priore loco, Seniorem dicit, νεοτέρῳ oppoſitum, qui ætate ſit prouectior, non qui Paſtoris munere fungatur.

3. Cùm nihil prorſus Epiſcopo decernere liceret, niſi ex Compreſbyterorum ſententia. Non Iudicis vnius, ſed totius Preſbyterij hęc erat poteſtas, aduerſus quoſcunque Reos τῷ προεστῶτι indicatos, in album reorum recipere, & eos in iudicium vocare.

LV. *Quibus Elogiis Miniſtri Verbo ornantur in Scripturis?*

Variis: quibus de muneris ſui dignitate & officio admonentur. Dicuntur enim 1. Angeli[b], quòd Dei voluntatem à Deo miſſi nobis annuntient.

b Malach. 2. 7. & 3. 1. Apoc. 1. 20.

2. Videntes & Prophetæ, quia prædicunt futura de ſalute credentium, & damnatione reproborum, oracula Dei exponunt, & nihil de ſuo proponunt, ſed tantùm

id quod

6. Formam gregis eſſe in Doctrina, vita, & cruce: & cauere, ne quod ſyncera doctrina ædificant, malis moribus deſtruant, ſeu, vt dicitur, cœtum ædificent voce, vita infernum: néve ſint ſimiles fabris lignariis qui arcam Noe extruxerunt: hi enim aliis parantes arcam, per quã à diluuio ſunt liberati, ipſi in mediis perierunt fluctibus[a]. a 1.Tim.1. 3.18.19. & 4.12. & 1. Pet.5.3.

LVII. *Quænam eſt cauſa Paſtores excitans ad tam ſerium Paſcendi Oues Chriſti ſtudium?*

1. Amor Principis Paſtorum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro ouibus ſuis: hic enim Ioh. 21. 15. Petro dicit, *Amas me*, cui reſpondenti *Amo te*, idẽ ingerit, *Paſce agnos meos*: & hoc iterum, & hoc tertiò, ſignificans neminem aptum eſſe ad paſcendas oues Chriſti niſi qui Chriſti amore ducatur.

2. Accedit gloria Dei, omnibus huius mundi rebus præferenda, & ſalus ouium.

LVIII. *An Paſtori in perſequutione fugere, & gregem ſuum deſerere licet?*

Exemplum eiuſmodi fugæ in Chriſto proponitur [b] in Dauide [c], in Paulo [d], & aliquatenus neceſſariam eſſe docet Chriſtus, Matth. 10. 23. *Cùm perſequentur vos in vna vrbe, fugite in aliam*: etſi Chriſtus potiùs hîc de perſeuerantia ſeu celeritate in obeundo munere, quàm de vitãda perſequutione differit. Sed Auguſtinus hanc moderationem præſcribit ad Honoratum. Ne quis timidè ſtationem ſuam deſerens, vel gregem perfidè perdat, vel exemplum præbeat ignauiæ: Et tamen nemo ſe inconſideratè præcipitet. Si vel tota Eccleſia impetitur, vel ad mortem pars quæritur, prępoſterè (nõ fugiente grege) ſe ſubducet Paſtor cuius partes erant vitam ſuam pro ſingulis opponere.[e] Sed fieri interdũ poterit, vt (greges præpoſitum non deſiderente) ſua abſentia furorem hoſtium ſedando Eccleſiæ melius conſulat: Qui autem conniuet ad falſam doctrinam, qui non opponit ſe flagitiis, reprehendendo, & caſtigando, qui non audet Reos in faciem obiurgare cum Prophetis, aliiſque veris Paſtoribus: qui non audet offendere quenquam, ne in homi-

b Ioh.7.1.
c 1.Sam. 19 10.
d Act.6.21. & 17.14.
Epiſt.80.
e Ioh.10.11.

14. Genitores & Patres, honoris cauſa, corum quos
a1.Rom.6. docent reſpectu[a], & ſaluatores[b], quo modo dicũtur pec-
21. cata remittere[c], quod alioqui ſolius Dei eſt[d]: ſed Inſtru-
1.Cor.4.15. Gal 4.19. mentaliter, quia Spiritus Dei in verbi prædicatione effi-
bAbdia v. cax eſt, in regenerandis Electis[e].

21. 15. Συνεργοὶ, Cooperatores Dei, Adminiſtri[f], & Ædifi-
1.Tim.4.16. catores[g].

cIoh 20.23. dMarc.2.7 16. Tuba Dei [h], quòd bellum perpetuum indicere
e1.Pet.1.3. debeant impiis, & excitare homines ad bellum aduerſus
23. diabolum & peccatum.

f1.Cor.3.9. 17. Vox Dei[i].

gv.10. 18. Piſcatores hominum[k].

hIſa.58.1. 19. Pedes Euangelizantium pacem & bona[l]

iMarc.1.3. kMatt.4. 20. Presbyteri, 1. Seniores, quia iuuenilem incon-
19. ſtantiam & leuitatem fugere, & eam grauitatem ſectari
lRom.10. debent, quæ poſſit ipſis authoritatem apud populum co-
15. ciliare.

21. Poſtremò, Chriſtus non potuit ſplendidius orna-
re Miniſtros, quàm cùm de iis dixit, Luc.10.16. *Qui vos
audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et Paulus 2.Cor.
3.8 nihil glorioſius & magnificentius Miniſterio tribue-
re potuit, quàm cùm dixit, *Miniſterium eſſe Spiritus, Iuſti-
tiæ, vitæ æternæ, & reconciliationis*, 1.Cor.5 18.19.

L V I. *Quod eſt officium Paſtorum?*

Loqui in nomine Dei, ſeu paſcere puro, 1. ſolo verbo
Dei gregem Chriſti[m], idque erudite, fideliter, ſyncere,
mIoh.21.15. conſtanter, libere, abſque reſpectu perſonarum & prauo
nIer.1.7. aliquo animi affectu[n]: modeſtè docendo, veritatem pro-
2.Cor.10.3. pugnando[o], arguendo, non conuitiis, ſed argumentis er-
4. rores, flagitia increpando, monendo omnes & ſingulos
oTit.1.9. de futuris calamitatibus & tribulationibus, quæ comita-
tur aut ſequuntur Euangelij prædicationem: exemplo
Chriſti[p], & Pauli[q], conſolando mœſtos, confirmando
pIoh.15.18. nutantes, excitando ceſſantes, inculcando iuſtitiam, fidē,
& 6.2. ſpem, Charitatem, & bona opera, tum publicè, tum pri-
q1.Theſſ.3 4. uatim.

2. Miniſtrare Sacramenta, ex Chriſti inſtituto.
3. Regere gregem ſpirituali diſciplina.
4. Precari pro grege.
5. Curam pauperum habere.

tum atque intellectum ab auditoribus exequutioni mandentur.

3. Vt ſit veluti baculus paſtoralis, quo oues diſperſæ ad ſuum Paſtorem Chriſtum congregentur, & verbi pabulo reficiantur, & alantur [a].

4. Vt ſalui fiant credentes, Regnum Chriſto propagetur, & conſeruetur Eccleſia [b]. Συλλῆβδην, facit ad coagmentationem Sanctorũ, ad ædificationẽ corporis Chriſti, donec perueniamus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei & adoleſcamus in virum adultum ad menſuram ſtaturæ pleni Chriſti, Eph. 4. 4. & in vita illa æterna ac ſpirituali [c] creſcamus, donec in Chriſto adoleuerimus, & Chriſtus in nobis, 1. Cor. 13. 11: Neque vel Solis lumen aut calor, vel cibus ac potus, tam ſunt præſenti vitæ fouendæ ac ſuſtinendæ neceſſaria: quàm eſt conſeruandæ in terris Eccleſiæ paſtorale munus.

[a] Pſ. 23. 4.
[b] Ioh. 20. 23.
[c] Ioh. 17. 3.

LXII. *Quis finis Miniſtro propoſitus eſſe debet?*

Gloria Dei, & Eccleſiæ ædificatio, & ſalus.

LXIII. *Quæ diſſentanea?*

1. Error *Schuenkfeldij*, qui externum miniſterium docendi, literam mortuam vocat, & ideo requiri ait internas reuelationes Spiritus.

2. *Donatiſtarum*, negantium improborum Miniſtrorũ miniſterium eſſe efficax, in Sacramentorum iuxta inſtitutionem Chriſti adminiſtratione. Et *Anabaptiſtarum*, qui quoſuis αὐθαιρέτως, cuiuſcunque ſint conditionis, abſque vlla miſſione, ordinatione, examine, delectu, & legitimæ vocationis teſtimonio, etiam mulieres, ſi doctæ ſint, vel ſcripto, vel voce promiſcuè docere poſſe ſtatuũt exemplo Holdæi, Deboræ, & quatuor filiarum Philippi, quæ prophetarunt, cùm nihil hoc ad ordinariam Doctorum in Eccleſia functionem ſpectet.

3. *Eorum* qui Miniſterium vel abolere ſtudent, vel quaſi minus neceſſarium eleuant.

4. *Falſi Prophetæ*, qui commenta animi ſui, non autem Dei verbum prædicant.

5. *Mercenarij*, qui non expectata legitima vocatione currunt, & per feneſtram ingrediuntur, ventrem, & quæ

num odium incurrat, etiamſi locum non mutet, tamen animo fugitiuus eſt. *Quia tacuiſti, fugiſti*, (inquit Augu-ſtinus) *Tacuiſti, quia timuiſti*: At qui de loco in locum fugit, vel rei augendæ gratia, vel tædij cauſa, vel ob ingratitudinem hominum, certè mercenarius eſt. In Iohannem.

LIX. *Licétne petere functionem Eccleſiaſticam?*

Licet ei cui contingit donum, non tamen temerè, ſed circunſpectè, & moderatè, atque animo ad Dei Eccleſiam iuuandam comparato, quando & vbicunque Domino viſum fuerit, & hac conditione, ne ambiat, aut vi occupet vocationem, ne impediat iudicium, ſed liberum relinquat iis ad quos pertinet: hoc enim nihil aliud eſt quam operam ſuam Eccleſiæ deferre, ne talentum concreditum ſuffodiatur: nam Spiritus dona ad ædificationē Eccleſiæ data ſunt[a]. Et 1. Tim. 3. 1. *Si quis Epiſcopatum appetit, præclarum opus expetit.* Et 1. Cor. 14. 1. *Appetite ſpiritualia exercitia, magis autem vt prophetetis.* i. vt pro tempore doceatis Eccleſiam.

a Matt. 25. 14. 15.

LX. *An merces peti & recipi licitè poteſt à piis Paſtoribus, cùm Ioh.* 10. 10. *mercenarij reprehendantur?*

Reſpondet Paulus, 1. Cor. 9. 14. *Sic Dominus ordinauit, vt qui Euangelium annuntiant, viuant ex Euangelio*, i. ex eo quod Euangelium prædicant, Matth. 10. 10. Gal. 6. 6. *Communicet qui inſtituitur in ſermone, cum eo qui ſe inſtituit, omnia bona.* Non ergo reprehenduntur Paſtores pij, qui mercedem ordinatam petunt: ſed illi tantùm qui mercedem vt ſcopum ſui laboris ſpectant: & fugiunt vel abſcondunt ſe ſub ſilentio, vel mutant vocem, veniente lupo, vt vitæ ſuæ conſulant & qui quæ ſua ipſorum ſunt, quærunt, non quæ Chriſti Ieſu, Philip. 2. 21.

LXI. *Quis finis & vſus Sacri Miniſterij?*

1. Vt bonitas Dei pateſiat in ſeruandis hominibus per gratuitum fœdus in Chriſto.

2. Vt purum Dei Verbum prædicetur, & prædicatum

ſcula pedum ſuorum reges ipſos inuitant. 3. Sacerdotes Legis Moſaicæ, figuram fuiſſe Paſtorum Eccleſiæ Chriſti aſſerunt, & Sacrificulos falſo nomine Preſbiteros appellant.

9. *Superbæ* & arrogãtes illæ Pſeudocleri AntiChriſtiani *appellationes*, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Primatum, Metropolitanorum; Magiſtrorum noſtrorum, & ſimiles.

10. Error *eorum* qui inter Miniſtros ipſos Euangelij, inæqualitatem ſtatuunt: In ſacris functionibus temporarias à perpetuis non diſtinguunt: Nullos Preſbiteros agnoſcunt, niſi qui munere publicè docendi funguntur.

11. Qui Apoſtolicam illam peculiarem authoritatẽ in Eccleſia vſurpant: hoc enim illud eſt quod à nõnullis iã tum factum fuiſſe queritur Apoſtolus [a], vt qui ſeſe pro Apoſtolis iactarent.

12. Morellij cuiuſdam fantaſma, Democratica politia in Eccleſiam reuehenda.

13. Diaconatus Chriſtiani ſubuerſio, functionum Eccleſiaſticarum confuſio, facultatum Eccleſiaſticarum deprædatio quam quis exitus maneat, docet Achanis hiſtoria [b].

14. Peccatũ eorũ qui ſacræ pecuniæ συλλογὴν & diſtributionem, à merè ciuili publicorum bonorum adminiſtratione non diſtinguunt, ſed hæc duo æraria confundunt: quæ omnia demonſtraſſe, viciſſe eſt.

[a] 2. *Cor*. 11. 12

[b] *Ioſue* 7. 24

ſua ſunt, quærunt, & non quæ Chriſti, qui non ſincero amore Chriſti, & gregis eius, ſed priuati commodi ſtudio, ad Miniſterium contendunt: & ſeſe non artibus modò Simoniacis, verum etiam obſequiis turpibus inſinuant, & ſeruiliter omnibus blandiuntur, quorum ſuffragiis ſe iuuari poſſe arbitrantur.

6. *Contemptus Miniſterij* in illis, qui non fouent idoneis ſumptibus docentes, & diſcentes Verbum Dei: Et qui Miniſtros ſpernunt, nec eum quem par eſt Miniſterio ſacro honorem habent.

7. *Simonia* Papiſtica: & ſacrorum ordinum nundinatio, omnis iuris diuini & Eccleſiaſtici neglectus, in Electionibus Papiſticis: vt 1. Quod nullam rationem doctrinæ aut vitæ habent, ſed rudes aſinos, & vitæ turpiſſimæ & nequiſſimæ promouent. 2. Populum ſuo iure in eligendo ſiue approbando fraudant. 3. Vanas Ceremonias chriſmatis, raſuræ, crucis, lineæ veſtis, cereorum, & eiuſmodi nugarum adhibent. 4. Quod vnius Dei opus eſt, hominum Miniſterio tribuunt. 5. Vnum, quinque aut ſex Eccleſiis præficiunt. 6. Ordinationem Miniſtrorum, in Sacramentum transformant. 7. Munera Eccleſiaſtica in dignitates conuertunt: de paſcendo grege non magis cogitant quàm ſutor de arando: κακοζυλία id eſt inepta & ſacrilega æmulatione Chriſti, in ordinandos inſufflant additis ſimul Chriſti verbis, *Accipite Spiritum ſanctum.* Et cum ſuo anhelitu Spiritum ſanctum coniunctum eſſe, & ſe hunc quibus volunt conferre poſſe, videri volunt.

8. Tota denique *Hierarchia* illa *Papiſtica*, & Romani Papæ primatus, & variorum graduum in ſuperiores & inferiores præter Dei Verbũ inſtitutio & diſtinctio. 1. Quòd Petrum ex Apoſtolo, Romanum Epiſcopum faciunt. 2. Pontifices Romani, qui ſucceſſores Petri videri volunt, ſeſe quidẽ ſeruos ſeruorum vocant, nihilominus nõ aliter quã ſanctiſſimi Domini noſtri ſalutantur: Imperia & Regna transferũt. In ipſas deniq; animas ſibi omne Imperium merũ ac mixtũ vſurpant, Regũ more dominãtur, Patrimonium Petri iactant, duplicem gladium vſurpant Spiritualem & Temporalem (qui tamen neutrũ habẽt) & poteſtatem tradendi omnes ad Inferos impune, & ad

oſcula

Cœlorum quod eſt Eccleſia, adminiſtratur id eſt aperitur credenti, & clauditur nō credenti prædicatione Euangelii. Et ipſum cœlum nobis tanquam domicilium proponitur, ad quod vnus eſt aditus per Ieſum Chriſtum. Et ad Chriſtum vna fides nos deducit, quam Spiritus Sanctus creat in nobis miniſterio Verbi & Sacramentorum, quod quia Paſtoribus commiſſum eſt, idcirco dicuntur geſtare Claues Regni Cœlorum.

III. *Quid eſt poteſtas Eccleſiaſtica?*

Facultas à Deo data Eccleſiæ per ipſos Eccleſiæ præfectos exercēda, ad puritatem Doctrinæ & cultus Dei, decorum, & ordinem, morum ſanctitatem & honeſtatem, tum publicam tum priuatam in Eccleſia, & eius membris conſtituendam, & retinendam idque non ex quiduis iubendi licentia, aut ex arbitrio, ſed ex Verbi Dei ſcripti præſcripto, & mente in ſalutem & ædificationem Eccleſiæ.

IV. *Vnde, ſeu A quo eſt hæc poteſtas?*

A Deo per Ieſum Chriſtum ſi enim homines per quos adminiſtratur ſpectes, eſt purum Miniſtrium. At ſi Chriſtum, ſublimis eſt poteſtas, qua nulla in terra maior, vel vtilior, vel dignior exiſtit. Efficacia autem eſt à Spiritu ſancto qui in Verbi Miniſterio operatur, Ioh. 20. 22. *Accipite Spiritum Sanctum*, &c.

V. *Differt-ne Eccleſiaſtica poteſtas à Ciuili Poteſtate?*

Omnino, teſte Chriſto Luc 12. 14. [a] Conueniunt quidem efficiente cauſa: Eſt enim vtriuſque author Deus. Differunt autem primum *Materia*, Ciuilis enim poteſtatis materia eſt ſocietas hominum, illiúſque conſeruatio, ad coporalem hanc vitam tranſigendam ſub vno eodemque Magiſtratu. At Eccleſiaſticæ poteſtatisl materia eſt Eccleſia, id eſt cœtus hominum Chriſtianorum quatenus quidem vocati ſunt à Deo, & ipſi conſecrati ad ſpiritualem vitam ducendam in vera Dei obedientia. *Deinde* Ciuilis poteſtas ad τὰ βιωτικὰ id eſt res terrenas & caducas, quæ ad huius vitæ vſum pertinent, refertur [b]: Eccleſiaſtica verò ad ſpiritualia, & quæ ad Dei cultum pertinent [c].

[a] Luc. 22. 25. 26. 2. Cor. 10.

[b] 1. Cor. 6. 3.

LOCVS XLIII.

De Poteſtate & Authoritate Eccleſiæ, necnon de Synodis.

I. *Eſt-ne aliqua Eccleſiæ poteſtas?*

EST, 1. Quia nulla familia, nulla ſocietas honeſta, nulla Reſpublica, (Ergo nec Eccleſia, quæ eſt omnium excellentiſſima ſocietas) ſine politia & regimine diu conſiſtere poteſt.

2. Quia Deus Eccleſiæ ſuæ leges præſcripſit: Ergo & ſecundum iudicandi poteſtatem dedit.

3. Quia iam olim Sacerdotes & Leuitæ rebus Eccleſiaſticis præfuerunt [a] & Synedrium ex Sacerdotibus, Leuitis, Legi peritis, ſeu Scribis, & Capitibus familiarũ, ſeu Senioribus populi, ad Iudicia Domini adminiſtranda, conſtitutum fuit [b].

a Leuit.14. 3.

Deut.24.8.

4. Quia loco ſynedrij illius ſynagogici, presbyterij, Senatum Eccleſiaſticum Chriſtus in Eccleſia Chriſtiana inſtituit [c], & Apoſtoli ſedulò retinuerunt [d], Eccleſia verò ſemper habuit.

b 2. Paral. 19.8 9.10.11

Matt. 5.22

5. Quia poteſtas Clauium Eccleſiæ eſt demandata

6. Quia inutilis eſſet Verbi prædicatio, niſi Eccleſia haberet ius eius contemptores coërcendi.

c Matt.18. 17.

7. Quia ſicut Cæſari, quod Cæſaris eſt, ſic Eccleſiæ, quod Eccleſiæ reddendum eſt, Matth.22;21.

d 1.Tim.4. 14.

II. *Quo nomine appellatur?*

Poteſtas, Authoritas, Iuriſdictio Eccleſiaſtica, Claues Regni cœlorum, Matth.16.19. *Dabo tibi Claues Regni cœlorum.* Sic dictæ per metaphoram, qua ſignificatur oeconomi poteſtas, intromittendi & ab ingreſſu domus repellendi pro arbitrio domini [e]: quia regnum Cœlorum,

e Eſa.22.22

VI. *Poteſtas Eccleſiaſtica quotuplex eſt?*

Triplex, Miniſterij, Ordinis, & Correptionis, ſeu Diſciplinæ Eccleſiaſticæ, de qua peculiari Loco ſequente.

VII. *Quid eſt poteſtas Miniſterij?*

Eſt authoritas, & ius docendi in Eccleſia, non quiduis, ſed id vnum quod Dominus per ſuos prophetas & Apoſtolos præſcripſit, & ea quæ inſtituit Sacramenta iuxta ipſius ordinationem adminiſtrandi, & nuptias benedicendi, ex perpetuo Eccleſiæ vſu. Quæ ad ſolos Paſtores pertinet, quamuis ſæpe Diaconi in his rebus ſuppleuerint vices Paſtorum. Et ſpecialiter, clauium, & Claudendi, & Aperiendi vocibus intelligitur [a]: Eſt-que Clauium pars prior, cùm poſterior ad diſciplinam Excommunicationis pertineat. *a Matt.16. 19.*

VIII. *Quid eſt prior pars Clauium iſtarum?*

Nihil aliud quàm prædicatio Euangelij, Miniſtris demandata, qua annuntiatur gratuita peccatorum remiſſio credentibus, per Chriſtum: Incredulis verò eorundem retentio: Nam quod Petro dixit Chriſtus, Matth.16. 19 *Dabo tibi claues Regni cælorum. Quodcunque in terris ligaueris aut ſolueris, ratum erit in cælo,* ſic proprie exponit Iohannes 20. 23. *Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt, & quorum retinueritis, retenta erunt in cælo.*

IX. *Quot ſunt Claues?*

Etſi vnum eſt Verbi Dei Miniſterium, quo peccata ſoluuntur, & ligantur, & proinde vna Clauis eſt ad aperiendum & claudendum Regnum cælorum, tamen propter diuerſa obiecta & effecta duplex dicitur eſſe *Clauis*, vna *Soluens*, ſeu Aperiens, altera *ligans* ſeu Claudens: cùm idem Euangelium ſit virtus Dei ad ſalutem omni credenti, Rom.1.16. & virtus odor mortis ad mortem cuiuis non credenti, 2.Cor.2.16.

Clauis ſoluens eſt ea pars Miniſterij, qua iuxta Verbum credentibus annuntiatur, modò publice, modò priuatim remiſſio peccatorum ſeu abſolutio à peccatis in nomine Chriſti: *Et ſic cœlum aperitur, ſoluitur, &*

2. *Fine* proprio. Magiſtratus enim finis eſt, vt humanam ſocietatem tranquillam & quietam tueatur, legibus bonis informet, ciuium ſuorum corpora & bona conſeruet, eorum vitam tueatur, quatenus, ſcilicet incolæ ſunt huius mundi. & in his terris degunt[a] Etſi per eum ipſius etiam Religionis εὐταξίαν Deus conſeruari vult, vt 2. Paral. 15.13. Aſa rex talem legem tulit, Si quis non quæſierit Dominum Deum Iſrael, moriatur. Paſtorum verò directus finis eſt, vt Ciuium Eccleſiæ cõſcientiam ædificent, regant, informent, doceant verbo Dei quatenus ſunt municipes cœlorum, & in cœlis aliquando colligendi[b] vnde Eccleſiaſtica poteſtas, Ius poli: Ciuilis autem Ius ſoli nominari ſolet.

a Rom. 13.3. 4.5. 1. Tim. 2.2.

3. Differunt *forma*: nam poteſtas politica, vt plurimum eſt αὐτοκρατορικὴ, & arbitraria, adeóque Prætoria, ſeu Dictatoria, in eorũ arbitrio poſita, quibus eſt attributa: habet enim vitæ necíſque ius, & legum condendarũ authoritatem. Sed Eccleſiaſtica eſt, διακονικὴ duntaxat miniſtratoria, certis finibus ac legibus ab vno Deo Legiſlatore definita: Eccleſia enim credendi leges accepit, non condit: & eas leges mutare non poteſt, ſeruare debet, & poteſtatem non niſi Vicariam ac precariam habet & quod Deum loquentem in Scripturis audiuit, id quaſi echo reſonat, aliiſque reddit [c].

Eph. 1 18. Philip. 3.20 Col. 3.2.3

c Malach 2.6.7. Ezech 3.27 Ier. 23.28. Matt. 28.20

4. Differunt *Modo* tum iudicandi, tum exequendi. Magiſtratus enim ex Legibus humanis à ſe poſitis iudicat, telam iudiciariam texit inuitum Reum quantumuis negantem, vt verè reum ex teſtium ore condemnat [d]. At Eccleſiaſtica poteſtas mera ex ſolo Dei Verbo ſcripto iudicat, telam iudiciariam non texit ſed ſummarié ex charitate, & ore ipſius peccatoris rem totam cognoſcit, & tunc demum poſtquàm confeſſus eſt, vt verè reum cognoſcit, & ad pœnitentiam hortatur [e]. Deinde politica poteſtas iudicia ſua exequitur gladio carnali, mulcta, carcere, vi militari, gladio ipſo: eccleſiaſtica verò ſua decreta exequitur gladio ſpirituali, id eſt Verbo Dei nimirum cenſuris, obiurgatione, ſuſpenſione, & tandem excommunicatione [f]. Quod enim Apoſtoli interdum pœnis corporalibus vſi ſunt [g], extraordinariũ fuit cùm impius eſſet Magiſtratus. ergo vna alteram non tollit, ſed ſtabilit.

d Deut. 19. 15. Matt 18.16 e Matt. 15. 25.26. 1. Cor 5.4.5 & 2. Cor. 2. 7. & 7.11. f 2. Theſſ. 3. 14. 1. Tim. 1.20 g Act. 5.5. & 13.11.

Poteſtas *Ordinis* appellatur, quia certam & ordinatam regulam habet, nempe Verbū Dei, quam ſemper ſequi debet. Et eſt facultas Eccleſiæ, qua tum circa Doctrinam, & fidei dogmata, & dicitur δογματικὴ, tùm circa leges politiæ externæ in Eccleſia conſtituendas verſatur: & ſpecialiter διατακτικὴ, 1. ordinata dicitur.

XIII. *Quæ eſt poteſtas Eccleſiæ circa doctrinam?*

Duplex eſt, Communis, & Specialis. Communis eſt in commune toti Eccleſiæ, non Paſtoribus tantùm, ſed ſingulis eius membris, 1. Cuſtodiendi Scripturas ſumma fide, Tabellionis inſtar, eas diligenter legendi; & quidem non authoritatiuè iudicandi de Scripturis (nam ipſa ſubiicitur Scripturæ) ſed iudicandi ſecundùm Scripturas & veras, germanas, ac genuinas Scripturas, Spiritu Chriſti ductore, à falſis, ſuppoſititiis, & adulterinis, vindicis inſtar diiudicandi, ac diſcernendi: Oues enim Paſtoris vocem agnoſcunt, Iohan. 10. 4. 2. Cognoſcendi, admittendi, & approbandi veram Doctrinam ex Scripturis, Ioh. 5. 39. *Scrutamini Scripturas.* Tum improbandi falſam doctrinam, Matth. 7. 15. *Cauete à Pſeudoprophetis.* Et Luc. 12. 1. *Cauete à fermento Phariſæorum.* Et Galat. 1. 8. *Si quis aliud docuerit Euangelium: ſit anathema.* Vnde Auguſtinus. *Lib. 11 contra Fauſtum, cap. 5. Scriptura in ſedem quandam ſublimiter conſtituta eſt, cui ſeruiat omnis fidelis ac pius intellectus.* Et alibi *lib. de vera Relig. cap. 31. Fas eſt æternam legem mundis animis cognoſcere: iudicare autem nefas eſt.*

Specialis, nulla nouos quidem fidei Articulos cudendi, aut extra Dei Verbum ſcriptum aliquid docendi; ſed inſtar præconis ſcripturas diuulgandi & prædicandi, Propheticum duntaxat, & Apoſtolicum ſermonem proponendi, nihil prætermittendi, nihil mutandi, nihil de ſuo addendi, aut comminiſcendi[a], & omnia ſecundum Verbum ad Dei gloriam & Eccleſiæ ædificationem referendi: Tum dogmata ſic explicandi & probandi: ex Scripturis Canonicis, ipſaſque Scripturas interpretandi, non ex anticipatis opinionibus, aut priuato cuiuſquam ſenſu, ſed ex fontibus, examine ſingulorum verborum, obſeruatione ſtyli

[a] Deut. 4. 2. & 12. 32. Apoc. 22. 18. 19.

liberatur credens, Euangelij prædicatione à Peccatori vinculis, quę nos conſtrictos tenent, morte, damnatione ęterna, & hęres vitę æternę declaratur a.

a Luc.1.78. Act.2.38. Ioh.20. 23.

Clauis ligãs, eſt altera pars Miniſterij, qua incredulis & contumacibus annuntiatur retentio peccatorum, & ſic cælum illis clauditur, ligantur, id eſt manent obſtri peccatorum vinculis & ad mortem & damnationem ę ternam niſi accedat reſipiſcentia iudicantur.

Súntque claues iſtę tanti momenti vt dicatur apertum, ſolutum, & remiſſum: & contrà clauſum, ligatum, & re tentum in cœlis, quod in terris prędicatione Euang aperitur ſiue remittitur: itidémque clauditur ſeu re tur: iuxta illud Luc.10.16. *Qui vos audit, me audit: qui vo ſpernit, me ſpernit.* Et Ioh.7.18,36. *Qui crediderit: ſeruabitur, qui crediderit iam eſt condemnatus.* Et proinde reipſa vna eſt C uis illa Miniſterii, ſed duplex vſu. Nam qui credit Eua gelio, per efficaciam Spiritus ſancti, adhibet fidem, q eſt veluti altera Clauis Regni cælorum.

X. *Vnde pendet hæc Poteſtas?*

Non à perſona aut dignitate Miniſtrorum (neque nim poſſunt propriè quenquam, vel ligare, vel ſolu vel Regnum cœlorum cuiquam pro arbitratu aperire claudere) ſed ab eorum legitimo Miniſterio ſeu po à Deo ipſo. qui per Spiritum ſanctum eſt Efficax in m niſterio Verbi, quoties Miniſter rite fungitur offici Quo ſenſu dicta illa Marc.2.7. *Quis poteſt remittere p ta, niſi ſolus Deus* iure ſcilicet & authoritate propria. Ioh.2023. *Quorum remiſeritis peccata* (Inſtrumentaliter ſci cet, ſeu prędicatione facta in Chriſti nomine) remitt conciliari debent.

b Heb.4.12.

XI. *Quibus datæ ſunt iſtæ Claues?*

Non ſoli Petro: ſed omnibus ex æquo Apoſtolis, & o mnium ætatum fidis Paſtoribus, quibus Chriſtus dic *Accipite Spiritum ſanctum: ſi quorum remiſeritis peccata, re mittuntur eis: ſi quorum retinueritis, retenta erunt.* Iohan 20.23

XII. *Quæ eſt altera pars poteſtatis Eccle ſiaſticæ?*

Poteſt

declarat:illud enim authenticum dicitur,quod ſibi ſufficit,quod ſe commendat,ſuſtinet,probat,& ex ſe fidem,ac authoritatem habet.

XVI. *Anne Eccleſia eſt medium credendi eſſe Scripturas, & alia quæ ad ſalutem pertinent?*

Eſt medium reuera,at nō principium;& medium externum duntaxat, & miniſteriale : principale verò medium,eſt ipſum Dei Verbum: At cauſa principalis credendi,eſt Spiritus Dei: Eccleſia verò eſt inferius organon id eſt quo,non propter quod credimus : *Paulus enim plantat & Apollos rigat,ſed Deus dat incrementum*,1.Cor.3.6. Eccleſia nihil poteſt efficaciter reuelare ſine Spiritu,nec facit Eccleſia vt vera in ſeſe pro veris credantur à nobis: ſed Spiritus ſanctus teſtimonio Scripturam commendat, quod eſt præclarum eius officium.

Poteſt quidem cogere interdum homines Eccleſia ſua authoritate,& teſtimonio perpetuo,vt promoueantur,& agnoſcant Scripturas eſſe Canonicas: (nec crederemus ſacris literis,niſi Eccleſia illas proponeret, & nobis commendaret,)ſed vt de earum veritate priuatim , & interne in cordibus perſuadeantur, nullus efficere poteſt, niſi Dei Spiritus. Nec enim fides eſt Eccleſiæ donum:nec etiam fides noſtra in Eccleſiæ vocem,atque iudicium,ſed in Dei Verbum Canonicis Scripturis comprehenſum reſoluitur,

XVII. *Vtrum penes Eccleſiam eſt authoritas, & ſummum ius interpretandi Scripturas?*

1. Non,ſed penes Spiritum ſanctum,tum disertè & publicè in Scripturis loquentem,tum occultè in cordibus noſtris,& penes Scripturam ipſam; adeòque ſenſus Scripturæ ex ſola Scriptura ipſa , & Spiritu ſancto petendus eſt;ipſaq; Scriptura per Scripturā interpretanda,quia fides ex ſola Scriptura naſcitur.

2. Quia eodem Spiritu ſunt interpretandæ,& intelligēdæ,quo ſcriptæ quæ ſunt:iuxta illud Ioh. 22.10. *Vnctio vos docet omnia*[a].

3 Quia Eccleſia non habet tantam authoritatem quātam Scriptura[b].

a Iſa.54.13.
b Gal.18.18

& phraſeωn Scripturæ, ſtatus item de quo agitur, Antecedentium, & conſequentium conſideratione, & collatione Scripturarum, vt ad fidei analogiam, normam; & regulam, ſymbolo Apoſtolico breuiter comprehenſam conueniat.a Denique placita vel potiùs figmenta omniū hominum cuiuſcūque ſint ordinis tollendi, vt ſolius Dei decreta rata maneant, 2. Cor. 4. 7. Hæc ſunt arma illa ſpiritualia potentia Deo ad demolitionem munitionum, quibus conſilia demoliantur fidi Dei milites, & omnem celſitudinem, quæ extollitur aduerſus cognitionem Dei: Chriſti domum ædificent, Satanæ ſubuertant, oues paſcant, lupos profligent, dociles inſtituant, peruicaces arguant: fulgurent denique, ſi opus eſt, & fulminent, ac Chriſti potentia freti omnibus à ſummo vſque ad nouiſſimum imperent. Sed omnia ex verbo Dei: & ſic vt nemo ſibi ſumat authoritatem, ſeu ſcriptis editis, ſeu ſermone docendi in Eccleſiâ ſine vocatione legitima: vbi quidem obtinet ordo, quem nemo bona conſcientia poſſit aſpernari: (Hoc enim eſſet Anabaptiſtico furori feneſtram aperire) & vt *Spiritus Prophetarum Prophetis ſubiecti ſint*, 1. Cor. 14. 30. 3. 2. Chriſtianos tamē omnes mutuò ſeſe docere, & hortari, reprehendere, conſolari in Domino oportere & ita ſingulas domos tum à Patribus, tum à matribus familias regi, vt ſpeciem totidem priuatarum Eccleſiarum referant, nemo negarit.

a Matt. 23. 8. & 28. 20 Rom. 12. 6. 1 Pet. 4. 11.

XIV. *Anne Eccleſiæ vocē ſimpliciter audire oportet, aut ſuſcipere quicquid docuerit?*

Minimè. ſed quicquid à Deo edocta, & docere iuſſa fuerit, potueritque Verbi diuini authoritate comprobare.

XV. *An in authoritate Eccleſiæ eſt, Scripturæ Canonem conſignare?*

Non poteſt Eccleſia ex libris non Canonicis, Canonicos facere, ſed efficit tantùm vt ij libri pro Canonicis recipiantur, qui reuera & in ſeſe ſunt Canonici: Eccleſia, inquam, non facit Scripturam authenticam, ſed tantùm declarat:

iuſtum ſit præſcribere, quod ne Angelis quidem licet [a]: a Gal.1.8.
vnicus enim Magiſter & Legiſlator noſter Dei Filius [b] b Iacob.4.11.
Sponſus [c], Dominus [d], Paternæ voluntatis Interpres [e], c Eph.5.30.
Eccleſiæ caput [f], & Doctor vnicus: de quo ſolo abſolutè d 1.Cor.8.6
cælitus dictum eſt. *Ipſum audite* [g], qui ſolus in conſcientias e Ioh.1.18.
ius habet & imperium, quique pleniſſimè omne ſalutis f Eph.4.15.
noſtræ conſilium, totámque veræ iuſtitiæ ſummam, g Matt.17.5.
& omnes cultus nominis ſui partes. Verbo ſuo complexus eſt, & perſpicuè enarrauit, cui vel addere vel detrahere nefas: ſed qua Paſtoribus & Gubernatoribus Eccleſiæ, in rebus externis & indifferentibus Canones & regulas quaſdam, ſiue Leges ad politiam, ordinem, πρέπον, decorum, item certos ritus ad honeſtatem conſtituendam, fouendúmque omnium Eccleſiæ membrorum in externo cultu conſenſum ſtabilire, aut abrogare licet, prout Eccleſiæ neceſſitas vel vtilitas id poſtulare videtur: Neque enim sũt vniuerſales magna ex parte, neque perpetui eiuſmodi Canones, Col.2.5. Omnia enim εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν in Eccleſia fieri oportet, quæ h 1.Cor.14.40.
eſt domus Dei [h]. Exemplo Apoſtolorum in prima Synodo 1Tim.3.15.
Hieroſolymitana [i], & Pauli [k]. i Act.15.29.

De his regulis Apoſtolus 2.Theſſ.2.15. *Tenete*, inquit, k 1.Cor.11.
παραδόσεις, ſeu traditiones quas didiciſtis, vel per ſermonem, vel 4.7.34.
per Epiſtolas noſtras: niſi quis malit traditam doctrinam intelligere, non ſanè diuerſam, quam partim per Epiſtolam partim per ſermonem: ſed eandem, quam tum per l 2.Theſſ.3.6.
ſermonem, tum per epiſtolam Pauli edocti erant *l*. Spiritus verò omnis veritatis Doctor. Apoſtolis ſpecialiter m Ioh.14.
promiſſus [m], nihil noui eos docuit: ſed quæ prius audierant declarauit, & in mentem ſuggeſſit Et licet non omnia Christi verba καθ' ἓν ſcripta ſint, ſed tantùm καθ' εἶδος, 25.& 16.13
tamen omnia neceſſaria ſcripta ſunt, Ioh.20.21.

X. *Da διατακτικῶν legum, aut παραδόσεων ab Eccleſia ferendarum, aut Conſtitutionum Eccleſiaſticarum ore traditarum Exempla?*

Qualia ſunt, Cœnam Domini à ieiunis percipiendã: flexis genibus, nudóque capite orandum: Sacramenta

4. Quia laudantur Beroenſes, quòd Pauli doctrinam ad Scripturas examinarint[a].

a Act.17.11. 5. Quia Eccleſia errare poteſt.

6. Quia ſolus ille ſummam interpretandæ Legis authoritatem habet, qui Legem condidit. Sic Nehem. 8.8. Legem Dei explanatè populo legebat, & exponendo ſenſum, dabat intelligentiam per Scripturam ipſam.

Nec tamen inficiamur Eccleſiam eſſe interpretē Scripturæ, & in Eccleſia tantùm donum hoc interpretandi reſidere: ſed negamus Scripturarum interpretationē ad certam ſedem & ſucceſſionem hominum alligatam eſſe & Papam ſibi poſſe poteſtatem Scripturæ vendicare.

Nam Moſes quidem tanquam ſummus iudex controuerſiarum ſedebat[b], ſed fuit Propheta ſingulari ſapiētia præditus, extraordinariis à Deo donis ornatus, diuinis teſtimoniis à Deo commendatus, & à Deo ipſo ἀμέσως
miſſus: Papa verò nihil tale habet. Et Deut. 17.8. & ſeq.
b Exod. 18. iubentur omnes decreto iudicis ſummi obtemperare:
13 26. ſed cum hac conditione, ſi is ſecundum Legem Dei iudicet. Et Mal. 2.7. præceptum eſt. vt labia Sacerdotis cuſtodiant ſapientiam, & ex ore eius requirant Legem. At non eſt promiſſum, fore ſemper eiuſmodi: ſequitur enim, *At vos deflexiſtis de via, & feciſtis multos impingere.*

Et Claues Regni cœlorum Petro commiſſæ[c], non ſi-
c Matt.16 gnificant authoritatem interpretandi Scripturas, ſed
19. prædicandi Euangelium, quæ non Petro tantùm: ſed & reliquis etiam Apoſtolis data fuit[d]. Et Matth. 18.17. au-
d Matt.28. diendam eſſe iubet Eccleſiam Chriſtus, ſed verā Eccle-
18. ſiam, & quando præcipit ea quæ Chriſtus probat & præ-
Ioh.20.21. cipit. Sic Scribæ & Phariſæi audiendi erant[e], quandiu ſe-
e Matt.23 2. dentes in cathedra Moſis, docendo, Moſem ipſum ſequebantur: ſecus enim Chriſtus ſuos diſcipulos cauere voluit à fermento Phariſæorum[f].

f Matt.16. 6. 7. In Conciliis res maximæ ſunt definitiuæ, non tamen ipſorum Conciliorum, ſed Scripturarum authoritate, vt factum videmus. 15. 6. 15.

XVIII. *Quæ eſt poteſtas Eccleſiæ in Traditionibus ſiue Legibus ferendis?*

Eſt διατακτικὴ, ſeu conſtitutiua: non qua fas ſit vllas Leges conſcientiis imponere, aut quid iuſtum, aut quid in-

iuſtum

XXI. *Quinam ſancire poſſunt, vel abrogare leges illas?*

In particularibus EccleſiisPaſtores, adhibito Preſbyterij ſui maturo iudicio, & accedente Magiſtratus Chriſtiani conſenſu & authoritate, conſcio denique & comprobante grege, qui quidem à Paſtorum & preſbyterorũ torum ſententia, Verbo Dei, & conſentientibus iuſtiſque rationibus confirmata diſſidere temere non debet. In prouincialibus verò Eccleſiis Synodorum eſt, legitimè in Domino conuocatarum, eiuſmodi Leges conſtituere.

XXII. *Quid eſt Synodus legitima?*

Eſt conuentus, ſeu cõgreſſus, & Concilium, vel certorum locorum, (& dicitur Prouincialis:) vel totius Eccleſiæ, (& dicitur Oecumenicus) repræſentatæ per delegatas ad certum tempus à ſe perſonas, vt Paſtores & Rectores, ab omni tam ὀχλοκρατίᾳ quàm ὀλιγαρχίᾳ, ac multò magis ab Antichriſtiana tyrannide procul remotus, vt lupos arceant, & controuerſias in Eccleſia excitatas ex verbo Dei, quod ſibi perpetuo proponere debent pro regula, definiant: doctrinam puram aſſerant, & εὐταξίαν externam, prout toti Eccleſiæ expedit, conſtituant [a].

Et eſt Synodorum huiuſmodi, magna vtilitas. 1. Quia quod à multis quæritur, faciliùs inuenitur. 2. Quia errores, & hæretici errorum patroni facilius reprimuntur: cùm communi multorum conſenſu & iudicio damnantur.

[a] Act. 15. 2. 6. & ſeq.

XIII. *A quibus conuocari ſeu indici debent Synodi?*

A ſummo Magiſtratu, ſi fidelis ſit, aut fidei Chriſtianæ tolerator, qui & ipſe vel per ſe, vel per alios quos deligere placuerit, Synodo præeſſe debet. Eſt enim Magiſtratus, tanquam nutritij Eccleſiæ, tranquillitatẽ Eccleſiæ conſeruare: ſed ſic vt ipſe Dei Verbo per os Miniſtrorũ explicato, ſeſe ſubiiciat. Sin infidelis, tum Paſtorum munus eſt, proſpicere quantũ in ſe eſt, nequid Eccleſia Chriſtiana accipiat detrimenti: & mutuo ſeſe excitare, vt communi conſilio cõueniant nomine Eccleſiæ, abſque ſediũ non ſordidè, ſed cum aliqua dignitate adminiſtranda. In ſepeliendis mortuis, nuptiis, benedicendis ſeruandam eſſe honeſtatem: Dies, horas, loca certa, hymnorum concentum, ſilentium ordinem in precationibus, concionibus, catechiſmis habendis, & myſticis actionibus deſignare, & alia huiuſmodi: quæ quoad genus, id eſt decorū illud nobis omnibus præceptum, diuinæ ſunt, ſed quoad ſpecialem formam, ſunt humanæ ac mutabiles.

XX. *Quæ ſunt Cautiones in ſcribendis iſtis legibus adhibendæ, & in traditionibus humanis obſeruandæ?*

1. Ne pugnet cum analogia fidei, néve abducant à
Chriſto, aut ſint ſuperſtitioſæ: quales ſunt ritus plerique
ſeu traditiones papales: néve laqueus vllus conſcientiis
iniiciatur, quaſi leges illæ, decoris & ordinis tātūm cau-
a1.Cor. 7. ſa latæ, ſint diuini cultus partes[a].
35. 2. Ne præferantur doctrinæ cœleſti, quam Apoſto-
Col.2.16.18. li acceptam à Domino tradiderunt: néve leges illæ ſint
Gal.5.1. æternæ, & immutabiles, ſed neceſſitate poſtulante mutabiles.

3. Ne pro graui, honeſto, vtilique ordine, inutilia, inepta, ridicula, hiſtrionica, aut etiamoperoſa conſtituatur: qualia ſunt quæ Pontificij præcipiunt de confeſſione articulari, ciborum, dierum, & veſtium diſcrimine, votiua peregrinatione, & ſimilibus

4. Ne, vt fit in Papatu, Eccleſia iſtorum præcepto-
rum multitudine, oneretur, & obruatur verus & pu-
b Matt.23. rus Dei cultus; vt olim à Phariſæis factum eſt [b]: ſicque
4. præcepta Dei irrita, quoad homines fiant[c].
c Matt.15. 5. Ne iſta in ſuperſtitionem, aut impietatem dege-
3. nerent: néve iis accedat opinio meriti, cultus & neceſſita-
Marc.7.13. tis, id eſt ne ad ſalutē putentur neceſſaria, néve pro cultu
Act.15.10. Dei habeantur per ſe, & ex opere operato, vt loquuntur:
quod ſi fiat, ſtatim emendentur, aut penitùs aboleantur.
Exemplo Ezechiæ, qui ſerpentē æneum contriuit[d]. De-
d2.Reg.18. nique cauendum, ne ſub ἀδιαφοραῖς prætextu, venenum
4. propinēt, & celent hamum lethiferum ſub eſca mellita.

XXI. *Quinam*

XXVI. *Annon præpoſitis ſeu Ductoribus obedire iubet Apoſtolus? Heb.13.17.*

Sanè: ſed tum implicita conditione, ſi veri præpoſiti ſunt, nec recedat volumen Legis ab ore ipſorū *a* ſi ſupra cathedram Moſis ſedent, id eſt docent doctrinam Moſis incorruptam *b*. Tum in his quæ propria ſunt miniſterij, vt in verbo Dei, & Sacramentorum adminiſtratione legitima. Sed tamen *Spiritus*, id eſt (metonymicè ij qui Spiritus dono ſe præditos dicunt.) *probandi, an ex Deo*, ſint 1. Ioh.4.1. Quod nulla alia re certiùs fieri poteſt, quam ipſa Scriptura, ad quam Dominus probationem Spirituum exigendam præcepit. *c*. nec Pſeudoprophetarum ſermonis auſcultandum *d*.

a *Ioſue* 1.7.8
b *Matt*.23.1
c *Deut*.13.1.2.3.4.
d *I*[illegible]23. 16

XXVII. *Quo nomine vocari conſueuerunt Synodorum Definitiones?*

Canones, qui tum demum κῦρος habent, & abeunt in vim legis, valent & pœnam habent politicam contēptus & violationis ſui, poſtquam à ſummo Magiſtratu fuerūt ſanciti & confirmati non autem priùs ratione pœnæ politicę, licet Ratione cenſuræ valeant.

XXVIII. *Anne eiuſmodi conſtitutiones conſcientiam coram Deo obſtringunt?*

Minimè per ſe, quia ſunt humanæ & mutabiles. tamen ita ſemel poſitas vltrò violare, aut contemnere, tum propter offendiculum, tum propter contumaciam illæſa cōſciētia nemo poteſt: ſed fideliter obſeruare, idque libera conſcientia quiuis tenetur: *e*, ſed extra caſum ſcandali, id eſt ſic vt infirmi fratres non offendantur, & cùm iuſtis cauſis impedimur, illæſa conſcientia aliquando omittere fas eſt.

e.1.*Cor*. 10. 28.29.

XXIX. *Quis finis huius Poteſtatis?*

In genere, Dei gloria, & Eccleſię ædificatio, *Nobis* inquit Paulus, 2. Cor.10.8.& 13.10. *data eſt poteſtas ad ædificationem, non ad deſtructionem.* Synodorum autem, purę Dei doctrinæ in verbo Dei comprehenſæ aduerſus hæreticos aſſertio: & politiæ Eccleſiaſticæ pro diuerſa temporum, locorum, & perſonarum circunſtantia, cōſtitutio.

prærogatiua, quos conſtabit doctrina, vitæ integritate, aliiſque Spiritus ſancti donis (non excluſis etiam laicis) excellere, vt ex Actis apparet cap. 15. 2. 22. 23. 5. Imprimis autem, vt Chriſtus in medio Doctorum ſedebat [a]. ſic
a Luc. 2. 46. nunc in Conciliis doctorum adeſſe ac præeſſe debet.

XXIV. *Súntne omnia quæ decernunt Synodi ſemper pro veris & irrefragabilibus habenda?*

Non ſunt, ſicut apparet ex ſecũda Synodo Nicena, quæ
contra Dei verbum, cultum idolorum decreuit. Et
Epheſina ſecunda vbi Eutychiana hæreſis obtinuit: &
b Ezech. 22. Conſilio Africano, cui interfuit Cyprianus, vbi ſancitum
25. eſt rebaptizandos eſſe, qui ab hæreticis ſunt baptizati.
1. Reg. 22. 9. Nam Eccleſia in terris, errare poteſt, etiam collecta, vt
22. colligitur ex Eſaia, 56. 10. Ieremia 6. 13 [b]. Ratio eſt, quia
Matth. 22. Eccleſia in his terris non eſt cõpoſita ex beatis Angelis,
29. ſed ex hominibus, quorum proprium eſt errare & labi:
Ioh. 11. 47. nam quod Pſal. 89. 6. dicitur veritatem Dei eſſe in con-
2. Theſſ. 2. gregatione ſanctorum, vel de Sanctis Angelis in cœlis
4. 11. degentibus, vel de Eccleſia vbi pura Euangelij prędicatio
perſonat, intelligitur.

XXV. *Eſt-ne aliqua Synodorum authoritas.*

Eſt, ſed quæ à verbo Dei dependet, quippe ex Chriſti
promiſſione, Matth. 18. 20. *Vbi duo aut tres* (Ergo vbi plu-
res) *congregati in nomine meo fuerint, illic in medio eorum ſum.*
Nec enim abigendum, qui multò magis vniuerſum ali-
c Act. 15. quem cœtum ſolo ſancto Spiritu regat [c]. Non ſunt ergo
28. Synodorum iudicia ſpernenda, ſcilicet earum in quarum
1. Cor 5. 4. medio Chriſtus eſt.

Sed notanda conditio ita demum fore Chriſtum in medio Concilij, ſi in ſuo nomine congregetur, & ſuperiore loco emineat Scriptura. Tum enim Conſilij definitio de dogmate controuerſo, poſt legitimum examen, & iuſtam diſquiſitionem, pondus habet ſuum: éſtque inſtar συμβουλεύματος, & prędiudicij: quod tamen & ipſum ad Lydium lapidem Scripturæ, probare decet: iuxta illud, *Omnia explorate, quod bonum fuerit, retinete.* Theſſ. 1. 5. 21.

XXVI. *An-*

ritatis & poteſtatis Eccleſiæ, quàm deceat.

12. Eccleſiam in Conciliis genaralibus eminere, & veritatem non remanere niſi inter Paſtores.

13. *Poteſtatem* interpretandi Scripturas penes Concilia eſſe, & eam ſine prouocatione.

14. Item Scripturæ approbationem, vt ſit vel Canonica, vel Apochripha, pendere ex Eccleſiæ placitis.

15. *Contemptus* conſtitutionum ſimpliciter ordinis & decoris cauſa Eccleſia inſtitutarum.

16. Error *Eorum* qui in Controuerſiis Eccleſiaſticis, priuatis ſuis Iudiciis, ac ſententiis acquieſcentes, nullũ Synodis, & ſynodicis definitionibus locum relinquunt.

LOCVS XLIV.

De Diſciplina & Iuriſdictione Eccleſiæ: vbi etiam de Ieiunio.

1. *Quæ eſt tertia pars Poteſtatis Eccleſiaſticæ?*

Κριτικὴ ſeu Iudiciaria, & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ à ciuili prorſus diſtinguẽdæ, Poteſtas vocari cõſueuit: Eſtq; altera pars oc ue ſpecies poteſtatis clauiũ à priore diſtincta. quòd prior, de qua Matt. 16.19. & Ioh. 20.23. docendi ſiue Euangelium prædicandi munus Paſtoribus commiſſum proprie ſpectat: Hæc verò ad diſciplinam moralem Eccleſiæ, & offendiculorum coercitionem Eccleſiæ, commendatam pertinet: quam Παιδείαν ſeu Παίδευσιν Græci, Latini Diſciplinam, Caſtigationem, Inſtitutionem vocant: De qua Chriſtus, Mat. 18. 17. 18. *Si frater aliquis non audit Eccleſiam, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus: Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt*

XXX. *Quis Effectus ſeu Vſus?*

a 1. Cor. 14. 40. τάξις ϗ εὐσχημοσύνη[a], *Ordo* quidem quo præſidentes & præcones Euangelij habent certam agendi regulam, auditores aſſueſiunt ad obedientiam, & in bene compoſito Eccleſiæ ſtatu, pax & concordia ſeruatur. *Decorum* verò quo excitamur iſtis adminiculis ad pietatẽ & modeſtiam & grauitas in pietatis tractatione elucet.

XXXI. *Quæ Repugnantia?*

1. Error, tum eorum qui nimium, tum eorum qui minùs quàm par eſt Eccleſiæ tribuunt.

2. *Nouatianorum* ſeu *Catharorum*, qui lapſis in Confeſſione, aut magnis ſceleribus pollutis veniam negabant.

3. *Monarchia Pontificum*, & Tyrannis quam ſibi arrogarunt in transferendis Regnis mundi.

2. *Tyrannica* illa *vox*, Papam Ro. à nemine mortalium iudicandum, & ſupra concilium eſſe.

3. *Vſurpatio* & *Abuſus* Clauium, & poteſtatis pro arbitrio remittendi vel retinendi peccata.

4. *Maioritas* atque poteſtas Prætoria, quã ſibi, vi ſucceſſionis & Eccleſiæ, quum libet, in Canone Scripturæ ſenſu aſſignando: cudendis Articulis fidei: condendis Legibus, traditionibus non ſcriptis proponendis, & iudicandis, & Decretis impiis ſtabiliendis, ſumpſerunt, eò quòd vt aiunt, Pontifex omnia iura habeat in ſcrinio ſui pectoris.

5. *Ceremoniæ*, ritus papales, & ἐθελοθρησκείαι cum verbo Dei pugnantes.

6. Error Eccleſiã eſſe regulã eorũ omnium quæ creduntur, cùm contra Scriptura ſit ſola fidei regula.

7. Impia & ſuperſtitioſa *opinio neceſſitatis*, meriti, & cultus in obſeruatione ceremoniarum humanarum.

8. Κακοζηλία Legis Moſaicæ.

9. *Sacrilegium*, quo Laicos arcent à lectione ſacrarum literarum, & ne ſacra Biblia vulgata lingua excudantur, interdicunt.

10. Adhæc *Concilia* authoritate Pontificis cogi & regi debere, Eiuſmodi concilia errare non poſſe.

11. Oportuiſſe Eccleſiam Verbi Scripti defectũ, *traditionib.* non ſcriptis, ſupplere. quod eſt plus tribuere authoritatis

VI. *Quid eſt lapſus circa mores?*

Peccatum, dictum, aut factum, quo proximus læſus eſt & eſt duplex, Priuatum ſiue occultum: & Publicum ſiue manifeſtum. Occultum eſt, cuius vnus aut pauci ſunt cõſcij, nec publicum offendiculum eſt: & rurſum vel ex ignorantia, aut imbecillitate humana, aut ex malitia commiſſum eſt.

Qualis diſciplina hîc obſeruari debet?

Priuata admonitio adhibenda eſt, eàque iuxta regulã à Christo præſcriptam [a] cuius quatuor ſunt gradus. 1. Vt qui peccauit, admoneatur, & corrigatur priuatim ab eo, cui ſoli peccatum iſtud innotuit, ne latiùs diſpergatur malum, cui mederi priuatis premediis poſſumus. Nam εἰς σὲ, phraſi Græca, ad te, ſiue apud te id eſt coram te ſeu te conſcio ſignificat. 2. Vt ſi illius correctionem contempſerit, iterum moneatur adhibito vno aut aut altero teſte 3. Vt ſi horum quoque admonitionem contempſerit admoneatur ab *E*cclesia, id eſt à Senatu *E*ccleſiaſtico. 4. Quòd ſi hac via nihil ſuccedit habeatur pro *E*thnico & Publicano, i. impio & profano. a *Matt.* 18,

Ethnicus enim (ex vetere diſtinctione Iſraelis à cæteris populis, qui ἔθνη, & Gẽtes Hebræis גוים *Goiim* vocabãtur, & alieni à Rep. Iſraelis, & fœdere promiſſionis erãt, *E*ph 2, 12.) dicitur, qui profanus eſt à religione prorſus alienus. Publicani verò, quòd Romanis, i. profanis hominibus operam ſuam locantes ad tributorum exactionem, & cum incircunciſis communem vitæ conſuetudinem haberent, & auaritiæ nomine peſſimè audirent, inter profanos à cæteris Iudæis cenſebantur, & peccatores ſeu ſceleſti vocabantur [b].

Prudenter tamen hæc Correctio vſupanda eſt: ſi enim quis lapſus eſt ex ignorantia, aut infirmitate, ſufficit blãda admonitio cum exhortatione vitandi in poſterum tale delictum. At ſi ex malitia peccatum eſt, lapſus etiam occultus ſeueriùs eſt corrigendus: aſperiùs etiam ſæpius relapſus, quàm ſemel humana imbecillitate lapſus, tractandus eſt. b *Matt.* 9. 10. & 11. 19 *Luc.* 7. 34. & 18. 11.

VII. *Quid eſt Peccatum Publicum?*

Quod palam geſtum, vel publice notum, & apertum eſt: & cum publico offendiculo coniunctum: Eſtque vel *ligata & in cœlo: quæcunque ſolueritis, ſoluta erunt*: ligat enim Eccleſia, quem excommunicat: ſoluit verò quem in communionem recipt.

II. *Quid eſt Diſciplina Eccleſiaſtica?*

Eſt pædagogia Eccleſiaſtica authoritate Verbi Dei inſtituta qua homines in familiam Chriſti recepti, ad pietatem diriguntur, & coercentur , nequid Chriſtiana profeſſione indignum committant: Peccantes verò, vel *amanter* redarguuntur, obiurgantur, & corriguntur, vt in viã redeant & iuxta doctrinæ Euangelicæ præſcriptum ſinguli ſuum officium faciant.

III. *Quotuplex eſt diſciplina Eccleſiaſtica?*

Duplex: *Communis*, cui ſubeſſe omnes Eccleſiæ ciues ex æquo debent. Et *Propria*, quæ Cleri peculiaris eſt, & ad ſolos Eccleſiæ Miniſtros in officio continendos pertinet, Et *Communis* rurſum duplex eſt, *Ordinaria*, & *Extraordinaria*. Eſt autem Ordinaria, quæ verbum Dei, & traditionem Apoſtolicam pro regula ſemper habet, & à qua nunquam deflectit, & in Eccleſia perpetuò obſeruatur.

IV. *Ordinariæ Diſciplinæ quot ſunt partes?*

Duæ: verſatur enim tum in lapſibus corrigendis, tum in iudiciis Eccleſiaſticis exercendis.

V. *Quotuplices ſunt lapſus?*

Duplices, aut circa doctrinam, aut circa mores.

Quis eſt lapſus circa doctrinam?

Error in doctrina ſeu Dogmate, qui vel ex ſola ſimplici ignorantia vel ſimul ex improbitate oritur: ſi autem à recepta ſana doctrina ita receditur, vt contemptio Dei & Eccleſiæ ipſius iudicio. ſentẽtia, obſtinate & pertinaciter defẽdatur, & Eccleſiæ cõcordia violetur, hæreſis dicitur.

Quæ hic diſplina adhibenda eſt?

Oportet ignorantes paulatim erudiri [a]: malitiam verò coargui: tum priuatis tum publicis admonitionibus, & ſi opus ſit, iudiciis Eccleſiaſticis coram preſbyterio coërceri [b]. Hæreticum autem deuitare poſt vnam aut alteram, commonefactionem [c]; relicto Magiſtratui officio ſuo.

a 1.Cor.3.2.
Rom.14 1.
Eph.4.1.
b Act 7.51
& 13.10.
Gal 3.1.
c Tit. 3. 10.

VI. *Quid*

I. *Quot ſunt partes ſiue gradus Eccleſiaſticæ Correctionis?*

Tres. 1. Ἐπιτιμία ſeu Ἐπιτίμησις, increpatio ſeu obiurgatio & νουθεσία, commonefactio, quæ eſt Cenſura ad peccati modum, & peccatoris vel obſtinati, vel verè confitentis, & reſipiſcentiam profitentis ædificationem accommodata.[a] a 2. Cor. 2. 6.

2. Excluſio, ſuſpenſio, ſiue abſtenſio à Cœna Domini, qua interdicitur ad tempus Cœnæ participatione.

3. Excommunicatio, quę eſt Eccleſiæ ſententia, præeunte legitima cognitione, prolata in Dei nomine & authoritate, qua declaratur quiſpiam eiuſdem Eccleſiæ ſocius, ſi ſcelere aliquo, vel contumacia Eccleſiam offenderit, & reſipiſcere ad ædificationem Eccleſiæ recuſet, ex Chriſti mandato iuſte excluſus ex Sanctorum communione ſiue ex Dei Eccleſiæ corpore.

Fuit tamen duplex Excommunicationis ſpecies: prior ab Hebræis *Niddui* vocata id eſt ſummotio, & *excluſio* à communi cœtu, hodie *minor excommunicatio* Eccleſiis dicta. Hæc ſi nihil profuerat, peccatori non reſipiſcenti pronuntiabatur altera, Hebræis *Cherem*. i. anathema dicta ac tandem etiam *Schamatha*, quæ fuit vltima deuotio, & *execratio*. Illud autem Paulus vocat, *Tradere* quempiam *Satanæ ad carnis interitum*, *vt ſpiritus ſaluus fiat*, 1. Cor. 5. 5. Et 1. Tim. 1. 20. adhibita tamen exceptione, niſi reſipuerit. quod quidem non eſt tradi Satanæ, corporis afflictione excruciandum, vt quidam interpretantur: cùm Eccleſiaſtica iudicia, non corpus, vt ciuilia, ſed animum proprie ſpectent: ſed apud Iudęos erat ἀποσυνάγωγον γίγνεσθαι, *moueri ſynagoga*,[b] *& è populo ſuo excindi*.[c] *& pro Ethnico & Publicano haberi*, i. profano & prorſus alieno à re- b Ioh 9. 22.
ligione:[d] Apud Chriſtianos verò eſt *Excommunicari*, i. c Gen. 17. 14.
ius Chriſtianæ ciuitatis vſque ad reſipiſcentiam amit- Leuit. 7. 2.
tere: Satanæ denique mancipari, qui extra Eccleſiam re- d Matt. 18.
gnat. 17.

XI. *Quinam ad hoc Iudicium vocandi ſunt?*

Non penitus extranei, cuiuſmodi ſunt hodie Iudæi, Turcæ, &c. nec etiam ſchiſmatici, hæretici, & qui prorſus delictum quod errore vel infirmitate perpetratur, aut etiam caſu inopinato accidit: vel flagitium, vt ſcortatio, adulterium, vſura, ebrietas, furtum vel contumacia in admonitionibus contemnendis. Et flagitiorum alia multitudinem, alia paucos tantum de multitudine inuaſerunt.

Qua diſciplina hic vtendum eſt?

Sequendum eſt præceptum Pauli 1. Tim. 5.20. *Peccātes* (ſcilicet cum publico offendiculo, vt alia inquiſitione opus non ſit, vel idoneis teſtibus in ſacro cœtu conuictos) *coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Et exemplum, quo præceptum in reprehẽdẽdo Petro in facie Eccleſiæ, confirmauit[a]. Flagitioſi verò & contumaces, ſunt etiam in communi ſynedrij vel Preſbyterii cœtu arguendi & corrigendi.

a Gal. 2. 11. 14.

Sed cauendum ne rigor modum excedat, neve medicina in venenum vertatur. Seueritas exercenda eſt in peccata paucorum: inquit Auguſtinus. In flagitiis autem & erroribus, quæ multitudinem inuaſerunt, obſeruanda regula eiuſdem Patris, In corripiendis fratribus, miſericorditer corripiat homo quod poteſt: quod autem non poteſt, patienter ferat, & cum dilectione gemat ac lugeat.

VIII. *Quinam hanc Corrigendi facultatem habent?*

Occulti quidem lapſus à quouis priuato, qui lapſus alicuius conſcius eſt corrigendi: Publici verò vel à Miniſtris verbi coram omnibus arguendi ſi videbitur ad ædificationem Eccleſię facere, vel iudiciis Eccleſiaſticis coërcendi ſunt.

IX. *Quid eſt Iudicium Eccleſiaſticum?*

Eſt cùm, in ſenatu Eccleſiaſtico, de lapſis vel in errorem, vel in peccatum, vocatis qui vocandi ſunt, & patienter tum ipſis reis, tum, ſi ſit opus, idoneis teſtibus auditis legitimum examen & cognitio inſtituitur: Tum Correctio ſiue pœna conueniens decernitur: ſic vt ipſi peccantis conſcientiæ ne vel in peccato foueatur, vel redundante triſtitia abſorbeatur & Eccleſiæ ædificationi conſulatur.[b]

a 1 Cor. 5. 3. 4. 5.
b 2 Cor. 2 7.

X. Quot

canonicè & legitimè electorum [a]: ſed tamen conſcia & approbante tota Eccleſia: alioquin non poſſet excommunicati familiarem conſuetudinem vitare: Conſtat enim Chriſtum, cùm de hac re diſſereret [b], nomine Eccleſiæ Synedrium ipſum, ſeu Preſbyterium, id eſt Senatum Eccleſiaſticum intellexiſſe: accommodato ad ſuorum temporum conſuetudinem ſermone. Sed & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ poteſtas, penes eos erat, qui ἀρχισυνάγωγοι vocantur [c], qui particularium etiam Eccleſiarum negotia adminiſtrabant. Eiúſque exempla extant Ioh. 9.22 [d]. Et Paulus 2. Cor. 2.6. *Sufficit*, inquit, *iſtiuſmodi homini iſta increpatio*, non priuata, non publica coram tota Eccleſia, ſed ὑπὸ τῶν πλειόνων, id eſt *à pluribus*, nempe in Preſbyterio facta. Ex quo conſequitur omnes Antichriſti Romani, & Pſeudepiſcoporum Excommunicationes ipſo iure nullas eſſe.

a 1. Tim. 4. 14.
b Matt. 18. 17.
c Marc. 5. 22.
d & 12. 42. & 16. 2.

XIV. *Qualiter licet legitimo Presbyterio ſpiritualem hunc gladium ſtringere?*

Non pro ſuo arbitrio, aut priuata authoritate: ſed 1. Præeunte legitima cognitione. 2. Iuſtis de cauſis. 3. Ex præſcripto verbi Dei. 4. In timore & tremore Domini. 5. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, 1. inuocato Dei nomine; & vt facere eos oportet, qui non ſuum, ſed vnius Domini negotium, ex ipſius Domini verbo curãt, & cum poteſtate Domini [e]. 6. Cum Spiritu manſuetudinis, ſummáque tum clementia, tum charitate [f]. Nã quod iniquè & illegitimè agitur in terris, ratum eſſe nõ poteſt in cœlis.

e 1. Cor. 5. 4.
f Gal. 6. 1.

XV. *In quos ſtringi debet?*

In blaſphemos hoſtes gloriæ Dei & veritatis, pertinaces, hæreticos & ſeductores, ſimulachrorum cultores, ſchiſmaticos, ſeu ſectarios, periuros ſeu perfidos, & in apertè flagitioſos, vt rebelles ſuperiorum monitis, homicidas, ſcortatores, fœneratores, conuitiatores, ebrioſos, rapaces, ἀτάκτους ſiue inordinatos, eóſque αὐτοκατακρίτους, ſibi damnatos, & poſt conuictam conſcientiam in pertinacia perſeuerantes, cõtumaces & incorrigibiles, omnẽque Chriſtianam admonitionem ſpernẽtes: ſed præſentes, non abſentes [g].

g Matt. 18. 17. 1. Cor. 5. 11. 1. Theſſ. 3. 4. Tit. 3. 11.

ab Eccleſia Chriſtiana diſceſſionem fecerunt, vel nunquam verę Eccleſiæ ſeſe adiunxerunt, ſed ij duntaxat qui adhuc in Eccleſiæ ſinu verſantur, nec apertè ad ſectarios tranſierunt, dicente Apoſtolo, *Si quis cum frater nomine tur*, i. ſe Eccleſiæ membrum profiteatur, *ſit ſcortator, aut auarus rapax, cum eiuſmodi ne edatis quidem, aut commiſceamini. Quid enim mea intereſt de extraneis iudicare nonne de iis qui intus ſunt, vos iudicatis? De extraneis verò Deus iudicabit: Tollite igitur ſceleratum de medio veſtri.* 1. Cor. 5. 11. &c.

XII. *Quis author Iudicij iſtius Eccleſiaſtici?*

Deus ipſe. Nam ſemper in Eccleſia, ab initio mundi, diſciplina hęc in vſu fuit, qua non tantum Eccleſia in genere à manifeſtè profanis hominibus ſeiuncta fuit (vt olim ante diluuium: filij Dei, i. pij ex Sethi poſteris oriundi, à filiis hominum, i. impiis ex Caini familia[a]) ſed qui malè ſe gerebant, è ſinu Eccleſiæ eiecti ſunt. Quo ſenſu veteres Cainum *à facie domini* excluſum dici cenſuerunt:[b] Et Adulti incircuncisi, qui circuncisionem neglexiſſent, aut à parentibus neglectam approbaſſet, è populo ſuo, i. Sanctorum conſortio, Dei mandato exciſi erant,[c] Et Dei lege varii pollutionum, vt lepræ, & aliarum ſegregandarum, purgandarum, & expiandarum ritus preſbyterio ſynagogico præſcripti ſunt[d].

Chriſtus denique hunc ordinem ex Eccleſia Iſraelitica ad nos tranſlatum, expreſſe conſtituit:[e] Et Paulus ipſe Corinthi, tum alibi obſeruandum præcepit.[f] Et 2. Theſſ. 3. 14. *Si quis non auſcultat*, inquit, *noſtro per Epiſtolam ſermoni* τῷ τοῦτον σημειοῦσθε, *hunc notate*, Excommunicationis nota ſcilicet.

a Gen. 4. 20. & 6. 4
b Gen. 4. 11. & 4. 16.
c Gen. 16. 14
d Leuit. 5. 1. 2. & 13. 2. 40. 6. 42 Num. 5. 2. 6. & 19.
e 1. Cor. 5. 1. 2. 3. 4. 5. & ſeq. 1. Tim. 1. 20
f 1. Cor. 12.

XIII. *Penes quem Ius Excommunicationis eſſe debet?*

Non penes vnum quempiam, ſiue Epiſcopum ſiue ab Epiſcopo ordinatum, nedum Papam Oecumenicum, vt patet 1. Cor. 5. 4. *Vrbis*, inquit Paulus, *cum Spiritu meo congregatis*, ſed penes Paſtorem, & eorum cœtum, quos peculiari appellatione κυβερνήτας, Gubernatores vocat Apoſtolus,[g] ſeu preſbyterium, i. Collegium ſeniorum Canonice cauſis, atque ligatio, & ab iiſdem perſonis[a]. Proinde vt ius habet eiiciendi Eccleſia, ita eodem ordine ius habet recipiendi publicè peccatores, de quorum reſipiſcentia ſatis conſtiterit. a2.Cor.2.5.& ſeq.

XVIII. *Quis finis & ſcopus Excommunicationis?*

1. Vt corrigantur ſcelerati, ſcandala tollantur, & Eccleſia pura ſit, non pollutis præſertim Sacramentis quoad eius fieri poteſt, neque cum Dei contumelia & multorum offenſione malè audiat, quaſi ſit quorumuis ſceleratorum receptaculum[b]. bMat.7.6. Rom.2.24.

2. Ne contagio ad reliquos Eccleſiæ ciues ſerpat: 1 Cor.5.12.
Nam vt dici ſolet.

Morbida ſola pecus totum corrumpit ouile,
Ne maculet alias, eſt ſeparanda grege.

Et *Paulum fermenti, totam maſſam fermentat*, 1. Cor.5.6.& Gal.5.9.

3. Vt Excommunicatus aliquo ſaltem pudore victus, in viam reuocetur, reſipiſcat, deflectat à malo, & ſaluus fiat. Hoc vocat Paulus, *Tradere* quempiam *Satanæ* εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, *ad interitum carnis, vt Spiritus ſaluus fiat*, i. vt ex inflicta huiuſmodi pœna, pœnitudine, pudore, dolore, triſtitia exorta, Caro ſeu Vetus homo, quæ in hoc præcipitium ipſum arripuit, dometur, crucifigatur, & interimatur. & Spiritus, i. interior homo ſeu nouus homo, qui videbatur in certamine prorſus ſuccubuiſſe, reuiuiſcat, ſeſe erigat, proficiat, augeatur, & maneat ſuperſtes ſiue *vt moriatur error, & viuat homo*, inquit Auguſtinus, ſerm. 31. De verbis Apoſtoli[c]. Iuxta illud prouerbium, Ἐὰν ἔπαθες, ἔμαθες[d]: Et ita qui reſipuit, *ſit ſaluus*, ſicut exponitur, 2. Tim. 2.25.26 vt ſanitate mentis recepta *euadat ex diaboli laqueo, à quo captiuus factus eſt.* Et 1. Pet.4. Vt *damnetur ſecundùm hominem*, i. carne: *viuat autem ſecundùm Deum*, i. Spiritu, i. *moriatur peccato, & viuat iuſtitiæ.* c1.Cor.5.5. 1.Tim.1.20. d2.Theſſ. 3.14.

4. Vt reliqui Eccleſiæ ciues timeant. & in officio cõtineantur[e]. e1.Tim.5.20.

5. Vt ſupplicia quæ à Deo propter peccata Eccleſiæ impendent, euitentur.

XIX. *Quis Effectus Excommunicationis?*

XVI. *A quibus rebus excluditur Excommunicatus?*

Non tantùm à Sacramentorum communicatione: hæc enim eſt ſuſpēſio ſolùm, ſed à toto corpore & beneficiis Eccleſiæ, & à conſeruatione ordinaria, colloquiis, habitatione, commerciis vitæ cum reliquis mēbris Eccleſiæ: Nulla enim nobis cum Excommunicato voluntaria, familiaris, & animi cauſa συναναμίξις, commixtio, conſociatio, & communicatio eſſe debet, 2. Theſſ.3.10. μὴ συναναμίγνυσθαι)1.Cor.5.11. ſed debet iſte nobis eſſe tanquam Ethnicus, vt Chriſtus monet Matt.18.17. Nec cibus quidem cum illo capiendus, nec ipſe recipiendus in domum, nec dicendum illi Aue, 1.Cor.5.11.[a] ſed ab eo declinandum[b]: ita tamen vt liberi, vxor, & ſubditi (quoad Magiſtratum attinet) non eximantur à debitis obſequiis, (ne omnia confundantur,) nec propter peccatum patrisfamilias eodem loco habeantur: modò caueant ne iſta ſua conuerſatione aſſenſum eidem crimini præbeant. Quod ad alios attinet, euitetur Excommunicatus.

a 2. Ioh. v. 10.
b Rom. 16. 17.

Non tamen ab auditione verbi Dei arcendus eſt[c], quatenus hoc pacto in viam peccator reuocari poteſt, 2. Theſſ.3.14. *Siquis non obedit ſermoni noſtro, ne commercium habeatis cum illo: ſed tamen*, ſubiicit Apoſtolus, *admonete vt fratrem.* Non igitur ceſſandum eſt à monendo, ducendo, corripiendo, neque à cibando, potando, ſi neceſſitas vrſerit; ſed tentanda omnia, quibus ſi fieri poteſt, in viam redeat. Non eſt inquam, fraterna charitas ab eo ſeparanda qui à nobis externa communione ſeparatus eſt nam Excommunicatio non debet vlteriùs extendi, quàm charitas & alia diuina præcepta patiuntur. Etenim excommunicatio eſt gladius non hoſtis perimentis, ſed medici ſanantis, vt veteres dixerunt. De neganda autem mortuis cœmeteriorum ſepultura, Scriptura nihil edicit.

c 1 Cor. 14. 24.

XVII. *Quandiu durat Excommunicatio?*

Quandiu Excommunicatus ſe doctrina & vita à Chriſto alienum eſſe oſtendit[d]. Cùm verò reſipuerit, & præbuerit dictis & factis ſpem melioris frugis, tū recipi debet denuò in Eccleſiam: nam abſolutio fit ex contrariis

d Rom. 16. 7.

cauſis

exitio deuotum, vt Rom. 9.3.

Hac igitur posteriore significatione est Anathema, cùm is qui est inemendabilis, & desperatus, siue hæreticus, siue blasphemus, siue aliàs facinorosus, æterno exitio & morti deuouetur, & addicitur. Gal. 1. 8. *Siquis vobis euangelizauerit, præter id quod vobis euangelizauimus, anathema esto.* Et 1. Cor. 16. 22. *Siquis non amat*, i. siquis odit & persequitur nomen Christi, *sit anathema maranatha*, quæ fuit vltima deuotio & execratio. Cuius vt non ita nobis nota est ratio: ita etiam vsus rarissimus esse debet.

Sic in veteri Testamento Excommunicatus est, siue anathematizatus, & veluti exitio æterno deuotus Chore, Dathan, & Abiron, qui viui absorpti sunt[a]: & Achan[b]. a *Num. 16. 26. & seq.*
Sic in nouo Testamento deuotus esse videtur à Paulo Alexander ille faber ærarius[c]: iuxta illud, *Vtinam abscindantur, qui vos conturbant*, Gal. 5. 12. Sic item deuotus est b *Iosue. 7. 7 25.*
ab Ecclesia Imperator ille Rom. Iulianus Apostata, vt c *2. Tim. 4. 14.*
postea preces, non pro eo, sed contra eũ conciperentur.

XXII. *An, vbi Christianus est Magistratus, qui dissolutè viuentes gladio coërcere potest, Ecclesiasticis iudiciis, & Excommunicationi locus esse debet?*

Omnino, Si Christus tanquam Ecclesiæ caput, audiendus est, eius & verbum ipsius expressum, & perpetuam omnium seculorum consuetudinem habeamus, & Magistratus custos diuinarum constitutionum esse debeat. Quia non temporarium, sed perpetuum ordinem Ecclesiæ describit Christus Matth. 18. 17. vbi consuetudinem in veteri Iudæorum Ecclesia semper obseruatam sequutus, significauit Ecclesiam non posse carere spirituali Iurisdictione, quæ ab initio fuisset.

Nec certè illud, *Dic Ecclesiæ*, significat Dic populi tui, Magistratui, qui ius gladij siue necandi potestatem habeat, sed Senatui Ecclesiastico. Nec illud, *Nisi Ecclesiam audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus*, significat, Nisi Magistratum, qui eiusdem tecum sit religionis, audierit, apud profanum Magistratum cum eo, ac si cum Gentili, vel Publicano tibi disceptandum esset, litiges li-

Non eſt brutum fulmen, aut fulgur è pelui, vt habe-
tur in prouerbio, i. non eſt inane terriculamentum: nam
Deus habet ratum in cælis, quod à vera eius Eccleſia iu-
a Mat. 18. ſtas ob cauſas ritè ligatum eſt ſuper terram[a]. Sed maxi-
18. mè formidabile in Dei Eccleſia iudicium: ſed ita de-
Ioh. 20. 23. mum, ſi cenſores, Dei fuerint inſtrumēta, i. ſi ex Dei ver-
bo quiſpiam legitimo veræ Eccleſiæ iudicio damnetur.
Alioquin præſtat ex impiorum conſortio eiici, quàm in-
b Pſa. 1. 1. 7 ter eos numerari[b]; Et iniuſta Excommunicatio, benedi-
c Gen. 12. 3. ctio eſt[c].
Matt. 5. 11. Deinde Excommunicatus traditur Satanæ, hoc eſt ef-
Pſ. 109. 28. ficaciter declaratur ſub regno & poteſtate Satanæ, nihil-
que ampliùs ad regnum Chriſti pertinere, ſed exitio de-
uotus eſſe, donec ſuam reſipiſcentiam ſeriò fuerit teſta-
d 1. Cor. 5. tus[d]: Nam Excommunicatione durante, alligatus eſt ex-
4. 2. Cor. 2. tra Eccleſiam, qui Satanæ eſt traditus, cuius poſtea vin-
6. 7. 8. cula per reſipiſcentiam ſoluuntur.
e Gen. 3. 24.
f c. 4. 11.
g Num. 5. 1.
2. 3.

XX. *Quænam habes huius Excommunicationis Exempla?*

h Num. 12.
14. 1. In Adam & Eua[e], & Caino[f].
i Leu. 5. 2. 6. 2. In leproſis[g], & Maria ſorore Moſis, authore ipſo
k Leu. 7. 20. Deo ſecluſa 7. dies extra caſtra, & poſtmodum aggrega-
l Num. 9. 6 ta[h], In immundorum ſeparatione, donec facta eſſet ex-
11. & 12. piatio[i], interdictione pollutis facta ab eſu ſacrificij Eu-
Chron. 30. chariſtici ſub exciſionis pœna[k]. Vnde polluti quidam nō
2. 15. primo menſe cum reliquis, ſed ſequenti menſe poſt fa-
ctam expiationem Paſcha celebraſſe leguntur[l].
3. In Corinthio illo inceſtuoſo[m]. 4. In Hymenæo &
m 1 Cor. 5. 3 Alexando[n]. Item in Imperatore Theodoſio, quem Am-
4. 6. broſius, propter iniuſtam cædem Theſſalonicæ perpe-
n 1. Tim. 1. tratam, excommunicauit.
20.

XXI. *Quid eſt Anathema?*

Græci ἀναθήματα vocant Donaria, ſiue dicata quæ tem-
plorum ærariis conſecrantur, παρὰ τὸ ἀνατιθέναι, quòd ſo-
leant dicari, & de parietibus aut columnis templi ſuſpē-
di. Vnde Templum Ieroſolymitanum dicitur ἀναθήμασι
o Luc. 21. 5. ornatum[o]. Ἀνάθεμα verò, ab eodem verbo deriuatum li-
cet, diuerſæ tamen ſignificationis vocabulum, id decla-
rat quòd Hebræi *hérem* appellant, i. execrandum quid &

exitio

bet verbo Dei, ſed in iudicio Paſtorum, & ſeniorum Eccleſiæ relicta eſt, prout temporis neceſſitas requirit. Vt 1. Si quid inopinatum euenit, veluti Eccleſię alicuius vel magnorum virorum è periculis liberatio felix Eccleſiæ & Miniſterij verbi ſucceſſus, propagatio doctrinæ, in aliis regionibus. Hic officium Paſtorum fuerit conſentientibus Magiſtratu pio, vel præcipuis Eccleſiæ membris populum certo tempore conuocare & ad gratiarum actionem inuitare.

2. Si tractatur res aliqua difficilis, & magni momenti, in bonum vel perniciem Eccleſiæ.

3. Si graſſari incipiet peſtilentia, vel fames, vel bellum.

4. Si clades aliqua Eccleſiæ illata eſt, vel imminet.

5. Si in publico grauius aliquid peccatum eſt, hic populus conuocandus eſt, & exhortatio ad pœnitentiam, ieiunium, & preces inſtituenda, vt docent exempla *a*. Et Matt. 9. 15 *Auferetur ſponſus, & tunc ieiunabunt b* Ex quibus locis etiam patet Ieiunium, etſi per ſe non eſt ſpecies Dei cultus, (*Regnum enim Dei non eſt cibus aut potus*, Rom. 14.17.[c]) ſed κατά τι tantùm ad aliud relatum, nempe ad pœnitentiam veram, orationem, & reliqua pietatis exercitia, non ſola hominum traditione, ſed Dei verbo inſtitutum.

a *Iudic.* 20. 26. 1 *Sam.* 7. 6. 2. *Paral.* 20.3. *Eſth.* 4. 16. *Nehem.* 9. 1. *Ioel.* 1. 14. & 2. 15.
b *Act.* 13. 3. & 14. 23.
c 1. *Cor.* 8. 8.

XXV. *Quid eſt Ieiunium?*

1. Non illud quod à Deo imponitur, nec ſponte eligitur, aut cælo occluſo, ac terra obdurata, aut cùm bellicis tumultibus, quæque vaſtantur, vt Abrahami, Iſaaci, Iacobi, Eliæ temporibus, *d* & dicitur fames, ad quam ferendam inſigni fide & pœnitentia opus eſt.

d. *Gen.* 12. 10. & 41. 53. 1. *Reg.* 18. 2.

2. Nō eſuries, ſeu ἀσιτία, ex neceſſitate & penuria cibi, vt Act. 27. 21. 33. cum comites Pauli in naui ob iactationes tempeſtatum & metū naufragij, appetitu fruſtrato per 14 dies cibum non ſumpſiſſent, vel ſi in morbo ſimile fiat, dicuntur ἄσιτοι, ieiuni, ὑπερβολικῶς permanſiſſe. Sed non eſt illud Ieiunium de quo propriè hîc agimus.

3. Sicut nec illud Pauli, Act. 9. 9. qui viſione exterritus, tribus diebus nec vidit, nec bibit.

4. Nec illud Ieiuniū Chriſti, [e] ſicut etiam Moſis, [f] & Eliæ, qui virtute vnius prandij per 40. dies & noctes, im-

e *Mat.* 4. 2.
f *Exod.* 24. 18. & 34. 34.

cet: quaſi ſolos Iudæos ſui temporis Chriſtus alloquatur. Nam promiſſio illa, Quicquid ligaueritis in terra, non eſt vnius populi, vel anni, vel paucorum, nec ad Magiſtratum pertinet.

Deinde ſub Imperatoribus Chriſtianis viguit diſciplina hæc Eccleſiaſtica, illique ſe ſubiecerunt: nec immeritò. Imperator enim bonus, intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt. Sic Theodoſius ab Ambroſio ob cædem Theſſalonicæ perpetratam, iure communionis priuatus eſt, donec cum gemitu & lacrymis defleuit publicè in Eccleſia peccatum ſuum, & veniam orauit.

XXIII. *Annon potiùs agendum quomodo plurimi in Eccleſiam includendi, quàm aliqui ſint ex ea exturbandi, & ad Sacramenta, quæ ſunt ad pietatem incitamenta, magis omnes inuitandi, quàm propter flagitia ab iis arcendi, qui alioquin baptizati, religionem Chriſtianam profitentur?*

Vtrumque agendum eſt, & hoc quidem poſterius ex Chriſti non de ſolis Euangelij hoſtibus ſed profanis contemptoribus loquentis mandato, Matth. 7.6. *Ne date quod ſanctum eſt canibus, nec proijcite margaritas veſtras coram porcis.* Et Pauli exemplo, qui 1. Cor. 5. 3. Inceſtuoſum illum iubet ἐξαιρεῖν ἐκ μέσου: i. non interficere: quis enim exiſtimarit Paulum voluiſſe Eccleſiaſtico Preſbyterio tribuere ius Magiſtratibus proprium: & non diabolo excarnificandum, & morbo vel alia ratione conficiendum tradere, ſed ex cætu & conſortio fidelium extrudere. Referenda ſunt tamen omnia ad ædificationem, & ſpectandum diligenter, quid ferre poſſit captus eorum, quibuſcum nobis negotium eſt, & timendum ſchiſmatis periculum, ſed hac lege, vt non hominibus ſeruire, ſed Deo comperiamur.

XXIV. *Quæ eſt Diſciplina Communis Extraordinaria?*

Quæ nec tempus, nec fixam formam pręſcriptam habet ato proprio arbitrio, ſiue publica: ſiue priuata incidente neceſſitate(vt cùm peccatum agnoſcit, vel tentationes Satanæ ſentit, vel aliquid à Deo impetrare vult) ſuſcipitur. 2. Sam 12.16.17. Pſal.35.13. *Ego autem cùm ipſi ægrotarent, induebar ſacco, Humiliabam in ieiunio animam meam, & atio mea in ſinum meum vertebatur* [a]. In quo obſeruando veteres confitebantur peccata, lugebant, ſaccis induebantur, incurui ingrediebantur, [b]. ſcindebant veſtimenta, iacebant in puluere, [c] cinere capita aſpergebant [d] ſed hæc fuerunt pars pædagogiæ veteris Teſtamenti, quia Chriſtus iſtos ritus ita abrogauit, vt liberos fecerit [e].

a Dan. 9. 3. Nehem. 1. 4. Luc. 2. 37. Act. 10. 30. Marc. 2. 18.
b Pſ. 35. 14.
c Iſa. 58. 5.
d Dan. 9. 3. Heſter. 4. 1.
e Mat. 5. 17.

XXVII. *Quænam cautiones in Ieiunio ad vitandam ſuperſtitionem ſunt obſeruandæ?*

1. Requiritur in primis Ieiuniū ſpirituale, ſeu allegoricum, quod eſt purificatio cordis per fidem in Chriſtum, abſtinentia ab omni cibo & fermento malitiæ, ab illicitis cupiditatibus, luxuria, inuidentia, faſtu, ira, odio, auaritia &c. & delictis, idololatria, furto, rapina, adulterio, mendacio, litibus &c. vt dicitur Ierem. 14. 12. *Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum, quia à peccatis non abſtinent.* Scindenda enim ſunt corda, non veſtimenta, Ioel. 2. 13. Nec magni per ſe æſtimatur à Deo Ieiunium, imò hypocriſis eſt, & *Phariſaicum Ieiunium*: niſi adſit interior cordis affectus, vera peccati, & ſui ipſius diſplicentia, vera humiliatio, verus dolor ex timore Dei, & verū iuſtitiæ & charitatis ſtudium [f].

2. Cauendum eſt, ne pro opere meritorio, placatorio, pro peccatis ſatisfactorio, voti ſatisfactione, ſpecie diuini cultus, aut modo honorandi Sanctos cenſeatur [g].

3. Ne in ſuperſtitioſa temporis & dierū, obſeruatione [h] aut ciborū, vti carnis, lacticiniorum, & piſciū ſeu legum inum diſcrimine & delectu, tantum ponatur [i]. Veteres enim nihil omnino edebant, ſed in luctu humilitate animi, peccatorum confeſſione, & precatione verſabantur, Et lex ſtati Ieiunij, nempe decimo die ſeptimi mēſis, celebrandi [k], non obligat in nouo Teſtamento: multò minùs Ieiunia à Iudæis [l], humana tantùm traditione inſtituta. Et Chriſtus crucem, calamitates, & perſecutiones

f Iſa. 58. 5. 6. 7.
g Iſa. 58. 3. Zach. 7. 5. Luc. 18. 12.
h Iſa. 58. 8.
i Cor. 2. 21.
k Leuit. 16. 29. & 23. 27
l Zach. 7. 5. Eſther. 9. 21.

a 1.Reg.19.8. paſtus ambulauit[a], quia miraculoſum fuit, & inimitabile. Nec enim quodlibet factum Chriſti imitari nobis licet.

5 Non eſt ſimpliciter quotidiana temperantia, ſobrietas, frugalitas, & parſimonia in victu, ſeu abſtinentia à nimio cibo & potu & illicitis voluptatibus prima lege indicta, [b] qua piorum vita toto ſuo decurſu temperata

b Gen.1.29. Rom.13.14. eſſe debet ſecundùm illud, *Vigilate, & ſobrij eſtote*, 1. Petr.5.8.

Sed, Eſt ſpontanea, non carnis, ouorum, aut lacticinij certis diebus, ſed ſiue prandij vſque ad veſperam: ſiue cœnæ, vſque ad ſequentis diei prandium, ſiue vtriuſque ſimul prandij & cœnæ, & aliarum corporis delectationum & lætitiarum, quantum natura cuiuſque ferre poteſt, vnius diei, vel plurium abſtinentia: & ſi per plures dies ieiunandum, & aliquid cibi ſumendum eſt, eius parca & tenuis admodum abſque omnibus lautitiis vſurpatio tantum ad neceſſitatem, non ad voluptatem, cum humilitate animi diuinam clementiam ſimpliciter ambientis.

Græcis νηστεία, à priuatiua particula νὴ, & ἐσθίειν, vnde inediam quidam dictam volunt, vel ἀσιτίον, vt Suidas exponit: vnde & ἀσιτία ϗ ἀσιτεία dicitur [c]. Act. 10.30. Vſque ad veſperam ſedebã ieiunus, & precabar domi meę Dan.10.2.3. Lugebam trium hebdomadarum diebus, Panem deſiderabilem non comedi, & caro, nec vinum non introierunt in os meum.

c Leuit.16.29. & 23.32. 2.Sam.1.12. & 3.35.

XXVI. *Quotuplex eſt Ieiunium?*

Duplex: *Publicum*, quod eorum qui præſunt Eccleſiæ authoritate indicitur, & pro ratione incidentis neceſſitatis in loco publico ab Eccleſia celebratur: cuiuſmodi erant illa in veteri Teſtamento, tum vnius, tum plurium prandiorũ ad veſperam vſque ieiunia, ita vt & animantibus aliquando cibus negaretur: [d] Quæ fiebant vel in Tabernaculo, Templo, ſeu Cõuentu Eccleſiaſtico [e] vel ante Templum, [f] vel in alio loco publico, vt in Mitzpa, i. ſpecula, qui locus erat in finibus Beniamitarum, quaſi in media regione ſitus, conuentibus habendis deſtinatus[g]. Et in Nouo, Act 13.2. & 14.23.

d Iona 3.7. e Iudic.20.26. Ier.36.9. Ioel.1.14. & 2.17. f Iudith.4.10. g Iudic.20.1. 1.Sam.7.5.6.

Priuatum. Ieiunium eſt, quod ab homine quouis priuato

Epiſcopi, ſuóque ordini impoſuerunt, quales ſunt. 1. Ne quis Clericus venationi, aleæ, comeſſationibus vacet. 2. Nequis exerceat fœnus aut mercaturam 3. Nequis laſciuis ſaltationibus interſit, aliiſque eiusgeneris: Sed in Eccleſia quiuis Miniſter officium docendo, orando, Sacramenta adminiſtrando ſedulò præſtet.

2. Exequutio, quæ commiſſa erat Epiſcopis potiſſimùm, qui ideo aliquando bis, aliquando ſæpius in anno Synodos prouinciales conuocabant, in quibus tam Epiſcopi, quam totius Cleri cenſura communi ſententia agebatur.

3. Peccantium Miniſtrorum pœnæ, quarum hi gradus fuerunt, Obiurgatio, Tranſlatio, Depoſitio, & Communionis priuatio.

XXX. *Quis Vſus diſciplinæ Eccleſiaſticæ?*

Eſt 1. Frænum quo retinentur & domantur qui aduerſus Chriſti doctrinam ferociunt.

2. Stimulus quo excitantur parum voluntarij.

3. Ferula qua clemẽter, & pro Chriſti Spiritus manſuetudine caſtigantur, qui grauiùs deliquerunt.

XXXI. *Quæ Contraria?*

1. Moroſitas *Donatiſtarum*, & *Anabaptiſtarum*, qui ſeuerioris diſciplinę prætextur nullum cœtum Chriſti agnoſcunt, niſi Angelica perfectione omni ex parte conſpicuum, & proinde impio ſchiſmate à Chriſti grege ſe diuidunt.

2. *Abuſus Excommunicationis:* cuius Exemplũ in Diotrephe,[a] primatum in Eccleſia ambiente, & quos non probabat, ex Eccleſia eiiciente. a 3. Ioh. 10.

3. Tyrannica illa *authoritas*, quam ſibi ſolis vendicãt Papæ & Romanenſes Epiſcopi in ſua iuriſdictione iudicium minoris vel maioris Excommunicationis decernendi, id eſt ius excommunicandi.

4. Error *illorum* qui vel ὀλιγαρχίαν in Eccleſiam inuehunt, vel è contrario ab vniuerſo Eccleſiæ alicuius cœtu, hanc iuriſdictionem exerceri oportere contendunt, & de ſingulis rebus referẽdum eſſe ad totius multitudinis cœtum locis Matth. 18. 17. & 1. Cor. 5. 4. abutentes.

dicit præbituras cauſam, & monſtraturas tempus Ieiunij diſcipulis noui Teſtamenti. *Cùm ablatus fuerit Sponſus, tunc*, inquit, *lugebunt & in luctu ieiunabunt*, Matth 9.15. Pij verò poſt abrogatam veteris Teſtamenti pædagogiã ſine offenſione Dei, & ſine offendiculo cõſcientiæ bona Dei gratia, vti poſſunt quibuſlibet cibis, 1. Tim. 4. 4. *Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reyciendum ſi cum gratiarum actione ſumatur*[a]. Et Chriſtus carnem, & quidem aſſam, agni ſcilicet Paſchalis cum ſuis diſcipulis comedit.

a Matt. 15. 11. Rom. 14.14. 1 Cor. 10.25. Act. 10. 15.

XXVIII. *Quis finis & vſus legitimi Ieiunij?*

Facit. 1. ad macerandam, ſubigendam, ſiue affligendã, ſeu caſtigandã carnem, ne laſciuiat [b], ſeu vt caro ſpiritui ſubiiciatur, ne corpus vt animæ iumentum, vt veteres loquuntur, nimis delicata tractatione ingraſſatum, mentem obruat, & ſpiritui recalcitret, Deuteronom. cap. 32. 15. 1. Eſdræ cap 8. 21. *Prædicaui Ieiunium, vt affligeremus nos coram Domino*, ſicut Paulus 1. Corinth. 9.17. ὑπωπιάζω, *Contundo corpus meum, & redigo in ſeruitutem*, tum animæ, tum Spiritus. Ita tamen hoc faciendum, ne caro vel nimia inedia, ἀφειδίᾳ, vel mala tractatione ita debilitetur, vt corpore malè habente, anima ſuis functionibus rectè defungi non poſſit: qualem ἀφειδίαν damnat Paulus Coloſſ. 2.23. Et Timotheo præcipit ne pergat aquam bibere, *ſed modico vino vtatur propter ſtomachum, & frequentes infirmitates*, 1. Tim. 5. 23.

b Pſ. 109. 24

2. Vt ad preces & ſanctas meditationes ardentiùs cõcipiendas, & exercitia pœnitentiæ, meliùs ſimus comparati, quia plenus venter ſecuritatem gignit: vnde hæc duo Ieiunium & Oratio ferè in Scripturis coniunguntur. [c] Luc. 2.37. *Anna non diſcedebat de templo, Ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens*. Matt. 17. 21. 1. Cor. 7. 5. *Vt vacetis ieiunio & orationi.*

3. Vt teſtimonium ſit luctus noſtri propter peccata[d], & noſtræ coram Deo humiliationis, dum volumus reatum noſtrum coram ipſo confiteri: Pſal. 35. 13. *Humiliabam in Ieiunio animam meam*. Hactenus de Communi Diſciplina.

c Ioel. 1. 14. Nehem. 4.

d 1. Sam. 7. 6.

XXIX. *Quæ eſt peculiaris Diſciplina?*

Eſt Cleri ſeu miniſtrorum Eccleſiæ propria qua in officio continentur, cuius ſunt tres partes.

1. Pro [illegible] Canonibus præſcripta, quos ſibi veteres

Chriſti hoc poſſe contendunt.

11. *Eſſeorum* veterũ decreta, ſub ſpecie ſapientiæ, cultus, & humilitatis facta, de non guſtandis quibuſdam cibis, & de immodica abſtinentia lædente corpus, quę Paulus reiicit, Col. 2. 21.

12. Hæreſis *Marcionitarum*, *Tatianorum* ſeu Encratitarum, id eſt Continentium, ad deſpicienda opera Creatoris: Et *Carthuſianorum* abſtinentium à carnibus: *Seuerianorũ* à vino: *Montani* Xerophagiæ, (id eſt ſicci cibi) diſciplinæ ad promerendum Deum. primordiale delictum expurgandum, & maioris virtutis, & pręmiorum gratia inſtitutę.

13. Error *eorum* qui Ieiunia omnia prorſus reiiciunt, (facti à Spiritu γαστριμαργίας, crapulę, & ebrietatis) & ſemper Bacchanalia viuunt.

14. Diſſoluta *Clericorum* vita: quę omnia recitaſſe, eſt confutaſſe.

LOCVS XLV.

De Votis.

I. *Quidnam Votum appellatur?*

VOTVM à Voluntate dictũ nonnulli volũt, quaſi à volũtate, deliberatione, ſeu propoſito profectum. Gręcis Εὐχὴ dicitur, Act. 21. 23. εἰσὶν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες εὐχὴν ἔχοντες, *viri quatuor Voto obnoxij*: Et, ὑπόσχεσις, ἀπὸ τοῦ ὑποσχέσθαι, ſpopondiſſe ὅτι ὁ ὑποσχόμενος, ſponſionẽ faciens, inquit Euſtathius, βάρει τινὶ ἑαυτὸν ἐπέθετο, i. quod qui aliquid voue rit. ſeipſum oneri ſubiecerit, ita vt votum ſit aliquid Volũtarium, quod nimirũ ἐκ προαιρέσεως quiſpiam in ſeſe quaſi onꝰ receperit, *Quiſque ſicut præoptat corde*, καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, *ita agat, non ex triſtitia aut neceſſitate cogente, quaſi inuitus: nam hilarem datorem diligit Deus*, 2. Cor. 9. 7.

Et ſic εὐχὴ, votum ſignificat non ſolùm pręces & deſi

5. ***Stulta*** & ridicula apud Papiſtas locuſtarum, murium, anguillarum, muſcarum *excommunicatio*, cum maniſeſtiſſimo authoritatis Eccleſiæ abuſu coniuncta, Pontificia Excommunicatio, quæ fit propter Chriſti nomen, vel debita non ſoluta, vel contemptum decretorum Papæ aut legata Monachis.

6. **Error** ***eorum*** qui Magiſtratui quatumuis Chriſtiano, ſeu in ligando, ſeu in ſoluendo tribuunt Preſbyterij partes: Item eorum qui vbi Chriſtianus eſt Magiſtratus iſtis Eccleſiaſticis iudiciis locum non relinquunt: tum Oſcitantia eorundem in corrigendis lapſis [a].

a 1. Cor. 5. 2.

7. ***Pontificiorum***, qui mere ciuiles cauſas ad eccleſiaſticum forum, quod vocant, pertrahunt.

8. Superſtitioſa & ludificatoria *Ieiunij quadrageſimalis obſeruatio*, ex κακοζηλία & præpoſtera imitation[illegible] Chriſti, cùm in miraculis Chriſtus nobis proponatur, nó imitãdus, ſed admirãdus. Et quibus diebus oporteat ieiunare, quibus non oporteat præcepto Domini vel Apoſtolorũ non ſit definitum, inquit Aug.

9. *Leges* de ciborum delectu, id eſt abſtinentia à cibis vetitis, vt carne, caſeo, butyro, ouis &c. in qua ſola Ieiunium collocant: Nam quod Apoſtolus dicit, *Bonum eſt non manducare carnem*, Rom. 14. 21. Item, *qui infirmus eſt, olus manducat*. verſ. 2. non ſimpliciter loquitur: ita enim & ſecum, & cum Chriſto pugnaret: ſed addit, malum eſſe ſi fiat cum offendiculo fratris infirmi: & de huiuſmodi infirmis Iudęis loquitur, qui præ metu, ne inciderent in aliquod cibi genus à Moſe interdictum, ſi ex macello carnes emerent, olus manducabant. Imò Chriſtus Baptiſtæ Exemplum, rigidam & auſteram vitam ducentis, nec veſcentis vulgaribus & vſitatis cibis, noluit ad imitationem diſcipulis ſuis iniungere: ſed oſtendit illud pertinere ad vetuſtatem veteris Teſtamenti, quæ non ſit aſſuenda libertati noui Teſtamenti [b].

b Matt. 9. 15. 16.

10. Sacrilegæ de Deo, Ieiuniorum obſeruatione promerendo, & pacando, eique pro peccatis ſatisfaciendo, & defunctorum animis ex Purgatorio liberandis *opiniones* quę ſiveræ eſſent, Chriſtus fruſtra mortuus eſſet, Gal. 2. 21. Nam hominem quidem ex ſe non poſſe reddere Deo aliquid æquiualens pro peccatis: ſed tamen vel cum acceptatione diuina, vel ex communicatione meriti paſſionis

Chriſti

tia baptizati erant) poſtquam inſtituti eſſet in Catecheſi, producerentur publicè coram Epiſcopis & Eccleſia, ac ibi interrogarentur de Articulis fidei, ac Votum illorum nomine factum in Baptiſmo, propria voce confirmarent: vnde actio illa Catechiſtica. 1. Examine. 2. Voti in Baptiſmo nuncupati confirmatione. 3. Epiſcopi precibus, & manuum impoſitione conſtans. à parte, Confirmatio cœpta eſt appellari. Huic igitur Voto pij perpetuò obnoxij ſunt: quare perpetuò eius memores eſſe debent, vt quod in Baptiſmo abunde vouerunt, & poſtea palàm profeſſi ſūt retineant, nempe fidem, & bonā conſcientiam: Sat etiam habituri negotij, ſi per totam vitam huic vni voto intendant.

Priuatum ſeu ſpeciale votum eſt, quod aliquis peculiari ratione ductus Deo ſua ſponte promittit. Nam etſi omnia noſtra debeamus Deo abſque omni votorum obligatione, adhuc tamen vouere vtile eſſe poteſt, ad nos ipſos excitandos, ad teſtandum aliis de noſtra fide & Dei excellentia. Nec iniicimus nobis nouum laqueum, quod Paulus 1. Cor. 7. 35. dicit ſe nolle facere, ſed potiùs nouam incitationem ad illa reddenda quæ antea Deo debebamus. Tale fuit votum gratiarum actionis Patriarchæ Iacob[a], vt votum Nazaræorum[b]. Et 1. Sam. 1. 11. Anna mater Samuelis voto filium diuino miniſterio addixit. a *Gen.* 28. 20. & 31. 13. b *Num.* 6. 2. 3.

Hoc ſpeciale Votum rurſum duplex eſt, θέμιϛον, *legitimum*, licitum, ſeu pium: & ἀθέμιϛον, temerarium, & *illegitimum*. Θέμιϛον, quod de rebus licitis bono fine, à perſonis ſui iuris. Ἀθέμιϛον, quod de rebus illicitis malo fine à perſonis etiam non ſui iuris ſuſcipitur. quale eorum fuit qui volebant Paulum occidere.[c] c *Act.* 23. 14

Vt autem alterum ab altero rectè diſtinguatur, quatuor hæc ſunt perpendenda. 1. Quis ſit is cui Votum nuncupatur. 2. Qui ſimus nos qui vouemus. 3. Quid ſit id quod vouemus. 4. Quo animo & fine nobis vouere liceat.

IV. *Quis eſt is cui Votum nuncupatur?*

Solus Deus, cui nos totos, noſtráque debemus omnia, quique ſolus eſt καρδιογνώϛης, atque ius habet animaduertendi in reos voti violati[d]. Adde quòd Votum ſpecies eſt inuocationis religioſæ, & confeſſionis quæ ſoli Deo a *Deut.* 10. 17. & 23. 21 *Pſal.* 5. 24.

derium aliquid obtinendi, ſed promiſſionem aliquid offerendi Deo, ſed tamen votum ſit cum Legis præſcripto conſentiens. Scriptura enim *votum* appellat non quamlibet promiſſionem, quæ cuiuis fiat, ſed eam ſolummodo quæ fit Deo, idque ſponte, & religioſè. proinde quod inter homines promiſſum, id Dei reſpectu Votum appellatur: nam homini facta promiſſio rationem voti non habet. Metonymicè interdum ſignificat rem voto promiſſam [a], & per metaphoram gratiarum actionem, aut celebrationem nominis Dei [b].

a *Pſal.* 66. 13.
b *Pſal.* 50. 14.

II. *Quid eſt Votum?*

Eſt ſancta, & religioſa promiſſio Deo conſultò & ſponte facta ad aliquid faciendum vel omittendum, quod illi gratum & acceptum fore conſtat. In qua definitione, *promiſſio* locum generis obtinet: *Sancta & religioſa*, distinctionis *Conſultò & ſponte facta*, differentiæ ſunt quarum prior excludit inconſulta vota, poſterior coacta: *Deo facta*, finem cui declarat: Poſtremò, ad *aliquid faciendum aut omittendum, quod Deo gratum & acceptum eſt*, materiam Votorum deſignat.

III. *Quotuplex eſt Votum?*

Duplex: *Generale*, quod & commune & neceſſarium dicitur: & *Speciale*, quod particulare, perſonale, & voluntariè ſuſceptum dici poteſt.

Generale eſt, quod Chriſtiani nuncupant in Baptiſmo, vbi Satanæ & operibus eius renuntiantes, Deo ſe in ſeruitutem addicunt, vt ſanctis eius mandatis obediant, non autem prauis carnis ſuæ deſideriis obſequantur. Hinc 1. Petr. 3. 21, Baptiſmum vocat, *bonæ conſcientiæ ſtipulatio erga Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti*. Et Matt. 28. 19. iubentur Apoſtoli baptizare *in nomen Patris Filij, & Spiritus ſancti*, i. *Docentes eos ſeruare, quæcunque ego præcepi vobis*, inquit Chriſtus. Et Rom. 6. 17. 18. *Liberati peccato, ſerui eſtis facti Deo traditi εἰς τύπον, in formam Doctrinæ Apoſtolicæ*. Et Eph. 5. 26. 27. dicitur, Chriſtum *Eccleſiam lauacro aquæ in Verbo mundare & ſanctificare, vt ſiſtat eam ſibi glorioſam ſine macula, & ruga*. Quod Votum Commune, Cathechiſmo, ac Sanctæ Cœnæ ſumptione confirmatur: Nam purior Eccleſia hunc morem habuit, vt pueri (illi ſcilicet, qui in infan-

tia

cant ergo qui obedientiam vouent Abbati, ſeu certo ordini, & ſubtrahunt ſe ab obedientia parentum, Magiſtratuum, & ipſius Chriſti.

3. Ne contemnamus creaturas Dei, vt faciunt qui certis diebus aut toto vitæ curſu hos vel illos cibos abiurant, quorum vſum nobis Deus conceſſit pro commoditate noſtra cum gratiarum actione.

VII. *Quo animo & fine Votum nuncupandum eſt?*

In genere ad gloriam Dei, & vtilitatem proximi. Proinde illegitimum fuit votum matris Michæ [a], quæ pecuniam ſibi à filio priùs ablatam, deinde reſtitutam, vouit religionis gratia ad fundendum idolum apud Argentarium. Tale Herodis iuramẽtum [b]. Eorum item qui paupertatem vouent, & ex alieno ſaginantur. In ſpecie autẽ recti ſeu legitimi voti quatuor ſunt fines, quorum duo priores, tempus præteritum: reliqui futurum reſpiciunt; ſuntque priorum finium vota gratiarum actionis, poſteriorum verò pœnitentiæ exercitia.

[a] *Iudic.* 17. 3

[b] *Matt.* 14. 7.

VIII. *Quis eſt primus finis legitimi voti?*

Vt noſtram erga Deum gratitudinem teſtemur pro beneficiis acceptis: quale votum fuit Iacobi [c], & Iſraelitarum [d], & Annæ [e]. Talia ſunt vota omnia, de quibus in Pſalmis [f].

[c] *Gen.* 28. 20

[d] *Ioſue* 6. 10

[e] 1. *Sam.* 1. 11.

[f] *Pſal.* 22. 26 & 56. 13 & 116. 14. 18.

IX. *Quis ſecundus finis eſt?*

Vt ad iram Dei deprecandam ipſi à nobis pœnã ob admiſſa delicta exigamus, 1. Cor. 11. 31. *Etenim ſi nos ipſos diiudicaremus, non iudicaremur.*

X. *Quis tertius?*

Cùm voto nobis certæ rei, alioqui mediæ, vſum ad tempus præcidimus, vt reddamur cautiores, 1. Cor. 6. 16. *Non redigar ſub vllius rei poteſtatem.* Et 9. 27. *Contundo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne quo modo cùm aliis prædicarim, ipſe reiectaneus fiam.*

XI. *Quis quartus?*

Cùm voto nos obſtringimus, vt eo veluti ſtimulo ad pietatis & vocationis noſtræ officia excitemur: vt cùm debetur. Ac is clamitat *fruſtra ſe coli mandatis hominum*, Matth.15 9. Et, *In præceptis meis ambulate*, inquit, *non iuxta præcepta hominum*, Leuit.18.3.

Vnde ſumenda hæc regula, quò nihil omnino vouere liceat, niſi conſcientia priùs ſtatuat ex Verbo Dei placere Deo cui nuncupatur Votum, & proinde niſi ex fide profectum ſit, Rom.14.23.

V. *Qui nos & quales qui vouemus?*

Homines, ſed fide iuſtificati, nam ſi alioquin inimici Deo ſimus, illi grata eſſe noſtra dona ſeu vota non poterunt: tum liberi (ideo Num.30.4.6.7. liberi ſub poteſtate parentum, vxor viuo marito, ſeruus nondum libertate donatus, ſi vouerant, vota eorum infringi poterant:) Anna ergo niſi mariti conſenſu, aut peculiari à Deo afflatu, nó potuiſſet vouere vt Samuel per omnem vitam in Tabernaculo Domini ſeruiret.

Vnde monemur Votum attemperandum eſſe ad noſtram facultatem, quam ſcilicet Deus nobis conceſſit, & oportere vt noſtræ vocationi conueniat. Quare votum Sicariorum 40. qui deuouerunt ſeſe, dicentes ſe nihil cibi guſtaturos, vſque quò trucidaſſent Paulum, non modò temerarium, ſed ſceleratum fuit, quòd hominis vitam & mortem ſuæ poteſtati ſubiicerent [a]. Sic Iephte vouentis ſe oblaturum Deo in holocauſtum quicquid primum domo egrederetur, incóſideratum: vel ex legis ignoratione de redemptione voti profectum, votum ſuſcepit [b].

a Act.23.12
c Iudic.11.30
Leuit.27.4.

VI. *Quæ res quam vouere debemus?*

Hic obſeruandum, 1. Vt ſit non modò poſſibilis, & in noſtra manu poſita (vanum enim eſſet ac ſtultum ea vouere quę non ſunt in noſtra poteſtate. Quale illud Iudæorum de vita Paulo tollenda, quæ non erat in eorum manu: Quale & illorum votum, qui caſtitatem vouent, cùm illis non ſit datum.) Sed ſit etiam licita, & Deo probata ad Scripturarum amuſſim, ſeu Verbum Dei, quod ſemper ſcripturæ conſentaneum eſt. Nefas enim Deo promittere, vouere vel offerre, quod ei diſplicet, vel maieſtati eius non conuenit. Et cùm Domini ſimus, non poſſumus nos ad aliquid obſtringere, quod eius voluntati aduerſetur.

2. Vt ſpecies Voti in communi voto includatur. Pec-

eoque in Lege præcepta fuerunt: Qualia erant præ ſertim *Nazaræorum* vota[a], non bibendi vinum, & potum inebriantem, aut comam non tondendi, aut in funere, tactu cadaueris, aut luctu ſe non contaminandi, vt à nimio cultu & ornatu corporis abſtinere docerentur, & ne capite turbarentur, & ad libidinem incitarentur, vtque à vehementioribus affectibus, putà luctu aut hilaritate immunes eſſent, quæ omnia vehementer impediunt cogitationes ſpirituales. Tale votum *Recabitarum*[b], non bibendi vinum, non colendi vineas, in Tabernaculis denique viuendi.

a Num.6.3.

b Ier.35.

Erántque iſta Vota quoad formam, vel *Categorica* ſeu abſoluta, & ſimpliciter affirmatiua, quæ ſine exceptione aut conditione ſponte aliquid Deo dicabant: qualia ſunt quæ Leuit.17. referuntur, & Nazaræorum vota: vel *hypothetica* quæ conditionem habebant annexam: qualia bellica ferè omnia & Iacobi, *Si fuerit Deus mecum*: Et Annæ, *Si ded eris mihi filium*.

Sed aduentu Chriſti vnà cum aliis cerēmoniis ſublata eſt vouendi neceſſitas, nec eius in Nouo fœdere vllum extat præceptum. Nam quòd ſe Paulus voto Nazaræatus obſtrinxit[c], factum eſt, temporis, & aliarum circunſtantiarū habita ratione, nempe vt *Iudæis, tanquam Iudæus: & iis qui ſub Lege ſunt, tanquam Legi obnoxius, adeóque omnibus omnia fieret*, quoad res medias, *vt quoſuis Chriſto lucrifaceret*. 1. Cor. 9. 20.

c Act.18.18. & 21.26

Chriſtianis tamen etſi iniuncta non ſunt illicita tamē nequaquam ſunt, quibus ceu exorcitiis quibuſdam voluntatem ſuam ad bene agendum confirment, & à malè agendo ſe cohibeant, modò in vouendo cautiones ſupra commemoratas obſeruent.

XIV. *An-ne Vota infringere licet?*

Olim quidem ſub Lege vota rata eſſe neceſſe fuit, prę ſertim cùm multa redimi potuerint; non quia penitus Deo placerent, ſed ne ſacrum eius nomen ludibrio exponeretur, néve populus aſſueſceret ad impium eius cōtēptum, ſi fraudator impunè Deo negaret quod promiſerat[d]. Sed, vt iuſiurandum temere & de re illicita factum, & ſi pugnet cum charitate, reſcindi debet: iuxta illud Chriſti, *Miſericordiam volo, & non ſacrificium*. Nul-

c Deut.23. 2122.

ſtudioſus aliquis, quo expellat pigritiam ſuam, voto ſe ad certas horas lectionum, & precationum, adſtringit.

XII. *Quæ Cautio in his omnibus adhibenda?*

1. Vt ſimus in Votis parciſſimi; quia qui leuiter ad ea proſiliunt, vel mox ducuntur pœnitentia, vel ſeruiliter ac coactè, nec ſine moleſtia & tædio penſum ſoluūt, atque ita operis gratiam corrumpunt. 2. Vt maturè deliberemus, & ſit conſenſus cordis & linguæ. 3. Vt fiat votum cum conditione, ſi Dominus voluerit [a]; nec promittatur in perpetuum, ne nobis laqueos temeritate noſtra iniiciamus.

[a] Iacob. 4. 15.

XIII. *Súnt-ne Vota ex Lege, an ex fide, id eſt legalia, an Euangelica, veteri populo tantùm, an etiam Chriſtianis iniuncta?*

Fuerunt olim vota Legis Ceremonialis partes quędā quibus homines in periculis ad Deum confugiebant, & quæ tempore belli ſuſcipiebant: quale Iſraelitarum votum, Num. 21. 2 *Vouit Iſrael votum Domino, dicens, ſi tradendo tradideris populum iſtum in manum meam, delebo vrbes eius anathemate.* Sic deuota fuit Iericho [b]: Sic Agag omni præda ſua [c].

[b] Ioſ. 6. 7.
[c] 1. Sam. 15. 3.

Deinde diuinorum beneficiorum memores, vel pro acceptis beneficiis, vel accipiendis; vt pro obtinenda gregis fœcunditate ex armentis bouem vel vitulum: vel ſobole, filium vel filiam (antequam conciperetur) Deo dicabant, vel ſanitate, ſi quis in grauem morbum incidiſſet, vel liberatione è periculis, Deo munera, & voluntaria ſacrificia, vel ſeipſos etiam in addictiorem cultum offerebant: Vt teſtarentur gratitudinem. Quale fuit Iacobi, Gen. 28. 20. *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via illa, decimando decimabo tibi omne quod dederis mihi.* Et Annæ [d], vouentis filium Deo. Et Dauidis, Pſal. 132. 8.

[d] 1. Sam. 1. 11.

Vel diciplinæ gratia, ad exercitia puritatis, ſanctimoniæ, ſobrietatis, & aliarum virtutum, votis vtebantur. Idcóque iis renuntiant, cùm nullum poſſit placere Deo munus, niſi quod ipſe prior nobis contulit: & quæ ſunt cum manifeſta proximi iniuria coniuncta, vt cum vouent paupertatem, vt ipſi otioſi ventres aliorum laboribus paſcãtur: cùm contrà Paulus dicat, *Qui non vult laborare non manducet*, 2. Theſſal. 3.10. Et Euangelica paupertas non ſit deſertio facultatum, ſed non eſſe auarum, non confidere opibus. Adhæc obedientiam certis hominibus vouent contra Apoſtoli mentem dicentis, *Nolite fieri ſerui hominum*. 1. Corinth. 7.23. & debitam Magiſtratibus & parentibus obedientiam, aliâque proximis debita officia turbant, ſpreta vocatione à gerendis publicis negotiis, ad quæ idonei erant, immunitatem captant.

4. Deliria eorundem *Papiſtarum*, 1. Monaſticen eſſe perfectionem Euangelicam, mereri vitam æternam, &c. Et votum eſſe opus Supererogationis: cùm dictum illud, *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, non ſit vniuerſale mandatum ad omnes, ſed ſingulare ad adoleſcentem illum iactantem ſe ſeruaſſe legem; &, ſi vis eſſe perfectus, idem ſit ac ſyncerus ſine hypocriſi[a]. 2. Factum cum voto magis meritorium eſſe, quàm ſine voto; quod eſt conculcare ſanguinem Chriſti. 3. Voto matrimonium ſolui; quod eſt præ mandatis hominum, ordinationem Dei facere irritam[b]. 4. Votum eſſe opus conſilii, & non præcepti; cum nullũ opus Deo acceptum ſit, niſi lege Dei comprehenſum. Adhæc vota omnia ſine exceptione ſeruanda, quia ſcriptum ſit, *Non tardabis ſoluere, quod egreſſum erit ex ore tuo*, Deuter. 23.21. cũ legitima, intelligenda ſint, & quæ Deo probentur; alioqui fas fuiſſet filios & filias mactare, idolis altaria erigere, canem immolandum vouere, & ſic totam Legem euertere.

[a] Mat. 19.21.
[b] Mat. 15.6

5. *Contemptus creaturarum Dei*, quibus Deus mandat nos vti cum gratiarum actione. Proinde grauiter Errant *Cartuſiani*: qui vouent perpetuam abſtinẽtiam à carnibus, vt ne agentibus quidem animam ſuppeditent.

6. Papiſticum *Confirmationis Sacramentum*, quod vocant, chriſmate, & ſuperſtitioſa verborum recitatione conſtans.

7. Faſtus *Papæ*, qui audet Deum æmulari in votis redimendis, quia nec oſtendere poteſt ſe creatum eſſe

lum enim vinculum eſſe poteſt, vbi quod homo confirmat, Deus abrogat.

Sic Votum illicitum, illegitimum, quod ex pietatis regula, & verbi Dei præſcripto non fuerit nuncupatū; vel impoſſibile, irritum meritò cenſendum eſt. Iuxta dictum Iſidori, *In malè promiſſis reſcinde fidem: In ſtulto voto muta decretum. Quod incautè vouiſti, ne facias: Impia enim eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur. Neque debet Votum eſſe iniquitatis vinculum*, vt dicit Canon. Quare Exemplum Dauidis imitari par eſt, qui votum ſuum inconſideratè factum, de perdẽdis omnibus quæ ad Nabal pertinerent, infregit[a].

[a] 1.Sam.25.22.32.
Cùm autem Scriptura dicit, *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro*, Pſal.76.12. intelligendum eſt dictum de Votis piis, quæ habent conditiones illas quas ratio piorum votorum poſtulat: quia peccatum eſt, verbum leuitate & inconſtantia mentis facere irritum.

XV. *Quæ Diſſentanea?*

1. *Ethnicorum* vota idolis & Diis falſò dictis, ventis etiam, & dæmonibus nuncupata. 2. *Papiſtarum*, qui Votum, indebitum quendam Deo cultum eſſe volunt, & tamen ipſi ſanctis demortuis, vel certis hominibus, qui Dij non ſunt, ad arbitrium vouent, vt qui Chriſtophoro, vel Barbaræ altare erigunt: & Peregrinationes ad Diuos aut Domini ſepulchrum, vulgò ex voto ſuſcipiunt. Cùm, iam *venerit hora, qua veri cultores vbique* ſine locorum diſcrimine *adorent Deum in ſpiritu & veritate*, Iohan.4.23. Et Paulus dicat, 1.Tim.2.8. *Volo viros orare in omni loco*: nec

[b] Matt.24.26.
Chriſtus certo loco meriti ſui gratiam alligat[b].

3. Vota *Monachorum*, & Sacrificulorum, abſque Dei mandato inſtituta, qui vouent inconſideratè, & pugnantia cum voluntate Dei; vt ipſum Monachatum, multóſque impios cultus, & alia quæ in eorum manu non ſunt vt præſtent: vt cùm promittunt Deo Virginitatem perpetuam: cuius donum non omnibus datum

[c] Matt.19.11. 1.Cor.7.7.
eſt[c]. Eſt enim peculiare Continentiæ donum. Et quidem vouent, contra dicta, *Creſcite & multiplicamini*, Geneſ.1.28. *Propter fornicationem vitandam habeat vnuſquiſque vxorem ſuam: ideoqui non continet, nubat*. 1.Cor.7.9. Et, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*. Tum & vouent inediam toto vitæ curſu: aut ſomno & neceſſariis vitæ præſidiis

diis

menti ad res ſacras in Eccleſia diuinitùs inſtitutas: cuius tamen vocis multiplex eſt ſignificatio. Nam 1. Generaliter, tum in veteri Latina verſione, tum apud veteres Theologos, *Sacramentum* latiſſima ſignificatione idem ſignificat quod Græcis μυστήριον dicitur, id eſt arcanum, ſecretum: vel, vt vult Clemens Alexandrinus, vt rideat Sacra Gentilium, ἀπὸ τοῦ μύσους, quòd ſceleſta eſſent: vel μυστήρια, quaſi μυθήρια, id eſt fabuloſa: vel ἀπὸ τὸ μυιῶ,ἰόσω, quod eſt initio, ſeu ſacris imbuo: vnde μύστης, Sacrorum Antiſtes: vel ἀπὸ τοῦ δεῖν μύσαντας τηρεῖν ἔνδον, hoc eſt quòd oporteat intus occludentes obſeruare: vel, vt vult Suidas, παρὰ τὸ μυεῖν τὸ στόμα, vt myſterium ſit quiddam occultum & arcanum rei ſacræ & diuinæ, non quoduis, ſed ſacrum, & profanis hominibus minimè committendum, ſeu aperiendum, & tale quidem quòd à communi ſenſu hominum maximè remotum eſt. In qua ſignificatione Sacramenti ſiue myſterij vocabulum ſumitur, Matth.13.13. *Vobis datum eſt noſſe myſteria Regni cælorum, illis non eſt datum*, Vbi myſteria dicit, quæ ſoli Eccleſiæ Chriſtus patefecit, & conſilium Dei de nobis in Chriſto redimendis, vocatur myſterium, ſeu *Sacramentum*, vt vertit vetus interpres Eph. 1.9. Rom.16.25. Eph.3,3. vbi etiam vocatio Gentium *myſterium*, veteri Interpreti *Sacramentum* dicitur. Et Cap. 5.32. Chriſti & Eccleſiæ coniunctio, *myſterium*, ſiue, vt vetus interpres habet, *Sacramentum* magnum, quæ vox impoſuit multis, vt ſtatuerent coniugium eſſe Sacramentum, cum tamen non de coniugio, ſed de Chriſti & Eccleſiæ cóſociatione loquatur Apoſtolus. Sic incarnatio Filij Dei magnum pietatis *myſterium* 1. Tim. 3.16. Et arcanum redemptionis noſtræ *myſterium abſconditum à ſeculis*, Col 1.26. & 2. Theſſ.2.7. Antichriſtus dicitur operari *myſterium* iniquitatis.

2. Scriptores Eccleſiaſtici ἀκύρως καὶ καταχρηστικῶς ad externa ſigna rerum ſacrarum referunt, qualia multa in Dei Verbo ſunt nempe res terrenæ plurimæ, quæ donum aliquod Dei inuiſibile, & ſpirituale ſignificant: vt granum ſinapi[a], ſemen[b], gemma [c], & eiuſmodi quæ verbum & Regnum Dei denotant. Qua ſignificatione infinita propemodum ſunt ſacramenta, & poteſt vox myſterij & ſacramenti hac ſignificatione ad ipſa ſacrificia &

a *Matt.*13. 31.
b *ver.* 23.
c *ver.* 46.

iudicem, & ſine mandato vllo pronuntiat de redemptione.

8. *Violatio* voti communis in Baptiſmo à quolibet Chriſtiano nuncupati, tum ſpecialis voti legitimi.

9. Sententia *Hieronymi* dicentis, *Melius eſſe vouere quã votum non præſtare*: nam contra in malis votis, melius eſt non præſtare.

LOCVS XLVI.

De Sacramentis in genere, vbi de Circuncisione & Agno Paſchali.

1. *Quid ſignificat Sacramenti vocabulum?*

SACRAMENTVM à Sacro dictum eſt, quòd iuriſiurandi ſacratione interpoſita geritur, vt ait Feſtus, & proinde ſignificat, ſolenne iuſiurandum, ſiue obligationem interueniente iuramento (quod non niſi per rem ſacram fit) ſancitam: vnde ſacramento cum aliquo contendere: & milites Ciceroni dicuntur ſacramento militari obſtricti, quia iuramento obligati erant, ad præſtandam Imperatori fidelitatem & obedientiam.

2. Sponſionem factam in iudicio, vel apud Pontificem, qua ab vtraque parte litigantium deponebatur pecunia, qua mulctabatur is contra quem Iudex pronuntiauerat: vnde Varro dixit, *Qui in iudicio vicerat, auferebat ſuum ſacramentum.*

A prima autem ſignificatione tranſlata eſt vox Sacramenta

Eſt igitur Paulo finitore, Σημεῖον, ſignum ſeu Σφραγὶς, *ſigillum iuſtitiæ fidei*, id eſt quo iuſtitia fidei, & fidelium in Chriſto capite, & cum omnibus myſtici eiuſdem corporis membris κοινωνία, incorporatio, conſociatio, non ſignificatur modò, ſed vnà etiam obſignatur. Quatenus videlicet Spiritus ſanctus reipſa id intus præſtat, quod externa Ceremonia repręſentat. Etſi enim non rectè argumentemur à ſpecie ad genus, ſed contrà, tamen rectè generi, id eſt Sacramento id tribuitur quod eſt ſpecierum omnium, vt Circuncisionis, & aliorum Sacramentorum [a].

Vel, eſt actio ſacra, Eccleſiæ à Deo demãdata, in qua Deus conueniente ſignorum externorum, & rerum ſignificatarum analogia, ſicut ſymbola rerum ad ſalutem noſtram in Chriſto pertinentium ſenſibus corporis per manus Miniſtri offert: Sic & ipſas illas res cœleſtes animis præbet & applicat, vt eæ magis ac magis in iiſdem per fidem ſpiritualiter obſignentur.

Vel, eſt inuiſibilis & ſalutaris Dei gratiæ viſibilis forma, ad eam in nobis obſignandam à Deo inſtituta.

Vel, Sacramentũ eſt diuinæ in nos gratiæ in Chriſto teſtimoniũ viſibili ſigno confirmatum, cum mutua noſtræ erga ipſum fidei & pietatis teſtificatione [b].

[a] Rom. 4. 11. 1 Cor. 10. 16. & 12. 13.

[b] Gen. 17. 7. 10. 11. 1. Cor. 11. 23.

III. *Quis eſt Author Sacramentorum?*

Solus Deus: nã vt ſolius Dei eſt 1. Promittere & dare gratiã. 2. Inire fœdus cum Eccleſia. 3. Donum iuſtitiæ conferre; Ita ſolius eſt inſtituere ſignum gratiæ, ſeu fœderis, & remiſſionis peccatorum, 1. Cor. 11. 23. *Accepi à Domino quod & tradidi vobis.* Proinde nec alia Sacramẽta recipienda ſunt in Eccleſia, quàm quæ Deus ad illum vſum inſtituit: nec forma Inſtitutionis vllo modo violanda eſt. Recte enim Thomas, Sacramentorum inſtitutio, eſt excellentiæ, poteſtatis, & maieſtatis diuinæ.

IV. *Cur Deus Verbo adiecit Sacramenta?*

1. Vt eſſent tanquam aſpectabiles conciones ſuarum promiſſionum captui noſtro qui adhuc animales ſumus, accommodatæ: vnde dicit Auguſt. Sacramentum eſſe viſibile ſeu aſpectabile Verbum.

2. Vt eſſent ſigna, quibus homines vel maximè craſſi

ritus Veteris Teſtamenti extendi, adeóque ipſa coniunctio viri & vxoris ſacramentum dici coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ.

3. Strictè & ſpecialiter, ſeu ſpeciali notatione & propriè hæc vox refertur ad ſigna gratiæ, quibus Deus velut obſignat beneficia ſuarum promiſſionum, & viciſſim nos ſibi quaſi conſecrat, & obſtringit ad mutuam fœderis cum eo initi, & pietatis ipſi debitæ teſtificationem. Vnde Sacramentum à ſacrando deductum, quia per Sacramenta Deo quaſi conſecramur, vt ipſe ſit Deus noſter, & nos templum ipſius ſimus. Quæ ideo etiam myſteria dicuntur, non quod ſint miraculorum effectiones ſed quia ſunt Ceremoniæ, in quibus arcanæ ſublimis & ſpiritualis rei, id eſt rationi humanæ naturaliter incognitæ, ſed diuinitùs in vera Eccleſia patefacto repræſentatio viſibilis ordinatione Dei inſtituta eſt: ſeu vt Auguſtinus loquitur, quia ſigna ſunt rerum, aliud exiſtentia, aliud ſignificantia Qua ſignificatione appellatio Sacramẽti eſt ἄγραφος: nuſquam enim Scriptura Cœnam Domini, & Baptiſmum, vocat myſteria & Sacramenta.

Et hoc ſenſu rurſum dupliciter vſurpatur vox Sacramenti. 1. Synecdochicè pro ſigno ipſo, aut actione Sacramentali externa tantùm. 2. In legitimo vſu Sacramentum ſymbolum ſeu externum ſignum, & rem ſignatam, ſeu internum gratiæ beneficium comprehendit: Sacramentum enim nullum ſine tropo plene explicari & intelligi poteſt, ſed tropo exiſtente in vocabulis, non in rebus. Græci Patres vocant Σύμβολα, ἀντίτυπα. ſicut Petrus 1. 3.21. vocat Baptiſma noſtrum ἀντίτυπον, id eſt correſpondens exemplar eius liberationis quæ contigit Eccleſiæ in diluuio.

II. *Quid eſt Sacramentum?*

Cùm Sacramentum non ſit aliquod ſimplex ſubiectum: nec etiam σύνθετον, ſiue totum σύνολον, ὑλικὸν, & materiale, ſeu tertia quædam ſubſtantia ex duabus ſubſtantiis conflata, ſed diuinum inſtitutum, definiendum eſt ἐκ περιστάσεως, & quidem adhibito fine οὗ ἕνεκα, id eſt mentione facta finis propter quem inſtitutum eſt ipſum Sacramentum.

Eſt

Eſt autem ſignum, finitore Auguſtino, Res præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid ex ſe faciẽs in cogitationem venire. Sic Geneſ. 17. 11. *Circunciſio* dicitur *ſignum fœderis.* Signa autem quædam ſunt naturalia, quæ ex natura ſua ſignificant, vt aurora ſignum eſt vicini ſolis: quædam ἐκ τοῦ ὁρίσαντος, ex voluntate inſtituentis, vt ſigna familiarum: & hæc vel habent cum re quam ſignificant, analogiam & ſimilitudinem aliquam: cuius generis ſunt Sacramenta. Vnde Auguſtinus, *Si Sacramenta*, inquit, *quandam ſimilitudinem earum rerum, quarum Sacramenta ſunt, non haberent, omnino Sacramenta non eſſent*: vel nullam habent cum re ſignificata ſimilitudinem, ſed tota pendent ab inſtitutione: quo modo vocabula ſunt ſigna rerum, & Sonus campanæ, ſignum eſt concionis habendæ.

l. 2. c. 1. Doctrina Chriſtiana.

Epiſt. 23. ad Bonif.

VII. *Quotuplicia ſigna proponuntur conſideranda in Scripturis?*

Triplicia: quædam Doctrinæ ſeu Verbi, qualia ſunt opera Dei extraordinaria & inuſitata, ſeu miracula incurrentia in oculos, ad quæ obſtupeſcunt hominum mentes, quæ de ipſius Verbi, immota veritate ad gloriam Dei teſtantur: vt in veteri Teſtamento Abrahæ clibanus fumans, & lampas ignis [a]: Rubus ardens, abſque conſumptione [b]: Moſis virga [c], Columna Nubis per diem, & Columna ignis per noctem [d], Exſiccatio maris rubri [e]: Aqua fluens de petra [f]. Solis ſtatio [g], ſignũ Ionæ Prophetæ. In nouo, ſanationes infirmorum, Excitationes mortuorum, Eiectiones dæmoniorum [h], &c.

Alia iræ: eáque vel comminentia, quæ prænuntiant pœnas hominibus imminere propter ſua peccata: vt ſunt portenta cœleſtia, cometæ, tempeſtates, terræ motus, ſignum filii hominis [i]. Vel punientia, tum corporalia, vt tonitrua, fulgura, fames, peſtilentia, bella, mala beſtia: tum ſpiritualia, vt hæreſes, doctrinæ deprauatio, idololatria, ſchiſmata quæ Dominus immittit, vt homines his admoniti, nec caſtigati reſipiſcant: & ſint ſigna aduentus Chriſti diem præceſſura [k].

Alia ſunt ſigna gratiæ, quæ promiſſionibus diuinis adiiciuntur, & de gratia Dei erga nos teſtantur. Quare non ſimpliciter ſunt ſigna, quæ tantũ pingant, & ſignificent

a *Gen.* 15. 17.
b *Exod.* 3. 2.
c *Exod.* 4. 2. 3
d *cap.* 13. 20.
e *cap.* 14. 14
f *ca.* 17. 6.
g *Ioſue* 10. 13.
h *Marc.* 16. 17. 18.
i *Mat.* 14. 3.
k *Mat.* 24. 4. 5.

& rudes, excitarentur ad certò ſibi perſuadendum, Deũ minimè cum hominibus ludere, cùm gratiam ſuam, & æternam vitam eis promittit: & vt eiuſmodi ſignis in rem ipſam promiſſam, veluti præſentem adducerentur. Nam ſi ſpiritualis eſſes, inquit Chryſoſtomus, *Deus dona ſua ſpiritualia tibi ſpiritualiter propoſuiſſet: Nunc verò cùm anima ſit corpori alligata, dona ſua ſpiritualia, per corporalia proponit.*

3. Vt promiſſionum ſuarum fidem in nobis fulciret, & ſtabiliret: non ſecus ac Ciuilibus contractibus à Tabellione ſubſcriptis, ſolet Principis ſigillum apponi, vt prorſus validum, & authenticum inſtrumentum habeatur.

4. Vt per ſymbola à ſe inſtituta nos ad ſui cultum reuocaret, in eo retineret, & ab aliis ſectis diſcerneret. Ex quibus fit, vt & primus homo etiam purus in his terris opus Sacramentis habuerit, quia factus erat terrenus & animalis[a]. At poſtquam in cœlo erimus cœleſtes & ſpirituales, & promiſſa aſſequuti, iis non ampliùs opus habebimus.

[a] 1. Cor. 15. 45.

V. *Sacramentum in quo Prædicamento?*

Relationis quidem, quatenus conſideratur vt ſignum, vel ſignificans, reſpectu finis, ſeu termini ad quem ordinatum eſt: nam ſignum habet Relationem ad rem gnatam. Eſt igitur ſacramentum ἐκ τῶν πρός τι, id eſt de iis, quæ ad aliquid referuntur: nam Relata ſunt quorum eſſe, nihil aliud eſt, quàm ad aliud aliquo modo ſeſe habere.

Actionis verò, quatenus actio viſibilis, certo ritu peragẽda præcipitur: neq; enim aqua ſimpliciter, ſed aſperſio aquæ, in vſu congruente cum inſtitutione Chriſti, eſt Baptiſmus. Nec panis & vinum ſimpliciter, ſed panis, & fractio, diſtributio, ſumptio, & manducatio panis, & bibitio vini ſicut inſtituta eſt à Chriſto ad recordationem ipſius eſt cœna Domini.

VI. *Quodnam genus eſt Sacramenti?*

Signum, quia ſignificat aliquid. Omne enim Sacramentum, ſignum eſt, ſed non omne ſignum, eſt Sacramentũ ſed ſignũ in vſu legitimo: quia immota eſt regula aurea: *Nihil habet rationem Sacramenti, extra vſum à Deo inſtitutum.*

Quare Deus res penitus vulgares in conſtituendis Sacramentis delegit?

Ne in eorum vſu idcirco inſtitutorum, vt nos in cœlũ vſque ſubleuent: è contrario in rebus terreſtribus hæreamus, & obſtupeſcamus.

X. *Quæ eſt materia Interna?*

Eſt res ſignata: eáque ſimiliter tum ſubſtantia, tum actio. *Subſtantia* eſt Chriſtus, qui Nucleus omnium Sacramentorum dicitur, cum omnibus ſuis opibus quas in ſe habet, & vel propriè totus Chriſtus nominatur: vel ſynecdochice Corpus Chriſti in mortem traditum, vel ſanguis effuſus appellatur. *Actio* ſolius Dei eſt: & eſt vel iuſtificatio, & ablutio, vel circuncisio ſpiritualis, vel communicatio corporis & ſanguinis Chriſti.

XI. *Quæ eſt forma communis omnium Sacramentorum?*

Si τὸ τί ἦν εἶναι, id eſt ipſum eſſe Sacramenti conſideremus, eius forma: aut certè præcipua pars eſſentiæ, & menſura, à qua pendet, & ſuum eſſe habet, eſt, primùm, Ordinatio, ſeu Inſtitutio diuina in Verbo comprehenſa: nã Sacramenta ſunt id quod Deus teſtatur per verbum ſuæ Inſtitutionis & promiſſionis ſe velle vt ſint, ita vt ipſum Verbum illud, ſit quaſi Anima Sacramenti, ſen cauſa per quam Sacramentum eſt id quod eſt.

Verbum autem intellige, non quod certo ſyllabarũ numero conceptum, ſine ſenſu & fide inſuſurratum, conſecrandi, ſeu transformandi elementi, & ei virtutem aliquam conferendi, vim habeat: ſicut enim nihil poteſt figura literarum: ſic nec pronuntiatio vel ſonus verborum ſed quod à Deo prolatum, & clara voce à Miniſtro prædicatum & prædictum, intelligere nos faciat & credere, quid viſibile ſignum ſibi velit. Vnde Auguſtinus, *Non quia dicitur, ſed quia creditur.*

Deinde pulcherrima analogia ſigni ad rem ſignatam, & mutua σχέσις ſeu relatio, affectio, & habitus vnius ad alterum; quia eſſe Sacramenti, nihil aliud eſt, quàm ad ſignatum & Sacramentatum, i. rem ſignificatã referri.

res promiſſas à Deo, ſed σφραγῖδας ſeu obſignationes, quia credentibus res promiſſas obſignant.[a]

a Gen.9.12. & 37.9.10.

VIII. *Quot partibus conſtituentibus conſtat Sacramentum?*

Tribus. 1. *Verbo* inſtitutionis, ſeu mandato, & ordinatione diuina, ac promiſſione gratiæ, nõ quorumuis donorum Dei, ſiue corporalium, ſiue ſpiritualium, ſed iuſtificationis, i. remiſſionis peccatorũ, & vitæ æternæ quæ recitatur in Eccleſia nõ cõſecrationis gratia, aut vt Elemẽto virtus aliqua accedat, ſed vt eã fideles audiãt, & credãt.

2. *Signo* externo, & viſibili, quod aliàs Elementum vocatur, quia in primo Sacramento, i. Baptiſmo, ſignum eſt aquæ elementum: aliàs viſibilis forma, quia eſt res corporea & ſenſibilis in oculos & ſenſus incurrẽs: aliàs ſymbolum propter analogiam, & comparationem ad rem ſignatam: & quia veluti nota & teſſera eſt promiſſionis diuinæ. Quod vtrumque complectitur Aug. hoc dicto. Accedat verbum (inſtitutionis & promiſſionis gratiæ ſcilicet) ad Elementum, & fit Sacramentum.

3. *Signato*, quod alij Rem Sacramenti alij inuiſibilẽ gratiam, ſeu donum ſalutare vocant: vt in Circũciſione, apertum eſt mandatum Domini, *Cuſtodies pactum meum*, Gen. 17. Et promiſſio expreſſa eſt, *Ergo Deus tuus & ſeminis tui poſt te* Signum, Circunciſio præputij: Signatum denique Circunciſio cordis, ſiue veteris naturæ.[b]

b Deu. 10. 15. & 30.6.

IX. *Quæ eſt materia Sacramentorum?*

Eſt duplex. vna αἰσθητὴ, ſenſibilis, *externa*, ſeu corporalis in ſenſus corporis incurrens: altera νοητὴ, intelligibilis, *interna*, ſpiritualis, & cœleſtis quæ mente, & animo percipitur, mente, inquam, ſuo illo ad, id idoneo inſtrumento, nempe fide, prædita.

Quæ eſt materia Externa?

Duplex eſt, tum ſubſtantia corporea non autem accidens, vt aqua panis, vinum tum actio ceremonialis, ſeu ritus qui ab hominibus certo modo peragitur: vt Circunciſio in certa parte corporis, ablutio, manducatio, & bibitio externa & corporalis.

ſticæ:& tamen ſuo genere realis, quippe ſpiritualis, ſola Spiritus ſancti potentia & virtute, qui efficit vt Ieſus Chriſtus, qui nunc quatenus homo eſt , in cælis reſidet: nobis tamen qui in terris ſumus, non minus vere donetur, quàm ſigna ipſa, quatenus videlicet fides noſtra eum contemplans in ſacramentis in cœlum vſque conſcendit, vt vere eum complectamur magis ac magis, & ipſe in nobis viuat & maneat. Nouit enim Spiritus ſanctus arctiſſime coniungere fidei vinculo, quæ alioquin ſi locorum diſtãtiã ſpectes, longiſſime ſunt diſſita. Id quod cœleſti & ſpirituali modo fit non naturaliter: non per ſubſtantiarum connexum, & contactum: quo modo etiam fideles inter ſe ſunt coniunctiſſimi : quemadmodum & maritus & vxor vinculo coniugij aſtricti, quantumuis locorum interuallis diſſiti.

XIII. *An coniunctim vtraque res & ſigna nobis à Deo offeruntur?*

Coniunctim quidem, vere , & abſque dolo , Dei promittentis reſpectu: ſed diſtincte tamen, ita vt ſæpenumero qui ſigna ſumit, nihil minùs quàm rẽ ipſam recipiat. Vnde Auguſtinus ait , *Nihil profuit Simoni Mago viſibilis Baptiſmus, cui Sanctificatio inuiſibilis defuit.* *Supra Leuit 7. qu. 84.*

XIV. *Quis eſt modus percipiendorum ſignorum & rerum ſignatarum?*

Signorum quidem, naturalis ſeu corporalis eſt modus, & tum à fidelibus, tum ab infidelibus naturali modo percipiuntur ſigna, licet contrario euentu. Res autem ipſæ ſignificatæ, communicantur, Dei quidem donantis reſpectu per ſpiritum ſanctum: Noſtri autem reſpectu per fidem per quam ſolam Chriſtus cum ſuis beneficiis, omnibus , à nobis apprehenditur: [a] Res enim intelligibilis ac ſpiritualiter propoſita , non niſi modo ſpirituali percipi poteſt, vt ſpiritualia ſpiritualibus, corporea & viſibilia corporeis & viſibilibus reſpondeant. [b]

[a] *Eph.* 3.17

[b] 1. *Cor.* 2. 13

XV. *Quid in hac Tractatione ſignificant vocabula, Realiter, Subſtantialiter, Corporaliter, Sacramentaliter, Spiritualiter?*

Analogia autem, quæ eſt congruentia, ſeu conuenientia rei ad aliquid relatæ, eſt in comparatione ſeu ſimilitudine ἐνεργειῶν ſeu effectuum, vt, Sicut aqua abluit ſordes: ſic ſanguis Chriſti abluit peccata.

Relatio eſt in ordinatione ad rem ſignificatam, ſeu mutuo reſpectu vnius ad alterum vt cùm ſigno ſenſibus exhibito, ſimul intellectui repræſentatur res ſignificata.

Denique, ſi vſum ſpectemus, forma Sacramenti eſt Actio, qua legitime & recte adminiſtratur & vſurpatur res terrena in finem à Deo inſtitutum: ſeu modus peragendi & celebrandi Sacramentum: nam Actionis forma eſt modus quo peragitur.

XII. *Qualis eſt Coniunctio ſeu Vnio ſignorum, & rerum ſignificatarum in Sacramentis?*

Non naturalis, per ſubſtantiarum contactum, & connexionem, aut vnitatem, aut accidentium & ſubiectorum vnionem, ad idem numero Indiuiduum conſtituendum: aut localis, per indiſtantiam, aut inexiſtentiam vnius in altero. Non etiam dicenda ſpiritualis quia ipſa ſigna viuificaret, quod eſt ἀϑεόλογον: Sed σχετικὴ, *Relatiua*, ſeu Sacramentalis, & ſignificatiua: qua res inuiſibiles, commoda cõuenientia per viſibiles repræſentantur, & vnum quodammodo fiunt, propter mutuum reſpectũ quem inter ſe habent, ~~vt faſces~~, & Imperium Romanum. Qualis vnio eſt inter vere Relatum, & Correlatum: ſicut inter patrem & filium, vnio nõ eſt phyſica & ſubſtantialis, ſed Relationis quæ non in μετουσίᾳ, aut συνουσίᾳ, non in conuerſione aut incluſione conſiſtit, ſed in mutuo reſpectu & σχέσει vnius ad alterum. Sicut igitur Pater idcirco pater eſt, quia in filium vel conuertitur, vel filium in ſe οὐσιωδῶς continet, ſed quia ad filium refertur: ita ſignum, vel Sacramentum eſt, non quòd in rẽ ſignatã cõuertitur, aut eã, ſicut ſaccus auenã, aut cyphus vinũ cõtinet, ſed quòd ſignũ & res ſignificata vniãtur Relationis vnione, ſicut filius cũ patre, & ſeruus cũ domino cõiũgitur: vel etiã qualis vnio eſt inter vocem prædicationis Euangelij, & rem promiſſã Euangelio, non Realis, ſed intelligibilis, & fide apprehendenda.

Noſtri tamen & rerum ſignificatarum reſpectu coniunctio eſt, non quidem eſſentialis & perſonalis ſed myſtica

Non ex crucis formatione, recitatione aut murmuratione tacita vllorum verborum: vt faſcinatores, vel Magi ſua carmina conceptis verbis recitant, putà de Ioue Elicio, aut de Luna cœlo deducenda, vi ſcilicet & virtute literarum & ſyllabarum, ſi certo modo recitentur & pronuntientur: ſed ex ſancta & bona voluntate, delectu, inſtitutione, ſeu ordinatione, benedictione, dedicatione, facto, præcepto, verbi conſignatione, & promiſſione ipſius Dei, qui ad hominum vtilitatem, aquam, panem, & vinum delegit, & in certum aliquem finem inſtituit, & verbo ſuo deſignauit, & quòd ea pro Sacramentis habere, & quomodo celebrari voluit, expoſuit.

Deinde vſu ſancto, qui fit per preces: beneficiorum, & promiſſionum Dei commemorationem, & gratiarum actionem.

XX. *Quando facta eſt eiuſmodi Conſecratio?*

Primum quidem eam fecit ſemel & ſimul ipſe Dominus per ſe in prima illa Inſtitutione, verbi gratiâ in vltima illa Cœna, & quæ ſemel facta ad finem vſque mundi Sacramenta conſecrat, & ſanctificat Eccleſiæ: ſicut verbū illud ſemel dictum, *Creſcite & multiplicamini*, perpetuam habet efficaciam, Gen. 1. 28.

Nunc autem illam repetit per preces & verbum, quo clarè explicatur tota Inſtitutio & vſus rerum externarum per homines, & eos quidem, non quoſcunque, ſed legitimè vocatos, hoc eſt, per Paſtores & Miniſtros ſuos: Secus enim non eſt Sacramentum, ſed Sacramenti profanatio.

XXI. *An ſit aliqua* μεταβολὴ, *i. mutatio ſignorum in Sacramentis?*

Fit ſanè: non quoad naturam aut ſubſtantiam, qualitatem, aut quantitatem naturalem ſignorum: Οὐ γὰρ τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως, inquit Theodoretus: *S*ed tantùm quoad finem, officium, conditionem, & vſum, cuius gratia in Eccleſia proponuntur, quoniam videlicet incipiūt nobis verè ſignificare res planè cæleſtes & diuinas, idq. non ex ſui natura, ſed ex filij Dei ordinatione: vt cùm, verbi gratia, aqua, panis, vinum, à communi vſu transfe-

Realiter, propriè rem ipſam verè percipi: cui æquipollẽt voces *Subſtantialiter*, & *Eſſentialiter*. Sic fideles in legitimo vſu Sacramenti dicuntur Chriſtum *Realiter*. *Subſtantialiter*, vel *Eſſẽtialiter*, percipere, Sacra ſigna etiã, *Realiter*, *Subſtãtialiter*, & *Eſſẽtialiter* ſumere. *Corporaliter* verò & *Spiritualiter* modũ perceptionis deſignãt: quo modo *Corporaliter* tantum ſigna percipiuntur, Chriſtus verò *Spiritualiter*. *Sacramentaliter* autem percipere, eſt ſigna corporis & ſanguinis Chriſti percipere.

XVI. *An-ne re Sacramentorum ij potiuntur omnes qui ſignis viſibilibus vtuntur?*

Minimè, ſed ſoli fideles, ad quos promiſſio gratiæ pertinet, & in quorum gratiam certis ſigillis eadem obſignatur. nam quæ pars ſeu communio fideli cum infideli: 2. Cor. 6.15.

XVII. *An-ne poteſt aliquis eſſe Reus ſignatæ rei cauſa, qui eius particeps non ſit?*

Poteſt, propter ſignorum abuſum, & contemptum in rem ſignificatam contumelioſum: non ſecus ac is qui Chriſti ſeruos aſpernatur, reus fit contemptus Domini noſtri Ieſu Chriſti & ipſius etiam Patris.[a]

[a] Luc. 10.16

XVIII. *Eſt-ne fides de Subſtantia & integritate Sacramentorum?*

Minimè, quia fides non efficit Sacramentum, ſed Inſtitutio diuina Fides quidem ad rem Sacramenti ſumendam neceſſaria eſt nam per fidem Chriſtus habitat in cordibus noſtris:[b] tamen ſiue credat quis ſiue non credat, ſi legitime Sacramentum adminiſtretur, verum Sacramentum ſumit, reſpectu ſcilicet Dei.

[b] Eph. 3. 17.

Reſpectu verò communicantis, ſi quis non credat, nudum ſignum: ſine fide enim nec Verbum, nec Sacramentum, nobis prodeſſe poteſt.

IX. *Vnde eſt Sacramentorum conſecratio ſeu ſanctificatio & benedictio?*

peratum, alterum Vetitum: illud *Immortalitatis*, quod à arbor vitæ dictum eſt, non quòd vitam ipſa conferret, quam iam antè Adam præditus erat, ſed Sacramentaliter, quòd immortalitatis eſſet teſſera, ſymbolum, & memoriale, iis quibus eius fructu veſci licebat.

Alterum *Probationis*, quod lignum ſcientiæ ſiue experientiæ boni & mali, ab euentu & experimento, metonymicè eſt nominatum: quia ſcilicet homo poſt eſum illius ſciturus & experturus erat, quantum bonum amiſiſſet, & in quantum malum ruiſſet. À cuius eſu abſtinendum erat, ad probandam Deo debitam obedientiam[a]. Nō quòd Deus hominem pecudis inſtar, vagari ſine iudicio, & rerum delectu vellet: datum enim illi fuerat iudicium, quo inter virtutes & vitia diſcerneret, ſed ne plus ſapere appeteret, quàm decebat: & ne proprio ſenſu confiſus, excuſſo Dei iugo, arbitrum ſe boni & mali, ac iudicem conſtitueret.

a *Gen.* 2. 9. 17. & 3. 3. 22.

XXV: Quotuplicia ſunt Sacramenta poſt lapſum?

Alia veteris Teſtamenti, alia noui. Illa Meſſiam exhibendum præfigurabāt: hæc exhibitum teſtantur. Rurſus, illorum quibus præfiguratus fuit Meſſias exhibendus; quædam fuerunt temporaria accidentalia, & extraordinaria, quibus ſemel tantùm, vel ad certum tempus vſus eſt Deus: quædam fixa, & ordinaria, quæ in ordinario vſu eſſe oportuit, μέχρι καιροῦ διορθώσεως, vſque ad tempus directionis[b]: διορθοῦσθαι enim dicuntur, quæ rectà ad ſuum ſcopum diriguntur. cùm illa eodem quidem, ſed ſinuoſo quodam ambitu tenderent.

b *Heb.* 9. 10.

Temporaria fuerunt, vt Diluuium[c]: Tranſitus per mare Erythræum[d]: Commoratio ſub Nube[e]: quæ tria veluti quidam Baptiſmus Veteris Teſtamenti fuere: Manna è cælo data[f], & Aqua è petra[g], velut Euchariſtia & potus ſpiritualis fuerunt, 1. Cor. 19. 1. 2. 3. *Nolo vos ignorare, Patres noſtros omnes ſub illa nube fuiſſe, & omnes per mare tranſiuiſſe, & omnes baptizatos eſſe Nube & Mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem ediſſe, atque eundem potum ſpiritualem bibiſſe.* Nam in Diluuio liberatio ſeu emerſio ex aquis quæ contigit Noe, & familiæ ipſius, fuit ſignum illi Eccleſiæ ſpiritualis liberationis ſeu emerſionis è peccati &

c *Gen.* 7. 6.
d *Exod.* 14. 22.
e *Exod.* 13. 21.
f *Exod.* 16. 14. 15. *Iob* 6. 31.
g *Exod.* 17. 6.

runtúr,& Dei mandato fiunt ſigna corporis & ſanguinis Domini, quod certè nó habent à natura: Ita enim omnis aqua ſignum eſſet ſãguinis Chriſti, ſed ab ipſius Domini inſtitutione. Mutantur quidem ſignorum etiã nomina, ſed non res, vt videlicet maiorem rerum ſignificatarum rationem habeamus, quàm ſignorũ, & ab elementis mẽs ad Chriſtum auolet. Ideo Theodoretus in ἀτρέπτῳ, Chriſtus viſibilia ſymbola; appellatione corporis & ſanguinis ſui honorauit, Οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστεθεικὼς, i. *Non transſmutans ſymbolorum naturam: ſed naturæ ſymbolorum adÿciens gratiam.* Gratia autem illa naturæ adiecta eſt, quòd Elementa illa fiant Sacramenta, hoc eſt. Sp. ſancti media & Inſtrumenta communionis Chriſti in nobis confirmandæ, conſeruandæ, & augendæ.

XXII. *Eſt ne hæc mutatio perpetua?*

Minimè, quia vſum duntaxat, eũmque publicum in Eccleſia reſpicit: quare extra actionem ipſam myſteriorum, ſiue adminiſtrationem Sacramentorum, nullus locus ei relinquitur. Nihil enim habet rationem Sacramẽti extra vſum à Chriſto inſtitutum.

XXIII. *Quomodo phraſes ſeu loquutiones Sacramentales ſunt exponendæ & intelligendæ?*

Non omnes Scripturæ loci ſemper κατὰ τὸ ῥητὸν, i. ſecũdũ literam, ſunt intelligendi, ſed κατὰ διάνοιαν, i. ſenſum: habita ratione analogiæ fidei, & circũſtantiarum locorum illorum. Peculiariter verò loci ad Sacramẽta pertinentes, nõ poſſunt ſumi, nec intelligi ſecundùm literam, propter Sacramentorum naturam, in quibus non vnam rem ſimpliciter ſpectamus, ſed duas: nempe ſigna externa & viſibilia, & res cœleſtes & inuiſibiles per illa ſignificatas.

XXIV. *Quot ſunt Sacramentorum genera?*

Hominum ſtatus reſpectu, duo ſunt. Quædam *ante lapſum* in ſtatu integritatis & innocentiæ primæuæ: alia *poſt lapſum* à Deo inſtituta.

Et *ante lapſum* quidem, duplex fuit Sacramẽtum: vnum

Noe, totíque eius posteritati in ſignum, monumentum,& pignus ſtatuit,quod poſthac ſe diluuio non diſſipaturum Terram teſtatus eſt, Gen.9.9.10.13. *Arcum meum ponam in Nube, & erit in Signum fœderis inter me & terram.* Non quòd tum demum fabricatus fuerit Arcus, qui priùs non eſſet ante Diluuium,ſed quòd nota verbo Dei fuerit illi iinſculpta, quæ diuinæ gratiæ ſignum hominibus daret.

2. Specialia duo,præter naturæ ordinem, Circuncisio videlicet,Gen.17.10.*Hoc pactum meum, quod custodietis inter me & vos, & inter ſemen tuum poſt te,vt circuncidatur in vobis omnis maſculus.* Nam ſicut olim fœdera, non modò in publicas tabulas referebantur, ſed in æs incidi,vel lapidibus inſculpi ſolebant,quò magis teſtata & celebris eſſet eorum memoria: Ita Deus in carne Abrahæ fœdus ſuum incidi & inſculpi voluit. Et Agnus Paſchalis[a].Quæ tamen interdum longo tempore intermiſſa ſunt,aliàs non improbante Deo, aut ſaltem tolerante,Moſe certè conniuente: vt Circuncisio totis 40. annis[b],quia 40.annis iuerant filij Iſraelis per deſertum: aliàs hominum incuria vt Paſcha[c]: Sed tamen nullo cũ fidelium damno,quia Non priuatio, inquit Bernardus, ſed contemptus Sacramentorum damnat.

a Exod.12.3.21.22.

b Ioſue.5.5.7.

c 2.Reg 23.22. 1. Eſdra 6.19.

XXVII. *Quid differebant duo illa fixa Sacramenta?*

Hoc,quòd vnum,Initiationis,i.receptionis in Eccleſiã & fœdus Dei,quod omnibus fœderatis,tam adultis, quã infantibus,ſemel tantùm adminiſtrari Deus voluit,ſymbolum fuit.Alterum verò Continuationis in fœdere,nutritionis,confirmationis,& augmenti continui, & perpetuæ manſionis in Chriſto:quod ſæpius adminiſtrabatur,ſed adultis tantùm,qui ſe probare poſſent.

XXVIII. *Quid fuit Circuncisio?*

Latini *Præputium* dixerunt,à Præputando, quia Iudæi pelliculam illam præputabant,i.præcidebant ſiue amputabant.Ariſtoteles ἀκροποσθίαν, i.cuticulam extremam τῆς αἰδοῖας,genitalis;& Paulus,mutata nonnihil voce, Ἀκροβυστίαν appellat[d].Vnde περιτομὴ dicta, quasi Circuncisura: ἀπὸ τοῦ περιτέμνειν, circunſecare, amputare,& præputare: quæ & externa circuncisio dicitur,& circuncisio per li-

d Rom.2.26.

mortis gurgite,& ad nouam vitam:cuius Baptiſmus hodie nobis typus eſt: & ideo ἀντίτυπον, correſpondens Exẽplar dicitur eius liberationis quę cõtigit in Diluuio[a].

a1.Pet.3.21. b1.Cor.10. Sunt igitur duo typi,ſed prior,poſterioris typus ſiue adumbratio [b]: Poſterior verò prioris antitypus,i. typus ex aduerſo reſpondens. Qua ratione Sacramenta noui fœderis,Sacramentorum veteris antitypa dici poſſunt. Sic tranſitus per mare rubrum, & commoratio illa ſub nube,vim cœleſtem Spiritus adumbrante, typi & ſymbola fuerunt ablutionis à peccatis,& regenerationis,& efficaciæ cœleſtis Spiritus adumbratio. Noſtri autem reſpectu typi noſtri Baptiſmi fuerunt , & viciſſim Baptiſmus noſter,illorum antitypus.vnde Apoſtolus 1. Cor.10.2.dicit *patres baptiZatos eſſe nube & mari in Moſem*, i. non in nomẽ Moſis,ſed Moſe illis præeunte.

In Pſal.77. 2. Sic Manna è cœlo,& aqua è petra profluens Cœnæ inſtar fuerunt,& ſpiritualem Chriſti alimoniam, & cibum ac potum ad animas ſpiritualiter ad vitam æternam nutriendas ſignificabant, & credentibus verè offerebant,fide ſpiritualiter percipiendam : vnde Apoſtolus 1.Cor.10.3.Mannam(eam conſiderant vt Sacramentum) vocat βρῶμα πνευματικὸν i.inquit Auguſtin.*Eſcam ſpiritualem aliquid ſignificantem*, nimirum Chriſtum ſuo quidem tẽpore exhibendum, ſed iam tum piis præſentem & efficacem,qui eum venturum fide amplectebantur.Et verſ. 4.eadem ratione Petram ſeu Rupem,ex qua riuus Iſraëlitas conſequens,ſiue comitans, profluebat, ſpiritualem potum,& ſacramentaliter,ſeu μετωνυμικῶς Chriſtum vocat,*Bibebant enim*,inquit,*ex ſequente ſpirituali Petra : Petra autem illa erat Chriſtus*:Cœna verò noſtra Mannæ, & aquæ illius antitypus eſt.

XXVI. *Quænam erant fixa & Ordinaria Sacramenta?*

1. Vnum vniuerſale,perpetuum,& commune omnibus hominibus , & in horum gratiam & commodum, brutis quoque animantibus, adeóque cum omni animâ viuente:quod & Naturale dicitur, quia id in re naturali Deus extare voluit,cùm Iridem,i.cœleſtem Arcum, ex naturalibus cauſis oriundum,Verbo ſuo ſignauit,& cõſecrauit , pro arbitrio quod in omnes Creaturas habet

& Noe,

Euangelij:qua diruta macerie,Gentes æquauit Deus naturalibus filiis Abrahæ [a].

Materia in qua,ſiue ſubiectum Circunciſionis,maſculi omnes:[b] & quidem ſolùm,nã etſi promiſcuè maribus & fœminis, data erat promiſſio,quæ Circunciſione ſanciebatur,tamẽ in vno ſexu,totum populum ſibi Deus cõſecrabat: quia fœminæ non erãt capaces huius ſignaculi. Deinde quia cùm vir ſit caput mulieris,[c] à quo etiam generatio pẽdet,in maſculino genere fœmininũ cõtinebatur, & tunc quoque etiã ſanctificabatur: Incidebatur enim hac lege in marium corporibus Dei fœdus,vt eiuſdẽ fidei participes,ſociæque fierent fœminæ. Nam Sara dicitur mater Fideliũ, vt Abrahamus eorundẽ pater.1.Pet.3.6. Poſtquã autem gentes quoque ſpirituali generatione adoptatæ ſunt in filios Abrahæ,mutato illo ſigno,ſubſtitutum eſt alterum expreſſius,& vtrique ſexui commune, idque ſine ſanguine, vt eò meliùs exprimeretur beneficium Chriſti, eiúſque in omnes applicatio.

2. In parte genitali fiebat Circunciſio,i. pelliculæ abſciſſio ad ſignificandum humanum ſemẽ planè immundum,nihílque mundi ex immundo hominis oriri ſemine, ſed vitioſum eſſe quicquid ex homine gignitur, & proinde humanam naturam peccato originis eſſe infectam, & regeneratione opus habere. Ideo Chriſtus ex virgine natus eſt:& conceptus de Spiritu ſancto, vt immunis eſſet ab omni peccato. Deinde vt oſtenderetur ſalutem ex benedicto Abrahæ ſemine prodituram.

3. Infantes quidem circuncidi voluit Deus, vt tanquam ſemel in gratiam per fœdus aſſumpti, fœderíſque conſortes, vnà cum fideli Abraham facti, ſigno fœderis perinde ac Patres eorum fideles obſignarentur,iuxta promiſſionem,Ero Deus tuus,& ſeminis tui poſt te,Gen.17.7. In præludium tamen vocationis Gentium in communionem populi etiam Gentes adſumebantur ſic circunciſionem admitterent.

XXX. *Annon debuit videri ridiculum eiuſmodi Sacramentum?*

Non debuit;nam ſi cui abſurdum videtur in illa corporis parte datam eſſe tam præclaræ & ſingularis gratię teſſerã,cum quoque ſalutis ſuæ,quæ ex Abrahæ lumbis

a Eph.2.11. 12 13.14.

b Gen.17.10 11.

c Eph.5.23.

a v.17. teram ſeu literalis[a], quæ literis erat mandata per Moſem
iuſſu Dei: vel quatenus conſideratur ſeiunctà à ſpiritualis
ipſius fine.

Sed quatenus conſideratur conſtans ſigno, & re ſignificata,
fuit Sacramentum veteris Teſtamenti diuinitùs
inſtitutum, quo ſigno viſibili, nempe externa amputatione
præputij, in maſculis, qui in ſocietatem populi Dei,
ſeu Eccleſiæ recipiebantur, res ſignificata, nempe 1. Cõſortiũ
in fœdere Dei, 2. Acceptatio & Adoptio in Populum
Dei, 3. Circuncîſio interna ſeu ſpiritualis, (quam
Scriptura Circuncîſionem, i. purgationem cordis per
ſpiritum[h], & ſynecdochicè, partim metonymicè Auris,
b Deut. 10. 16. & 30. 6. Ierem. 4. 4. Rom. 2. 29. quæ auditum moderatur [c], & Oris, ſeu labiorum, quæ
ſermoni modum præſcribit[d]. Paulus verò Col. 2. 11. *Circuncîſionem
Chriſti*, qua Chriſtus ipſe nos intus circũcidit,
& ἀχειροποίητον vocat) i. interna corruptæ naturæ refectio,
c Ier. 6. 10. ſeu peccatorum & vitiorum amputatio per Iuſtificationẽ
d Exod. 6. 11. & Regenerationem. 4. Inſitio item in Chriſtum, & omnium
beneficiorum eius communio: ſimul etiam promiſſio
de Meſſia benedicto ſemine ex poſteris Abrahæ
proditurо: & Remiſſio peccatorum per ſanguinem eius,
adeóque terræ Chanaan promiſſione, vitæ cœleſtis hæreditas
ſignificabatur, & in credentibus ſculptura, velut
ſigillo, obſignabatur. Et inſuper ſolennis obligationis inſtar
erat, qua circũciſi ad integram legem præſtandam
aſtringebantur[e]. Gal 5. 3. *Teſtor omni homini qui circunciditur,*
e Rom 4 11. Deut. 30. 6. Gen. 17. 13. *eſſe debitorem legi ſeruandæ*, propoſita ipſis ob oculos Circuncîſionis
Ceremonia, Exciſionis pœna[f], ſi vel minimũ
f Gen. 17. 14. in legem peccaſſent [g]. vnde Circuncîſio Metonymicè
fœdus, & pactum dicitur Gen 17. 10. Act 7. 8. & Synecdochicè
g Col. 2. 16. pro tota Lege ſumitur. Gal. 5. 2.

XXIX. *Quæ fuerunt Cauſæ Circuncîſionis?*

1. Efficiens, Deus eius author, qui arcano cõſilio, & gratia
peculiari Abrahamum & genus eius elegit, vt ſalutis
fœdus cũ illo inſtauraret, & Circuncîſionis ſigno obſignaret[h].
Quo etiam factum eſt, vt populus Iſrael quaſi
h Gen. 17. 1. grex Dei in proprium eius ouile receptus ſit; reliquę Gẽtes
à fœdere extraneæ, tanquam feræ beſtiæ per mõtes
& ſyluas, aut deſerta errarent, ad promulgationem vſque

Euangelij

Infantibus tantùm fuit impoſita.

2. De Adminiſtro, Etſi nulla extat lex, probabile tamen eſt ex Ioannis Circunciſione,[a] & Abrahami exemplo,[b] ſingulas familias per ſe eam adminiſtraſſe, non inter paucos, ſed in aliqua forma cœtus Eccleſiaſtici, ad quem vicini & cognati omnes conueniebant. a Luc.1.59. b Gen.17.23.

3. Adminiſtrabatur Domi, apud parentes, (nimirum, quòd Circunciſio non poſſet ſine acerbiſſimo Infantis cruciatu fieri, vt vulneri abſque mora remedium adhiberetur.)

4. Inſtrumentum Circunciſionis erat culter, vel acutus, vt nonnulli volunt, vel petrinus ſeu ſilex acutiſſimus, vt pleriſque placet: [c] Tradunt enim in Oriente lapides reperiri, qui nouaculæ inſtar ſcindunt: Vt ſignificaretur vel cultro legis diuinæ carnem mortificandam eſſe: vel potiùs à petra Chriſto amputandam. c Exod. 4. 25. Ioſue 5. 3.

5. Adiunctum Circunciſionis, fuit Nominis impoſitio[d], vt nominis recordatione officij ſui, qui circunciſi fuerant admonerentur. d Luc.1.63. & 3.1.

Exemplum autem Zephoræ vxoris Moſis, fœminæ Madianitis, de voluntate Dei non ſatis inſtructæ, quæ vt maritum à morte redimeret, qua afficere eum Iehoua quærebat, propter neglectam Circunciſionem filij & quidem in itinere, & in diuerſorio, metu turbata filium circuncidit, & præterea non eſt virum ſuum ampliùs proſecuta, ſed à Moſe ad parentē dimiſſa,[e] ſingulare eſt[f] & proinde in conſequutionem venire non debet. e Exod.18.2. f Exod.4.25

XXXII. *Quinam vſus & fines Circunciſionis fuere?*

1. Vt eſſet fœdus & pactum,[g] i. ſignum gratuiti fœderis inter Deum & poſteros Abrahæ, vnde fidē confirmarent, & ſcirent ſe in tutela Domini & poſſeſſoris ſui eſſe contra omnes hoſtes: Iuxta promiſſionem, *Ero tibi in Deum & ſemini tuo poſt te*, nempe ſingulari quodam modo quo ſum effecturus te ſpiritus mei, iuſtitiæ meæ, bonorum omnium, denique cœleſtis vitæ, participem[h]. g Gen.17.10 h Gen.17.7.

2. Vt populus eo ſymbolo, & profeſſionis teſſera, ab aliis Gentibus & profanis diſcerneretur, & diſtingueretur populus ex quo promiſſus ille Redēptor naſci debebat. Vnde Circunciſio metonymicè pro Iudæis circunciſis,[i] ſicut præputium pro incircunciſis ſeu Gentilibus[k] i Tit. 1. 10. k Rom.2.26

ſluxit, pudeat neceſſe eſt: Et alioqui Crux Chriſti Iudæis ſcandalum fuit, & Gentibus ſtultitia, 1. Cor. 1.23 Et Iulianus Apoſtata, ſicut & Celſus, riſerunt pomum primis parentibus fuiſſe interdictum. Et Naaman Syrus rem ridiculam putauit, in Iordane ſepties lauare.[a] Sed verbum Dei vniuerſo orbi terrarũ præferri debet: Et *ſtultitia Dei* 1. id quod inſani homines non ſine impietate ſtultitiam vocant, *ſapientior eſt omni hominum ſapientia.* Nam licet Principes huius ſeculi habeant ſigilla magnifica, promiſſiones tamen illorum non raro fallunt. Vt Deus cum notis abiectioribus neminem fefellit vnquam.

a 2. *Reg.* 5. 11.

XXXI. *Quis modus Circunciſionis?*

Is in Tempore, Miniſtris, Loco, inſtrumento, & Adiũcto ſpectatur, Primò igitur, Infans octo dierum circuncidebatur, 1. cùm octauus dies aduenisſet nam Circunciſio fieri debuit octauo die præciſè,[b] vt teneræ ætatis rationẽ haberet Dominus, & ſic teſtatum Iudæis faceret paternum ſuum erga ipſorum liberos amorem; tum enim ætas Infantum confirmatior eſſe ſolet. 2. Quia diebus ſeptem omnis partus impurus erat ex ſanguine, & octauo demum purus habebatur[c]. 3. Quia Sacramentum hoc fuit illius diei octaui, quo Chriſtus Reſurrexit ad Iuſtificationem noſtram, poſtquam in ſimilitudine carnis, peccatum condemnauiſſet, vt ſcribit ad Fidum Cyprianus. 4. Tum etiam vt oſtenderetur, meditandã quidem eſſe carnis mortificationem, toto vitæ huius præſentis curſu, quę ſeptem diebus notatur, quia continua hebdomadũ, ſeu ſeptem dierum reuolutione abſoluitur, ſed nonniſi octauo die, 1. poſt eius finem completur.

b *Gen.* 17. 12 *Leuit.* 12. 3. *Luc.* 1. 59. & 2. 21.

c *Exod.* 22. 30. *Leuit.* 12. 3. *l.* 3. *Epiſt.* 10.

5. Ne à fœdere excluſos eſſe putemus, qui eius ſigna adipiſci nonpotuerunt, cùm multi præſtitutũ octauum diem non aſſequuti, ſine Circunciſione mortui ſint. Ex quo etiam patet præſcriptũ illud tempus, partem fuiſſe pædadogiæ, ſub qua veterẽ populũ tenere voluit Deus: nam maior hodie, laxiórque in Baptiſmi adminiſtratione permiſſa eſt libertas: qua ad certum dierum numerũ nó adigimur Neque tamẽ ab Abrahamo, Iſmaele, ac ſeruis emptitiis peccabatur in hanc legem, quod non octaua die, ſed ætate adulta circunciderentur, quia determinatio octauæ diei non generaliter omnibus, ſed ſpecialiter

Infantibus

notam & teſſeram non geſtat. Neque eſt quòd conqueri poſſimus de ſeueritate Dei, cùm omnes naſcantur filij iræ, & condemnationis [a]. Vel, quòd ſi ipſi Infantes adulti facti, Circunciſionē neglexiſſent, aut à Parentibus neglectam approbaſſent, Sanctorum conſortio excluderentur, hìc, & futuro ſeculo, vt toti Eccleſiæ prodeſſet Iudicium præ ſe gerens teſtimonium aduerſus Sacramentorum contemptores. Hinc Moſem Dominus occidere voluit, quod Gerſonem filium non curaſſet circuncidi [b] Sic qui in Diſerto ſub Moſe nati erant, non prius ad terræ promiſſæ fruitionem admiſsi ſunt, quàm circuncisi eſſent [c].

a Eph.2.3.
b Exod.4.24.
c Ioſue 5.3.

XXXIV. *Quandiu durare debuit?*

Interior quidem & ſpiritualis Circunciſio perpetuo, vnde fœdus ſeculi, i. perpetuum vocatur, *d* in Chriſto quod ad ſubſtantiam attinet perpetuo continuandum: etſi mutabilibus ſignis. Myſtica verò, quod ad externum vſum, vſque ad primum Chriſti aduentum.

d Gen.17.7 13.

1. Quia cùm finis legis ſit Chriſtus *e* perpetuū tempus quod Ceremoniis Legis, (vt Templo *f* & Sabbatho *g* fuit finitum ex quo Chriſtus apparuit, & ſanguis omnis ceremonialis ſanguine Chriſti ſiſti debuit: & quod per Circunciſionem exhibendum eſſe ſignificabatur, exhibitum eſt, nempe ſemen mulieris, quod eſt Chriſtus Dominus ex caſtiſſima virgine natus.

e Rom.10.4.
f Pſ.132.14
g Exod.31.16

2. Quia per eum eſt in cruce completa veritas Circunciſionis, [h] & paries ille dirutus, quo Iſrael à Gentibus diuidebatur: ita vt ſiquis circūcidatur, neget Chriſtū aduenìſſe, & eū ſibi inutilē reddat, Gal.5.2. Ecce, *Ego Paulus dico vobis, ſi circuncidamini Chriſtus nihil vobis proderit.*

h Ioh.1.17

3. Quia Dominus nouum fœdus per Ieremiam 31.31. promiſerat, nō ratione ſubſtantiæ & finis: Chriſtus enim eſt ſubſtantia & finis vtriuſque fœderis, ſed ſymbolorum quæ mutata ſunt, reſpectu. Quod igitur dicunt Iudæi, ſemel rectè factum, nullatenus eſſe mutandum, non eſt verum: mutata enim temporis cauſa, quod rectè antè factū fuerat, mutari vera ratio plerunq. flagitat, inquit Aug.

l. 32. cap.9. contra Manichæos.

4. Vox *holam*, non ſemper ſignificat tempus fine carens, ſed vel tempus longum, vel definitum, & certa durationc dimenſum, Proinde Apoſtoli [i] ſtatuerunt Gen-

i Act.15.24.

a Rom.15.8. vſurpatur. Et Chriſtus Circũciſionis Miniſter,[a] hoc eſt non Legis, quã ſuo aduentu abrogauit, aut potiùs compleuit, ſed Iudæorum, intra quorum fines ſe continuit, quãdiu inter homines verſatus eſt, vt teſtatur de ſe, Matt. 1.24. Sic tamen vt Euangelium voluerit quoque ſuo tempore Gentibus annuntiari: [b] Præcipuè verò Circunciſione ſpirituali, & interiore, tum ab illis, tum à ſe inuicem diſtinguebantur Iudæi: nam ex duplici Circunciſione, vna externa, altera interna, factum eſt, vt duas Iudæorũ ſpecies Paulus conſtitueret, [c] Et Stephanus Iudæos incircunciſos corde & auribus, qui in corruptæ naturæ vitiis hærerent, adhuc demerſi, quique vocem Dei ne audire quidem ſuſtinerent, quales ſumus omnes natura, vocaret d.

b Ioh.10.16.

c Rom.2.28.

d Act.7.51.

3. Vt circuncisi officij admonerentur, bona promiſſa ad ſe pertinere ſcirent, pactis ſtarent, & ſeſe inuocatione in aduerſis & proſperis promiſſionum diuinarum, & fœderis ſymbolo confirmarent, vt videre eſt in Ionathanis & Dauidis cum Goliatho congreſſuri exẽplo e. 4. Vt docerentur de naturæ corruptione, quæ nó poſſet emendari ſine ſanguinis effuſione, & ſimul de venturo benedicto ſemine.

e 1.Sam.17.26.

5. Vt credẽtibus eſſet ſignaculũ iuſtitiæ & fidei, i. eius iuſtitiæ, quę nobis per fidẽ in Ieſum Chriſtũ obtingit f.

f Rom. 4. 11.

6. Vt admonerentur de Circunciſione cordis, Oris, Auris, Oculorum, & membrorum reliquorum ſpirituali, & ad hanc aſpirarent: & de reſtipulatione & obſtrictione ad legẽ ſeruandã, & ſic eſſet Sacramentum Pœnitentiæ.

7. De Cruce, perpetuò ferenda, & primitiis ſanguinis noſtri ei offerendis qui totum ſanguinem ſuũ erat effuſurus in cruce.

XXXIII. *Cur Infantes octauo die non circunciſi, fuerunt excindendi?*

Vel quòd in eis è vita temporali, vel gladio, vel morbo vel alio quopiam caſu, vt nonnulli putant, ſublatis: ſiue, vt alij volunt, ex populi Dei conſortio excluſis, parentes impietatis ſuę, id eſt neglecti fœderis Dei ſigilli, pœnas luerent. Nam ſicut Deus in Patris perſona fideliũ infantem adoptat: ſic cùm repudiat pater tale beneficium, rectè infans abdicatus ab Eccleſia dicitur, qui adoptionis rentis domos Iſraelitarum immunes ſanguine Agni, iuxta præceptum Domini inſcriptas [a]. a *Exod.12.*

2. Metonymiâ Adiuncti, Feſtum ſolenne & Anniuerſarium, ſeu tempus anni illius tranſitus, quod in tanti beneficij, quo Iſraelitas reliquit intactos Angelus, memoriam, & futuri in Chriſto beneficij exemplar, mandauit Dominus celebrari. [b] b *verſ.14.* 12.

3. Metonymia, qua rei nomen ſigno tribuitur, Agnum qui mactabatur in eo feſto, & comedebatur κατ' οἴκους, i. domatim apud Iudæos, vt admoneret eos de tranſitu Angeli percutientis Ægyptios, & Electis parcentis, eóſque protegentis: deinde etiam de tranſitu, & liberatione populi ex ſeruitute Ægypti: [c] & myſticè adumbraret Agnum tollentem peccata mundi, & ſua morte Patrem nobis placantem [d] de quo Iſa.53.7. *Vt agnus ducetur ad occiſionem, & ante tonſorem ſuum obmuteſcet.* *Leuit.23.4.* c *Exod.12.11* *Luc.22.7.8.* d *Ioh.1.29.*

4. Metonymia, qua ſigni nomē rei tribuitur, Paſcha dicitur Chriſtus ipſe, vtpote veritas reſpondens figuræ, 1. Cor.5.7. *Paſcha noſtrum pro nobis ſacrificatum eſt, nempe Chriſtus.* Nos tertia ſignificatione hîc vſurpamus.

XXXVII. *Quid eſt Paſcha, ſeu Agnus Paſchalis?*

1. Sacramentum Ordinarium veteris Teſtamenti, à Deo vtrique ſexui in populo Iſraelitico mandatum: in quo Agni in Templo quidem mactatione, ſed per ſingulas domos aſſatione, & manducatione quotannis ſemel, & quidem à circuncifis tantum & adultioribus facta, res ſignificata, nempe, 1. Conſeruatio ab Angelo deſtructore.

2. Liberatio corporalis ex grauiſſima ſeruitute Ægypti, Vindicatio in libertatem, Interitus hoſtium, & ſimul futura ſpiritualis à peccato, morte & poteſtate Satanæ per Chriſti ſanguinem aſſertio.

3 Manducatio item Chriſti venturi, id eſt continua & ſpiritualis in Chriſto venturo coniunctio, nutritio, & viuificatio ſignificabatur, in memoriam reuocabatur, fidéque hunc Agnum comedentibus obſignabatur. Hi verò viciſſim gratitudinem erga Deum Liberatorem profitebantur, & eius imperio ſe addicebant, 1. Cor. 10. 3. 4. *Omnes eandem* (nobiſcum) *eſcam ſpiritualem ederunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt.*

tibus non eſſe imponendam Circunciſionem:& Paulus Baptiſmum nominatim in locum Circunciſionis ſurrogat.[a] Quod autem idem Timotheum circuncidit, non ex neceſſitate, ſed ex indulgentia fecit, vt pacem retineret, & curſum Euangelij magis promoueret, donec meliùs noteſceret libertas per Chriſtum parta.[b]

a Col.2.11. 12.

b Act.16.3

XXXV. *Cur Chriſtus qui abſque peccato conceptus & nactus eſt, in quo etiam impletum eſt fœdus de ſemine naſcituro, quicunque venerat Circunciſionem aboliturus, ipſemet aliorum corda circuncidens, circunciſus eſt?*

1. Vt ſe verum hominem de genere Abrahami, fratrem noſtrum, & eiuſdem nobiſcum fœderis ſociū eſſe teſtaretur: quā ob cauſam noui etiam fœderis ſigno obſtringi voluit, vt ſe vtriuſque Teſtamenti Seruatorem eſſe doceret.

2. Vt Legi obnoxius fieret, & nos per illum à Legis maledictione liberaremur [c].

c Gal.4.4.

3. Vt Circunciſionem Patrum in ſua ipſius carne obſignaret & ſanctificaret: ſicut Baptiſmus noſter ab ipſius Baptiſmo vires accipit.

4. Vt Legis diſciplinam, & Sacramentorum vſum nobis commeudaret.

5. Quia veritas Circunciſionis, vetuſtæ ſcilicet generationis ſpoliatio, plenè non in Natiuitate Chriſti, ſed in eius Paſſione & Reſurrectione impleta eſt: & ideo Circūciſione carnali non indigemus quia ſicut mortui ſumus cum illo moriente, & conſurreximus cum illo reſurgente: ita in eodem circūciſi ſumus, Circunciſione nó manu facta, corpore peccati carnis exuto, per Circunciſionem Chriſti, Col.1.11.

XXXVI. *Quid ſignificat Paſcha?*

Phaſe, vel Peſach à quo Paſcha (non à πάσχω, vt imperiti exiſtimant) propriè Tranſitum ſeu ſaltum, ſeu præteritionem, & tranſilitionem ſignificat. κατ' ἐξοχὴν verò 1. Tranſitū, non populi, vt multi putarunt, ſed præcipuè Angeli Dei percutientis Ægyptiorum Primogenita, & præter

euntis

tutis in AEgypto admonerentur.

3. Vt Iſraelitæ faſciculos hyſſopi intingerent ſanguine, qui vaſe exceptus eſſet, & ita cuiuſque domus superius limen, & ambos poſtes aſpergerent: vt Iehoua percutiens Ægyptum, viſo illo ſanguine, tranſiliret ianuam illam neque permitteret Vaſtorem ingredi ad percutiendum: Vt etiam accincti, calceati, innixi baculis, & tanquã aditer parati raptim comederent: & ſiquid reliquum eſſet igne cremarent: & non è porta domus ſuæ ad matutinum vſque exirent, ne ſe permiſcerent Ægyptiis, ſed quieti & tuti deliterent ſub ſanguine.a

Sed ſciendũ eſt: Ceremoniam ſeu mandatum de poſtibus & ſuperliminari ædium ſanguine aſpergendis, & Agno à ſtantibus, calceatis & aditer accinctis cum feſtinatione comedendo, & non exeundo domo ad matutinum vſque, ſingulare fuiſſe, & ad illam vnicam noctem pertinuiſſe, qua egreſſus eſt populus ex Ægypto, qua fuit Iſraelitis quàm celerrimè ex Ægypto migrandum, i. ad illud tantùm Paſcha pertinuiſſe, quod in Ægypto celebrarũt. Quapropter in inſtitutione Anniuerſarij Paſchatis, iſti ritus non repetuntur b. Ac proinde Chriſtum in celebratione Paſchatis diſcũbentẽ, & poſt eſum eius in hortum exeuntem (vt Euangeliſtæ tradunt) minimè contra legẽ feciſſe conſtat. Notandum etiam poſt occupatam terram Canaan, non per domos iugulatum Agnum, vt in Ægypto factum eſt: ſed ante Arcam in Templo à Leuitis c: in priuatis autem ædibus κατὰ φρατρίας, id eſt per cõtubernia conuiuiis agitatis manducatum.

a Exod. 12. 2. & ſeq. Leuit. 23. 5. Num. 9. 2.

b Exod. 12 14. & ſeq. Num 9. 2. & ſeq.

c 2. Chronic. 35. 36.

XXXIX. *In quem finem & vſum hæc omnia, quæ de Agno Paſchali dicta ſunt?*

1. Vt eſſent μνημόσυνον rei præteritæ, nempe beneficij diuini quo erant Iſraelitæ illa nocte in Ægypto ſeruati, cùm Angelus Dei omnia primogenita Ægypti occidiſſet, præteriens Iſraelitarum domos, Agni mactati ſanguine tinctas.

2. Vt eſſent exempla & typus rei futuræ, nempe Chriſtum definito tempore (quod Paulus vocat d Plenitudinẽ temporis) mittendum. 1. Agnum integrum immaculatum, & ſeparatum à reliquo grege exigebat Deus, vt ſcirent ad Deum propitiandum requiri pretium excellentius quàm inueniri poſſet in toto genere humano. Et vt

d Gal. 4. 4.

XXXVIII. *Quis modus adminiſtrandi Paſchatis fuit?*

Tres modi fuerunt,ex quibus duo ſpectarũt ad Paſcha
Anniuerſarium per omnes ætates obſeruandum:tertius
verò ad primum Paſcha in Ægypto celebratum pertinuit.
a Exod. 13.14 1. Vt decimo die mẽſis Niſan,qui appellatur Abid[a]
id eſt Calami cum ſpica:(nam ibi hordeum ſpicas iam efferre
ſolebat)ſeu Menſis nouorum fructuum,quaſi Renouationis
ſymbolum,quo cuncta renaſci,ac reuiuiſcere ſolent:
Græcis Ξανθικὸς & partim Martio noſtro, partim Aprili
reſpondet,erátque Iudæis primus inter menſes cuiuſque
anni Sacri,ſeu Eccleſiaſtici & legalis, hoc eſt, ad
rationem cultus Dei & feſtorum pertinentis,& ab Æquinoctio
verno ducebat principium. Nam reſpectu Iubilei
intermiſſionis terræ, atq; prouẽruum, ciuiliúmque negotiorum,
i. anni ciuilis,erat initium à Septembri,i.ſeptimo
menſe,qui vocatur Chaldaicè Tiſri, ſeu ab Æquinoctio
Autumnali,quo exiſtimant multi Creatũ fuiſſe mundũ,
quia ſtatim ab ipſa Creatione terra matura fruges produxit,
vt tanquam in profecto ſtatu eſſet eius maturitas. Mẽſis
autem cuiuſque initia Hebræi ſupputãt ab eo tẽpore,
quo Luna recens noua apparet: & menſem Orbis Lunaris
abſoluta per Signiferum conuerſione deſcribũt. Vt in
quam decimo die primi illius mẽſis,paterfamiliàs in ſin
b Exo. 12. 3. gulis domibus Iſrael ſeparatim Agnũ[b] vel eius loco,hœdũ
integrum,immaculatum,maſculum,anniculum,(qui
c Exod. 23. 19. annum non exceſſiſſet,etiamſi annum præciſe non compleuiſſet[c])
à reliquo grege ſeponeret, & pro familia die
decimo quarto inter duas veſperas,ab hora nona,(qua
oblationes veſpertinæ incipiebant offerri)ad noctem vſque:
(nam hę duæ fuerunt veſperę,vna diei ſcilicet inclinantis
ab hora nona;altera noctis euntis, ab hora diei
illius vltima ſiue duodecima,id eſt poſtrema parte illius
diei,)mactandum curaret:totum deinde cum capite,cruribus,
inteſtinis,& oſſibus integris igni aſſaret.

d Exo. 12. 4. 2. Vt ex eo toto omnes(accerſitis etiam vicinis[d] ſi vna
domus Agno edẽdo non ſufficeret)cum gratiarum actione
comederent. Et quidem cum panibus azymis,id
eſt infermẽtatis(propter ſubitum ex Ægypto diſceſſum)
Et amaris herbis:vt priſtinæ conditionis & amaræ ſeruitutis

dum,& animo concipiendum: ſicut ipſe dicit, *Caro mea vere eſt cibus: Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam*, Ioh.6 55.56.

7. Eundem Communiter cum vicinis, i. Gẽtibus comedendum, hoc eſt, Gentes accerſendas eſſe voce Euangelij ad Chriſti communionem.

8. Manducandum eſſe, non crudum, nec aqua coctũ, ſed igne diuini Iudicij veluti toſtũ, & crucis, & afflictionum ardore exploratum: tum abiiciẽdas eſſe hypocriſin, ſcandalum crucis, carnalem ſecuritatem, & humanas de rebus diuinis opiniones

9. Edendum eſſe illum, I. Cum panibus azymis, ſynceritatis & veritatis, vt dicitur 1.Coa.5.8. *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio: Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus pro nobis. Itaque feſtum celebremus azymis ſynceritatis & veritatis*, nempe abſque fermento, non Regni cœlorum, (de quo Matth.13.33. Simile eſt Regnũ cœlorum fermento) ſed veteri, malitiæ & nequitiæ, verſutiæ Herodianæ, malæ conſcientiæ, Phariſaicæ opinionis, malæ doctrinæ: de quo Dominus, *Cauete à fermento Phariſæorum, & Herodis*, Matth 16.6.11.12. Denique abſque fermento conuerſationis prauæ: de quo Apoſtolus, *Ne commiſceamini cum ſcortatoribus*, &c. *Nam paululum fermenti, totam maſſam fermentat*, 1. Cor.5.6.Gal.5.9.2. Cum amaris lactucis, id eſt cum reprobatione amaræ ſeruitutis, peccati, & reliquorum hoſtium, qua oppreſſi fuimus & cum amaritudine & compunctione cordis, ſeu cum ſeria Pœnitentia, ac dolore de peccatis ingemiſcente, mortificatione reliquiarum veteris Adami, & flagrante gratiæ Chriſti appetitu & deſiderio.

10. Docere voluit veſcentes Agno, habitu ſeu ſpecie peregrinantium, induẽdos eſſe, qui accincti lumbis, balteo ſeu cingulo veritatis, vt vult Apoſtolus Eph.6.14. expediti ſint ad ingrediendam viam mandatorũ Dei, quíq; fidei & iuſtitiæ cinctorio coerceant, & reprimant ſenſum carnis, libidinem, & prauas cupiditates aduerſus Spiritũ graſſãtes: ſint etiam calceati ſeu ocreati præparatione Euangelij, & parati ad maiores progreſſus in Euãgelio faciendos; ſeu Euãgelij pacis cognitione præparati ad ineunda prælia, ſuſtinenda pericula, & vitandas occaſiones lapſuum, ac ſcandalorum, quibus ceu tribulis, ſpinis, aut

denotaret Agnum innocentem, ſegregatum à peccatoribus, Patri obedientem, Legem perfecte implentem, & cæleſti puritate præditum, ideóque de Spiritu ſancto in Virgine cóceptum, vt aliorum noxam expurgaret. 2. Maſculum, vt deſignaret potentem futurum illum Agnum, & virili robore præditum, quoad perſonam ad tollendum peccata mundi, & deſtruendum Regnum peccati, & liberandum nos à ſeruitute peccati, Satanæ &c. Iuxta dicta Iſa. 53. 12. *Fortium diuidet ſpolia*, Et Pſal. 68. 10. *Aſcendet in altum, & captiuam ducet captiuitatem, & dona dabit hominibus*, Pſal. 2. 9. Anniculum tamen id eſt tenerum, imbecillum, & ſcientem infirmitatem [a], quoad naturam humanam, quia de grege fratrum ſuorum ſumi, & per omnia ſimilis nobis, excepto peccato eſſe debuit, Hebr. 4. 15.

a Iſa. 53. 5.

3. Haberi in cuſtodia volebat quatuor diebus, videlicet à decimo die menſis primi, vſque ad decimi quarti extremum: vt innueret Chriſtum non ſtatim poſt ſuam Natiuitatem morti tradendum: ſed aliquanto tempore, à Patre præfinito, publicam Euangelij functionem adminiſtraturum.

4. Inter veſperas mactari: vt notaret hunc Agnum tandem ad veſperam dierũ id eſt plenitudine temporũ [b], ſeu tempore nouiſſimo pro genere humano ab vniuerſa multitudine, id eſt propter totum corpus ſcriptorum, in libro vitæ mactandum.

b Gal. 4. 8.

5. Illius ſanguine poſtes aſpergi, vt ſignificaret huius ſolius ſanguine aſpergi, tingi, inſigniri, purgari, & ſanctificari corda fidelium, per fidem nitentem merito eius, aſperſione facta faſciculo hyſſopi, id eſt purgante virtute Spiritus: de qua illud Pſal. 51. 9. Aſperges me hyſſopo, & mundabor. Et 1. Petr. 1. 2. *Per Sanctificationem Spiritus in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu*. Et verſ. 18. *Redempti eſtis pretioſo ſanguine Chriſti, vt Agni immaculati*, Adhæc, ſanguine Chriſti liminibus cordium noſtrorum aſperſo, exterminatorem auerti, protegi nos ab ira Dei, & pacificari per ſangninem crucis eius, ſiue quæ in terris ſunt ſiue quæ in cœlis, Col. 1. 20.

6. Reliquis ceremoniis indicauit hunc totum cum capite, pedibus, & inteſtinis, (non autem lacerum, ſeu per fruſta minutim aut conciſim diſcerptum) fide comedendum

chiſticè myſterium edoctus eſſet: Sic quia in Cœna renouatur fœdus cum Deo initum, nullis ea communicanda eſt, niſi Circuncisis corde, & per Baptiſmum factis domeſticis Dei, & fœderis ſociis, non autem pollutis vel impuris, & ignaris, ſed ſolis fidelibus fide purificatis, poſtquam Chriſto nomen dederunt, & de eius mortis myſterio edocti ſunt. Et vt Agnus Paſchalis cum gratiarum actione edebatur: ita nos cum gratiarum actione Cœnam Domini ſumere decet.

Denique, vt erat deſiderabile Agnum manducare, ita iucundum eſt credentibus de pane Domini edere.

XLI. *Cùm vnus tantùm Agnus oblatus ſit in Sacrificium pro Eccleſiæ Redemptione, Cur Deus in ſingulas domos Agnũ iuſſit mactari; acſi peculiaria ſeorſum quibuſque eſſent ſacrificia?*

Quia etſi eodem omnes ſanguine, à clade protecti eſſent, ſpeciali tamen applicatione priuatim ſingulas familias commonefieri voluit, vt propiùs ſentirent collatã ſibi gratiã. Sicut hodie idẽ nobis omnib. eſt Baptiſmus, quo cõmuniter inſerimur in corpus Chriſti, ſingulis tamen ſuus Baptiſmus confertur, quò certiùs agnoſcant ſe Adoptionis eſſe participes, ideòque Eccleſiæ membra.

XLII. *Cur Ieſus Chriſtus vocatur Agnus mactatus: iam-inde à iactis mundi fundamentis, Apoc. 13. 8. cùm Paulus dicat, Nunc ſemel in conſummatione ſeculorum, ad abolendum peccatum per immolationem ſui ipſius patefactum eſſe, Heb. 9. 26?*

1. Propter Effectum mortis ipſius, cui licèt certum tempus præſtitutum fuit: eius tamen meritum & efficacitas non minùs Patribus olim profuit, & ad Iuſtificationem, & Sanctificationem applicata eſt, quàm nunc nobis prodeſt & applicatur.

2. Quia eſt Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, & vnica oblatione conſecrauit in perpetuum eos qui ſanctificantur, Heb. 10. 14.

ſerpentibus,piorum pedes nonnunquam ſauciãtur. Adhæc baculo ſpirituali promiſſionum Verbi Dei innexi greſſus ſuos in itinere regant,& labentes erigãt: de quo Pſal.23.4.Virga tua,& baculus tuus,conſolata ſunt me.

11. Manducandum quoque eſſe Agnum à ſtantibus. 2.Feſtinantibus,i.ab iis qui non in huius vitæ mortalis itinere torpeant,non cunctetur in Ægypto aut Babylone ſpirituali,ſed celeriter Satanæ regnum relinquant, & vt ſanctos viatores decet, ex huius vitæ ergaſtulo ad cœleſtis patriæ ſolennitatem & πολίτευμα anhelent.

12. In vna domo comedendum,id eſt κοινωνίαν ſpiritualem fidelium in vno corpore & capite Chriſto ſanciendã & ſeruandam.

13. Os nullum illius Agni frangi voluit Deus, vt typicè oſtenderet,quid in Filio vellet præſtare, & hic integritate oſſium,Ioh.19.33. tanquam nota viſibili, inſignis eſſet,quæ probaret ipſum eſſe verum Paſcha.

XL. *Cur Chriſtus Sacramento Agni Paſchalis ſurrogauit Cœnam ſuam?*

Vt oſtenderet à ſe impleri ea quæ Iudaici Paſchatis imagine præfigurata fuerãt. In veteri enim Paſchate erat corpus & ſãguis Agni typici & bruti:& eo epulo quotannis repetebatur, Iſraeliticæ conſeruationis primogenitorum per ſanguinem,& liberationis ex Ægypto memoria incitamentum ad gratitudinem, & ſymbolum redemptionis per Chriſtum parandæ. At in nouo Teſtamento,veri & vnici Agni Dei corpus mactatum,& in ara crucis oblatum , eiúſque ſanguis in remiſſionem peccatorum effuſus,longè præſtantiera nobis affert,quàm populo Iudæorum eductio ex Ægypto.

Ac inſtituta eſt Cœna Domini hoc fine, vt ſumptione corporis & ſanguinis Agni Dei, fiat ibi non annua ſolũ, ſed perpetua ſummorum & æternorum bonorum , vt partæ ſalutis, & aliorum Chriſti morte acquiſitorum, communicatio,commemoratio,& celebratio:iuxta Chriſti mandatum,*Facite hoc in mei memoriam*,Luc.22.19. ſicuti de Paſchate dicit Dominus,*Et erit vobis dies iſte in memoriam*,Exod.12 14.

Adhæc,ſicut de Paſchate dicebatur,*Nullus alienigena & incircunciſus comedet ex eo,ſed indigena,& adultus*, qui catechiſticè

& teſtimonium fuit ſanctificationis, quod Iehouam ſuos ſolùm Spiritu ſuo ſanctificare denotabat, Exod.31. 13.27. *Sabbathum ſit ſignum inter me & vos, vt ſciatis quòd ego ſum Dominus qui ſanctifico vos.* Quod etiam fieri per Chriſtū docet Paulus, *Qui ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno ſunt omnes,* Heb.2.11. Tum etiam perpetui, & ſpiritualis Sabbathi, quo ceſſare debemus ab omni opere ſeruili, i. à peccatis, & propria noſtra voluntate, & ſinere Deum ſua in nobis opera operari; & lætari in Deo per Chriſtū. Fuit etiam vmbra cœleſtis Sabbathi, (id eſt ſempiternæ quietis in Deo) quod nos per fidem conſequuturi ſumus: quando carne & moleſtiis eius liberati, & requieſcemus in Deo, & *erit Sabbathum ex Sabbatho, & Sabbathū ſine veſpera* Iſa.66.23.

Arca fœderis docebat, 1. Chriſtum authorem fœderis inter Deum & Electos. 2. Viſibile erat præſentiæ Dei teſtimonium, Exod.25.10.22. *Conueniam,* ait Dominus ad Moſem, *tecum illuc, & loquar tecum è propriatorio inter duo Cherubim, quod eſt ſuper Arcam teſtimonÿ, quæcunque præcipiam tibi dicenda filÿs* Iſrael. Vnde & metonymica figura, typis & Sacramentis familiari, Rex gloriæ nuncupatur[a]. Et Iehoua: ſicut proficiſcente Arca, dicebat Moſes, *Surge Iehoua, & diſpergantur inimici tui, & fugiant odio habentes te, à facie tua:* Quando verò quieſcebat, dicebat *Reuertere Iehoua ad myriades milliū Iſraelis,* Num.10.35.[b] 3. Chriſti ſymbolum erat, in quo omnes theſauri ſapientiæ & intelligentiæ inſunt. Ligna certè Cetim, ſeu Cedrina, quę carie non ſentiunt, ex quibus pellucidus, odoratiſſimus, emanans ſuccus, qui (quia mortua cadauera ſeruat incorrupta) νεκρῶζον nuncupatur ſanguinis Chriſti vim & meritum repræſentabant.

[a] Pſal. 47. 5.7.

[b] Pſal. 6.8. 2.& 132.8.

Hæc Arcæ partim appoſita, partim impoſita, 1. *Vrna* aurea habens manna, Chriſtum adumbrabat, qui eſt panis vitæ[c]. 2. *Virga* Aaron, quæ germinauit, erat typus Sacerdotÿ Ieſu Chriſti: cuius ſceptrum Sacerdotale, cùm antea veluti aridum in mundo fuiſſet, poſt mortem & Reſurrectionem ipſius, virere, fruticare, & Sācti Euāgelij dulces fructus inter Gentes proferre cœpit[d]. 3. *Tabulæ* fœderis, quibus digito Dei Decalogus erat inſcriptus[e], Chriſtum legis complementum denotabant. 4.

[c] Exod. 16. 33. Ioh.6.35. Heb.9.4.

[d] Num.17.8.

[e] Deut. 10. 5.

3. Quia peccati iam inde ab exordio mundi cōmiſſi cauſa, mactatus eſt.

4. Quia iam inde à iactis mundi fundamentis, ad mactationem deſtinatus eſt.

5. Quia non eſt in alio quoquam ſalus, Act. 4.12.

6. Quia Ieſus Chriſtus idem hodie, heri, & in ſecula, Heb. 13.8.

7. Quia quod nondum fuit ordine naturæ, nihilominus tamen ſemper extitit vi, & efficacitate fidei; quia fides eſt, illud quod facit, vt extent quæ ſperantur, & quod demonſtrat, quæ non videntur, Heb. 11.1.

8. Quia vt idem Chriſtus eſt Caput totius vniuerſalis Eccleſiæ: ſic etiam idem eſt omniū vtriuſque Teſtamenti fidelium electionis in ipſo, Vocationis, iuſtificationis, ſanctificationis, & glorificationis author.

XLIII. *Cur ſanguis Agni Paſchalis non bibebantur aut edebatur, ſed eo tantum poſtes inficiebantur?*

Quia ſanguinem non ſolùm hominis, ſed & animãtis à tempore Noe edi vel bibi nefas erat[a]: cuius vſus Chriſti aduentu conceſſus eſt: licet propter fratrum infirmitatem, ad tempus prohibitus[b].

[a] Gen. 9.4.

[b] Act. 15. 20.19.

XLIV. *Nullá-ne plura Veteris Teſtamenti Sacramenta fuerunt?*

Fuerunt quidem, vt Sabbatha, Arca fœderis, Ablutiones, & ſimilia: ſed quæ typi potiùs dicenda ſunt, quàm Sacramēta propriè loquendo, quia nuſquam cum Sacramentis noui fœderis conferuntur: præcipuè verò, quia magis illuſtrabant promiſſionem gratiæ, quàm per applicationem ipſorum ad ſingulos factam obſignabat.

Non Sabbathum legale, quòd à quiete dictum eſt, præterquam quòd inſtitutum erat, vt dies illius impenderetur cultui diuino, id eſt precibus & concionibus ſacris, ſacrificiis, & collationibus benignis, ad alendam populi fidem [c]; & ne continuo labore, ſe aut ſuos Iſraelitæ fatigarent[d]; vtque perpetuò recordarentur operum Dei in creatione [e], liberationis à ſeruitute Ægyptiaca, & redemptionis per Chriſtum. Symbolum etiam

[c] Luc. 4 16.

[d] Exod. 23. 12.

[e] Gen. 2.1. 2.

& teſtimonium

tes Pſal.19.5. In omnem terram exiuit ſonus eorum demo-
ſtendas a. 6. Naamanis ſeptena lotione in Iordane purga
tio,b ablutionem peccati, ſeu lepræ ſpiritualis per ſangui a 2.Cor.10.
nem Chriſti c. 7. Carbonis igniti, quem vnus de Sepharim 4.
forcipibus tulerat de altari, ad os Iſaiæ admotio, Spiri- b 2. Reg.5.
tus Sancti igne Prophetam luſtrandū, & Verbum Ieho- 10.
uæ ponendum in ore eius d. 8. Ezechiel volumen come- c 1.Ioh.1.7.
dens, ſenſibus imis reponenda eſſe Dei oracula præſi d Iſa. 6.6
gnificans e ſicut poſtea Vnctio medica, nō tamē citra mi- 7.8.
raculi interuentum ab Apoſtolis & aliis ſanctis in primi e Ezech.3.2.
tiua Eccleſia in gratiā ægrotantium, vnà cum precibus, 3.4.
ex fide quandoque vſurpata f, præſentiam & ſalutarem f Marc.6.
efficaciam Spiritus per quem Deus nos ſanat, teſtificans 13.
Cœco nato, oculis à Chriſto luto illitis, & in piſcina Si- Iacob.5. 14.
loā ablutis, viſus conceſſus g, mentis luce Chriſti collu- g Ioh. 9.7.
ſtrandos ſignificans: & alia myſtica facta (quia paucis
quibuſdam ſingulariter & ad tempus præcepta ſunt, &
conceſſa) dicenda ſunt potiùs quàm Sacramēta. Nam in
Sacramentis, Symbolum repræſentat quod verè Deus
offert, & fides accipit: In typis autem res futuræ vel præ
teritæ duntaxat adumbrantur, & quaſi in imagine de-
pinguntur.

XLV. *Quid Sacrificia & Sacramenta tum conueniunt, tum differunt?*

1. Habent hoc commune, quòd à Deo inſtituta sūt, ſymbolicam ſignificationē habuerunt: nā mactatio animalis ſignificat naturam humanā, & iumentis per peccatum ſimilem factam h, & mortis reā, nec inde potuiſſe liberari niſi per victimam. Deinde Oblatio animalis in ara, ſignificabat Chriſtum veram hoſtiam in ara crucis pro peccatis noſtris Deo offerendam.

h Pſ.49.10. 21.

2. Differunt autem fine, ſeu τῆς λήψεως, accepti, καὶ τῆς δόσεως dati ratione: Ratio enim Sacramenti eſt, non vt offeramus Deo, ſed vt offeratur nobis, & accipiamus à Deo: Ratio verò ſacrificij, vt Deo demus, ex ipſius inſtituto, ſeu offeramus. Vnde oblationes dictæ.

Porrò ſacrificandi cultus erant duæ ſpecies i. 1. Δῶρα
donaria, erant oblationes rerum vitæ expertium k, vt ſi- i Heb. 5. 1.
milæ, placentæ, primitiarum, decimarum, ab oblationi- 8.5.
bus ſeu cōſecrationibus Primogenitorum diſtinguendæ, k Leu. 2.

Superpoſita *aurea Tabula* ſeu operculum, quod Propitia-
torium, Græcis ἱλαστήριον ἐπίθεμα dictum eſt, Chriſtum
Mediatorem ſignificabat. qui eſt ἱλασμὸς, propitiatio pro
a Rom. 3. 24. peccatis noſtris & vmbraculum quo tegimur aduerſus i-
1. Ioh. 2. 2. ram & horrendum Dei Iudicium[a]. 5. Promiſſio adiun-
b Exod. 25. cta[b], Deum inde tanquam è ſede ſua oraculari loquuta-
22. rum, & ibi exauditurũ eſſe Chriſtum, qui verè eſt ſedes
& domicilium Dei, & λόγος Patris, per quem nobis loqui-
tur, & propter quem exaudit, denotabat: vt ſcriptum eſt,
Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.
Ioh. 15. 16. *Cherubin* verò duo operculo Arcæ inſiſtentes,
iungentes alas, & aduerſis faciebus in ipſam Arcam in-
tuentes, indicabant conſenſum Prophetarum, & Apoſto-
lorum in doctrina, & παρακύψαι, i. auiditatem Angelorum
beatorum, totum ſalutis myſterium cognoſcendi[c]. Cuius
c 1. Pet. 1. etiam exhibitionem, iam inde ab ipſis Chriſti naſcentis
12. incunabulis, Eccleſiæ enarrarunt. 6. Fuit & Arca fœderis
Eccleſiæ electorum typus, quæ alitur manna cœleſti, re-
gitur ſceptro Sacerdotis ſecundùm regium ordinem
Melchiſedechi, Legem Dei cordis tabulis inſcriptam
habet: eſtque librorum Propheticorum & Apoſtolicorũ
cuſtos. Et vt aurum ſubæratum hypocritas, ſic aurum ob-
riſum, quo circuntecta erat Arca, fideles repræſentabat,
d 1. Pet. 1. 7. qui explorantur in igne afflictionum[d], & verè aurei ho-
mines plumbeis ſeu profanis meritò præferuntur. 7. *Ve-
ctes* & baculi ſignificabant Miniſtros, Doctores, & Scho-
laſticos, qui funguntur legatione pro Chriſto.

Ablutiones porrò ſignificabant peccata credẽtibus ab-
e Leuit. 14. luenda eſſe ſanguine Chriſti, & quotidie ablui atque ex-
7. 8. purgari per Spiritum ſanctum[e].

Tertia autem Chanaan fuit hypotheca & arrha quædã
f Gen. 22. 10. promiſſionis Chriſti, & cœleſtis hæreditatis. Sic 1. *Immola-
tio*, Iſaaci[f] immolationẽ Chriſti ſignificabat. 2. *Benedictio*
Ephraim & Manaſſe decuſſatim Iacobi brachiis admo-
g Gen. 48. tis, & manibus impoſitis facta, poſterorũ ſortẽ diſſimilẽ[g].
14. 3. *Serpens* æneus[h], veritatem de Chriſti crucifixi vexillo
h Num. 21. attollendo. 4. *Lignum* in aquas amaras proiectum, quo
8. dulcuerunt[i] ſurculum de ſtirpe Iſai, laborãtes omnes &
Ioh. 3. 14. oneratos refocillantem. 5. *Periodus* ſeu Circuitio ſeptidua
15. Iſraelitarum circa Ierichõtem[k], ὀχυρώματα, i. munitiones
i Exod. 18. 25. huius mundi, tubarum Euangelij clangore: de quo Va-
k Ioſue. 6. 5. tes Pſal. 19.

tes Pſal.19.5. *In omnem terram exiuit ſonus eorum* demo-
lendas *a.* 6. *Naamanis* ſeptena lotione in Iordane purga-
tio, *b* ablutionem peccati, ſeu lepræ ſpiritualis per ſangui- a 2.Cor.10.4.
nem Chriſti *c.* 7. *Carbonis* igniti, quem vnus de Sepharim b 2. Reg.5.10.
forcipibus tulerat de altari, ad os Iſaiæ admotio, Spiri-
tus Sancti igne Prophetam luſtrandū, & Verbum Ieho- c 1.Ioh.1.7.
uæ ponendum in ore eius *d.* 8. *Ezechiel* volumen come- d Iſa. 6.6.7.8.
dens, ſenſibus imis reponenda eſſe Dei oracula præſi-
gnificans *e* ſicut poſtea Vnctio medica, nō tamē citra mi- e Ezech.3.2.3.4.
raculi interuentum ab Apoſtolis & aliis ſanctis in primi- f Marc.6.13.
tiua Eccleſia in gratiā ægrotantium, vnà cum precibus,
ex fide quandoque vſurpata *f*, præſentiam & ſalutarem Iacob.5.14.
efficaciam Spiritus per quem Deus nos ſanat, teſtificans g Ioh. 9.7.
Cæco nato, oculis à Chriſto luto illitis, & in piſcina Si-
loā ablutis, viſus conceſſus *g*, mentis luce Chriſti collu-
ſtrandos ſignificans: & alia myſtica facta (quia paucis
quibuſdam ſingulariter & ad tempus præcepta ſunt, &
conceſſa) dicenda ſunt potiùs quàm Sacramēta. Nam in
Sacramentis, Symbolum repræſentat quod verè Deus
offert, & fides accipit: In typis autem res futuræ vel præ-
teritæ duntaxat adumbrantur, & quaſi in imagine de-
pinguntur.

XLV. *Quid Sacrificia & Sacramenta tum conueniunt, tum differunt?*

1. Habent hoc commune, quòd à Deo inſtituta ſūt,
ſymbolicam ſignificationē habuerunt: nā mactatio ani-
malis ſignificat naturam humanā, & iumentis per pec- h Pſ.49.10.21.
catum ſimilem factam *h*, & mortis reā, nec inde potuiſſe
liberari niſi per victimam. Deinde Oblatio animalis in
ara, ſignificabat Chriſtum veram hoſtiam in ara crucis
pro peccatis noſtris Deo offerendam.

2. Differunt autem fine, ſeu τῆς λήψεως, accepti, καὶ τῆς
δόσεως dati ratione: Ratio enim Sacramenti eſt, non vt
offeramus Deo, ſed vt offeratur nobis, & accipiamus à
Deo: Ratio verò ſacrificij, vt Deo demus, ex ipſius inſti-
tuto, ſeu offeramus. Vnde oblationes dictæ.

Porrò ſacrificandi cultus erant duæ ſpecies *i*. 1. *Δῶρα*
donaria, erant oblationes rerum vitæ expertium [k], vt ſi- i Heb. 5. 1.8.5.
milæ, placentæ, primitiarum, decimarum, ab oblationi- k Leu. 2.
bus ſeu cōſecrationibus Primogenitorum diſtinguendæ,

Superpoſita *aurea Tabula* ſeu operculum, quod Propitiatorium,
Græcis ἱλαστήριον ἐπίθεμα dictum eſt, Chriſtum
Mediatorem ſignificabat qui eſt ἱλασμὸς, propitiatio pro
a Rom.3.24. peccatis noſtris & vmbraculum quo tegimur aduerſus iram
1.Ioh.2.2. & horrendum Dei Iudicium[a]. 5. Promiſſio adiuncta[b],
b Exod.25. Deum inde tanquam è ſede ſua oraculari loquuturum,
22. & ibi exauditurũ eſſe Chriſtum, qui verè eſt ſedes
& domicilium Dei, & λόγος Patris, per quem nobis loquitur,
& propter quem exaudit, denotabat: vt ſcriptum eſt,
Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.
Ioh.15.16. *Cherubin* verò duo operculo Arcæ inſiſtentes,
iungentes alas, & aduerſis faciebus in ipſam Arcam intuentes,
indicabant conſenſum Prophetarum, & Apoſtolorum
in doctrina, & παρακύψαι, i. auiditatem Angelorum
c 1.Pet.1. beatorum, totum ſalutis myſterium cognoſcendi[c]. Cuius
12. etiam exhibitionem, iam inde ab ipſis Chriſti naſcentis
incunabulis, Eccleſiæ enarrarunt. 6. Fuit & Arca fœderis
Eccleſiæ electorum typus, quæ alitur manna cœleſti, regitur
ſceptro Sacerdotis ſecundùm regium ordinem
Melchiſedechi, Legem Dei cordis tabulis inſcriptam
habet: eſtque librorum Propheticorum & Apoſtolicorũ
cuſtos. Et vt aurum ſubæratum hypocritas, ſic aurum obriſum,
quo circuntecta erat Arca, fideles repræſentabat,
d 1.Pet.1.7 qui explorantur in igne afflictionum[d], & verè aurei homines
plumbeis ſeu profanis meritò præferuntur. 7. *Vectes* & baculi ſignificabant Miniſtros, Doctores, & Scholaſticos,
qui funguntur legatione pro Chriſto.

Ablutiones porrò ſignificabant peccata credẽtibus ab-
e Leuit.14. luenda eſſe ſanguine Chriſti, & quotidie ablui atque ex-
7. 8. purgari per Spiritum ſanctum[e].

Tertia autem Chanaan fuit hypotheca & arrha quædã
f Gen.22.10. promiſſionis Chriſti, & cœleſtis hæreditatis. Sic 1. *Immolatio*,
Iſaaci[f] immolationẽ Chriſti ſignificabat. 2. *Benedictio*
g Gen.48. Ephraim & Manaſſe decuſſatim Iacobi brachiis admo-
14. tis, & manibus impoſitis facta, poſterorũ ſortẽ diſſimilẽ[g].
h Num.21. 3. *Serpens* æneus[h], veritatem de Chriſti crucifixi vexillo
8. attollendo. 4. *Lignum* in aquas amaras proiectum, quo
Ioh.3.14. dulcuerunt[i] ſurculum de ſtirpe Iſai, laborãtes omnes &
15. oneratos refocillantem. 5. *Periodus* ſeu Circuitio ſeptidua
i Exod.18. Iſraelitarum circa Ierichõtem[k], ὀχυρώματα, i. munitiones
25. huius mundi, tubarum Euangelij clangore: de quo Va-
k Ioſue.6.5. tes Pſal.19.

ſacrificiorum genera ait relicta, nempe Αἰνέσεως, laudis, ſeu gratiarum actionis καὶ εὐποιΐας, ἢ κοινωνίας, beneficentiæ, & communionis, quibus εὐαρεστεῖται ὁ Θεός, *Delectatur Deus*, tanquam fructibus Chriſti in nobis per fidem habitantis: quibus addit αὐτοθυσίαν, ſui ipſius mactationem quam tranſlatitiè vocat hoſtiam viuam *S*anctam, acceptã Deo, & rationalem. i. ſpiritualem noſtrum cultum [a] tum etiam σπονδὴν, libamentũ Martyrij, & ſacrificia fidei, & bonorum operum, & prædicationis Euangelij [b], quatenus ſpirituali illius gladio immolantur, & conſecrantur homines Deo [c].

Quamuis autem in ſanctis Chriſtianorum operibus, vt in eleemoſyna, & reliquis eiuſmodi, eſt aliquid externũ: tamen dicuntur, Sacrificia, non propter id quod externum eſt, ſed propter interiorem affectum animi: ac proinde non externa dicuntur, ſed ſpiritualia Sacrificia propter quæ fideles omnes dicuntur *S*acerdotes [d].

XLVI. *Anne hodie ſacrificandus eſt Chriſtus, vt eius ſacrificium ſemel in Cruce factum nobis applicetur?*

Nequaquam: nam Sacrificij applicatio infert Sacrificium priùs factum. Pugnat autem idem eſſe factum, & faciendum. 2. Simili ratione, incarnari, mori, Reſurgere iterũ deberet Chriſtus, vt fructus incarnationis, Mortis, & reſurrectionis nobis applicaretur. 3. Applicatio Sacrificij, non eſt ipſum Sacrificium. 4. Virtus ipſius Sacrificii, nobis applicatur internè per efficacitatem Spiritus Sancti: Externè verò per prædicationem verbi, & ſacramenta à Chriſto inſtituta [e]: Nam quoties prædicatur Euangelium, adminiſtrantur Sacramenta ex inſtituto Chriſti, toties Chriſtus offertur, non Deo ſed nobis, vt ipſum vera fide receptũ totis animis amplectamur. Poſt Chriſtũ autem exhibitum, peractúmque ipſius ſacrificium, nullũ ampliùs externum & reale ſacrificium ſupereſt. 1. Quia *Chriſtus non ampliùs moritur, Mors illi vltrà non dominatur,* Rom. 6. 9. 2. Quia *vnica oblatione cõſecrauit in perpetuum eos qui ſanctificãtur, & ſumus ſanctificati per oblationem Ieſu Chriſti ſemel factam,* Heb. 10. 14. *Et ingreſſus eſt ſemel in ſacrarium æternam Redemptionem nactus,* Heb. 9. 12. 3. Quia dixit Chriſtus, *Conſummatum eſt.* Ioh. 19. 30.

[a] *Rom.* 12. 1

[b] *Philip.* 2. 17. & 4. 18. 1. *Pet.* 2. 5.

[c] *Rom.* 15. 16.

[d] 1. *Pet.* 2. 5.

[e] *Rom.* 6. 4. & *Col.* 2. 12.

de quibus Exod.13.12.& 22.29.

2 Θυσίαι, *victimæ*, erant ſacrificia animalium quæ iugulabantur, de armentis, vt bos, vitulus: ouium aut caprarum grege, vt aries, caper, hircus: vel de auibus, vt
a Leu.1.3.14 turtures, pupilli columbarum, paſſeres [a].

Iam etſi Sacramenta quædam Legalia ſuo modo fuerunt ſimul externa ſacrificia, vt Agnus Paſchalis, qui nominatim vocatur oblatio: non idem tamen de Sacramentis Eccleſiæ Chriſtianæ cenſendum eſt, quia vnicum, idemque perfectiſsimum Chriſti ſacrificium externa omnia ſacrificia abrogauit.

Deinde differunt Sacrificia à Sacramētis, externa forma ſeu actione: nam Sacrificia quædam igne cremabantur, vel tota, aut in altari, vt holocauſta aut extra caſtra
b Leu.1.16.5. ſeu vrbē [b]: vel ex parte, & propriè θυσίαι, Sacrificia dicebantur,) ex quibus, pars aliqua Sacerdotibus cedebat) adhibito ignis vſu, ad denotandam puritatem Sacrificij Chri-
c Heb.9.14. ſti & Spiritum illū æternum, per quē oblatus eſt Deo [c]. Quæ verò vel comedebantur, vel corpori imprimebantur, & applicabantur, Sacramenta fuere propriè dicta. Ideo Sacrificiis altare: Sacramentis autem, quæ comeduntur, menſa inſtituta eſt: vnde Apoſtolus, 1. Cor. 10. 2. *Non poteſtis menſæ Domini parti ipes eſſe, & menſa dæmoniorum* Ex quo apparet, veteribus illis Eccleſiis ignota fuiſſe altaria: Nam illud Heb.13.10. *Habemus Altare* non proprie Materiatū, ſed figuratè Chriſtum ſignificate.

Rurſum, Sacrificia, alia erant ἱλαστικὰ, i. *propitiatoria*,
quæ fiebant, vel pro peccato Pontificis, totius populi, &
d Leu.4.13. 22.27. Principis *d*: vel delicto. *e* Et fuerunt typus veri propitiato
rij & Expiatorij Sacrificij Chriſti pro peccatis corā Deo,
Leu.7. Quædam Conſecrationis ſeu perfectionis, quibus Sacer
e Exod. 28. 41. & 29 1. dotes conſecrabantur *f*. Alia erant Εὐχαριστικὰ, vt Sacri-
Leu.8.2. ficium pacificorum, vel ſalutis. Cuius ſpecies, Gratulato
f Leu.3.1. & rium, Votiuum, & Voluntarium. Proinde Sacramenta
7.11.6. cum precibus, & gratiarum actione legitime vſurpata,
ratione quadam Sacrificia dici poſſunt, ſed Euchariſtica
tantùm non Expiatoria, incruenta, cuiuſmodi nullum
ſupereſt faciendum, quia nulla ſupereſt peccatorum re-
g Heb.10.18 miſſio: ſed illud vnicum quod factum eſt, per fidem amplectendum [g].

Sed tamē nobis Apoſtolus Heb.13.15. duo Εὐχαριστικῶν

1. Quia hæc duo tantùm Dominus Ieſus inſtituit *a*. a *Matt.* 3.
2. Quia de illis tantùm rite adminiſtrandis, noui Te 11. & 21.25.
ſtamenti Miniſtris mandata dedit *b*. 3. Quia tantum Ba- & 26. 26.
b *Matt.* 28.
ptiſmus & Euchariſtia obſignant fidei iuſtitiam *c*. 4. Nec 19.
plures noſtræ cum Chriſto capite κοινωνίας teſſeræ recen 1. *Cor.* 11. 23.
ſentur à Paulo 1. Cor. 12. 13. Per vnum Spiritum nos om- c *Col.* 2. 11.
nes in vnum corpus baptizati ſumus, & omnes vna potio 12.
ne porati. 5. Nec plura nobis Primitiuæ & Apoſtolicę Ec- 3. *Cor.* 5. 7.
d *Act.* 2. 38.
cleſiæ πρᾶξις commendat *d*. 6. Quia eorum tantum Ieſus 41.
Chriſtus conſors factus eſt *e*. e *Matt.* 3.
7. Nam illa lotio pedum: de qua Ioh. 13. 5. & Vnctio 13. & 16. 26.
ægrotorum, de qua Marc. 6. 13. Iacobi 5. 14. neque à Chriſto in perpetuum Eccleſiæ vſum præceptæ ſunt, neque ſunt ex veri Sacramenti definitione Sacramenta, quia eorum nullo fidei iuſtitia in nobis obſignatur: Et Vnctio illa quidem, qua Apoſtoli & alii pij olim libere vſi ſunt, pugnat cum ea, quam etiam hoc tempore, quidam exercēt, quando ad moribundos accedunt: Nam illa, recuperandæ Valetudinis & vitæ: hæc autem valetudinis iam deploratæ & mortis ſymbolum eſt.

Nedum vt matrimonium, Ordo ſeu officium, aut gradus Eccleſiaſticus, Pœnitentia, Confirmatio, quæ chriſmate, aliiſque rebus & ritib. adhibitis peragitur, ſint Sacramenta: quæ neq. ſigna habēt, neq, res ſignatas à Chriſto poſitas & diſtinctas. 2. Nec vllam ſanctorum inter ſe ſub capite Chriſto κοινωνίαν teſtantur, qui tamen præcipuus eſt finis Sacramentorum. 3. Et nullius illorum particeps factus eſt Chriſtus. 4. nec inſtitutione diuina, aut Apoſtolicæ Eccleſiæ vſu commendantur.

Sigillatim verò Pœnitētia, non eſt Sacramentū, quia deſtituitur tam diuinitus ſancito ſigno, quā promiſſione gratiæ. Sed ipſe baptiſmus eſt Sacramentum pœnitentiæ. Marci 2. 4. Luc. 33.

Nec ordo, quia non eſt annexus promiſſioni Euangelij.

Et Chriſmatis materialis nulla mentio. Locus. n. 1. Ioh. 2. 20. Vos *Vnctionem habetis à Spiritu ſancto profectam, & noſtis omnia*, non intelligi debet de adipe papiſtico, ſed de gratia ſpiritus ſancti.

Nec Matrimonium eſſe ſacramentum liquet. 1. Quia illud ante lapſum eſt inſtitutum, non vt eſſet iuſtitiæ ſi-

XLVII. *Cur multiplicia Sacramenta & Sacrificia inſtituta fuerunt, cùm ſit vnus tantùm Chriſtus?*

Vt ſine faſtidio, inquit Auguſtinus, & intelligentes magis magiſque venturi Chriſti admonerentur, & rudes in tanto ſignorum numero vnum ſaltem inuenirent, quo, quod futurum promitteretur, intelligerent.

XLVIII. *Sed cur plura Veterum Sacramenta fuerunt, quàm noſtra?*

Quia Eccleſia tunc ſub initiis fuit, neque de Chriſto tam multa nouit, quàm multa patefacta ſunt nobis, poſtquam iam in mundum venit Chriſtus, & ſacrificium diu expectatum abſoluit.

XLIX. *Sacramenta qualia ſunt ſigna?*

Non tantū μνημονευτικὰ σημεῖα, id eſt, ſigna, quæ res pridem peractas, vt mortem & paſſionem Chriſti, in memoriam nobis reuocant: Nec tantum προγνωστικὰ, prænuntiatiua, id eſt, eiuſmodi ſigna quæ res futuras, vt reſurrectionem, & futuram gloriam. & in nobis adimplendas prænuntiant: ſed etiam σημαντικὰ, ſignificatiua rerum & donorum præſentium. quibus reuera fruimur, & earum σφραγῖδες, & ſigilla ſunt, Rom. 4. 11.

L. *Quid ſunt Sacramenta Noui fœderis?*

Signa myſtica diuinitus mandata & inſtituta & Euangelio addita, quibus nouū fœdus ſanguine Chriſti ſanctū, ſeu promiſſio gratiæ, ſeu fidei iuſtitiæ, in Chriſto Mediatore iam exhibito ſignificatur, & obſignatur deinceps vſque ad Chriſti aduentum *a*: & præterea, memoria renouatur omnium officiorum, quibus præſtandis Deo & proximo noſtro obſtricti ſumus *b*.

a Matt. 28. 26. 1. Cor. 11. 26
b 1. Cor. 5. 7. 8. & 10. 17.

LI. *Quot ſunt Sacramenta Chriſtianæ Eccleſiæ?*

Duo duntaxat: vnum Initiationis, ſeu Inſitionis & regenerationis, nempe Baptiſmus, qui Circuncifioni, & reliquis Legis purificationibus ſucceſſit. Alterum Nutritionis: ſeu alimoniæ, Cœna nempe Domini, quàm Agnus Paſchalis adumbrauit.

1. Qua

orum eorundem, quorum & nos ſub Euangelio, fide participes fuerunt, in eundem Chriſtum crediderunt, & eaſdem promiſsiones habuerunt[a]: Et *Ieſus Chriſtus idem heri, & hodie, & in ſecula*, Heb.13.8. Et *Agnus Dei occiſus origine mundi*, Apoc.13.8. Et Auguſtinus, *Quicunque in Manna Chriſtum intellexerunt, eundem quem nos cibum ſpiritualem comederunt.*

l. De Pœnit. Util.

Forma denique loquutionis in vtriſque eſt eadẽ, Sacramentalis videlicet, i. ſuo argumento accommodata, & conueniens.

LIV. *Quales ſunt loquutiones Sacramentales?*

Interdum ſunt propriæ, cùm videlicet id quod ſigni eſt ſigno; aut quod rei eſt ſignificatæ, rei diſtinctè tribuitur: vel cùm vſus atque officium diſertè exprimitur; vt *Circuncíſio eſt ſignum fœderis inter me & vos*, Gen.17.11. *Sanguis Agni erit vobis in ſignum tranſitus*, Exod.12.13. *Abraham accepit ſignum Circuncíſionis, & ſigillũ Iuſtitiæ fidei*, Rom. 4.11. *Baptiſmus eſt quo carnis ſordes abijciuntur*, Pet.3. 21. Sed vtplurimum ſunt figuratæ, cùm nomina vel effecta rerum ſignificatarum, ſignis; & contrà, ſignorum nomina vel effecta rebus ſignificatis tribuuntur μετωνυμικῶς ſeu μετωνομασμένως.

Súntque eiuſmodi phraſes vſitatę quidem in ſacra Scriptura, adeóque Eccleſiæ in communi vſu poſitæ figuratę tamen, quod ex verborum & rerum, de quibus verba lòquuntur, natura, collatione, ſeu terminõrum cohærentia intelligi poteſt: Sed perſpicuæ quia èlegantes & illuſtrès tropi non obſcurant, ſed illuſtrant orationem.

Sunt autem eiuſmodi, quia id poſtulat natura & λόγος Sacramenti, quod vulgo definitur eſſe *rei Sacræ viſibile ſignum*. Itaque ſi verba in Sacramentis nudè, abſque tropo & ſimpliciter tantum intelligantur non erunt Sacramenta, quia non erunt ſigna, ſed res ipſæ. Sunt autem ἐν τῷ [illegible]. Eſt igitur tropus, non in rebus, ſed in verbis, 1. Propter analogiam, correſpondentiam, & Relationem ſigni ad rem ſignatam. 2. Propter ſimilitudinem & comparationem effectuum: vnde Aug. Sacramenta ex ſimilitudine earum rerum quarum ſunt Sacramenta, plerunque ipſarum rerum nomina accipiunt.

quæſt. ſuper Leuit. 57.

---

[a] *Heb.11.2. & ſeq.*

dei ſigillum, ſed vt legitimæ propagationi hominum inſeruiret. Quia tam veteris quàm Noui Teſtamenti fidelibus iuxta, & hypocritis, ipſiſque adeò Gentibus commune fuit, & erit vſque ad finem mundi. 3. Quia ab eodē abſtinuit Dominus Ieſus.

LII. *Cur alia ſub Lege, alia iam ſub Euangelio Sacramenta fuerunt?*

Quia mutato Sacerdotio mutatur Lex, id eſt, cultus ceremonialis, contrâque vt eſt Heb. 7. 12. Deinde quia propter temporum diuerſam conditionem, aliter tunc, aliter nūc fuit edocenda Eccleſia de Dei promiſſionibus. Nam & nos ipſi, vt ait Auguſtinus, *aliter ſignificamus facienda, aliter pronuntiamus facta*: ſicut paſſurus & paſſus, non ſimiliter ſonant: Et ideo alia fuerūt Sacramenta ſub Lege, quibus prænuntiabantur futura: alia ſub Euāgelio, quibus ſignificātur facta ea quæ præceſſerūt in Chriſto. Nec propterea eſt mutatio in Deo, ſicut nec in Patrefamilias, non eadem æſtate & hyeme præcipiente.

contra Fauſtum l. 19. c.16.

LIII. *Quomodo Veteris & Noui Teſtamenti Sacramenta conueniunt?*

Authore, fine, & partibus genericis, re ſignificata, & forma loquutionis: nam vnus idémque vtriuſque fœderis Sacramentorum *Author* eſt Deus.[a]

a Heb.1.1.

Idem *finis* vt eſſent gratiæ Dei erga Eccleſiā ſymbola.

Eædem *partes*: nam vt Noui, ita Veteris Teſtamenti Sacramenta, ſigno & ſignato cōſtant: ac vtrobique aliud eſt ſignum, aliud ſignatum.

Res ſignificata ſeu ſubſtantia eadem, Chriſtus & eadem ipſius bona, nempe remiſſio peccatorum, iuſtificatio regeneratio, & ſpiritualis nutritio: Rom. 4. 11. Sigilli receptæ iuſtitiæ in præputio recepit Abrahamus. 1. Cor. 10. 2. 3. 4. *Omnes ſub Moſe baptizati ſunt Nube, & mari Omnes eandē* (videlicet atq; nos) *eſcā ederunt, & omnes eundem potū ſpiritualem bibiſſunt.* Et c. 12. 13. *Enimuero per vnum Spiritum nos omnes in vnum corpus baptizati ſumus* & Iudæi, & Græci, & ſerui, & liberi: & *omnes potati ſumus in vnum Spiritum.* Nam quod Circuncíſio ſignificabat, idem & Baptiſmus noſter ſignificat: quod Agnus, idem & Cœna. Itaque Patres ſub Lege, eiuſdem, Chriſti, & ipſius donorum

LV. *Quid differunt Sacramenta Veteris, & Noui Teſtamenti?*

1. Adiunctis externis, & temporis circunſtantia: nam illa μέχρι καιροῦ διορθώσεως, vſque ad tempus directionis: (διορθοῦσθαι enim dicuntur quæ non ſinuoſo quodam ambitu, ſed recta ad ſuum ſcopum diriguntur:) hæc verò ad finem ſeculi durare debent, ſeu vſque ad ſtatum gloriæ, in qua omnis nude & perfectè manifeſtabitur veritas, & ideo non opus erit Sacramentis.[a]

2. Significandi modo ſeu conditione: vetera enim prænuntiarunt Chriſtum tanquam venturum: noua eundem tanquam exhibitum declarant. Itaque ſimul ſtare non poſſunt, cùm futurum tempus nunquam ſit præteritum, & præteritum tempus nunquàm antiquet futurum.[b]

3. Diuerſitate ſiue qualitate ſignorum, ſeu ſignis & ritibus multum diuerſis: alia enim ſigna veteris alia noui Teſtamenti.

4. Numero ſignificandi menſura, virtute, & facilitate: Noſtra enim, inquit Auguſtinus, numero pauciora; cùm in veteri Teſtamento fuerint numeroſiora ſigna, quia populus Iſraeliticus adhuc erat ſub pædagogia Legis, ideóque, vt pueri ſolent, pluribus figuris & ritibus detinebatur. 2. Vtilitate meliora 3. Non exteruo aſpectu aut mundano ſplendore, ſed intellectu rerum cœleſtium ac diuinarũ, & ſignificatione auguſtiora ſeu clariora, 4. virtute maiora, i. maioris efficaciæ ad fidem noſtram confirmandam, 5. actu faciliora ſunt: nihil enim in Baptiſmo, vel Cœna Domini. quod ſit difficile, moleſtum, & cruentum. Circuncisio verò & Sacrificia, moleſtiora, cruẽta, & operoſiora erant: Sed hæc tamen non efficiunt, quo minus Sacramenta noſtra, & Veterum, quoad ſubſtantiam attinet, ſint eadem.

Cōtra Fauſtum l.19. c.11.

LVI. *Quid? Annon differunt Sacramenta Veteris Teſtamenti à noſtris, Effectu, quòd illa gratiam tantùm adumbrarent, & ſignificarent, quam hæc præſentem nobis offerunt?*

Minimè: quia in vtroque Teſtamento eadem eſt Chri

---

[a] Heb. 9. 10

[b] Heb. 8. 13

Vnde etiam regula tenenda, cuius vſus in Scripturis frequens & maximus eſt, Nomina & proprietates rerum diuerſiſſimarum ſæpe propter analógiam quãdam, comparationem, & ſimilitudinem effectuum, cùm docendi, tum admonendi cauſa permutantur; & ſe de mutuò prædicantur: Sic, Chriſtus & Vitis diuerſarum rerũ ſunt nomina: Chriſtus tamen ſe Vitem nominat [a], propter ſimilitudinem effectuũ deinde propter diuinæ promiſſionis ſignis additæ pignus & certitudinẽ: vt Iris ſeu arcus cœleſtis eſt fœdus Dei [b]. *Circunciſio eſt fœdus* [c] [1]. *Agnus eſt paſcha ſeu* tranſitus Domini [d]: ſic *Baptiſmus eſt lauacrum Regenerationis* [e], & ſtipulatio bonæ conſcientiæ [f].

a Ioh. 15. 1.

b Gen. 9. 9.

c Gen. 17. 10

d Exod. 12. 11. 27.

e Tit. 3. 5.

f 1. Pet. 3. 21

Similes ſunt locutiones in typis, vt Gal. 4. 24. duæ matres illæ, Agar & Sara, ſunt duo fœdera. In ſacra Cœna panis fractus, eſt corpus Chriſti: vinum, eſt ſanguis Chriſti: calix, eſt nouum Teſtamentum in ſanguine Chriſti. Non propter ſigni conuerſionem in aliam rẽ vt volunt μετουσιάζειν: aut alterius rei in ſigno incluſionem vt volunt συνουσιάζειν: non propriè, & per ſe, ſed quia metonymicè illa, ſigna ſunt & teſtimonia, pignora, imò & media ſeu organa Spiritus ſancti, in quorum vſu legitimo fit vera, & non imaginaria: per liberam operationem Spiritus ſancti, communicatio rerum quæ promittuntur in Verbo Sacramentis addito, non minus certò, quam certò ſignorum ſacrorum, quæ Sacramenta vocantur, fit per Eccleſiæ Miniſtrum exhibitio.

Perpetua eſt etiam hæc regula in rerum natura, vt inter ſe Diſparatorum enuntiatione, & vnius de altero attributione, loquutio ſemper ſit tropica in quouis rerum genere, nunquam propria: Quotieſcunque enim in propoſitione aliqua, verbum ὑπαρκτικὸν ſubſtantiuum Eſt, iungit diſparata, quæ formis ſpecificis differunt, tum prædicatio non eſt propria, ſed figurata: ſeu, Quotieſcunque prima Subſtantia, ſeu τόδε τι, & Indiuiduũ ſingulare, reuera & actu extra mentem exiſtens, de alia prima Subſtantia prædicatur, eiuſmodi Enuntiatio eſt figurata.

Sed hæ tamen figuratæ loquutiones, ad proprias reduci, & per eas explicari debent: vt Circunciſio eſt fœdus, hoc eſt, eſt ſignum fœderis per quod teſtatur Deus ſe reuera in fœdus ſuum recipere credentes.

quam nunc per fidem à nobis manducatur Agnus ille mactatus iam inde à iactis mundi fundamentis[a]. a.Apoc.13.8.

2. Quia *Ieſus Chriſtus heri idem, & in ſecula*, Heb.13. 8. vtriuſque Teſtamenti vnus & idem Seruator, in quo vno Patri placuit ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, Eph.1.10.

3. Quia fide præditi fuerunt illi Patres, quæ facit vt extent ea quæ ſperantur, & demonſtrat ea quæ non videntur, Heb,11.1. Et Clemens Alexandrinus, Πίστις, inquit, ὑπόστασις.

Itaque licet priſcis illis temporibus, natura humana nondum eſſet aſſumpta à Λόγῳ, erat nihilominus preſẽs fidei piorum veterum, quæ iam eos cum Chriſto naſcituro coniũgebat. Ita, quod nondum fuit ordine naturæ, nihilominus tamen ſemper extitit vi & efficacia fidei. Ideo Chriſtus, *Abraham vidit diem meum, & gauiſus eſt*, Ioh.8.56. Sed illi comederunt carnem Chriſti, pro ipſis tradendam: nos eam edimus, pro nobis traditam. *Tempora variata ſunt, non fides*, inquit Auguſtinus. *Tradendus, & traditus: Venturus, & venit, diuerſa ſunt verba*, inquit, *ſed idem Chriſtus.* Strom. l.4. In Ioh. Tract. 45.

LIX. *An Sacramenta remittunt peccata, & conferunt, aut continent gratiam, & ad iuſtificandum & regenerandum inſtituta ſunt, ſeu, An gratia eſt alligata Sacramentis?*

Non. 1. Quia ſunt ſigna, non cauſa gratiæ.

2. Quod Dei proprium eſt, nõn debet creaturæ conferri.

3. Subiectum gratiæ non eſt corpus, ſed ſpiritus.

4. Nihil corporale agit in ſpiritualibus.

Non item ex opere operato, ſeu efficienter, per ſe, ſua vi, aliquid operando, ſeu ſecundùm Eſſe fluens, vt loquuntur in ſcholis: ſed Miniſterialiter, ſeu inſtrumentaliter: efficaciter tamen, quatenus fidem noſtram ſuſtentant, & alunt.

Non vi intrinſeca ſeu propria, ſed virtute principalis agentis; eo ſenſu quo Paulus prædicat Euangelium eſſe vim & *potentiam Dei ad ſalutem omni credenti*, Rom.1.16. Et 1.Tim.4.16. dicit lectionem ſacrarum literarum ſti gratia, idem Chriſtus propoſitus. Et Apoſtolus teſtatur Veteres Patres *eandem nobiſcum eſcam ſpiritualem ediſſe, & eundem potum ſpiritualem bibiſſe*, 1. Cor. 10. 3. 4. (Eandem inquam, nobiſcum, non vt quidem exponunt, inter ſe tantum quod ex mente Apoſtoli, ſerie contextus, nomine Chriſti, & verbo Baptizandi illic vſurpatis, intelligitur) & *accepiſſe σφραγῖδα iuſtitiæ fidei*: Ergo & Chriſti participes factos, qui eſt iuſtitia omnium temporum credentibus, Rom. 4. 11. Concedo tamen Sacramenta veterum, figuras & imagines atque vmbras noſtrorum fuiſſe, non quoad res ipſas, ſed quoad implicatiùs & obſcurius res ſignificata adumbrarunt: quo reſpectus typi noſtrorum dici poſſunt,[a] ſed non ſine veritate.

[a] 2. Cor. 10. 8

LVII. *Cur igitur Paulus Gal. 4. 9. Sacramenta veterum, dicit fuiſſe ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα infirma, & egena, & carnalia elementa, quæ non poterant in conſcientia ſanctificare διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές, Heb. 7. 19. & 9. 10?*

Quia non ſimpliciter, quòd nuda eſſent elemeta, quæ gratiam nullam offerrent, vel obſignarent, ſed 1. loquitur de iis, tanquam à Chriſto iam abrogatis. 2. De iis loquitur vt eo tempore et accipi videbat à Iudæis, ſeorſim à Chriſto, & eius promiſſione, i. quatenus in ſeſe, & per ſeſe, à rebus ſignificatis cogitatione abſtracta, & vt nuda ſigna conſiderātur, quia non à ſignis, ſeu veteribus ſeu nouis, ſed ab vnica Spiritus ſancti virtute, ſanctificatio penitus dependet.

LVIII. *An ne Patres Chriſti carnem manducauerunt, cùm nondum actu corporaliter extaret in rerum natura?*

Maxime: quia etſi non ſimpliciter, aut actu, ratione ſ corporeæ ſubſtantiæ extareta, tamen ſecundū quid, qu tenus videlicet pro mundi vita tradita eſt, erat cibus il ſpiritualis, qui non minùs manducari potuit ab il tat,& obſignat,qua configurentur Chriſto, & ab infidelibus diſcernantur,atque ad profeſſionem Chriſtianam deputentur:Eſtque hæc nota ; ſecundùm Dei propoſitum indelebilis,2.Tim 2.19. *Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, Nouit Dominus qui ſint ſui.* Et 2.Cor.1.21. *Qui vinxit nos, Deus eſt, & qui ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus.* Et Epheſ.1.13. *In quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſsionis Sancto , qui eſt pignus hæreditatis.* Et cap.4.30. *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, à quo ſignati eſtis.* Et Ezech.9.4. *Signa Tau ſuper fronte virorum gementium , & dolentium*, poſita dicuntur. Et Apoc.7.3. Serui Dei ſignati in frontibus eorum: contrà, perditionis filij charactere beſtiæ notari dicuntur, Apoc.13.16.17.

LXI. *Quorum eſt adminiſtrare Sacramenta?*

Eorum tantùm,quibus præconio Euangelij defungi conceſſum eſt:iuxta dictum, *Profecti, docete omnes Gentes, baptiZantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti*, Matt. 28.18 & 1.Cor.4.1. Nam Sacramẽta,ſunt Miniſterij Verbi Dei appendices , & ſigilla promiſſionum diuinarum, quæ ſine iſtiùs Verbi Dei declaratione apponi legitimè non poſſunt:neque enim ſubſiſtit acceſſorium, niſi adſit principale:& eiuſdem eſt tanquam Cancellarij Principis authoritate freti,tabulas Teſtamenti bona fide conſcribere,& eiuſdem ſigillo obſignare.

LXII. *Vnde Sacramenta vim & dignitatem habent?*

Ab Inſtitutione Dei , modò illius forma obſeruetur, idque à perſona publica , vel rite vocata, vel ſaltem per communem errorem,publica functione defungente.nõ autem à moribus, merito,& dignitate perſonæ operantis,& adminiſtrantis,Philip.1.

LXIII. *An verò Miniſtri, quibus delegata eſt legitima Sacramẽtorũ adminiſtratio, & Dei* συνεργοὶ *dicuntur, etiam rem Sacramenti ſuis ipſorum manibus ſubminiſtrant?*

ſeruare : non quòd magica quædam vis characteribus ſyllabis, aut ſono verborum inhæreat : dicit enim Apoſtolus Heb.4.2. *Non profuit illis ſermo, non admixtus fidei*, ſed quia his mediis, adminiculis , & inſtrumentis, ad ſalutem noſtram vtitur. Quo ſenſu Eccleſia dicitur Eph.5. 26. *ſanctificata & mundata lauacro aquæ per Verbum.* Tit.3.5. *Baptiſmus* vocatur *lauacrum Regenerationis, & Renouationis.* Et Act.22.16. *Baptizare & abluitor à peccatis tuis, inuocato nomine ipſius.* Hinc Auguſtinus, *Vnde tanta virtus aquæ,* In Ioh. Tract. 80. *vt corpus tangat, & cor abluat? niſi faciente verbo: non quia dicitur, ſed quia creditur?*

Et gratiam Dei alligari ſignis externis minimè debere, docet Petrus, ſic de Baptiſmo loquens, Pet.3.21. *Nos ſeruat, non is quo carnis ſordes abjciuntur. ſed quo fit vt bona conſcientia Deum interroget per Reſurrectionem Ieſu Chriſti.* Cornelius gratiam accepit ante Baptiſmum [a]. Mediis enim a Act.10.5. & inſtrumentis ad ſalutem noſtram vtitur: ſic tamen vt propria vel intrinſeca virtute operetur liberrima, quando, quomodo, & quibuſcum vult , non externis ſymbolis ſuas vices reſignet : Sicut nec in ſeptuplici illa lotione Naamani Syri, facta in Iordane, inſita fuit purgatio eius à lepra, quam tum in eo ſola diuina virtus operabatur [b]. Hinc fit, quod alij gratiam accipiunt ſine Sacra- b 2.Reg.5. 14. mento : vt Abraham ante Circunciſionem iuſtificatus eſt: & Latro in cruce, ſine Baptiſmo & Cœna Domini. Alij Sacramenta accipiunt ſine gratia, quia fide deſtituti: vt Iudas, de quo Auguſtinus, Accepit panem Domini, non panem Dominum. Alij ambo ſimul, velut per concomitantiam quandam, rem cum ſignis accipiunt, vt fideles, qui Cœnam digne ſumunt.

LX. *An-ne Sacramenta imprimunt aliquem characterem, ſeu ſigillum aliquod ſpirituale, & indelebile in anima?*

Non ex ſe, per ſe, aut ſua vi, non virtute ſupernaturali ipſis inhærente, non reali, & eſſentiali alicuius ſigni impreſſione, vt impreſſio imaginis, ſigni, in cera, vel nummo fit: talem enim nulla Scriptura probat. Sed Deus tamen Sacramentaliter, & ſpiritualiter, per illa tanquam inſtrumẽta, dato pignore Spiritus, & luce fidei ſuos veluti no

tat, &

ſia externa in Eccleſia[a]. Exempla ſunt Abraham, & domeſtici eius[b]: Abſalom, Achitophel, & populus[c]: Iudas[d]: Simon Magus[e]. Sed conueniunt iis ſolis, quibus instituta ſint, & qui in Dei fœdere ex ipſius verbis continentur: non autem extraneis, nomen Chriſtianum non profitētibus: & his quidem viuis, & præſentibus, non autē mortuis, & abſentibus.

a 1. Cor. 1.
27. 29.
b Gen. 17 23.
c 2. Sam. 15.
12.
d Luc. 22. 21.
e Act. 8. 13.

LXVII. *In quo conueniunt Verbum & Sacramenta?*

1. *Cauſa Efficiente*: idem enim author eſt promiſſionis gratiæ & Sacramentorum, videlicet Filius Dei, caput, Rex, Doctor, & Sacerdos Eccleſiæ: Et *cauſis famulantibus*, quia Miniſtri Verbi, iidem & Sacramentorum ſunt Diſpenſatores[f].

f Matt. 28.
19.
1. Cor. 4. 1.

2. *Materia* intelligibili νοητῷ, ſiue ſubiecto principali: nam res eadem promiſſa eſt in Verbo, & legitimo vſu Sacramentorum, idem Chriſtus cum ſuis ſalutaribus beneficiis. Proinde ſicut Euangelium teſtatur, ad Deū conuerſos, ablutos & ſanctificatos eſſe in nomine Domini Ieſu, & per Spiritū Dei noſtri, 1. Cor. 6. 11. Et per Euangeliū genitos & renatos per ſermonem Dei viui, 1. Cor. 4. 15[g]. Et Ieſum Chriſtum eſſe panem illum vitæ, Ioh. 6. 55. Sic Sacramenta teſtantur Baptizatos in Ieſum Chriſtum, in mortem eius baptizatos, & ſaluos factos per lauacrum Regenerationis[h]: Et Panem quem frangimus, eſſe communionem corporis Chriſti, 1. Cor. 10. 16.

g 1. Pet. 1.
23.
h Rom. 6. 3.
Tit. 3. 5.

3. *Forma*, modo, ſeu inſtrumento rem ſalutariter percipiendi: nam nonniſi fidem habentibus, Verbum & Sacramenta quicquam proſunt[i].

4. *Fine* q̃ communi: nam & Verbum, & Sacramenta, ſunt media per quæ Filius Dei docet, & colligit ſibi Eccleſiam, & ſe omniáque ſua beneficia ſeruandis, in hac vita communicat. Ita tamen, vt ſine vtroque in cordibus piorum agere poſſit, quoties, & quando vult.

i Ioh. 3. 33. 36.
Rom 14. 23.
Heb. 11 6.
Habac. 2. 4.

5. *Effectibus*: nam vt Verbum vitæ piis eſt odor vitæ ad vitam, improbis eſt odor mortis ad mortem, 2. Cor. 2. 16. Sic Sacramenta in ſe, credentibus ſalutaria, incredulis cedunt in iudicium, & condemnationem[k]: οἷον μύρον τῇ περιστερᾷ, ἔρρωσις: τῷ δὲ κανθάρῳ, φθορὰ, inquit Nyſſenus, i. *quemadmodum vnguentum columbe ſanitas, eſt autem interitus*

k 1. Cor. 11.
29.

Minimè:ſed terrena ſigna conferunt ἔξωθεν, & externis muniis duntaxat defunguntur: Deus autem ἔσωθεν, internè, cæleſtia dona illis repræſentata confert, & incremētū largitur; quia ſolus Deus corda circuncidit[a]: Et
a Deut. 30. 6. ideo hæc Circunciſio, dicitur ἀχειροποίητος[b]. Et Ioh. Ba-
b Col. 2. 11. ptiſta faſſus eſt, ſe quidem aqua, Dominum autem Ieſum Spiritu ſancto, & igne baptizare, Matth. 3. 11. Et ſolus Pater cæleſtis dat panem illum verè cæleſtem, Ioh. 6. 32. Alioquin interdum Miniſtris Verbi, id tribuitur, quod Dei ſolius eſt: Ea enim vocabulorum περὶς ἓν ratio eſt, vt Inſtrumento tribuatur, quod eſt cauſæ Efficiētis principalis.

LXIV. *Vbi & quando adminiſtrari debent Sacramenta?*

In cœtu Eccleſiæ, & non alibi, quando ſcilicet cógregata eſt tota Eccleſia, vel illius pars magna, non extra cœtum Eccleſiæ.

LXV. *Quæ forma ſeu ritus Adminiſtrationis eſſe debet?*

Vt vſurpentur illa ſigna integra, quæ Chriſtus ipſe præſcribit: Et priùs Inſtitutionis: deinde etiam promiſſionis, Domini verba, non peregrino, ſed noto ſermone recitentur, & explanentur, quàm Sacramentum adminiſtretur, & detur[c]. Nam Apoſtolus 1. Cor. 14. 19. expreſsè
c Act. 19. 3. 4. 5. vetat vti lingua peregrina.

1. Cor. 11. 23 Ceremoniæ verò, non humanæ & receptæ, ſed Filij Dei authoritate inſtitutæ & mandatæ adhibeantur: tum etiam preces, & gratiarum actiones. Exemplo Chriſti, qui hoc faciendum Eccleſię mandauit, *Hoc facite*. Et Act. *Baptizare, & abluitor à peccatis tuis, innocato nomine Ieſu*. Decorum autem & dignitas Sacramenti, ex verbo Dei eſt æſtimanda. Figuræ verò propriè fuerunt Veteris Teſtamenti: multitudo item & pompa humanorum rituum occupat ſenſus & animos, & obruit Ceremonias diuinitus inſtitutas.

LXVI. *Quibuſnam Sacramenta ſunt adminiſtranda?*

Piis & impiis communia quidem ſunt Sacramenta: & alia rædicatio antegrediatur, ad inchoandam & augendam idem, vnà cum clara Fidei profeſſione, antequam rite aliquam exhibeantur.

6. Verbum valet etiam abſque Sacramentis, vt in Cornelio apparuit:[a] Sacramenta verò abſque verbo non valent: Sigilla enim ſine diplomate nihil proſunt. a *Act.*10.2.3.4.44.45.

7. Prædicatio verbi eáque efficax, requiritur in omnibus adultis, adhoc vt ſeruari poſſint: *fides enim ex auditu eſt, auditus verò per verbum Dei*, Rom. 10. 17. niſi cùm Deo libuerit extra ordinem operari in eorum cordibus. ſed Sacramenta nō præciſè, nec abſolutè ſunt omnibus ſic neceſſaria, vt ſine exceptione quiſquis iis non fuerit potitus propterea à certa ſalutis ſpe excidat. Veriſſimum enim illud Bernardi, *Non priuatio, ſed contemptus ſacramentum damnat.*

8. Denique verbum ſolùm ſumptū, ſi comparetur cū Sacramento ſolo, eo melius & præſtantius eſt: quanuis ſi addatur ei Sacramentum, adhuc præſtantius & auctius, & ad confirmandā fidem magis efficax euadit. Non eſt ergo plus deferendum honoris Sacramentis quā Euangelij præconio, hoc eſt, Non eſt ſigillis plus tribuendum quàm Teſtamento Ieſu Chriſti ſcripto.

LXIX. *Quid illi facere debent, qui deſtituuntur copia adeundi ſacros Eccleſiæ conuētus, in quibus peragitur verbi & Sacramentorum ordinaria diſpenſatio?*

Quærere eos oportet: quòd ſi inuenire nō poſſint, aſſidua domi meditatione ſe exercere debent: tum quia *Regnum Dei intra nos eſt:* [b] tum quia *Euangelium* etiam abſque Sacramentis, *eſt Dei potentia ad ſalutem omni credenti*, Rom.1.17. tum denique, quia re Sacramenti nunquam deſtituuntur fideles, etiamſi viſibilibus illis ſignis carere cogantur. b *Luc.*17.2. *Rom.*1.4.16

LXX. *Quid differunt Sacramenta à Miraculis?*

1. Natura ſeu *Definitione*. Miracula enim vera, ſunt opera inuſitata hoc ipſum quod demonſtrant exiſtentia res ipſas exhibentia, ad quæ obſtupeſcunt hominum mē

ſcarabeo: Et vt ſemen Verbi prædicati: ſic vſus Sacramenti, non ſtatim fructum ſuum profert, ſed eo demum tempore, quod à Deo conſtitutum eſt.

6. Denique ſicut per Verbum Spiritus ſanctus fidem inchoat & confirmat: ſic per Sacramenta eam excitat & confirmat. Ex quibus ſequitur eſſe huiuſmodi συζυγίαν & συστοιχείωσιν Verbi Externi, & interni, quæ eſt ſymbolorũ terrenorum, rerúmque cœleſtium.

LXVIII. *Quid differunt Verbum & Sacramenta?*

1. *Naturâ*: quod verbum Euangelij ῥητῶς, ſeu expreſſis verbis indicat, videlicet nos per fidem Chriſti Ieſu, & omnium ipſius meritorum participes fieri, Sacramenta συμβολικῶς repræſentant: ſeu, quam verbum Doctrinam ἐμφανῆ ϗ γνωριμωτέραν, illuſtrem, magíſque accommodatam tradit, Sacramenta eandem μυστηριώδη, ϗ ἀπόρρητον proponunt.

2. *Organis*. Verbum adminiſtratur ore, & percipitur auribus: at ritus Sacramentorum manibus adminiſtrantur: in oculos quoque, & cæteros ſenſus incurrũt, & nos veluti in rem præſentem adducunt, quaſi Chriſtum ipſum quodammodo manibus iam palpemus, oculis cernamus, guſtu percipiamus, & toto pectore ſentiamus: Ideo viſibilia Dei verba ſcitè ab Aug. nuncupantur.

3. *Subiecto Cui*. Promiſſiones verbi generaliter & communiter denuntiantur ſimul omnibus, tam fidelibus, quã infidelibus: Eſt enim Verbum etiam Incredulis prædicandum. At Sacramenta membris tantùm Eccleſiæ probabiliter cognitis, ſigillatim communicantur: & applicant, & reſtringunt promiſſiones κατ' ἰδίαν, ad ſingulos legitimè vtentes iſtis ritibus: vt quàm certò tu ipſe Ceremonia viſibili vteris ſecundum inſtitutionem Chriſti, tam certò ſtatuere poſſis ac debeas, ad te quoque pertinere Chriſtum, & eius omnia beneficia.

4. *Menſura ſignificandi*. nam verbum præcipuè docet, Sacramenta verò præcipuè obſignant: Et res quidem ſpirituales, verbum ſignificat & applicat, ſed Sacramenta magis & efficaciùs repræſentant & applicant.

5. *Ordine*. nam cùm Sacramenta, ſint verbi appendices, quæ fidem confirmant, oportet vt in adultis verbi

prædicatio

1. Vt vſurpentur ſecundùm præſcriptum Dei, citra mutilationem, ſeu deprauationem.

2. Ab iis quibus ſunt inſtituta, i. domeſticis Chriſti.

3. Ad finem cui ſunt deſtinata; qui vſus requirit cōditionem fidei apprehendentis rem ſignatam, i. promiſſionem gratiæ, & remiſſionem peccatorum, alioquin promiſſio inutilis, niſi fide recipiatur, Act. 37. *Si credis toto corde, licet tibi baptiZari*, Matt. 3.7. *Iohannes baptiZabat cōfitentes peccata ſua.*

LXXIII. *Quæ Effecta Sacramentorum?*

Motus ſeu excitatio cordis ad credendum, & fidei cōfirmatio: nam ſicut verbum audibile incurrens in aures, ferit corda: ita Sacramentum tanquam verbum viſibile, incurrens in oculos, excitat corda ad credendum, operante Spiritu ſancto: vnde applicatio Chriſti, & eius beneficiorum: ſequitur Incrementum & cōfirmatio fidei, & arctior in dies coalitio cum Chriſto, vt ipſe in nobis, & nos in ipſo viuamus, Gal. 2.20.

LXXIV. *Qualis pœna manet Contemptores Sacramentorum?*

Grauis: non quòd moretur Deus Ceremonias, ſed quia gratiæ ſuæ pignoribus, pro vtilitate quæ ex illis percipitur, honorem vult deferri. Ob hanc cauſam, vindictam voluit ſumere de negligentia Moſis, quod filij Circunciſionem, non tantùm obliuione & incuria prætermiſiſſet, ſed quòd expertus eſſet vel vxori, vel ſocero odioſam eſſe.[a] Sic apud Corinthios, cùm ſacra Cœna profanaretur, graſſata eſt peſtis: quia tam pretioſum theſaurum vilipendi nefas fuit[b].

[a] Exod. 4. 24.

[b] 1 Cor. 11. 18.30.

LXXV. *Quæ repugnantia?*

1. Error *omnium*, qui vel noua Sacramenta fabricant: vel iis quæ à Deo inſtituta ſunt, aliquid adiiciunt vel detrahunt.

2. Error *Anabaptiſtarum*, qui dicunt Sacramenta eſſe duntaxat externam teſſeram Chriſtianiſmi, & duntaxat *μνημόσυνα* quædã eſſe, excluſa rerum ſignificatarum vera præbitione, & perceptione ſpirituali: & denique in Sacramẽtis tantùm contineri figuras & ſymbola præceptorum Moralium.

tes, in doctrinæ generalis confirmationem incredulis facta[a], & docentibus authoritatem concilíant. Sacramenta verò sunt opera vsitata, ex vsu quotidiano desumpta, quæ nihil stuporis afferunt, aliud existentia, aliud significantia in confirmationem fidei credentium, & promissionis gratiæ. a 1.Cor.14. 8.

2. *Tempore*. Miracula enim sunt Extraordinaria, quæ ad tempus in Ecclesia durant. At Sacraméta sunt opera ordinaria, in vsu vsque ad consummationẽ seculi posita.

LXXI. *Quis finis Sacramentorum?*

b Gal.3.1.

1. Et quidem *Principalis*, qui conscientiis prodest, Ci respectu. Vt sint non modo figuræ, Emblemata, illustres imagines, & picturæ[b], siue specula & signa, quæ declarent, & ceu ob oculos depingant, & doceant quid præstiterit, & præstet nobis Iesus Christus: sed etiá sigilla & pignora promissionis diuinæ fide accipiendæ, seu initiæ fidei, & incorporationis seu communionis nostræ cum Christo: proinde sunt fidei nostræ confirmationes. c Gal.3.2.7. *Quicunque baptizati sumus, in mortem illius baptizati sumus* Rom.6.3. *Panis quem frangimus*, &c. 1. Cor.10.16.

2. *Fines subalterni*, nostri respectu. 1. Vt sint signa cõfessionis, & notæ professionis religionis veræ, quibus cæteris sectis discernamur, vt milites tesseris militaribus discernuntur. 2. Vt conseruent memoriam beneficiorum Christi, Exod 12. 14. *Erit hic dies vobis in recordationem.* Et 13.9. *Erit quasi signum in manu tua, & appensum quid, ob recordationem ante oculos tuos*, Luc.22. 19. *Hoc facite in mei recordationem*. 3. Vt sint testificationes gratitudinis nostræ. 4. Admonitiones de officio nostro erga Deum, vt pote quibus palàm nos in populo Dei censeri velle, & verum Deum, qui se populo su tum certo Verbo per Prophetas & Apostolos, tum Sacramentis his patefecit, solum colere velle profitemur, & ad obedientiæ: pietatis, & innocentiæ studium, nos illi obligamus. 5. Vt sint nerui publicorum cœtuum, & consociationis Ecclesiæ: Vincula denique mutuæ dilectionis & concordiæ inter Ecclesiæ membra sub vno Christo Capite. [c] Qui fines altera parte fœderis connentur.

d Act.10.41
e 1.Cor.10.17

LXXII. *Quis Vsus legitimus Sacramentorum?*

Eph.4.5.

1. Vt

Theorema, *Non Sacramentum ſed fides Sacramenti iuſtificat.*

II. *Pontificiorum*, qui opinantur, ſine Scriptura, in Miſſa fieri verum, reale, & externum, licet incruentum, Sacrificium, quo ſacerdotes offerant Deo corpus & ſanguinem Chriſti, ſub ſpeciebus panis & vini, quòd quidem ſacrificium ſit propitiatorium pro viuis & mortuis: quorum alij oblationem quę fit in Miſſa, eandem eſſe volunt cum oblatione quæ in cruce facta eſt, ſed tantum differre modo & ratione: quo nihil dici poteſt ineptius & ipſa Chriſti oblatio neceſſariò mortem ipſius includens, ſic fuerit ſingularis, vt nunquam poſſit iterari. Alij verò dicunt eſſe commemoratiuam, & repræſentatiuam, quæ ſententia priorem euertit: nã quod eſt alicuius rei commemoratiuum, non eſt ipſa res.

LOCVS XLVII.

De Baptiſmo.

I. *Baptiſmus vnde dicitur?*

ΠΑρὰ τὸ βάπτειν, quod eſt mergere, tingere, madefacere & à conſequenti, Lauare: à quo βαπτίζω, quod eſt immergo, intingo, abluo: Et βάπτομαι, mergor: (quod tamen differt à verbo δύνειν, vel, δύεσθαι, quod eſt profundum petere, & ſubmergere) Inde βαπτισμὸς, & βάπτισμα, hoc eſt, immerſio, intinctio, & à conſequenti ablutio: & βαπτιστήριον, veluti lacus ex ligno vel lapide: in quo lauandi gratia mergimur: Et βαπτιστὴς, qui mergit, & tingit: vnde ἀναβαπτιστὴς, Rebaptizator: & καταβαπτιστὴς, qui Baptiſtæ opponitur, vel Baptiſmum impugnat,

Quotupliciter ſumitur Baptiſmi vox in ſcripturis?

Dupliciter, Propriè, & figuratè. *Propriè*, pro ſimplici ablutione, eáque vel legali, ſeu Leuitica, vt Hebr. 9. 10. Καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, *& diuerſis ablutionibus tinge-*

3. *Donatiſtarum*, Qui Sacramenta per malos adminiſtrata, nullius efficaciæ & ponderis eſſe volunt.

4. *Manichæorum*, qui ſignis mutatis, res mutatas fuiſſe docuerunt.

5. *Ebionitarum*, qui Iudaicos ritus cum Chriſtianis retinere voluerunt.

6. *Scholaſticorum*, qui docuerunt Sacramenta veteris Legis, non aliud quàm Dei gratiam adumbraſſe, nouæ autem Legis conferre.

7. *Pontificiorum*, qui dicunt 1. Sacramenta Noui fœderis continere, & per ſe conferre, vel promereri gratiã & iuſtificare, ſeu remittere peccata, & ſanctificare ex opere operato, etiam ſine bono motu vtentis, i. ſine fide. 2, Septem Sacramenta ſtatuunt, Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, extremam vnctionem, neceſſaria: voluntaria verò, Ordinem, & Matrimonium. 3. Vi verborum, quaſi Magica incantatione putant mutari rerum naturas & deſinere eſſe, quod ante erant. 4. In Sacramentorũ adminiſtratione adhibent linguam incognitam. 5. Sacramenta ad res inanimatas ferunt.

8. *Eorum*, qui nomine Teſtamenti vtuntur propriè pro Sacramento, cùm διαθήκη ſignificet idem quod Συνθήκην, i. fœdus inter diſſidentes initum; quod nonniſi vnicum atque æternum eſt, videlicet, reconciliatio fideliũ cum Deo per Chriſti mortem. 2. Eorum qui res ſignificatas ſignis vllo modo affigunt, ſeu realem ſigni, & rerum ſignificatarum connexionem & coexiſtentiam ponunt. 3. Sacramenta ad infideles pertinere ſtatuunt. 4. Rem Sacramenti tam fidelibus, quàm infidelibus communicari 5. Nullas figuratas prædicationes Sacramentales eſſe volunt. 6. Verbo Dei minus quàm Sacramentis deferunt, eò quòd opinantur in Sacramentis maiora bona offerri hominibus, quàm in verbo.

9. *Eorum* qui cœleſti ſimplicitate non contenti, putant ſe ſuis ornamentis, Sacramentorum dignitatem ornare poſſe.

10. *Multorum*, qui in externo Eccleſiæ cœtu verſantur, qui externorum ſymbolorum vſu contenti, nec de Regeneratione, nec de communione cum Chriſto capite, laborant, ſed in peccatis manent: contra Auguſtiai

Theorema,

Duci, & in eius ſolius verba iuramus: Hunc veteres Baptiſmum fluminis, i. aquæ dixere: qui tamen & ſanguinis dici poteſt, quia vis eius pendet à ſanguine Chriſti, 1 Ioh. 1.7 *Sanguis Chriſti lauat nos ab omni peccato*: & flaminis ſeu Spiritus, quia per Spiritum ſanctum ſanguis Chriſti nobis applicatur. Qua poſtrema ſignificatione, Baptiſmi nomen huic vni Sacramento conſecratum, quod in vulgaria etiam multarum Gentium idiomata tranſiit, potiùs quàm lotionis nomen, cum Eccleſia retinemus & vſurpamus.

Fauorinus autem καθ' ἔπαινον vocem Baptiſmi ſic expoſuit, Βάπτισμα ἐν ᾧ βάλλεται, ἢ γοῦν πίπτει τὸ πταῖσμα. Greci etiã φωτισμὸν, id eſt *illuminationem*, Baptiſmum ab Effectu appellarunt, ὡς τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον πᾶ φωτίζεσθαι in veteri Eccleſia declarabat, in Eccleſiam per Baptiſmũ aggregari, & φωτισθέντες, baptizati, à Catechumenis diſtincti erant.a Vnde emerſit poſtea grandis moles Cerei Paſchalis.

a Heb. 10. 32.

II. *Quid eſt Baptiſmus?*

Eſt primum ſeu initiale noui Teſtamenti Sacramentũ: ſeu Actio ſacra conſtans lauacro aquæ, & Verbo, quâ ex mandato & inſtitutione Chriſti, homo Chriſtianus, ſiue adultus, Chriſtum profitens, ſeu fidelis infans, à Miniſtro Eccleſiæ inuocato nomine Patris, filij, & Spiritus Sancti, in aqua ſimplici & munda mergitur, vel eadam illa tingitur. vel aſpergitur (Heb. 10. 23. *Abluti corpus munda aqua*, ſicut Act. 8. 39. à Philippo factum fuiſſe legimus Ad repręſentandam ſanguinis Chriſti effuſionem in cruce factam: & verè atque efficaciter per totam vitam confirmandum fœdus gratiæ, iam prius initum, & ad exhibendum, obſignandúmque illi credenti iuſtitiam, ſeu ablutionem peccatorum ſanguine illo partam: Teſtandam adoptionem in fœdus gratiæ, inſitionem in Chriſtum, regenerationem, renouationem naturæ, ſeu reſipiſcentiam per gratiam Spiritus ſancti eodem ſanguine illi impetratam: Communionem ſeu ſocietatem cum Chriſto, in omnibus eius bonis, & cœleſti hæreditate: Et cooptationem inter Eccleſiæ viſibilis, & Regni cœleſtis ciues, vt inter filios Dei ab illis cenſeatur, & illorum iuribus gaudeat. Ad teſtificandum etiam, quòd viciſſim baptizatus, *bantur*, ſupple, *& mundabuntur omnes qui reputabantur immundi*: fuerunt tamen illæ ablutiones typi noſtri Baptiſmi: vel Superſtitioſa, vt Marc. 7. 4. *Phariſei à foro venientes, ἐὰν μὴ βαπτίζωνται, niſi loti fuerunt, non edunt: & alia multa ſunt quæ acceperunt tenenda. βαπτισμοὺς ποτηρίων, lotiones poculorum, ſextariorum, lectorum*, &c.

2. *Figuratè*, ídque multifariam. 1. Per allegoriam dicitur Baptiſmus Diluuium illud aquarum, quo Deus vltus eſt peccata mundi, & ſeruauit familiam Noe in
a 1.Pet.3.21 Arca: qui fuit typus noſtri Baptiſmi a. Item tranſitus per mare rubrum, quo Pharao cum ſuis ſubmerſus eſt, Iſrael verò ſeruatus. Commoratio ſub Nube, de qua 1. Corinth. 10. 2. Sunt etiam qui addunt per allegoriam, baptiſmum lacrymarum, Pœnitentiæ, quo baptizatam eſſe volunt mulierem illam peccatricem, quæ lacrymis
b Luc.7.38. rigauit pedes Christi b. Adhæc Baptiſmi vox vſurpatur per metaphoram, pro cruce & amariſsima afflictione, quæ comparatur gurgiti aquarum, quibus veluti ſubmerguntur, qui miſeriis affliguntur, vt Matt. 20. 22. Poteſtis baptiſmate, quo ego baptizor, baptizari? Et Luc. 12. 50. Hinc Baptiſma ſanguinis apud veteres dicebatur, cùm Chriſtiani martyres ſuum ſanguinem pro fide Chriſti effundebant.

2. Per μετάληψιν, promiſsione & effuſione Spiritus ſeu peculiaribus donis Spiritus ſancti, quæ fidelibus conferebãtur, interdũ ante Baptiſmũ aquę, vt ex Cornelij hiſtoria apparet. Interdũ poſt Baptiſmum: vt Act. 1. 5. *Iohannes baptizauit quidem aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto*, iſtis non multis pòſt diebus. Et hic dicitur Baptiſmus flaminis, ſeu ignis, i. Baptiſmus Spiritus.

3. Κατὰ συνεκδοχὴν pro tota Iohãnis doctrina, totóq; eius miniſterio. Ioh. 4. 1. Mat. 21. 25. *Baptiſmus Iohannis vnde erat? E cœlo? à Deo, an ex hominibus?* Prædicabat enim Baptiſmi Reſipiſcentiæ ad remiſsionem peccatorum, Marc. 1. 4. Act. 18. 25. *Apollos ſciebat tantùm Baptiſma Iohannis*. Sic cap. 19. 3, 4. *In quid baptizati eſtis?* inquit Paulus, i. qua igitur doctrina imbuti & initiati eſtis? *In Iohannis Baptiſma*, i. in Doctrinam quam Iohannes annunciabat, ac Baptiſmi ſymbolo obſignabat.

4. Per ἀντονομασίαν, & κατ' ἐξοχὴν, pro Sacramento ordinario Eccleſiæ, quo Chriſtianæ militiæ palàm Chriſto

Duci,

2.Deinde Chriſtus, Baptiſmum Exemplo ſuo confirmauit, quando ipſe à Iohanne baptizari voluit *a*. Et tota Trinitas luculentiſſimo & euidentiſſimo teſtimonio in baptiſmo Chriſti comprobauit [b].

Adhæc ante mortem diſcipulos baptizatum miſit Chriſtus [c]. Demum poſt reſurrectionem, idem Chriſtus eoſdẽ ſuos diſcipulos ac ipſorum ſucceſſores, ad docendum & baptizandum apud omnes Gentes inſtruxit hoc mandato, *Ite in mundum vniuerſum, Prædicate Euangelium omni Creaturæ, baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti*, Matth. 28.19. Ex quo quæ ſit Baptiſmi dignitas, & quanta cum reuerentia tractari debeat, apparet.

V. *Quæ eſt Cauſa Efficiens?*

Primaria, veréque *Efficiens*, Chriſtus ipſe: is enim verè eſt qui propriè nos in ſeipſum, in mortem ſuam, & reſurrectionem baptizat. Eph. 5.26. *Chriſtus* eſt qui *Eccleſiam mundat lauacro aquæ in Verbo.*

Secundaria & *Inſtrumentalis*, Miniſtri ſunt & ſic Iohannes, Ego baptizo vos in aqua, Matth. 3.11. Et Chriſtus eis mandauit, *Baptizate eos*, Matth. 28.19.

VI. *Num Miniſtri dici poſſunt verè baptizare, id eſt abluere à peccatis, & Regenerare?*

Omnino: non enim reſtrinxit Chriſtus mandatum, ad lauacrum aquæ: ſed in genere dixit, *baptizate eos*. Et Ioh. 20.23. dicuntur remittere peccata, itẽ regenerare, 1. Cor. 4.15. *In Chriſto ego vos genui per Euangelium*. Et 2. Cor. 3.6. ait Apoſtolus. ſe illis adminiſtraſſe Spiritum, non literam ſed Sacramentaliter, id eſt quatenus adminiſtrauit Sacramenta, per quæ tanquam per organa Chriſtus ipſe lauat & regenerat.

VII. *Quorum eſt propriè Baptiſmum adminiſtrare?*

Eorum, quibus Miniſterium Verbi commiſſum eſt: quibus enim dixit Chriſtus, *Prædicate Euangelium*, eiſdem dixit, *Baptizate eos*. Et Eph 5.26. coniungit Apoſtolus lauacrum aquæ, cum verbo Euangelij. Sic Iohannes Baptiſta, & diſcipuli Chriſti baptizabant, qui etiam Euange-

a *Matth.* 3. 15.

b *verſ.* 16. 17.

c *Ioh.* 4. 1. 2.

pollicetur ſe populo Dei accenſeri velle:& Satanæ peccato,mundo,carni ſectis omnibus nuntium,mitteret. Chriſto:autem ad gloriam Dei viuere velle profitetur.

Vel ſic Baptiſmus eſt Sacramentum,ſeu ſigillum iuſtitiæ fidei,id eſt initiationis,incorporationis noſtræ cum Chriſto,remiſſionis peccatorum , donationis Spiritus ſancti,& regenerationis,quo Chriſto obſignamur, incorporamur,& cum Chriſto ſepelimur,& morimur peccato
a Rom.6 3. 4.5. vi mortis Chriſti & reſurgimus ad nouitatem vitæ,vt reſurrectionis eius a,& ad verum vnius Dei cultum,vitæ-
b 1 Pet.3.21 que innocentiam, & vnitatē Eccleſiæ aſtringimur; vnde *ſtipulatio bonæ conſcientiæ* dicitur [b],id eſt obligatio mutua Dei & homini baptizati : Dei quidem teſtantis ſe recipere perſonam baptizetam in gratiam:Perſonæ verò baptizatæ dantis fidem Deo, quòd rite eum colere velit: vnde fit vt nemo qui baptizatus non fuerit , ad ſacram Domini Cœnam ſit admittendus,quia oportet vt admit-
c Matt.28.19. tatur priùs in Eccleſiam quàm in ea alatur [c].

III. *Quotuplex eſt Baptiſmus?*

Act.2.41. Ioh.4. 1.2. Matt.3. 11. Ioh.3 5 7. Gal.3. 27. 1 Cor. 6.11. & 10.2. Tit.3.5. Eph.5.26. Baptiſmus ſpecie vnus eſt, Eph 4.5.*Vnus Dominus,Vna fides,vnum Baptiſma*.Verùm cùm in Baptiſmo nō materia ſolum,& actio externa conſideranda ſit, ſed & interior Dei operatio,hoc reſpectu Baptiſmus duplex eſt.*Externus*,qui & aquæ dicitur,quo Verbi Miniſter baptizat: & *Internus*,qui & Spiritus,quo ſolus Chriſtus purificat corda ſanguine ſuo & donat Spiritum ſanctum. Nec tamen alter ab altero ſeparandus eſt. Externus enim Interni teſtimonium eſt,Aquæ Baptiſmus pignus eſt ſpiritualis Baptiſmi & internæ ablutionis,quæ fit per ſanguinem & Spiritum Chriſti. Ideo Chriſtus 1.Ioh 5. 6. dicitur veniſſe *in aqua,Spiritu,& ſanguine*.

IV. *Quis author ſeu cauſa Inſtituens Baptiſmi?*

Deus Pater:Filius,& Spiritus Sanctus.1.Per miniſterium Iohannis Baptiſtæ:conſtat enim Iohannem à Deo voca-
d Luc.3.2.3 Ioh.1.38. tum,& miſſum ad baptizandum & prædicandum Pœnitentiam inter Iudæos [d] Vnde Chriſtus , Baptiſmum Io-
e Matt.21.25. hannis,è cœlo, (metonymicè) id eſt à Deo fuiſſe dicit, non ex hominibus [e].

2.Deio-

2. De Baptiſmo, & donatione Spiritus, quæ in ſpecie is die Pentecoſtes cœpit, loquutus eſt[a].

3. Nihil aliud ſibi vult Baptiſta, quàm id ipſum quod lus dicit de ſuo Miniſterio, *Ego plantaui, Apollos riga- ſed Deus incrementum dedit: Neque qui plantat, eſt aliquid, que qui rigat, ſed qui dat Incrementum Deus*, 1. Corinth. 3. 6.7.

a Act. 2. 1. & ſeq.

XI. *An illis qui Iohannis Baptiſmo baptizati erant, neceſſarium fuit poſtea, etiam Chriſti Baptiſmum, qui à diſcipulis ipſius adminiſtrabatur, ſuſcipere?*

Auguſtinus ſentit: quia Baptiſmum Iohãnis aliũ fuiſſe à Baptiſmo Chriſti cenſet. Sed reclamat Ambroſius, & meritò. Nam Act. 18.25. *Apollos ſciebat tantùm Baptiſma Iohannis*: & is quidem aſſumitur, & diligentiùs inſtituitur in via Domini, non tamen legitur denuo aqua baptizatus: Nec primi illi Apoſtoli qui à Iohanne baptizati fuerunt, leguntur ſecundò baptizati fuiſſe. Nihil autem nobis abſque Dei Verbo definiendum eſt. Deinde ſi vera eſſet illa ſententia, Baptiſmum noſtrum cum Chriſto cõmunem non haberemus: quum tamen ille, tum Circunciſionem Patrum, tum noſtrum Baptiſmum in ſuę carnis circuncisione & Baptiſmo ſanctificari.

XII. *Si idem eſt Baptiſmus Iohannis, & Apoſtolorum Miniſtrorúmque conſequẽtium: Cur Paulus Act. 19.3.4.5. baptizat diſcipulos duodecim, qui iam antè à Iohanne baptizati fuerant: qui interrogati, Num accepiſſent Spiritum ſanctum poſtquam crediſiſſent, reſponderunt ſe ne quidem audiuiſſe, An ſit Spiritus ſanctus. Rurſus verò interrogati, in quid ergo baptizati eſſent, Reſpondent, in Baptiſma Iohannis?*

lium prædicabant.

VIII. *Num plures Miniſtri poſſunt ſimul aliquem baptizare?*

Non poſſunt: neque enim dicitur perfectè baptizare, niſi is qui verba facit, dicendo, *Ego te baptizo*: Ergo vt verum dicat, eundem etiam oportet aquam adminiſtrare.

IX. *Quid differt Iohannis Baptiſtæ, & Chriſti, ſeu Apoſtolorum & ſequentium Miniſtrorum Baptiſma?*

Non authore, ſubſtantia, doctrina, ſigno, aut ceremonia: non etiam effectu, aut ſignificatione: idem enim Sacramentum à Deo inſtitutum eſt: & ſignificatur, offertur, atque obſignatur eadem remiſſio peccatorum, & gratia Spiritus ſancti, ſiue Iohannes adminiſtret, ſiue Apoſtoli, ſiue ſequentes Miniſtri [a].

Tantùm diſcrimen eſt, quoad ipſam circunſtantiam, & modum patefactionis Chriſti. Dicitur enim idem Baptiſmus Iohannis, quòd primus baptizarit: & Chriſti, quoniam eũ reſpicit Baptiſmus. Deinde Iohãnes baptizabat in eum qui veniebat ponè ipſum, id eſt Chriſtum moriturum paſſurum, & Reſurrecturum [b]. Apoſtoli verò poſtea, & Miniſtri baptiſant in Chriſtum paſſum & Reſuſcitatum.

a *Luc*.1.3. & 2.3.

b *Act*.19.4

X. *Cur igitur inquit Iohannes, Matth*.3.11. *Ego baptizo aqua: & Chriſto ſoli tribuit, quòd baptizet Spiritu ſancto & igne?*

Non vt neget, per ſuum Miniſterium dari remiſſionem peccatorum, & Spiritum ſanctum: nam in Baptiſmo Iohannis, Spiritus ſanctus ſpecie columbæ deſcendit ſuper Chriſtum: ſed vt perſonam ſuam, & officium ſuũ, & omniũ Miniſtrorum diſcernat à perſona & officio, & ſpirituali efficacia, virtute, & fortitudine ipſius Chriſti. Nã Iohannes, Apoſtoli, & Miniſtri cęteri, non conferunt ipſi remiſſionem peccatorum, Spiritum ſanctum, iuſtitiam & vitam æternam: ſed ſolus Chriſtus credentibus remittit peccata, & dat Spiritum Sanctũ, per ordinẽ à ſe instituti *is manus, venit Spiritus ſanctus in eos.*

Deinde quod illi duodecim negant auditum à ſe eſſe, An ſit Spiritus ſanctus, non de exiſtẽtia & hypoſtaſi Spiritus ſancti, (non enim fuiſſent diſcipuli, i. Chriſtiani: nã clarè Iohannes docuerat de Spiritu ſancto, dicens, Chriſtum baptizaturum Spiritu ſancto:) Sed metonymicè de modo viſibili effuſionis Spiritus ſãcti donoru, quæ initio naſcentis Eccleſiæ excellenter viguerunt, intelligendum eſt. Sicut Ioh 7.39. dicitur, *Spiritus ſanctus nõdum erat datus, quia Chriſtus nondũ erat glorificatus.* Et proinde dici poſſunt illi etiam duodecim baptizati fuiſſe in nomine Ieſu, hoc eſt, non ceremoniam Baptiſmi, ſed gratias illas viſibiles Spiritus ſancti per Pauli manuum impoſitionem accepiſſe: quæ Baptiſmi nomine etiam tranſlatitiè ſignificãtur. Act. 1.5 & 11.16 Sic Act. 8 12. 14. 15. 16. 17. Samaritani cum credidiſſent Philippo docenti de Chriſto, ſcribuntur ab eo baptizati eſſe. Poſtea cùm Petrus & Iohannes deſcendiſſent in Samariam, *precati ſunt pro eis vt acciperent Spiritum ſanctum*: nondum enim in quẽquam eorum illapſus fuerat (inquit Euangeliſta:) ſed tantum baptizati fuerãt in nomine Ieſu, accepta ſcilicet remiſſione peccatorum. Cum autem Apoſtoli manus imponerẽt eis, acceperunt illi Spiritum ſanctum, ſcilicet modo viſibili, non donum regenerationis, omnibus in Baptiſmo oblatum: ſed dona illa inſignia & peculiaria: qualia fuerũt donum linguarum, donum faciendi miracula, & ſimilia.

XIII. *Anne mulierum Baptiſmo locus eſſe poteſt in Eccleſia?*

Minimè. 1. Quia eius νε γρῦ quidem in tota Baptiſmi
hiſtoria occurrit, ſed eius vſus à Marcione hęretico intro
ductus eſt, teſte Epiphanio. Deinde cum eorũdem ſit do- *In Panar.*
cere Euangeliũ, quorũ baptizare[a]: Docendi verò poteſtas a Matt. 28.
mulieri non permittatur[b], non magis Baptiſmi, quàm 19.
Euchariſtiæ muliebris λειτυργια, i. adminiſtratio ferenda b 1. *Tim.* 2.
eſt. Item tota vetus Eccleſia voluit vt Baptiſmus in Eccle- 12.
ſia tantum, i. in cœtu fidelium celebraretur, vbi Apoſto-
lus iubet mulieres prorſꝰ tacere, nedũ vt velit eas Sacra-
menta adminiſtrare[c]. Mulieres igitur bis peccant, cum
Baptiſmum in fictitio illo caſu Neceſſitatis adminiſtrãt, c 1. *Cor.* 14.
quippe quæ abſque mandato, imò contra Dei mandatum 34.

1. Sunt qui dicunt duodecim illos fuiſſe quidem imbutos & initiatos Baptiſmo, id eſt doctrina & miniſterio Iohannis, nō autem Baptiſmo eius, id eſt tinctione aquæ fuiſſe baptizatos: ſed poſtea ſemel tātùm in nomine Ieſu baptizatos.

2. Alij ſentiunt fuiſſe illos Baptiſmo Iohannis baptizatos, non autem poſtea aqua à Paulo tinctos, ſed baptizatos in nomine Ieſu, id eſt, donis admirandis Spiritus ornatos, cùm Paulus impoſuiſſet eis manus.

In 3. ad Gal.

3. Ambroſius ſentit, illos adulterino Baptiſmate, κιβδηλίῳ ſub nomine Baptiſmi Iohannis, non tam tinctos, quàm ſordidatos: aut certè non ritè baptizatos: cùm ex ipſorum confeſſione, Spiritum ſanctum eſſe perſonam à Patre & Filio diſtinctā neſciuerint, ſine quo non poteſt recta eſſe fides in Chriſto: A Paulo verò priùs edoctos, & poſtea vera Baptiſmi forma in nomen Chriſti baptizatos fuiſſe: hoc autem, non eſſe repetere Baptiſmum.

4. Auguſtinus ſentit illos duodecim Iohānis Baptiſmo baptizatos, & tamē poſtea etiam à Paulo baptizatos. Cenſet enim alium fuiſſe Baptiſmum Iohannis, alium Chriſti. Quam tamen ſententiā defendit à Rebaptizatione: cùm Anabaptiſmus ſit vnius & eiuſdem Baptiſmi iteratio.

5. Alij volunt vtroque Baptiſmo fuiſſe vtendū, propter diuerſum ſignificationis modum, id eſt, propter diuerſos Articulos, ſcilicet de venturo, & exhibito Chriſto: nec tamen fuiſſe Rebaptizationem, ſed prioris, emendato errore, confirmationem.

6. Sed conſulendus eſt textus. Primùm enim nō dicit textus, Paulum baptizaſſe eos qui à Iohanne baptizati fuerant, vt vrgent Anabaptiſtæ: ſed verba Pauli ibi loquētis, rectè ſunt diſtinguēda à verbis Euāgeliſtæ hiſtoriam illā narrantis. Pauli enim hæc verba ſunt dicentis Act. 19. 4. 5 Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας τῷ λαῷ, λέγων εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν: ἀκούσαντες δὲ, (ſcilicet τὸν Ἰωάννην) ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ: Huc vſque Paulus: vbi dicit τοὺς ἀκούσαντας, id eſt *eos qui audiuerant* (miniſterium Iohannis ſcilicet) *baptizatos fuiſſe in nomen Domini Ieſu* (à Iohanne ſcilicet.) Poſtea verò verſ. 6. addit ſuis verbis Euangeliſta, καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, &c. *cùm Paulus impoſuiſſet eis manus,*

ad baptizandum, ſed euangelizandum, κατά τι ſeu comparatè accipiendum eſt: ſignificat enim ſe non peculiariter & præcipuè baptizandi, ſed Euangelizãdi munus à Deo accepiſſe: cuiuſmodi loquendi forma Ier. 7. 22. *Non locutus ſum*, &c. Nec Baptiſmi dignitatẽ & fructũ extenuat, ſed cum paucorum eſſet docere, pluribus autem baptizare datum eſſet: cum etiam multi ſimul doceri poſſent: Baptiſmus autem, nonniſi ſingulis ordine conferri poſſet: Paulus qui docendi facultate antecellebat, inſtabat operi magis neceſſario, aliis relinquebat, quod præſtare commodiùs poterant.

XV. *An Baptiſmus ab hæreticis aut Pontificiis administratus, ratus haberi debet?*

Si de hæreticis agitur, qui doctrinæ cœleſtis principia negant, & Baptiſmi formam eſſentialem planè corrũpunt, vt faciũt Arriani, Samoſateniani, Manichæi, & Macedoniani, qui non ſunt ſynceri in Doctrina de Trinitate, ea lege baptizant in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti, vt tamen hos duos Patri coæternos, coeſſentiales, & ὁμοτίμους, vel Filium Dei verè naturam humanam aſſumpſiſſe negent, non debet haberi ratus, ſed blaſphemus: ſublata enim forma eſſentiali, tollitur res ipſa: proinde non tam rebaptizari, quàm vero Baptiſmo primùm conſecrari ſunt cenſendi, qui ad veritatis agnitionem conuerſi Eccleſiæ orthodoxæ inſeri cupiunt: quod cum Concilij Niceni decreto congruit.

Aliud tamen iudicium eſt de hæreticorum, vt Nouatianorum, & Donatiſtarum, qui doctrinã rectam de Trinitate tradebant, vel Pontificiorum (qui à vero aberrant in parte aliqua doctrinæ, & qui errore communi, vel lõga tolerantia, ſeu per vim, Paſtorum ſedem occupant, & publicum Miniſterium tenent, etſi pro legitimè vocatis habendi non ſunt) Baptiſmo; in quo etſi multa ſunt πάρεργα, & ſuperſtitioſa, retinetur tamen vtcũque Chriſtus, ſaltem titulo tenus, & res ipſa, & præcipuum caput, & eſſentialis forma inſtitutionis natiuáque ſententia, ſine idololatria verborum Baptiſmi, *Baptizo te in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti.* Et præterea Dei miſericordiæ libuit Eccleſiæ ſuæ reliquias intra ipſum Papatum conſeruare: vt Iſraelitæ retinebant Circuncisionem, etiamſi baptizant:& præterea rei externæ ſalutem æternam aſſigunt, quæ in ſola Chriſti morte & fœdere illo gratiæ quærenda eſt.

a Exod.4.25.

Exemplum autem Zephoræ, quæ circuncidit filium[a], quippe vel temerarium & illicitum ſtultæ & iracundæ fœminæ, vel ſingulare factum, in conſecutionem trahi non debet. Placatus enim Angelus fuit, quòd circunciſus fuerit puer, non quòd illa circunciderit.

Idem iudicandum, ſiquis vir priuatus, aut laicus, quē vocant, adminiſtrationem Baptiſmi ſibi vſurpet; Heb 5.4. *Nemo honorem ſibi ſumit, ſed qui vocatur à Deo, ſicut Aaron.* Neque enim neceſſitatis (quæ nos cogat præſcriptos à Deo ordines violare) caſum agnoſcimus: quippe illud theorema probantes, *Non priuatio, ſed contemptus Sacramenti damnat.* Quinetiam Baptiſmus mulierum in Concilio Carthaginenſi quarto, Can. centeſimo, iam pridem ſine exceptione damnatus eſt. Nec probandus eſt Auguſtinus qui ſcribit, ſi vrgente neceſſitate laicus baptizet, aut nullum, aut veniale eſſe peccatum. Curandum quidē, vt per legitimum Miniſtrum infans baptizetur, ſed ſi obtineri non poſſit, commendandus eſt Deo, qui eum Baptiſmo ſui Spiritus baptizet. Imò credendum eſt, Infantem fidelium parentum iam eſſe Baptiſmo flaminis baptizatum, quum ſit in fœdere.

l.8.contra Epiſt. Parmen.6.13.

XIV. *Anne quia Petrus Act. 10, 34. 48. prædicauit Euangelium Cornelio, ſed non baptizauit, iuſſit verò per alios baptizari, & ſic feciſſe Paulum legimus, 1. Cor. 1.16. Inde ſequitur eos quorum opera vtebātur Apoſtoli ad fideles baptizādos, fuiſſe laicos?*

Nequaquā. ſed fuerunt, vel Euangeliſtæ, vel Preſbyteri, vel Diaconi, quos ſecum plerumque aſſumebāt Apoſtoli, & qui etiam nonnunquam Verbum adminiſtrabāt, quorum tum magna erat copia. Adhæc non faciebant id ex ſe, ſed ex iuſſu Apoſtolorum: eóque non illi, ſed Apoſtoli per illorū manus baptizabant, quia qui per alios aliquid facit, per ſe facere videtur.

Quod autem Paulus citato loco addit ſe non miſſum

ad baptizandum

5. Quia adminiſtratio puri Baptiſmi tanti momēti eſſe debet apud pios, vt nec laboribus, nec ſumptib. parcant, quò eam ſuis chariſsimis liberis ſiue pignoribus obtineant.

6. Quia ſi maximè ob pium hoc propoſitum dilato baptiſmo,(quod fieri longè ſatius eſt) Infantes interim moriantur: tamē fœderis diuini participes, ſalutiſque æternæ hæredes eſſe non deſinunt, quia, Non priuatio, ſed contemptus Sacramenti damnat.

XVII. *An Baptiſmus quem per ludum adminiſtrauit Athanaſius adhuc puer, ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino, & Concilio Presbyterorum eius, iure pro rato ſit habitus?*

Rufin.l.1. c 14. Eccl.hiſt.

Nequaquam, quia Verbi & Sacramētorum adminiſtratio. 1. Summa cū religione. 2. Per eos ſolùm, quibus illa legitimè commiſſa eſt, qui ad eam functionem vocati ſunt, fieri debet: nō autem à merè priuatis, multo minùs à pueris per ludum, iocúmque pueriliter repræſentari.

XVIII. *Quæ eſt materia Baptiſmi?*

Duplex eſt: Externa, & Interna; ſiue αἰσθητὴ, καὶ νοητή. *Externa* ſeu ſenſibilis eſt, primum omnium, tum ſignū, quod eſt aqua vera, pura, munda, & naturalis, & ſine diſcrimine, ſimplex, vulgaris, & obuia; non priùs peculiaribus exorciſmis conſecrata, non mixta, non medicata, non facta, non ſtillatitia, nec alius liquor, ſimplex & vulgaris, non oleum, non ſanguis, non ignis, non ſabulum, aut aliud quoduis elementum: Verbo enim inſtitutionis, in ipſa actione accedente ad elementum aquæ, conſecratur & ſanctificatur baptiſmus, vt ſit lauacrum regenerationis Spiritus ſancti [b]. Tū ceremonia ſeu ipſa actio, nimirū ablutio externa, à Miniſtro Eccleſiæ, per aquam facta. Quæ conſtat immerſione, mora ſub aqua, & emerſione corporis ex aqua: vel ſaltem aſperſione, præcipue tamen capitis, vtraque rurſus vel trina, ad ſignificandum baptiſmum fieri in ſingulas tres perſonas Trinitatis: vel vna, ad denotandam Eſſentiæ vnitatē in tribus perſonis. Nihil enim intereſt ſiue baptizandus totus mer

[b] Matt 3.11 Eph.5.26. Heb.10.23.

a Ezech.16. & 23. cap.

impios cultus amplectebantur[a]: & in Chriſti, non Antichriſti, aut idolorum nomen iuratur. Non eſt igitur iſte Baptiſmus irritus, ſed valet, quia Miniſterium non eſt iſtarum perſonarum, ſed Eccleſiæ adhuc in Papatu delitеſcentis. Caput quidem illi aut corpus aſperſerũt, Chriſtus verò intus baptizauit. Proinde qui eo baptizati ſunt, eum pro nullo ducere, nec Anabaptiſmo locum dare debent. Quia tamen impiè docent de cæteris rebus, præbent cauſam cur neceſſariò ab ipſis fideles diſcedãt, ſicut ſcriptum eſt, 1. Ioh. 5. 25. *Fugite idola.*

XVI. *Anne qui verè Chriſtianam Religionem edocti ſunt, paruulos ſuos ſacrificulis Pontificiis Baptizandos, bona conſcientia offerre poſſunt?*

Non. 1. Quia aliud eſt valere quod acceperis, aliud petere quod mendosè & multis modis ſuperſtitiosè adminiſtratur.

2. Quia corruptelis tum doctrinæ, tum Sacramentorum, & ſuperſtitioſis cultib. falſæ item & illegitimę vocationi Antichriſti miniſtrorum, exemplo noſtro probãdis, & confirmandis, nullam occaſionem præbere debemus, quando ab omni ſpecie mali. & alienorum peccatorum communicatione nobis abſtinendum eſt[b].

b 1. Theſſ. 5. 22. & 1. Tim. 5. 22.

3. Quia quicquid in rebus etiam ἀδιαφόροις, id eſt mediis, & indifferentibus, minutiſſimis, vt cibo & potu, dubitante conſcientia, & ex verbo Dei non certiorata, an liceant, aggredimur, peccatum eſt, Rom. 14. 5. 23. *Nec ſunt mala facienda, vt eueniant bona* Rom 3. 8. Et apertè Chriſtum profiteri nos decet: nec ſemper infirmitati noſtræ nimium indulgere.

c Iſa. 52. 11. 2. Cor 6. 14. 15 16.
d 1. Ioh. 5. 23.

4. Quia iubemur fugere ab idolorum templis[c], & cauere ab idolis[d]. habere anathema, qui aliud Euangelium docent. Gal. 1 8. vocem Chriſti audire, alienam non audire, ſed fugere. Ioh. 10 3. 4. 5. 27. Cauere deniq; à fermẽto id eſt peſtilenti doctrina Phariſęorum, & Sadducęorũ, Matth. 16. 6 11. 12, Galatę adiungẽtes obſeruationem Ceremoniarum profeſſioni Euangelicæ, dicuntur ab Apoſtolo Euangelium deſeruiſſe, Chriſtum reieciſſe, gratiam eius exinaniuiſſe, etſi eum pro Seruatore haberet.

num, & inſtar athletæ oleo Spiritus munitũ: Cereus ardens conſecratus, quo ſignificetur illum è regno tenebrarum, tranſlatum eſſe in regnum lucis: Exſufflatio in faciem baptizandi, veſtis alba, & crucis ſignacula, in Baptiſmo adhiberi fas eſt?

Non: quia in Baptiſmo diuinitus inſtituto, non minus valere debet, quam in cœteris Dei mandatis, illud Deut.12.32. *Quicquid ego præcipio vobis, cuſtodietis vt faciatis, non addes, neque diminues ex eo.* Cum ergo illa quidem per ſe non mala, quædam etiam à veteribus vſurpata, vt lac, mel, exſufflatio, veſtis alba, vt videre eſt apud Tertull. *l. de Cor. militis.* ſine verbo Dei tamen ab hominibus inſtituta, iam plena ſint ſuperſtitionis, & pro neceſſariis habeantur: contaminant potius Baptiſmum, quàm ornant: proinde tollenda ſunt: Exemplo Ezechiæ, qui fregit ſerpentem æneum, qui tamen à Deo inſtitutus fuerat, propterea quod illo iam cœperant abuti Iſraelitæ, contra honorem Dei [a].

Quod verò prætenditur illis ritibus ab hominibus additis, multa vtiliter ſignificari & doceri. Reſpondetur, Non debere nos eſſe prudentiores Ieſu Chriſto, figuras eſſe veteris Teſtamenti: quæ verò Chriſtus in nouo Teſtamento doceri voluit, non figuris, ſed luce verbi ſui tradi voluit. Quos verò ritus adhiberi ſuo verbo voluit, ipſe inſtituit. 2. Decor & dignitas Sacramẽtorũ ex verbo Dei æſtimanda eſt. 3. Multitudo & pompa rituum humanorum, obruit ceremonias diuinitus inſtitutas. 4. Ceremoniis illis ſpiritualis efficacia & operatio, non nuda ſignificatio adhibetur abſque Dei verbo, vt ex conſecrationibus vnguenti, ſalis, cerei &c. æſtimare licet. 5. In ſuperſtitionem & abuſum degenerarunt. 6. Ad integritatem & veritatem Baptiſmi falſò pertinere exiſtimantur.

XX. *Quodnam eſt Verbum in Baptiſmo?*

Verbum Euangelii, cuius ſummam complectitur inſtitutio Ieſu Chriſti coniuncta cum promiſſione vitæ

[a] 4. Reg. 18. 4.

gatur in aqua (vt olim baptizandi mos fuit in fluminibus & fontibus[a]: vnde κολυμβήθρα, ſiue lacus & lauacrum, id eſt magnum vas aqua plenum, in templis Chriſtianorum erat, & Apoſtolus alludit ad baptiſmi ritum in Eccleſia vetere obſeruatum non aſperſionis ſed immerſionis nudorum corporum, quæ poſtea nouis candidis veſtibus mos fuit operire, his phraſibus Gal. 3. 27. *Quicunque baptiſati eſtis Chriſtum induiſtis* & Col. 3. 9. *Quum exueritis veterem illum hominem cum factis ipſius*) ſiue aſperſa aqua tingatur, vt Act. 2. 41. liquet, & nunc moris eſt: nam baptizare non ſolum mergere, ſed proprie tingere & madefacere ſignificat Chriſtus enim tingendi modum liberum Eccleſiæ reliquit. Aſperſio tamen aquæ ſignificationi optimè reſpondet. Petrus enim Electos nos dicit ad Sanctificationem per ἐῤῥαντισμὸν, id eſt, aſperſionem ſanguinis Chriſti, quæ ſignificatur externo Baptiſmo[b], & adumbrata fuit legali ſanguinis aſperſione[c]: nec à quantitate aquæ pendet Baptiſmi virtus[d].

a Ioh. 3. 23. Act. 8. 38. 39

b 1. Pet. 1. 2.

c Heb. 9. 29.

d Act. 8. 13.

2. Verborum Inſtitutionis & promiſſionis clara & intelligibilis recitatio: præcipuè vero Inuocatio nominis Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Hæc igitur tria, aqua ſcilicet, aſperſio, & verbum, partes ſunt eſſentiales externæ Baptiſmi, etſi aſperſio & inuocatio in legitimo vſu etiam formalis cauſa, ſed externa Baptiſmi dici poſſunt.

XIX. *An præter aquæ Symbolum, vllum a-liud viſibile ſignum & elementum, pu ſal, quod in os baptiZati imponatur: Sput ſeu ſaliua, qua aures & nares tangant, cum pronuntiatione verbi Ephata, id eſt, adaperire: Lac, & mel, quibus ſignificetur in in vitam æternam, cuius typus fuit terr Chanaan fluens lacte & melle: Chriſm ſeu oleum ſacrum, quo pectus, ſcapula, & frons inungantur, ad ſignificandum illum eſſe Vnctum, id eſt Chriſtianum,* noſtra adoptio & quæ eam ſequitur regeneratio, per Spiritum ſanctum ſancitur.

XXII. *Quæ eſt Materia interna Baptiſmi?*

Res ſignata, eáque tũ ſanguis & Spiritus Ieſu Chriſti, qui aquæ reſpondent, tum inſitio, incorporatióque in Chriſtum per Spiritum ſanctum [a] : & hanc conſequens iuſtitiæ Chriſti imputatio, remiſſio, ſiue ablutio peccatorum: regeneratio ſeu renaſcentia ſpiritualis, renouatio, & ſanctificatio eius hominis qui baptizatur : induitio Chriſti, tanquam veſtis qua operimur [b]. Item mortis, ſepulturæ, & reſurrectionis Chriſti fructus, communio, & participatio [c]. Adoptio denique noſtra, & ingreſſus in Eccleſiam Dei, ſeu in communionem Sanctorum receptio. Quæ res ſignificata, pars etiam eſſentialis & forma interna Baptiſmi dici poteſt.

a 1. *Cor.* 12. 13.
b *Gal.* 3. 27. *Eph.* 5. 26. *Tit.* 3. 5.
c *Rom.* 6. 4. 5. *Col.* 2. 13.

XXIII. *Quæ eſt igitur forma Baptiſmi?*

Externi quidem actio illa ſacra, externa, & ſymbolica, qua defungitur Miniſter Verbi Dei : quæ 1. Inſtitutionis, & promiſſionum diuinarum Baptiſmo adiunctarum recitatione, & explicatione, ſeu admonitione de legitimo & ſalutari Baptiſmi vſu : Deinde fidei in quam ſit Baptiſmus confeſſione, ſeu interrogatione, & reſponſione Catechiſtica, vel ſtipulatione, qua Catechumeni olim interiorem Baptiſmum, iam tum exteriore ſanciendum teſtificabantur, vt Act. 8. 37. [d]. In primis verò & præcipuè, aſperſione aquæ in nomen Patris, Filii, & Spiritus ſancti : & denique precibus, benedictione, & gratiarum actione conſtat : lingua populo nota, vt populus poſſit dicere Amen, 1. Corinth. 14. 16. Habent enim hæc omnia Scripturæ mandatum & Exemplum, Prædicate Euangelium, Qui crediderit &c, Matth. 28 19. Act. 22. 16. Baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine Ieſu.

d 1. *Pet.* 3. 21.

Admonitionum autem & precum illarum, ex Inſtitutione & Doctrina Baptiſmi, quam Verbum Dei tradit, deſumptarum, formam certis verbis conceptam non præſcribit Scriptura : ſed hoc pro ratione circunſtantiarum, ad ædificationem Eccleſiæ liberum permiſit, modò fundamentum ſeruetur.

æternæ, quæ ſic habet, Baptiſate in nomen Patris, Filij, & Sp. Sancti, *Quicunque crediderit, & Baptiſatus fuerit, ſeruabitur*, Matth. 28. 19.[a] Et huius formulæ clara, vernaculo ſermone, vt intelligant omnes, pronuntiatio, *Bapt. Zo te in nomine*, vel in nomen *Patris*, *Filij*, *&* Sp. *Sancti*: quæ verba ſcholæ vocant formam Baptiſmi: Nos formulam verborum dicere malumus. Ideo Didymus ait, Imperfectum eſſe Baptiſmum, ſi aliqua trium perſonarum omittatur.

a *Marc.*16. 16.

Nam quod in Actis cap. 2. 38. Apoſtoli leguntur baptizaſſe in nomine vel in nomen Domini & Chriſti, vel Synecdochicè dicitur, vt vult Ambroſius, & eundem ſenſum habet cum ſuperiore formula, quia in Chriſto eſt Pater, & Spiritus ſanctus, & qui credit in Filium, credit in Patrem, & Spiritum ſanctum[b]: vel in nomine Chriſti, id eſt ex nomine & iuſſu Chriſti, hoc eſt, ſicut ille præceperat: vt Nomen ſæpe pro mandato accipitur: vel terminus ad quem, id eſt finis & ſcopus, vel effectum Baptiſmi, non autem forma baptizandi ſignificatur; vt ſit ſenſus, baptizaſſe eos in nomen & profeſsionem, ſeu etiam mortem Chriſti, & incorporaſſe Chriſto per Baptiſmum: & huic tanquam Mediatori Chriſtianos conſecrauiſſe & obſignauiſſe, ſed formula Baptiſmi conſueta.

b *Ioh.*12.44 & 14. 9. 10. 11.

XXI. *Quid eſt baptizari in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti?*

Hac phraſi ſignificatur, inuocato Patre, Filio, & Spiritu ſancto, eum qui baptizatur, remiſsis peccatis in gratia recipi à Deo, qui eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, & adoptari, obſignari, initiari, inaugurari, recipi, & conſecrari in peculium, familiam, ius, poteſtatem, cultum, fœdus, gratiam, religionem, fidem, & communionem Patris, Filij, & Spiritus ſancti, id eſt veri Dei, natura & eſſentia vnius, ὑποστάσεων verò proprietatibus trini, qui eſt ſalutis auhor, vt illius arbitrio viuamus. Ideo non in Nomine, ſed in Nomen dicit, ne ſcilicet occaſio ex hoc loco detur tres Deos ſtatuendi. In quem ſenſum hanc phraſin accipiendam eſſe percipitur, ex Pauli verbis, 1. Cor. 1. 13. vbi negat ſeſe in nomen ſuum quenquam baptizaſſe, Baptiſmo igitur conſecramur Deo Patri, quoniam in eo

noſtra

nem,i.totam obedientiam Chriſti,& inſertos ipſius corpori,ab ipſo viuificari Sp.Sancti efficacia. ſicut dicitur expreſſe de Chriſto, Baptizabit vos Spiritu& igni,Ioh.1.33.[a]

Propter ſigni tamen,& rei conuenientiã,relationẽ,& ſignificationis ſignorum veritatem,& rite vſurpantib. factam promiſsionem,Sacramentalis, σχετική, & relatiua eſt copulatio,propter quam nomina, & proprietates tum ſigni,tum rei ſignatæ permutantur. Hinc Baptiſmus, *Lauacrum Regenerationis* nos ſaluos facere, Tit.3.5. aqua,ſanguis,& Spiritus Chriſti dicitur,& contrà, i. non tantùm imago, ſed certiſſimum teſtimonium, baptizatos,quandocunque credunt,mundari ſanguine Chriſti, & regenerari à Spiritu ſancto.

XXVI. *An-ne ſemper idem homo,ſimul,eodem temporis momento,& aqua,& Spiritu baptizatur?*

Non:quia promiſſio Spiritus,annexa Baptiſmo, non eſt abſoluta,ſed conditionalis,ſeu pactionalis, obedientiam & fidem requirens. Deinde,quia Deus in Baptiſmo phyſica ratione non agit, vt cùm medicamentum intra corpus ſumptum,vires ſuas exerit,ſiue tu vigiles, ſiue tu dormias;& ignis calefacit,ſiue cogites,ſiue non cogites.

Sed prout Deus eſt liberrimum Agens,interdum Baptiſmus aquæ eſt ſine Baptiſmo Spiritus,vt docet Exemplum Simonis Magi, qui licet crediderit, i. fide hiſtorica præditus fuerit,Spiritu tamen Regenerationis non fuit donatus.[b] Et Spiritus Baptiſmus aliàs præcedit, aliàs comitatur,aliàs ſubſequitur aquæ Baptiſmum. Etenim tum viri tum mulieres,cum credidiſſent Philippo Euangelizanti,quæ ad Regnum Dei & nomẽ Ieſu Chriſti pertinent:tum Eunuchus,Cornelius Centurio,& familiares eius,prius baptizati fuerunt Spiritu ſancto, quàm aqua vt ex ipſorum fide & conuerſione liquet[c].

In Infantibus autem,ad quos pertinet Regnum cœlorum,ſi ordinationem diuinam ſpectes,Baptiſmus quidẽ, & Iuſtificatio,& Regeneratio concurrunt ex fœderis natura,Erò Deus tuus,& ſeminis tui, Gen. 17.7.ſed huius Effectus ſuo demum tempore veris documentis declaratur.Nam vt Verbi,ſic etiam Sacramentorum ſemen,tan-

[a] Matt.3.11.

[b] Act.8.13. 20.21.22.23.

[c] Act.8.12. 17. & 19. 48.

Interni verò Baptiſmi forma, eſt interna illa actio, quæ Ieſu Chriſti ipſius per Spiritum ~~ſanctum~~ agentis propria eſt.

XXIV. *Quæ eſt Analogia & conuenientia ſigni, & rei ſignatæ in Baptiſmo?*

a Rom. 3. 25. Tit. 3. 5. 1. Ioh. 1, 7.

Optima: nam quemadmodum aqua abluit corpus, & ſordes corporeas: ſic Chriſti ſāguis ſuo merito abluit peccata noſtra, & ſpirituales ſordes: Spiritus verò eius nos ſanctificat [a]. Et ſicut generatio omnis fit ex humido ſeu ex aquoſa materia: (vnde Philoſophi aliqui vt Thales, principium omnium rerum dixerunt eſſe Aquam) ſic regeneratio noſtra fit per Spiritum ſanctum in Baptiſmo, qui ſæpe nomine Aquæ ſignificatur: Sicut enim aqua fecundat terram ad fructus proferendos, & ſitim reſtinguit: Sic Spiritus ſanctus, ille ſcilicet qui incubabat aquis [b], nos idoneos facit ad bona opera facienda, & ſitim rerum terrenarum extinguit: vnde opera bona, *fructus Spiritus* vocantur [c]. Et Chriſtus ait, *Qui ſitit, veniat ad me, & bibat: qui biberit, non ſitiet in æternum: Hoc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credituri in eum*, Iohan. 7. 37. & 39. [d]

b Gen. 1. 2.

c Gal. 5. 22.

d Iſa. 55. 1.

Deinde illa in aquā merſio ſiue aſperſio, perſpicue denotat ῥαντισμόν, id eſt aſperſionem ſanguinis Chriſti in remiſſionem peccatorum, & iuſtitiæ imputationem: mora autem illa ſub aqua, quantumuis momentanea, noſtræ natiuæ corruptionis, (virtute mortis & ſepulturæ Chriſti) mortem, & ſepelitionem, i. mortificationem veteris Adami, quæ prior eſt noſtræ regenerationis pars [e]: emerſio verò, noui hominis exortum, ſiue viuificationem, & vitæ nouitatem, adeóque futuram noſtram reſurrectionem analogicè, velut oculis ſubiicit [f].

e Rom. 6. 3. 4.

f ibid. ver. 4. 5. 13.

XXV. *Quæ ſigni & ſignati mutatio vel coniunctio fit in Baptiſmo?*

Phyſica nulla: Signum enim ſeu ablutio externa, eſt actio corporalis Miniſtri ſolius: ſignatū verò, res ſpiritualis eſt, & actio ſolius Dei, videlicet ablui ſanguine Chriſti, & Spiritu Chriſti regenerari, quod non eſt corporaliter, ſiue viſibiliter, ſiue inuiſibiliter, conſpergi ſanguine Chriſti, ſed recipi in gratiam à Deo propter fuſū ſanguinem, ſtat, quòd non omnes ex fidelibus parentibus nati ſint electi: non eſt enim in occulta Dei iudicia nobis inquirendū ſed probabiliter omnes ex Chriſtianis natos, electos meritò exiſtimamus.

XXX. *Eadémne ratione, adulti & infantes ad Baptiſmum ſunt admittendi?*

Non: ſed adulti non prius baptizandi, quàm Catechumeni facti fuerint, i. inſtituti primum in fide Chriſti, ſeu ἐν τῷ τῆς ἀρχῆς τοῦ χριστοῦ λόγῳ, in Sermone qui inchoat rudes in Chriſto, i. in rudimentis Religionis. i. in Chriſtianiſmi principiis, quæ Catechiſmum vocant [a]. Deinde cum baptizandi ſunt, fidem ſuam coram Eccleſia Chriſti confiteri debent. Matt. 3. 6. *Baptizabantur à Iohanne in Iordane*, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας, *confitentes peccata ſua*, id eſt qui doctrinam gratuitæ remiſſionis peccatorum ſeriò ſe amplecti teſtabantur. Cuiuſmodi etiam ἐξομολόγησιν in vetere Eccleſia à Cathecumenis requirebatur, à Pontificiorum ἐξαγορεύσει, id eſt occultorum omnium proditione plurimum diſtans. Vnde Apoſtolus, 1. Pet. 3. 21. vocat Baptiſmum συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεὸν, reſpiciens nimirum ad interrogationes Catechiſtarum ad quas Catechumeni de præcipuis fidei capitibus, & Baptiſmi vſu interrogati reſpondebant. Vnde illud Tertull. *Anima non lauatione, ſed reſponſione ſancitur.*

[a] Heb. 6. 1.

l. de Reſurr. carnis.

At cum baptizandi ſunt infantes fidelium, nec fides actualis, quæ eſt ex auditu, nec fidei confeſſio ab illis poſci debet, quæ nec Deus ipſe ab illis requirit, nec illi per ætatem vel habere, vel exprimere poſſunt. Proinde illud *Credis? Credo: Abrenuntias? Abrenuntio*, ab Adultorum Baptiſmo ad Pœdobaptiſmum perperam, ſi ipſos Infantes ſpectes, translatum eſt.

XXXI. *An adulti infideles petentes Baptiſmum, ſunt baptizandi?*

Si de Turcis, aut Iudæis, aut Paganis, qui interdum ob ciuiles & lucroſas cauſas, ἢ ὠφελείας χάριν, vtilitatis gratia, Baptiſmum expetunt, agitur, baptizandi ideo non ſunt: quia Baptiſmus Regenerationis Sacramentum, non ὑποκρίσεως & αἰσχροκερδίας velamentum eſſe debet: Sed ſi ſanctè teſtentur, ſe nequaquam pietatem quæſtum dudiu velut in terra depoſitum iacet, quandiu Domino videtur gratiam ſuam differre.

XXVII. *Eodémne modo adeſt in Baptiſmo, & in Cœna Chriſtus?*

Adeſt in legitimo vſu: ſed tamen modus vtcunque diſcerni debet In Baptiſmo enim adeſt, vt ad regenerationem: in Cœna, vt ad renati confirmationem ſeu nutritionem. At intellige de præſentia in ſumente: Nihil enim habet rationem Sacramenti, extra vſum inſtitutum.

XXVIII. *Quis modus percipiendi Baptiſmum?*

Modus quidem percipiendo: um ſignorum eſt naturalis, rerum autem ſpiritualis: ipſæ enim res nobis efficaciter communicantur, Dei quidem donantis reſpectu, per vnicum Spiritum ſanctum mediante illa Baptiſmi legitima adminiſtratione Fides autem vnicum eſt illud donum Dei, per quod homines rem Sacramenti [illegible] ſibi applicant. De Infantibus ſingulare eſt priuilegium, Dei reſpectu.

XXIX. *Quinam ſunt Baptizandi?*

Abſque Gentis & ſexus diſcrimine, omnes viui, qui probabiliter à Deo in fœdus recepti ſunt, vel recepti eſſe perhibentur.[a] Iique vel adulti, qui ad Eccleſiã accedentes, doctrinæ Euangelij aſſenſum præbent, fidem in
a *Act.*10. 47. & 11.17
Chriſtum profitentur, peccatorum confeſſionem ſeu penitentiam edunt, Matt 3.6. Et 28.29 *Baptizantes eos* (qui ſcilicet nomen Euangelio dederint, ſeque profeſſi fuerint diſcipulos.) Et Act. 2. 41. *Qui acceperunt ſermonem eius baptizati ſunt.* Et Chriſtus dixit primum Qui crediderit poſtea & baptizatus fuerit, Marc. 16. 16. Sic Simon Magus admiſſus eſt, Eunuchus, & alij.[b]
b *Act.*8.13. 37. & 10. 46.47.

Vel Infantes ex fidelibus, & baptizatis parentibus pronati, (non autem infidelium qui non ſunt in Eccleſia, non baptizatorum liberi) quia illorum ſemen in fœere conuinetur, horum non item.[d] Act. 2. 39. Vobis facta eſt promiſſio, & liberis veſtris Nec intereſt, vtrum Infans natus ſit ex impari matrimonio, i. alterutro tantùm an verò vtróque parente fideli & Chriſtiano.[d] Sanctos enim eiuſmodi liberos vocat Apoſtolus, i. puros ac ſegregatos Domino ex fœderis formula. Neque etiam ob
c *Gen.*17.7. *Luc.* 18. 16.
d 1. *Cor.* 7. 14.

ſtat,

per parentes, ab Eccleſia non reiiciantur, vt docet Aug. vbi concludit, ſi etiam quis naſcatur ex excommunicatis parentibus, illum tamen huiuſcemodi excommunicationis participem eſſe non poſſe, cùm neque ſit criminis. Epiſt.75.ad Auxilium Epiſcopum.

XXXIV. *Súnt-ne Papiſtarum paruuli ad Baptiſmum Orthodoxæ Eccleſiæ admittendi?*

Quoniam Eccleſia licet occulta, adhuc in Papatus ſordibus, (quoad electos ſuo tempore emergentes attinet) reſidere meritò præſumitur. nam. 2. Theſſ. 2. 4. dicitur ὁ ἀντικείμενος, ſeſe opponens, i. Antichriſtus, ſedere in Tẽplo Dei, non Hieroſolymitano (quod nunquã reædificabitur, teſte Chriſto,) ſed in Eccleſia iuxta illud 2. Cor. 6. 16. *Templum Dei eſtis vos:* Tum quia Chriſtianiſmi teſſera, quanuis multis næuis fœdata, nihilominus ibidem in ſua ſubſtantiali formula retinetur; tum & ipſa fundamenti Chriſtianiſmi (quoad Trinitatem, & Chriſti perſonam attinet) doctrina: manet illic reſiduum fœdus Dei ex parte, vt Paulus de Iudæis loquitur, Rom. 3. 3. 4.[a] Et liberos Deo gignere dicitur, ſed quos Molocho exponit, & falſis cultibus polluit: vt de Samaritana, ſeu Iſraelitica Eccleſia, quæ Circunciſionis ſymbolum retinuit, & Legem titulo tenus profeſſa eſt: & ſimul variarum Gentiũ quoſlibet idololatricos cultus amplexa dicitur[b]. Proinde Pontificiorum liberi, ſi vel parentum aliquis id requiſiuerit, vel aliquis adſit qui de recta ipſorum educatione ſpondeat, à Baptiſmo noſtra ſententia non ſunt arcendi.

[a] & 11.25.

[b] Ezech.16.20. & 23.4.

XXXV. *Súnt-ne omnino Infantes baptizandi, cũ nuſquam dicatur baptizandos eſſe?*

Sunt: quia nuſquam prohibetur; etſi non dicitur αὐτολέξει & κατὰ τὸ ῥητὸν, i. ad verbum, & ſecundùm literam: dicitur tamen κατ' ἰσοδυναμίαν, ſecundùm ſententiam, & bonam conſequentiam.

1. Quia (excepta viſibilis ceremoniæ differentia) eadem eſt analogia ſiue ratio Baptiſmi & Circunciſionis, eadem res interna & ſpiritualis, & ſignificatio, videlicet remiſſio peccatorum, & carnis mortificatio. Res figurata, vna & eadem, nempe regeneratio: vtrumque ini-

1.Tim.6.5. cere[a].2.Se etiam renuntiare Mahumetiſmo,aut Pſeudoiudaiſmo,aut Paganiſmo.3.Se intelligere,amplecti & profiteri ex animo doctrinam Chriſtianam, & credere in Ieſum crucifixum: ac interim probè explorata eorum vita & fide,Eccleſiæ bonam ſpem fecerint,baptizari tum demum poſſunt. Eo nomine Philippus Eunucho Baptiſma expetenti reſpondit, Si credis ex toto corde, licet baptizari:hic verò reſpondens,dixit,*Credo Ieſum Christum eſſe Filium illum Dei*: quæ verba continent perſpicuam confeſſionis formulam, quæ Apoſtolicis temporibus à baptizandis adultis exigebatur,Act.8.37.

XXXII. *An-ne paruuli Infidelium manifeſtè à Chriſto alienorum, ſi ab illis quidem neglecti, à Chriſtianis autem ſuſcepti ſint, è veſtigio ſunt baptizandi?*

Non; donec adulti,& in doctrina Chriſtiana probè inſtituti,orthodoxa fidei ſuæ confeſſione edita,teſtatum fecerint,ſe à Deo per gratiã iure filiorum Dei donatos, & è mundo electos, & ſanctificatos eſſe: Ideo in veteri Eccleſia,omnes adultos infideles priùs oportuit Catechumenos eſſe,quàm baptizari. Eo autem facto,nullo iure Baptiſmus iis denegari poteſt.

XXXIII. *An-ne filij eorum qui in Eccleſia quidem ſunt, ſed propter impuritatem vitæ declarant ſe non eſſe reuera de Eccleſia, baptizandi ſunt?*

Sunt:quia parentum impietas,liberis in Eccleſia natis fraudi eſſe non debet,Ezech,18.4.20.*Filius non portabit iniquitatem Patris.*

2.Nec eſt ſpectanda proximiorum parentum impietas, ſed pietas Eccleſiæ,in qua nati ſunt, & quæ eſt ceu communis Mater:Item maiorum ipſorum qui pie vixerint. Quò pertinet quod ait Paulus Rom.11.16.*Si radix ſancta*,i.primi Patres,*etiam & rami*,i.poſteri.Ideo nec impiorum Iudæorum liberis denegabatur Circunciſio.

Hinc fit vt etiam nati ex adulterio,licet parentes non reſipiſcant,ad Baptiſmum tamen oblati per alios quàm

per

quos vocat 1.Pet.2.2. ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, *Infantes ſpirituales*, qui Dei verbo regeniti ſunt ad vitam immortalem: ſicut Matth.18.4. *Quiſquis dimiſerit ſeſe, ſicut eſt puerulus iſte, is eſt maximus in Regno cœlorum.* Et ver. 14. *Non eſt voluntas coram Patre veſtro cœleſti, vt pereat vnus de puſillis iſtis.* Palam eſt enim Chriſtum approbare, & recipere paruulos, alioqui neque eos probaret, qui illorum euaſiſſent ſimiles.

Regnum etiam Dei pertinuiſſe ad pueros, qui ſunt interfecti ab Herode ſignificat Euangeliſta, citans locum Ier.31.15. de ſanctis Martyribus Rachelis filiis, aut poſteris, Mat.2.16.17. Ad quos autem pertinet promiſſio communionis cum Chriſto, & vitæ æternæ, quæ Baptiſmi verbo continetur, ad eoſdem pertinet & ſignum, ſecundùm determinationem diuinam, vnicuique Sacramento propriam. Ac nulla illos ad Chriſtum deducendi poteſt eſſe ratio alia, quàm vt per Baptiſmum cooptentur in Eccleſiam, quæ Chriſti corpus eſt, cùm doctrinæ nondũ ſint capaces.

3. Quia etſi auditus eſt ordinarium principium fidei[a],
quia tamen impoſſibile eſt quenquam Deo placere abſ- a Rom.10.
que fide, Heb.11.6. Fidei ſemen ſiue germen, ſiue ſpiri- 17.
tus renouationem, loco fidei non poſſunt non habere
infantes, quantumuis nulla adhuc boni & mali cogni-
tione præditi[b]: quos Dominus pro impuris non habet,
ſed adoptat in filios, & ab ipſo vtero ſanctificat, vt dicitur b Deut.1.
1.Cor.7.14. Liberi veſtri ſancti ſunt: occulta videlicet 39.
Spiritus operatione, & illuminatione, quæ efficit in eis
nouos motus & inclinationes nouas ad Deum, pro eo-
rum modo, quantum coniicere poſſumus ſine verbo,
quod iis qui doceri poſſunt, eſt regenerationis ſemen
vnicum. 1.Pet.1.23.[c] Documentum enim Dominus
præbuit in Iohanne Baptiſta, quem in Matris vtero c Rom.8.
ſanctificauit, quid in reliquis poſſit[d], ſuis tamen Deo re- 16.
lictis arcanis operibus & iudiciis: & quia de occultis non d Luc.1.15.
iudicat Eccleſia[e]. 41.
e 1.Pet.1.23.

Nec inanes ſunt Eccleſiæ preces pro infantibus credentium qui baptizantur, ſuper quos inuocatur nomen Patris Filii, & Spiritus ſancti: ſed impetrant quod petunt, Mat.18.19. ſi non quoad indiuidua, tamen quoad ſpeciẽ attinet: vnde ſequitur recipi in gratiam, ac dona Spiri-

tiationis & adoptionis in familiam Dei ſymbolum: idem Chriſtus in Circuncisione promiſſus, & in Baptiſmo exhibitus: idem fœdus : eadem quoque voluntas Dei rata manet, de obſignādo eo fœdere : & Baptiſmus Circuncisioni ſucceſſit, quia iubebātur omnes maſculi octauo die
a Gen. 17. 12. circuncidi[a]. Non eſt autem conditio infantum Chriſtianorum, quoad ætatem deterior in nouo Teſtamento: A-
Col. 2. 11. 12. lioquin Chriſti aduentu factum fuerit, vt obſcurior, anguſtior, & minùs teſtata ſit nobis Dei gratia, quàm antè Iudæis erat: Quod eſt contumelioſum in Chriſtum. Certè ſi nihil reprehenſione dignum fuit in præcepto Dei de circuncidendis infantibus, nec in Pædobaptiſmi obſeruatione quippiam abſurdi notari poteſt. Sed quia illa fœderis ratio, quoad infantes attinet, Apoſtolis ex ratione Circunciſionis iam nota erat: Ideo Chriſtus contētus fuit generali mandato de Baptiſmo : nec opus iudicauit de infantibus peculiariter aliquid præcipere.

2. Quia ſunt in fœdere, ſicut & liberi Iſraelitarum, quibus promiſſio fœderis, *Ero Deus tuus*, i. miſerator, & ſeruator tuus, *& ſeminis tui poſt te:* (Quibus verbis paterni Dei fauoris, remiſſionis peccatorum, & vitæ æternæ pro-
b Matt. 22. 32. miſſio continetur[b]) à parentibus fide apprehenſa, non ſpiritualem tantùm & allegoricam ſobolem, ſed eorum quoque liberos, quos ipſi procrearint, comprehendit in mille vſque generationes[c]. Quòd ſanè non minus per-
c Gen 17. 7. Exod. 20. 6. tinet ad Chriſtianos, quam olim ad populum Iudaicum. Et Act. 2. 38. inquit Petrus, *Baptizetur vnuſquiſque veſtrum: vobis enim, & filijs veſtris facta eſt promiſſio.*

Et Chriſtus puerulos, non natu grandiores, qui ad gradiendum eſſent idonei, ſed τὰ βρέφη, i. teneros, & adhuc ab vberibus pendentes puerulos, quos nonnulli προσέφερον αὐτῷ, adferebant (non adducebant) ad eum, vt eos tāgeret,
d Luc. 18. 15. ſibi offerri & adduci iuberet[d]. Et quos dicitur ἐναγκαλίσασθαι, i. in vlnas & brāchia recepiſſe, & complexus eſſe, cōſque precatione & benedictione ſua ſeruandos Patri cōmēdaſſe, & manuum impoſitione ſanctificaſſe. Quod accipi non poteſt aliter, niſi quòd receperit eos in gratiā[e].
e Marc. 10 16. Et denique clariſſimè de Infantibus dicit, eos ad ſui cōmunionem & ſocietatem inuitans, Mat. 19. 13. *Sinite paruulos ad me venire, & nolite eos prohibere, quia* τοιούτων, i. horum, tum ætate infantum, tum & ſimilium, *eſt regnum Cælorum:*

quos

circuncidebantur, tametſi nõ intelligerent verbum Dei, & Circunciſionis myſterium. Et Chriſtus infantibus benedixit, & bene precatus eſt, etiamſi quæ Chriſtus ageret, non intelligebant.

7. Quia quod Baptiſmi inſtitutio præcepit, vt doceantur priùs qui baptizandi ſunt[a]; ſicut Iohannes dicitur prædicaſſe Baptiſmum Reſipiſcentiæ[b], quia docebat eos quos erat baptizaturus, (ex quibus locis Anabaptiſtæ Pædobaptiſmum impugnant) id præciſè ad verborum ordinem non eſt aſtringendum; ſed diſtinctè applicandum ad eos, qui doceri poſſunt, i. adultos, vel infantes alienos à fœdere, quos inſtitui oportet, antequam baptizentur: Aliter verò accommodandum ad infantes qui ſunt in fœdere, qui Euangelium audire non poſſunt, ſed baptizari poſſunt, & debent, quia ſunt in Eccleſia nati, & ad Eccleſiam pertinent, antequam doceri poſſunt, quos ſatis eſt doceri tum, quum doceri ſeu inſtitui in Doctrina poſſunt. Quanquam ne tum quidem cum infantes baptizantur, verbum à ſigno ſeparatur in Eccleſia Dei.

a Mat. 28. 19.
b Marc. 1. 4

Sic & totum illud, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit* (ſub etiamſi baptizatus fuerit) *condemnabitur*, non ad pueros fidelium, ſed ad eos qui audire Euangelium poſſunt, pertinet. Quale illud Apoſtoli 2. Theſſ. 3. 10. *Qui non laborat, non manducet*, quod de certo genere hominum, & certa ætate dictum, non debet ad omnes indifferẽter rapi. Neque ſequitur ſimpliciter, Si omnes credentes ſunt baptizandi, omnes baptizandos credere oportere quia vniuerſalis affirmatiua, non conuertitur ſimpliciter: nec hi termini ſunt conuertibiles, Baptizandi, & Credentes: ſed Baptizandi, & agnoſcẽdi pro membris Eccleſiæ.

8. Quia Paulus 1. Cor. 10. 2. teſtatur Iſraelitas omnes, qui mare rubrum tranſierunt, baptizatos eſſe: inter quos cum in tot millibus plures quoque fuiſſe infantes non dubium ſit, & ipſos Baptiſmi noſtri typum accepiſſe: falſum eſt, quòd nullum Scripturæ locum haberi dicitur, qui infantes baptizatos eſſe teſtetur.

Quin Apoſtoli, etſi non legantur nominatim infantes aliquos baptizaſſe, tamen totas domos & familias baptia Act.10. 47. tu ſancto, ideóque baptizandos eſſe[a].

4. Quia etſi infantes non peccarunt actualiter, ad ſimilitudinem tranſgreſſionis Adam, Rom.5.14. tamen peccarunt in Adamo originaliter, tanquam in ſtirpe humani generis ſeu in lumbis eius incluſi, v.12. Et in illo b 1.Cor.15. 22. mortui ſunt[b]: deinde in peccatis concepti[c], (cótrà quàm c Pſ.51.7. ſentiebant Pelagiani) Et ex carne nati[d], & naturâ filij iræ d Ioh.3.6. ſunt[e], & quotidie non minùs moriuntur, quàm adulti: e Eph.2.3. proinde vt Deo placeant, & admittantur in regnum Dei, quò nihil ingreditur pollutum & inquinatum, 1. f Apoc.21. 27. Cor.15 50.[f] Notitiæ Dei quadam ſcintilla, cuius plena largitate paulò pòſt perfruantur, & peccatorum ablutione, & ingenitæ corruptionis, quam à matris vtero afferunt, purgatione, ſeu Regeneratione opus habent, quam Baptiſmus obſignat: Quare infantibus negari nó debet, Ioh. 3.3.5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu: non poteſt ingredi in Regnum Cœlorum.*

5. Quia mandatum de Baptiſmo, eſt vniuerſale, & totam Eccleſiam complectitur, cuius infantes ſunt mébra, & magna pars: vniuerſam enim Eccleſiam Paulus complectitur, vbi dicit mundatam lauacro aquæ in verbo, Eph.5.26. Et Matt. 28.19. *Prædicate Euangelium omni creaturæ* (& omnibus Gentibus,) *baptizate eos.* Non eſt igitur particulariter accommodandum ad adultos tantùm ſed etiam ad infantes fidelium.

6. Quia etſi per ætatem verbum Dei non intelligūt, & actu credere, fidémque & pœnitentiam (cuius Baptiſmus eſt Sacramentum, ſicut Circunciſio olim fuit) profiteri, & obligationem mutuam ſtipulari non poſſunt, quæ adultorum ſunt[g]: ipſis tamen profeſſionis fidei loco g Act.2.41. & 8.12.37. eſt, quòd nati ſunt in Eccleſia ex populo Dei, & quòd nó ſolùm in fœdere ſunt, ſed offeruntur ab illis qui credūt, & pro illis ſpondent, & interrogati reſpondent. Ideo Epiſt.23. & 57. Auguſtinus: Paruulos etſi nondum fides illa, quæ in credentium voluntate conſiſtit, iam tamen ipſius fidei Sacramentum fideles facit. Sic autem neſciunt Spiritum ſanctum, quamuis ſit in eis, ſicut neſciunt mentem ſuam, imò vitam ſuam: nec tamen ideò dicendum ipſos, nec mētem, nec vitam habere Et denique ſatis eſt eos in futuram pœnitentiam & fidem baptizari, & obligari: ſicut infantes Iſraelitarum in futuram pœnitentiam & fidem circunci-

Sic Euchariſtia ſibi proprium finem habet, vt in publico cœtu in eius vſu annuntietur mors Domini. Præcipitur etiam vt probent ſe ſinguli acceſſuri ad Cœnam. Sed & actiones peculiares, ad externum ritum pertinent, videlicet manducare & bibere, quæ certè infantibus non conueniunt. Sic ſub veteri Teſtamento Circuncisio infantibus deſtinata erat: Paſcha verò iis tātùm qui de eius ſignificatione rogare per ætatem poterant [a]. Hinc vulgares verſiculi.

Ebrius infamis, (i. reus alicuius ſceleris notorij) *erroneus,*
atque furentes, Cum pueris, Domini non debent ſumere
corpus.

XXXVII. *Cur Chriſtus, qui non indigebat remiſsione peccatorum, & regeneratione, anno demum triceſimo, Luc. 3.23. baptizari voluit?*

Reſpondet ipſe Chriſtus Iohanni renuenti ipſum baptizare, Matt. 3.15. *Omitte nunc, ita enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Quod diſtributiuè intelligendum, i. te tuum officium, me meum. Quod verò voluit illo tempore, illi Miniſterio ſubiici, fecit pluribus de cauſis, 1. vt confirmaret, & ſibi probari teſtaretur, Doctrinam, Baptiſmum, & totum Miniſterium Iohannis Baptiſtæ: & Sacramentorū vſum, ſuo exemplo nobis commendaret.

2. Vt qua maximè decebat temporis opportunitate, nempe cùm ſuam prædicationem auſpicari, & Nouo Teſtamento initium dare vellet, ſanctificaret in ſuo corpore noſtrum Baptiſmum, & communem eum haberet nobiſcum, ceu firmiſſimum vnionis ac ſocietatis, quam nobiſcum inire dignatus eſt, vinculum: & teſtaretur in noſtro quoque Baptiſmo, fieri inuiſibiliter eadem quę in ipſius Baptiſmo viſibiliter facta ſunt, aperto cœlo, & Spiritu ſancto deſcendente.

3. Vt ſignificaret ſe ideo miſſum, vt baptizetur, i. mergatur in mortem, & peccata noſtra abluat ſuo ſanguine, Luc. 12.50. Alio Baptiſmo baptizari me oportet, & quàm anxius ſum donec perficiatur?

4. Vt veritas typo ſeu figuræ reſponderet: nam vt ſummus Sacerdos, cùm inauguraretur, primum toto cor-

[a] Exod. 12. 26.

a Act. 16. 15. & 18. 8. 1. Cor. 1. 16.

zarunt, quarum infantes non ſunt minima pars[a]. Nec ratio Synecdoches vlla, qua adulti tantùm intelligantur in his dictis afferri, vel excluſio infantum à Baptiſmo colligi poteſt: Nec eſt decurrendum ad figuram, vbi nulla eſt ratio quare non retineatur ſententia propria.

In 6. ad Rom.

De peccatorum meritis, & remiſſ. l. 3. c. 6. Et contra Donat. l. 4. c. 13.

9. Quia conſuetudinem Pædobaptiſmi ab ipſis vſque Apoſtolis ad nos manaſſe, veteres teſtantur. Origenes, *Eccleſia*, inquit, *traditionem ab Apoſtolis accepit, etiam paruulis dare Baptiſmum.* Et Auguſtinus inquit de Baptiſmo paruulorum: *Quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi Apoſtolica authoritate traditum, rectiſſimè creditur.* Falſum ergo, quod Pontificij aiunt Pædobaptiſmum, non tam ex aperto Scripturæ mandato, aut exemplo, quàm ex Eccleſiæ decreto manaſſe.

XXXVI. *An-ne, quia ad quos pertinet promiſſio, ad eoſdem pertinet & ſignum, vt propterea Baptiſmus infantibus cõfertur: ſic Cœna Domini iiſdem conferenda eſt?*

Cenſuerunt ſic quidam Veterum, vt Cyprianus, ſerm. 5. de lapſis. & Auguſt. l. de Eccl. dogmat. cap. 52. moti his verbis, Ioh. 6. 53. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, ac biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis.* Nos verò ſequi negamus. Nam hic locus de manducatione Sacramentali non loquitur, ſed de manducatione ſpirituali ſeu fide, qua viuificantur fideles qui nituntur Chriſto, qui pro nobis corpus ſuum obtulit, & ſanguinem fudit. Et hac ratione caro Chriſti, facta eſt nobis cibus, & ſanguis eius potus.

Deinde illud, ad quos pertinet promiſſio, ad eoſdem pertinet ſignum, verum eſt, ſed ſecundùm determinationem diuinam vnicuique Sacramento propriam: ſic videlicet, vt Sacramentum initiationis conferatur ſimul tum infantibus, tum adultis, ſed maſculis tantùm in veteri Teſtamẽto, & nõ ante diem octauum. In nouo verò tam maſculis quàm fœminis, ſine determinatione temporis: Sacramentum verò Nutritionis, adultis tantum, ídque propter peculiarem quendam finem, & circunſtãtiæ actionis diuerſitatem.

è viuis exceſsiſſet, quàm legali expiatione potiretur, de qua Num. 9. 12. tum genere propinqui legalem illam aſperſionem ſibi per Sacerdotes adhiberi curarent:) Vel 5. Baptiſmum ad horam mortis conſultò differendum: Vel 6. iam morituros, & in lectis decumbentes (quos propterea Clinicos vocarunt) baptizandos: Vel 7. pro defunctorum animis in Purgatorio, ad eorum peccata expianda, vt volunt Pontificij, vigilandum, humi cubandum, orandum, & ieiunandum, & voluntarium cruciatum ſubeundum eſſe docet?

Nihil horum: Committitur enim in his expoſitionibus, Error περὶ τὸ ῥῆμα λέξεως, quia præpoſitio ὑπὲρ, non ſemper ſignificat ἀντὶ, i. vice ſeu loco: nec ſuperſtitiones illas, afflictationes pro mortuis, morémue illum Clinicorum, Apoſtoli ætate in vſu fuiſſe conſentaneum eſt: (qui tamen poſtea inualuit, Epiphanio teſte) vt aliqui cùm Chriſti cognitione, & fide imbuti eſſent, Baptiſmum tamen, vel metu, vel aliis de cauſis differrent, donec morbo præſenti πρὸ τῆς τελευτῆς, ante mortem illum requirebant, & Eccleſiæ, ac Chriſto tum demum nomen dabāt, ne abſque publico teſtimonio ſalutis, quo credentes initiari Dominus iuſſiſſet, ex hac vita emigrarent: Acceſſit tandem & illa ſuperſtitio, vt Baptiſmum aliqui ad horam mortis vſque conſultò differrent, ne poſt illum acceptū rurſus peccarent. Non eſt, inquam, conſentaneum hunc morem ſuperſtite Paulo in vſu fuiſſe: alioquin enim quātum in eo hæreret ſuperſtitionis, haud diſſimulaturus fuiſſe videtur.

In Refut. Cerinthi.

Sed alludit ad morem antiquiſſimum quarundā Eccleſiarum, quo homines ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, ſuper mortuos, i. ſuper cadauera defunctorum in ſepulchris poſita, ſeu ſuper monumenta mortuorū, vel ad oſſa mortuorū adducti, baptipore abluebatur aquis, poſtea indutus veſte Sacerdotali, ſiſtebatur in conſpectum populi: accedebat & clangor tubarum, & perfundebatur caput eius oleo [a]: (quod etiam fiebat in Regum inauguratione) Sic baptizari Chriſtus voluit, vt publico teſtimonio totius Diuinitatis, ordinatus & confirmatus, inchoaret deinceps Miniſteriũ Euangelij. Et buccinæ quidem inſtar fuit vox æterni Patris ſonans de cœlo: oleum fuit Spiritus ſanctus deſcendens ſpecie columbæ, & alis ſuis Chriſtum complectẽs, & in eo acquieſcens. Quin etiam vox illa Patris de Chriſto, Mat. 3. 17. *Hic eſt filius meus dilectus*, ἐν ᾧ εὐδόκησα (In quo lætitia eſt, in quo mihi facta voluptas) optimè conuenit cum inſcriptione, quæ laminæ Sacerdotis vertici impoſitæ inſcripta erat, *Sanctitas Domini*, inquit textus *Vt Dominus placetur ipſis*, Exo. 28. 36. 38.

[a] Exod. 29. 4. 5. 6. Num. 10. 3.

XXXVIII. *Cũ Paulus ait*, 1. *Cor*. 15. 29. *Quid faciẽt* οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *qui baptizãtur pro mortuis, ſi omnino mortui non excitantur: & Cur baptizantur pro mortuis: An vel* 1. *Mortuos ipſos baptizandos (qua conſuetudo ad longum tempus durauit, vt ex Cõcilio Carthaginẽſi tertio cap.* 6. *liquet.) Vel* 2. *Aqua luſtrali aſpergendos, (vt ex hoc loco colligunt Põtificij:) vel* 3. *mortuis ex opere operato prodeſſe Baptiſmum (quo modo Pontificij dicunt ſe Miſſam pro defunctis celebrare, & mortuorum Sepulchra aqua ſua luſtrali ſolẽt perfundere:) Vel* 4. *Pro mortuo ſine Baptiſmo, aliquem alium viuentem baptizandum (vt Marcionitæ faciebant, quem peruerſum morem notat Tertullianus, ſicut etiã aiunt fuiſſe Iudæorum ritum, vt ſi quis citiùs è viuis*

l. de Reſur. Carnis.

Dei nomine in vanum vſurpato, competit, quàm boui, aut aſino.

XL. *Quibus communicatur res ſignificata Baptiſmi?*

Solis Electis & credentibus, qui Dei per adoptionem filij, & Chriſti Ieſu fratres & cohæredes ſunt: quoniam hæc conditio addita omnibus donis Chriſti, vt ea percipiamus, ſi crediderimus. De his igitur ſolis dicitur: *Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu, & per Spiritum Dei noſtri*, 1. Cor. 6. 11.

XLI. *An ſuperſtitioni, an verò Religioni illud tribuendum eſt, quòd Conſtantinus Magnus in Iordane fluuio, vbi Seruator baptizatus eſſet, potiùs baptizari optauit, quàm vſquam alibi: & baptizari recuſauit, donec 65. annos natus, & morti proximus, ab Euſebio Epiſcopo Nicomedienſi Arriano, baptizari ſubitò voluit?*

Trip. hiſt. l. 3. c. 12. Euſeb. de Vita Conſtāt. l. 4.

Superſtitioni: quia non locus, ſed inſtitutio diuina, & res ſignificata Baptiſmum commendat: Præſtat tamen vt in locis in quibus conuenit Eccleſia, baptiſmus potius adminiſtretur, quàm in priuatis ædibus: tum quia publicæ preces baptiſmi adminiſtrationi coniunctæ, minimè ſunt inefficaces[a]: tum quia publicè intereſt, multos ſcire quinam ſint conciues ſanctorum, & domeſtici Dei.

[a] Matt. 18 19.

XLII. *Quo tempore, ſeu quo die, feſto, an profeſto baptizare licet?*

Olim quòd plures Catechumeni, qui accedebant ad Eccleſiam ex Ethnicis, ſolebant ad baptiſmum conuenire, certi poſtea ſunt illorum baptiſmo attributi dies, nimirum Paſchæ, & Pentecoſtes, qui propterea dies baptiſmatum dicti ſunt & ſecūda Sabbathi poſt Paſcha, quã vocant, Quaſimodogeniti, & Dominica in Albis Paſchati præiens, ex vetere adultos mergēdi more profecta, qui vel ſuis tanquam nouis, aut aliis verè nouis veſtibus induebantur. Qui ritus poſtea paulatim eò fuit reductus, zari ſoliti ſunt, vt ſe cum Chriſto mori peccato, & propter Chriſtum paratos eſſe mori, & reſurrectionem mortuorum credere ſe profiterentur. Quæ ſanè expoſitio ſimpliciſſima eſt, nec vim facit Apoſtoli verbis: Nam νεκρὸς ſignificat proprie cadauer hominis & ὑπὲρ cum genitiuo, pro ſuper vel ſupra, ὑπερέχω, ad notandum locum crebro vſurpatur apud Græcos.

Vel finem declarat, vt vult Theophylactus, quòd nimirum qui baptizantur tanquam mortui, pro mortuis baptizentur, vt peccatum in ipſis extinguatur, vel moriatur: vel in ſpem certam reſurrectionis, & vt aduerſus mortem remedium habeant: cum Baptiſmus ſit remiſſionis peccatorum, regenerationis, & reſurrectionis ſymbolum.

a Num. 19. m. Eccleſiaſtici 34. 10. b Act. 9. 37.

Vel denique notat ritum Iudæorum abluendi eos qui mortuos tetigiſſent [a]: vel etiam ipſos mortuos: Quem poſteriorem ritum à Chriſtianis initio retentum legimus [b]: adeóque ritum Gentium quem in exequiis & parentationibus obſeruabant in abluendis & vngendis mortuis: illi quidem in ſpem futuræ reſurrectionis: hi verò falſa imitatione, ambitione, ſuperſtitione, & vano in defunctos ſtudio: Non vt illum morem probet, etſi non refutat (Ideo non dixit, vt quid & baptizamur, (ſcilicet nos veri Chriſtiani) pro mortuis? ſed diſcernens ſuperſtitioſos à fidelibus, dixit; *Quid facient illi, vt quid & abluuntur pro mortuis?*) ſed vt proprio ritu ſeu facto, quo ſpem, quam habebant de Reſurrectione, teſtabantur, eos confutet.

XXXIX. *An-ne aliis quoque rebus inanimatis, vt Campanis, & ſimilibus, Baptiſmus adhiberi debet?*

Neutiquam quia non legimus niſi propter homines, Baptiſmum eſſe inſtitutum: quorum etiam cauſa duntaxat, Chriſtus homo eſt factus & mortuus.

2. Quia Sacramentum Regenerationis, nō pertinet niſi ad eos qui etiam Regenerationis ſunt capaces: Et, Quibuſcunque rebus fidei iuſtitia non competit, iis nec Sacramenta conueniunt. At non magis Campanæ Baptiſmus, adhibitis fideiuſſoribus, & nominis humani impoſitio, idque in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti,

carnaliter ſemel natus, iterum naſci non poteſt: ſic ſpiritualiter ſemel à Deo natus, iterum naſci non poteſt. Aug. Vt generatio carnalis vna eſt: ſic etiam regeneratio ſpiritualis vna eſt. *in Ioh. Tract. 11.* Sicut contra ideo repetendum eſt Sacramentū Cœnæ, in quo nutrimur carne & ſanguine Christi, quia alimentum ſæpereſumendum eſt.

Sed etiam quos ſemel Deus elegit, & adoptauit in filios, nunquam reprobat: ſunt enim eius dona ἀμεταμέλητα, Rom. 11. 29. Et quiſquis ſemel Chriſto vere datus eſt, quamuis interdum deflectat, nunquam tamen foras eiicitur, Ioh. 6. 37. Et infidelitas hominum fidem Dei euacuare non poteſt, Rom. 3. 3. Quod autem ad Apoſtatas attinet, qui in vniuerſū deficiūt à fide *impoſsibile eſt* τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας *eos qui ſemel illuſtrati fuerint*, ſeu baptizati (nimirum qui poſt Catecheſim, Chriſtianiſmum profeſſi fuerint, & Baptiſmo allecti Eccleſiæ) *ſi prolabantur* (ſcilicet in vniuerſalem ἀποστασίαν à Chriſto: *denuo renouari ad reſipiſcentiam*, & proinde renouationis gratiam in iis obſignari, denuò Baptiſmi Sacramento Heb. 6. 4. 6. vt hinc colligunt Damaſcenus, & alij Patres.

4. Quia Baptiſmi ſignificati, vis, vſus, & fructus, non eſt certi alicuius momenti aut præteriti temporis tantum, ſed futurum ſpectat, & per omnem hominis baptizati vitam durat. Nam quod Paulus Rom. 3. 25. ait, Chriſtum factum eſſe nobis propitiatorem in remiſsionem delictorum præcedentium, non excluſiue dictum eſt, a Rom. 6. 2. & ſeq. ſed datum eum à Patre ſignificat miſeris peccatoribus, qui conſcientiæ cauterio vulnerati ad Medicum ſuſpirant: non iis qui licentiam ex impunitate aucupantur. Et quemadmodum Dauidi poſt lapſum non fuit opus noua Circunciſione, ſed eius duntaxat recordatione ad pœnitentiam agendam: ſic lapſis poſt Baptiſmum, non eſt opus Baptiſmi repetitione, ſed eius recordatione ad ſeriam pœnitentiam: quia ſemel acceptus Baptiſmus pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum, manet perpetuum teſtimonium & pignus fœderis cum Deo initi, & perpetuæ illius ablutionis, ~~quam ha~~bemus in Chriſti ſanguine [b]. Atque ita ſæpe in memoriam reuocandus eſt, ad peccatorum noſtrorum remiſsionis fiduciam, magiſque in mentibus confirmandam: ſemper enim manet veritas promiſsionis ſemel factæ, *Qui crediderit & baptiza*

b Marc. 1. 4. Luc. 3. 3.

vt Catechumeni candidis veſtibus apparerent. Inde album induſium, quo infantes quoque induuntur in Baptiſmo, non tantum inutiliter, ſed etiam ſuperſtitioſè, & ab iis ipſis qui ritũ illum vſurpant, ignorata ipſius origine.

Etſi verò ſtatutus fuit certus dies Circuncisioni: Tamen quia iam certis diebus non ſumus alligati, ſiue adulti, ſiue infantes ſint, quouis baptizari poſſunt tempore, conueniente Eccleſia ad audiendum verbũ Dei, & publicas preces habẽdas, modò id ex præſcripto Chriſti, piè, de-
a 1. Cor. 14. 40. center, & ſecundum ordinem fiat, *a* ne ad religionis exercitia vnus dies plus cõferre videatur, quàm alter, Gal. 4.10. *Dies obſeruatis & menſes, & tempora, & annos: metuo de vobis ne fruſtra fatigatus ſim inter vos.*

XLIII. *Licétne Baptiſmum repetere?*

Siquis baptizatus eſſet tantùm in nomen Dei in genere, non explicatis perſonis: vel omiſſa aliqua perſona, vel ab illis hæreticis, qui rectam de Trinitate Doctrinam nõ tradunt, vt Marcionitæ, Arriani, Pneumatomachi, & ſimiles, quia non eſſet obſeruata forma Baptiſmi Chriſti, talis ſi denuo rite tingeretur, non repeteretur Baptiſmus ſed baptizaretur vero Chriſti Baptiſmate, qui non fuiſſet iuxta Chriſti inſtitutum baptizatus, vt decretum eſt in Concilio Niceno, cap. 19.

Sed ſi Baptiſmus ſit ritè adminiſtratus, iuxta inſtitutionem Chriſti, & formam ab ipſo præſcriptam, repetere certè non licet. 1. Quia nec mandatur eius repetitio, ſicut Cœnæ Domini, quando dicitur, *Quotieſcunque*, &c. 1.
b Gen. 17. 14 Cor. 11. 26. Nec iteratus legitur: ſicut nec olim Circuncisio iteranda fuit, cui ſucceſſit Baptiſmus. *b* Et de Sacra-
1. Cor. 10. 2. mentis iudicandum & ſentiendum eſt ex verbo Dei. ſed contrà Eph. 4. 5. dicitur, *Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma.*

2. Quia legitima Dei inuocatio ſemel in Spiritu & ve-
c Matt. 18. 15. 20. ritate peracta, nullo vnquam tempore pro irrita haberi debet.

3. Quia Baptiſmus Sacramentum eſt regenerationis ſatis eſt autem ſemel regeneratum, & ingreſſum eſſe in Eccleſiam, ſiue in Regnum Dei; Nam quemadmodum

carnanum ſalutis limen: ac proinde à ſalute excludunt, omnes Baptiſmi expertes, etiam vbi Baptiſmi nullus contemptus interuenit.

Nos verò ingenuè fatemur eam non eſſe noſtram ſententiam. Quia ſic maxima fit iniuria gratiæ Dei, & virtuti fœderis ipſius, quo pollicetur ſe fore Deum fidelium & ipſorum ſobolis, atque extenturum ſuam miſericordiam ad mille generationes vſque, Exo. 20. 6.

2. Quia abſurdum eſſet infantes olim magno numero mortuos ante octauum Circunciſionis diem, ante quem non poterant circuncidi ex lege Dei: vel eos qui in deſerto annis quadraginta non ſunt circunciſi: vel infantes Chriſtianos, olim ante feſta Paſchatis & Pentecoſtes (quibus feſtis olim in Eccleſia Baptiſmus adminiſtrabatur) ſine Baptiſmo aquæ nulla ipſorum culpa vita defunctos: & quidē & hos conſortes fœderis, & illos exortes ſalutis exiſtimare. Quæ etiam crux conſcientiæ parentibus fuerit, ſi mors infantes anteuerterit priuſquam Baptiſmo offerri potuerint? Ad hæc, cur infans culpam alienā luet? Imò hæc eſt doctrina Thomæ, Tūc infantes baptizari Baptiſmo flaminis, quum non poſſunt Baptiſmo fluminis.

3. parte. q. 68
4. 2.

3. Non cauſæ, ſed teſtimonia & ſigilla tantum noſtræ ſalutis ſunt Sacramenta, nec gratiā per ſe conferūt. Nec ipſa ſigni ſacri priuatio, ſed illius contemptus aut negligentia quæ eſt ex parte parentum, inſantibus poteſt eſſe fraudi.[a]

[a] Exod. 4. 24.

4 Latro conuerſus, Baptiſmo quidem viſibili caruit, ſed tamen re ſignata, ſeu inuiſibili Baptiſmo non fuit deſtitutus, Idem ergo de Infantibus dicendū, qui baptizari non potuerunt. Nam illud Geneſ. 17. 14. Qui non fuerit circunciſus, exſcindatur de populo Dei, de adultis dictum fuit: Senſus ergo fuit, Qui noluerit circūcidi. Idem etiam de eo ſentiendum, qui non fuerit baptizatus, i. qui noluerit baptizari.

Ioſue 5. 3. 4. 5.
Aug. i cõtra Donat. l. 4. c. 22. & 23.

Quod etiam dicitur Ioh. 3. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritui, non intrabit in Regnum cœlorum.* (Quem locum mordicus vrget Aug. vt concludat, qui ſine Baptiſmo decedunt, non intrare in Regnum Dei.) non de Infantibus qui non ſua culpa, ſed morte præueniente, Baptiſmum recipere non potuerint: ſed, vel de modo ordi-

tus ſuerit, ſaluus erit. Nos extēta manu ſuſceptura reuerſos: vt Chriſtus etiam vtitur futuro tempore.

XLIV. *Rectène dixit Hieronymus, poſt naufragium humanæ naturæ, duas tabulas ſalutis hominibus datas eſſe, Baptiſmum, & amiſſa prima tabula pœnitentiam?*

Vt Iuriſconſulti inquiunt, *Cum grano ſalis dicta authorum intelligenda ſunt.* Sic rectè quidem contra Nouatianos,
Euſeb. hiſt. Eccl. l.3. c.2. 23. ambiguum dictum hoc vſurpari poteſt, quòd poſt Baptiſmum Pœnitentia reliqua ſit dolentibus propter
a Et 3.3.19. peccata. Sic Iohannes reuocauit adoleſcentem, qui dux
b Gal.3. 27. latronum factus fuerat: ſic Eccleſias in Aſia ad Reſipiſ-
c 1. Cor. 12. 13. centiam inuitat, Apoc. 1.5 16.[a] Et Paulus Galatas poſt Baptiſmum lapſos reuocat ad gratiam promiſſionis Baptiſmi:[b] ſicut & Corinthios[c]

Sed abſurda eſt ſentētia ſi intelligatur quod prima tabula, i. Baptiſmus ſeu gratia & remiſſio peccatorum, accepta in Baptiſmo, penitus amittatur, vt volunt Pontificij, ſed per contritionem ſufficientem, confeſſionem auricularem, & ſatisfactionem propriam, denuo impetretur: Contrà enim, fœdus Dei eſt perpetuum, & immutabile, Iſa. 54. 8. 10. Et Oſeæ 2.19. *Deſponſabo te mihi in æternum.* Cuius teſtimonium eſt, Baptiſmus ſemel acceptus.

XLV. *Eſt-ne Baptiſmi externi vſus liber ſeu* ἀδιάφορος, *vt vel vſurpari, vel ſecurè, & ſine diſpendio ſalutis omitti poſſit, An verò neceſſarius?*

Neceſſarius eſt Eccleſiæ Chriſti, & infantes Chriſtianorum oportet baptizari: ſed κατά τι, propter mandatum Dei, quando nondum baptizato eius copia datur: & ſi non detur, illum ſaltem expetere, & pro virili procurare debet: Tamen non eſt ita ſimpliciter præciſè & abſolute
De Nupt. & Concup. l.2. c.17. & 18. neceſſarius, vt ſine eo ex hac vita decedentes, præſertim infantes Chriſtianorum, ſalui eſſe nequeant, vt credidit tamen Aug. & ij quoque qui Baptiſmum faciunt primum

& conſortes fœderis gratiæ, & mẽbra ſunt Chriſti, quos Diaboli poteſtati ſubiectos dicere abſurdum eſt. 5. Præterea munus illud Exorciſandi cum miraculorum dono coniunctum, temporarium fuit: quale illud quod multi ægroti, oleo à preſbyteris Eccleſiæ vncti addita inuocatione nominis Chriſti, ſanabantur [a], donec religio Chriſtiana per totum orbem propagaretur. 6. Quia cùm pueri circunciderentur, nunquam adhibiti ſunt Exorciſmi. [a] Iacob. 5. 14.

Quòd verò aliquando ante Baptiſmi ſuſceptionẽ, Pagani qui baptizandi erant, conteſtabantur corã Eccleſia ſub Antiſtitis manu, vt ait Tertull. ſe renũtiare Diabolo, & pompę, & Angelis eius, publicum pœnitẽtiæ in adultis fuit teſtimoniũ. Exſufflatio etiam illa comploſis manibus fiebat à baptizando in Satanam, qua ſignificabat ſe execrari Satanam, & eius regnum. At in Papatu, fit à baptizante, in faciem baptizandi infantis. Vana igitur, & reiicienda eſt. l. de Cor. militis. & cõtra Marcionem l. 5.

XLVII. *Eſt-ne Sponſorum, quos ſuſceptores, & Compatres, Patrinos, & Matrinas vocant, vſus neceſſarius?*

Nec neceſſarius eſt, quia expreſsè non præſcribitur in Scripturis, nec ſimpliciter reiiciẽdus. 1. Quia ortus eſt ex imitatione Baptiſmi Catechumenorum, qui baptizãdi, non ſolùm de fide interrogati, ipſi reſpondebant, ſed fidei ſuæ veluti teſtes & ſponſores dabant. 2. Non pugnat cum Scripturis. 3. Vetuſtiſſima eſt conſuetudo in Eccleſia. 4. Habet nihil iniqui, aut inhoneſti. 5. Ex charitate proficiſcitur. 6. Hoc ita cedit in vtilitatem, & ſalutem infantis, vt nemini ſit fraudi. 7. Totum hoc ad ædificationem Eccleſiæ facit. 8. Vt ad facilem partum in generatione carnali adhibetur obſtetrix: ſic in ſpirituali generatione Baptiſmi aliquis adhibetur, qui fungatur vice obſtetricis, & pædagogi in iis quæ pertinent ad fidem & vitam Chriſtianam.

Sed demum ij ſponſores deligendi ſunt, qui quod de ſancta infantium educatione ſpondent, & ſatis norint, & probabiliter, cùm opus fuerit, præſtare poſſint.

XLVIII. *Cur in Baptiſmo infantibus nomina imponuntur?*

p.3.q 68 c. 2.

lib. de Vita Valent.

nario, qui non debet negligi quãdo haberi poteſt, vel de Baptiſmo qui ſi nõ reipſa ſaltem voto ſuſcipi debet: vt exponit Thomas: & vt Ambroſius de Valẽtiniano ait, *Eum fuiſſe baptiZatum voto & voluntate, licet non reipſa per aquæ lauacrum*: veniebat enim ad Ambroſium, vt baptizaretur, ſed in itinere extinctus eſt: vel de aqua, non quæ eſt elementum, ſed aqua viua, quæ Spiritus eſt, i. de virtute & efficacitate Spiritus ſancti, quæ in anima id facit, quod aqua in corpore, intelligi debet, vt idem nomine Aquæ & Spiritus intelligatur: Eadem locutione cum illa quæ habetur Matt.3.11. *Qui ſequitur me ille eſt qui baptizat in Spiritu ſancto & igni*, i. Spiritu, qui in regeneratione ignis officium, naturámque habet: cuius quidem Spiritus Baptiſmus ad ſalutem abſolutè neceſſarius eſt.

XLVI. *An citra Exorciſmum, id eſt Satanæ & dæmonum adiurationem & exſufflationem Baptiſmus eſt adminiſtrandus?*

Ἐξορκίζειν eſt aliquem adiurare per ſacra vt per deũ, per Chriſtum, vt aliquid dicat, aut faciat: quod vulgò coniurare dicitur, vt Matth.26.63. Pontifex ad Chriſtum Ἐξορκίζω σε *per Deum viuum vt nobis dicas, ſi tu es Chriſtus.* Contrà Act.19.13. filij Sceuæ adiurabant Diabolum per Ieſum quem Paulus prædicabat: Inde Exorciſtæ, & Exorciſmus verus. Quod donum fuit peculiare Spiritus ſancti, quo Apoſtoli primò, & alij fideles ab Arreptitiis pellebant dæmones, vt in Actis legimus: & in Euangeliſtis inquit Chriſtus, *Dæmonia eiicient*, Marc.16.17. Sed extra Baptiſmum vt videre eſt ex Tertull. Apologetico.

Epiſt. ad Magnum.

Retinendus igitur non eſt. 1. Quia Chriſtus cum inſtituit Baptiſmum, non iuſſit quenquam exorciſari. 2. Quia Diabolus pellitur per Chriſtum in ipſo Baptiſmate: Nã Cyprianus, *Sicut ſcorpij & ſerpentes, qui in ſicco præualent, in aqua præcipitati præualere non poſſunt, aut ſua venena retinere: ſic & ſpiritus nequam permanere vltra non poſſunt, in quo baptiZato & ſanctificato incipit Spiritus ſanctus habitare.* 3. Quia Apoſtoli eum citra exorciſmum adminiſtrauerunt. 4. Nec Energumeni, id eſt obſeſſi à Diabolis, aut Pagani dæmonum cultores, baptizari debent, ſed ij tantũ qui ſancti & conlicet peculiariter & præcipuè) *vt baptizarem, ſed vt Euãgelizarem*, 1. Cor. 1. 17. Et Petrus[a] Cornelij familiam non ipſe baptizauit, cùm præſens eſſet, ſed baptizari iuſsit. Stultè igitur qui Sacramentis, anguſtis alioquin & ſacroſanctis, plus nimium tribuunt.

a Act. 10. 48.

LI. *Quid differunt, & commune habent Baptiſmus, & Cœna Domini?*

1. Differunt, tum ſignorum, tum actionum, & proximorum finium *ratione*. Nam in Baptiſmo adhibetur aqua, & foris peragitur aſperſio, intus verò aſperſio interna ſanguinis Chriſti. Ac eius finis proximus & principalis, eſt ablutio peccatorum, & adoptio in filios Dei, ſeu inſitio in Chriſtum, & ipſius Eccleſiam. In Cœna autẽ adhibetur panis, quem frangimus & manducamus, & fit internè communio corporis Chriſti: adhibetur item poculum, è quo bibimus, & fit communio ſanguinis Chriſti: ac finis denique Cœnæ Dominicæ, eſt alimonia ſpiritualis interni hominis: quæ eſt Differentia ſpecifica, qua Cœna differt à Baptiſmo.

2. Differunt *vſu*: nam Baptiſmi Sacramentum iterãdum non eſt: ſed frequens & religioſus vſus Euchariſtię, ſeruire debet mortis Domini commemorationi.

3. Differunt *Subiecto*. Baptiſmus enim puerorum eſt, licèt eius vſus ad adultos etiam pertineat. Cœna autem Domini propriè adultorum eſt.

Tamen in his cõueniunt, quòd idem eſt vtriuſque genus, author, vtrunque conſtat duabus partibus, Re terrena & cœleſti, idem finis generalis, eadem res ſignificata: in vtroque enim Chriſti communio obſignatur, vtrumque eſt ſigillum fœderis & promiſsionis gratiæ: par eſt vtriuſque dignitas: nam in Baptiſmo teſtatur Paulus nos Chriſti inſititios fieri, & Chriſtum induere[b]: ſed vnum, proponit Chriſtum lauacrum, ſub ſigno aquæ: alterum proponit Chriſtum cibum, ſub ſignis cibi & potus.

b Rom. 6. 3. 5. Gal. 3. 27.

LII. *Annon Sacramentum alterum altero præſtantius eſt?*

Non τῷ τί ἐστι, id eſt non eo quòd in Baptiſmo recipiamus duntaxat dona ſiue gratias Chriſti, non autẽ ipſum a Luc.1.59. 1. Quia id olim in Circuncisione fieri cõſueuerat[a]. 2. Vt ſignificetur nos tum demum, nomen & celebritatem apud Deum conſequi, cùm renaſcimur, & nos iam nouos homines factos (filios Dei videlicet) abiecto priori nomine, quo filij iræ appellabamur. 3. Vt quoties nominis noſtri recordamur, ſimul etiam de fœdere & promiſſione Dei, de Baptiſmo, ac eius ſignificatione, officio denique noſtro cogitemus; vt quoniã in Chriſti Ieſu mortẽ baptizati ſumus, ſimul etiam cum eo moriamur peccato, & ad vitæ nouitatem reſurgamus: vt denique in Chriſti militiam adſcripti, eius auſpiciis, ſúbque eius ſigno fortiter dimicemus aduerſus hoſtes eius.

XLIX. *Qualia imponi debent nomina?*

Initiò impoſita fuerunt nomina, vel ex rerum euẽtu, vt Iſaac, Iacob: vel ex Prophetico inſtinctu, ad notandũ aliquod arcanum Dei opus: vel in rei alicuius præteritæ memoriam, vt Adam, Iſrael: vel futuram ſignificandam, vt Eua, Abraham, Iohannes.

Nunc in tanta nominum copia, etſi indifferens per ſe eſt, quo quis nomine appelletur, quãdo nomina ad hominis ſalutem nihil faciunt: piè tamen & vtiliter delectũ à fidelibus in hac parte habendum, nemo ſanus negabit, vt ſcilicet filiis ſuis imponant nomina: non communia, quę ſunt profeſſionis: aut officij: nõ peregrina, inuſitata, profana, ignota, ἄσημα: ſed propria, vſitata, ſancta, cognita, καὶ εὔσημα, quæ doctrinæ & admonitionis vice illis ſint, vel eorum quorum pietatem nobis Scripturæ prædicat, quæ ad illorum imitationem nos prouocent: vel ſaltem maiorum noſtrorum, aut aliorum quorũ nomina nulla polluit idololatria, & eiuſmodi, quæ nos de pietate, vel vitæ innocentia, vel Dei beneficiis admoneant: non autẽ alicuius mali exempli memoriam in mentem reuocent, & ab hominibus ſceleratis, & ſanguinariis ſint deſumpta, b Lu3.1.54. Oſea.2,17. Pſ.16.4. quorum memoria piis meritò inuiſa eſſe debet[b].

L. *Eſt-ne maior docendi Euangelium, quàm baptizandi functio?*

Eſt: nam Chriſtus qui docendi munere functus eſt, c Iob.42. baptizaſſe non legitur vſquam[c]. Et Paulus paucos admodum baptizauit. *Non enim*, inquit, *miſit me Dominus* (ſcilicet tiā Spiritus ſancti, in dies magis ac magis mortificetur[a]. 1.Cor.4.16. *Internus homo renouatur in dies.* a Eph.5.26 Tit.3.5.6. Rom.7.toto cap.

3. Symbolum eſt vnionis, atque ſocietatis noſtræ cū Chriſto, vt ſciamus nos Chriſto tanquam membra capiti vnitos atque conſociatos eſſe, ac proinde iam eſſe omniū bonorum eius, & tandem hæreditatis illius vna cum ipſo participes fore, 1.Cor.12.13. *In vnum corpus baptizati ſumus.* Ideo Paulus[b] nos eſſe filios Dei ex eo probat, quia *Chriſtū in Baptiſmo induimus*, hoc eſt, quia teſtimonio Baptiſmi, cum Chriſto Filio Dei coniuncti ſumus. b Gal.3.26. 27.

4. Eſt organum, quo ampla Spiritus ſancti effuſio ſuper nos, cum ipſius donis, fide, ſpe, & charitate, & aliis virtutibus communicatur, Tit.3.6. *Per lauacrum & renouationem Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè*: ſicut ait Auguſtinus, *Per Baptiſmum facti membra Chriſti: de plenitudine eius omnes accepimus*, Ioh.1.16. De Bapt. paruulorum c.26.

5. Admonet nos debere fieri conformes imagini filij Dei, qui caput eſt noſtrum, tum in cruce ferenda, morte, & ſepultura: tum in liberatione, reſurrectione, & gloria olim ſequutura[c]. c Rom.8.29.

6. Ad innocentiam, charitatem erga ſanctos, ad perpetuam noſtri mortificationem, ſeu reſipiſcentiam, & vitam in gloriam Dei formandam excitat[d]. d Rom.6.4.

7. Seruit fidei noſtræ πληροφορίᾳ, & confirmationi: conſolationi item in tentationibus, eò quòd teſtimoniū ſit, quòd Deus placatus ſit nobis per Filium, in quem inſiti ſumus per Baptiſmum, cuius merita & beneficia ad nos pertineant, in quo adoptati ſumus in filios Dei, & quòd Pater nos velit regere ſuo Spiritu, eripere à morte æterna, & tandem vita æterna donare.

LIV. *Anne per Baptiſmum omnia hæc beneficia, æqualiter ab omnibus qui illum ſuſcipiunt, percipiuntur?*

Non: quia non ſunt omnes æquales. Incorporatio enim, ſiue inſitio in Chriſtum, & quæ ex ea ſequuntur beneficia, reprobis (licet aqua baptizentur,) nequaquam reipſa conferuntur, (etiamſi verè offerantur,) ſed Sacramento tenus. Deus enim eos tantùm efficaciter vocat, iuſtificat, regenerat, & glorificat, quos etiam ad hæc ele-

Chriſtum:In Cœna verò corpus & ſanguinem Chriſti, etſi non omnes,gratias eius(vt volunt Aduerſarij) recipiant,quia idem vtriuſque finis,ſeu τόδε πρὸς τόδε: qui eſt etiam forma, noſtra videlicet cum Chriſto conſociatio ſeu coniunctio, quæ tam in Baptiſmo,quàm in Cœna obſignatur[a].

a Eph.3.9. 1.Cor.10. 16.17. Sed τῷ λόγῳ tantùm, id eſt ratione quadam ſiue reſpectu,tum principij ſeu ortus noſtri in Chriſto, tum augmenti ſeu noſtræ in eodem conſeruationis. Quatenus enim magis quiddam eſt gigni,quàm ali,eatenus regenerationis Sacramentum præponi poteſt nutritionis Sacramento,videlicet ſacræ Cœnæ.Sed quatenus præſtantius quiddam eſt,ali & foueri ad æternam vitam, ne vnquam deſinas eſſe homo renatus, eatenus ſacra Cœna Baptiſmo anteponi debet.

Quum autem tota vtriuſque dignitas pendeat à re ſignificata,videlicet à noſtra cum Chriſto cõmunione;etſi eam Baptiſmus lauacri,Euchariſtia alimoniæ modo cõmendet,præſtat tamen collationem hactenus moderari, nequid alteri derogetur. Nam aqua Baptiſmi,prædicatione Sacramentali,non minùs eſt ſanguis Chriſti,quàm vinum Domini in ſancta Cœna,eſt ſanguis Domini[b]:& non minùs eſt,in Baptiſmo Chriſto inſeri,cum eo crucifigi,mori,ſepeliri,reſurgere,Chriſtum induere;quàm in Euchariſtico epulo,carnẽ eius edere, & ſanguinem eius bibere:Et denique vnus idémque Chriſtus in Baptiſmo, vt lauacrum,vt ingreſſus in domum Domini,vtque veſtitus:in Cœna verò vt cibus & potus,fide magis magíſque percipiendus proponitur.

b 1.Pet.1.2.

LIII. *Quinam ſunt fines Baptiſmi?*

Duo ſunt:prior,vt fidei noſtræ apud Deum: poſterior, vt confeſſioni noſtræ apud homines ſeruiat.Idque prior.

1. Quia pingit mortem,ſepulturam, & reſurrectionem Chriſti,de remiſſione peccatorum docet, eandémque vt diuinum ſigillum credentibus obſignat[c].

c Act.2.38. & 12.16.

2. Eſt documentum mortificationis, & renouationis noſtræ naturæ,quam Chriſtus ſe in nobis,per Spiritũ ſuum efficere,& effecturum eſſe teſtatur,in hac quidem vita imperfectam;veruntamen tantam, vt peccatum in nobis habitans, non dominetur ſeu regnet, ſed per gra-

tiam

ſunt in Chriſto Ieſu, Rom. 8. 1. hoc eſt, condonantur peccata omnia in Baptiſmo, & originale, & actualia a. Vnde Ambroſius, *Gratia Dei in Baptiſmo gratis omnia condonat:* Et, *Tollitur in Baptiſmo Concupiſcentia, nō vt non ſit, ſed ne obſit.* Deinde quotidie magis ac magis mortificatur b, donec tandem in morte penitùs conficiatur & tollatur.

Falluntur ergo qui per Baptiſmum in eandem iuſtitiam, & naturæ puritatem, quam Adam habuit ante lapſum, nos in hac vita reſtitui putant. Relinquitur enim peccatum, vt inhabitet in eo qui per Baptiſmum conſequutus eſt remiſſionem omnium peccatorum c: verum non vt regnet, ſed vt renatus illud tanquam hoſtem victum & vinctum vexet, affligat: & ſicut de Adonibeſeco ab Iſraelitis expugnato legimus d, eius manus & pedes præcidat & mortificet, donec penitus illud trucidet.

a Ezech. 36.25. Zach. 13.1. Marc. 1.4. 1. Cor. 6.11. Hebr. 10.2. Ad Rom. 11. Gloſſa ad Rom. 6.
b Rō. 6.6.12
c Rom. 7.17. 18.
d Iudic. 1.6

2. Manent etiam ſublata gehennæ pœna, afflictiones huius vitæ, non ad τιμωρίαν, ſed ad δοκιμασίαν, exercitium, & maiorem noſtram gloriam, vt iis peccatum inhabitās mortificetur, & fides noſtra, atq; pietas exerceatur, & augeatur: ſicut dicitur Iudic. 3. 1. *Hæ ſunt Gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraelem.* Et ne mēbra diſſimilia ſint capiti, cui ſunt incorporata; Rom. 8. 17. *Siquidem compatimur, vt & conglorificemur.*

LVIII. *Quis Vſus legitimus Baptiſmi?*

Si eum referamus ad eos fines ad quos eſt à Chriſto inſtitutus, vt ſcilicet in vno Chriſto quæramus, & fide accipiamus Remiſſionem peccatorum, Renouationem naturæ noſtræ & hereditatem cœleſtem: Baptiſmum autem ipſum accipiamus, tanquam diuinum illorum beneficiorum teſtimonium, quod per totam vitam fidem noſtram erigat, teſtetur ad nos pertinere promiſſionem gratiæ, & remiſſis peccatis receptos nos eſſe in gratiam; ſimulque moneat, nos ea lege baptizatos eſſe, vt in nouitate vitæ ambulantes, ad vitam æternam tendamus.

LIX. *Quis fructus Pædobaptiſmi?*

Seruit parentum conſolationi. Nam ſignum puero cōmunicatum, velut impreſſo ſigillo, promiſſionem pio parenti factam confirmat: quòd Dominus non illi modò ſed ſemini eius, in Deum ſit futurus. Vnde pectus eius git, & prædeſtinauit, Rom. 8.28. Electi verò tam infantes quàm adulti, ſiue in Baptiſmo, ſeu ante Baptiſmum, æqualiter Chriſto incorporantur, & imputatione iuſtitiæ, remiſſione peccatorum, & iure vitæ æternæ donantur: ſunt enim omnes ex æquo filij Dei.

At regeneratio non æqualiter in omnibus fit: donáq; Spiritus, Fides, Spes, & Charitas, non æqualiter omnibus donantur, aut ab omnibus recipiuntur, ſed ſecundũ Dei beneplacitum: ſicut docet Parabola de talentis[a]. Et
a Matt. 25. 15. Eph. 4.7. Vnicuique data eſt gratia pro menſura doni Chriſti: & videmus regenerationis effecta in aliis plura & maiora, in aliis pauciora & minora.

LV. *Quis alter finis Baptiſmi?*

Vt cõfeſſioni noſtræ apud homines ſeruiat, quatenus eſt veluti Symbolum ϗ σύνθημα quoddam militare, ſeu teſſera & nota, qua palàm teſtibus hominibus, & Dei Angelis, profitemur, nos viſibili Eccleſiæ Dei accenſeri, & incorporari, & Chriſto nomen dare, & militare velle: dũ ſcilicet proteſtamur, nos in vnius veri Dei, Patris, Filij, & Spiritus ſancti cultum, ſeu in vnam religionem cũ Chriſtianis omnibus conſentire, & ab omnium Gentium ſectis (quæ verè non inuocant Deum, ſicut in Verbo ſuo ſe patefecit) alienos eſſe; quæ noſtra confeſſio ad Dei gloriam pertinet.

LVI. *Qui Effectus Baptiſmi?*

Salutarium Chriſti donorum, & iuſtitiæ noſtræ corã Deo obſignatio: & bonæ conſcientiæ apud Deum ſtipulatio, Dei quidem offerentis & promittentis gratuitam ſalutem propter Chriſtum conſcientiæ verò reſpondentis & accipientis fide promiſſam gratiã. vnde oritur trã-
b 1. Pet. 3. quillitas conſcientiæ apud Deum: quem ſtatuit ſibi reconciliatum, per reſurrectionem Ieſu Chriſti[b]. Et denique certa ſpes introitus in regnum cœlorum.

LVII. *Manét-ne, an verò tollitur omne peccatum in Baptiſmo?*

Manet actu propter ſtatum naturæ, quoad morbum ſiue radicem peccati, & materiã ipſam: ſed tollitur propter ſtatum perſonæ, quoad reatum ſiue formã, quæ non imputatur fidelibus: nihil enim eſt damnationis iis qui

ſunt

ſepeliunt. 13. Quoſuis infantes ad baptiſmum admittunt. 14. In nomine Sanctæ Trinitatis campanas baptizant, & quidem maiori cum pompa, quàm homines baptizentur: Campanas enim non licet baptizare, niſi Epiſcopis, cùm homines baptizare apud ipſos liceat, etiam mulierculis: & eis nomina imponunt alicuius fœminæ, dicendo; Margareta, vel Paulina, Ego te baptizo in nomine Patris, &c. Et earum conſecratarum, & ſic baptizatarum tinnitu, cacodæmonas, hoſtiles exercitus, inſidias hoſtium, tempeſtates, grandines, procellas, turbines, importuna ventorum flamina, tonitrua, & noxia fulgura fugari, flammas & ignes extingui, mortuos etiam recreari fingunt. 15. Inter baptizatum, parentes, liberos, & cognatos eius: & ſuſceptores, parentes, liberos, & cognatos liberorũ, ſpiritualem cognationem fingunt. 16. Copulationem phyſicam, *συνουσίαν* ſigni, & rei ſignificatæ, id eſt, aquæ, & Spiritus, ſimiliter ſtatuunt. 17. Baptiſmum inferiorem votis monaſticis iudicant. 18. Eundem peregrina lingua adminiſtrant.

2. Falſum dogma *eorum*, qui ſtatuunt baptiſmo conſignari duntaxat pręteritorum peccatorum remiſſionem: vnde factum, vt multi ex veteribus, non bene baptiſmum in vltimum vitæ tempus diſtulerint.

3. Error *vulgi*, qui pro infante ſibi nato, Paſtori Eccleſiæ dicunt, Deus mihi dedit Ethnicum, peto vt eum facias Chriſtianum; cùm baptiſmus non faciat Chriſtianum, ſed ſignificet.

4. Error *eorum* qui baptiſmum dignitate & vſu, Euchariſtia multò inferiorem eſſe contendunt: & in Cœna Domini ſolùm, non etiam in baptiſmo, nos Chriſti participes fieri dicunt.

5. *Aethiopum*, qui Abyſſini dicuntur, qui non contenti aquæ Baptiſmo, inſuper tinctos à ſe ſtatim igne inurunt: vt Seleucus & Hermias Galatæ, qui (vt refert Auguſtinus) non baptizabant in aqua, ſed in igne: Ignis vocem, in dicto Ioh. Baptiſtæ, Matth. 3. 11. *Qui ponè me venit, ipſe vos baptizabit Spiritu Sancto, & igne*, propriè intelligentes: quę tranſlatitiè accipitur, pro vi Spiritus ſancti purgante & illuſtrante hominum mentes, cum de interiore Baptiſmo agatur. *De hæreſi.* 5.59.

non vulgari lætitia perfunditur,& ad prædicandam benignitatem Dei accenditur.

Deinde puerorum inſtitutioni,vbi adoleuerint,quando ad ſerium Dei colendi ſtudium ſtimulantur, a quo ſolenni adoptionis ſymbolo,in filios accepti fuerint, antequam eum per ætatem agnoſcere patrem poſſent.

LX. *Quæ ſunt Repugnantia?*

Error *Poncificiorum.* 1. Qui Iohannis Baptiſmum ab Apoſtolorum Baptiſmo diuerſum eſſe ſtatuunt. 2. ſuis additamentis olei, ſalis, mellis, ſufflationis, ſputi, ſignaculorum crucis, cereorum accenſorum, puram & ſimplicem inſtitutionem Chriſti inficiunt. 3. Interrogationibus de fide, & nuntio Satanæ miſſo, λειτουργίαν Baptiſmi adultorum, pariter & infantum confundunt. 4. Baptiſmum omnibus baptizatis, tam fidelibus, quam infidelibus per ſe,& ex opere operato, i. ipſa Baptiſmi actione conferre gratiam, iuſtificare, remittere peccata, ſanctificare,& ſaluare dicunt. 5. Eundem infundere,& imprimere animæ ſignum, quem Characterem vocant, qui non poſſit deleri: quo etiam in inferno Chriſtianus à Iudæo & Gentili diſcernatur, recenti hominum commento confirmant. 6. Baptiſmum aquæ abſolutè ad ſalutem neceſſarium eſſe,& omnino neminem abſque Baptiſmo ſeruari poſſe. 7. Exorciſtæ & Baptiſtæ officia confundunt:& Exorciſmis adhibitis, cacodæmonem ex eo eiicere ſatagunt, qui ſi dæmoniacus foret, baptizandus non eſſet. 8. Mulieribus in fictitio caſu Neceſſitatis, Baptiſmi λειτουργίαν concedunt: & ſi puer viuat, iterum Miniſtro offerunt, vt baptizetur. 9. Vim diuinam ipſi aquæ, vel ritibus Baptiſmi inſitam eſſe ſomniant. 10. Aquam Baptiſmi exorcizant, & magicè conſecrant pridie Paſchatis & Pentecoſtes, cùm Apoſtoli aqua obuia vſi ſint. Act. 8. 38. in Baptiſmate Eunuchi. 11. Trinam merſionem, vt neceſſariam requirunt. 12. Infantes qui extinguntur ante Baptiſmum, priuatos conſpectu Dei, & vita æterna, in peculiari limbo ſeu loco collocant, in quo nec bene, nec malè habeant: vbi habeant pœnam damni, ſed non ſenſus: nec cum reliquis Chriſtianis, in cœmiterio, ſeu Polyandrio benedicto, ſed extra, niſi ſint in vtero matris baptizati, ſepeliunt.

auictu Luc.24 35. Vbi Chriſtus agnoſcitur à duobus ſcipulis *in fractione panis*. Et Act. 27.35. Paulus in naui git *panem*, ac edit. Et pro eleemoſynæ diſtributione Iſa. 7. *Frange eſurienti panem tuum*: quia Iudæis qui non ita uiſis, vt nos, ſed latis & minùs craſsis panibus vteban- mos fuit cibi ſumptionem à panis non ſciſſione, ſed ctione inchoare.

3. μετωνυμία effecti, κοινωνία ſiue *communio corporis ſanguinis Christi* [a]: quia vt ait Damaſc. lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 14. *communicamus per ipſam Christo, & cōnicamus & vnimur ad inuicem per ipſam*.

[a] 1.Cor.10. 16.

4. *Menſa Domini* [b]. μετωνυμία ſubiecti pro cibo & tu, qui in menſa apponuntur. Ex quo apparet Apoſtolos in celebranda Cœna Domini non altari, ſed menſa os fuiſſe, Act. 6.2. Non eſt æquum nos derelicto ſermone Dei miniſtrare menſis, non altaribus.

[b] 1.Cor. 10. 21.

5. A veteribus σύναξις, propter conuentum qui fiebat ad celebrandā Cœnam Domini quia conſociationi fidelium nō diſtractioni ſeruire debet [c]: Eſt enim publica multorum συνερχομένων ἐπὶ τὸ αὐτὸ in vnum congregatorum Cœna, non vnius Sacrificuli ἴδιον δεῖπνον.

[c] 1.Cor.11. 20.21.

6. *Eucharistia*, παρὰ τὸ εὐχαριστεῖν, τὸ εὐλογεῖν, i. propter gratiarum actionem, ſine qua celebrari Cœna nequit.

7. Ἀγάπη, *Charitas*, propterea quòd requiritur mutua inter communicantes dilectio: quamuis hæc vox fraterna Eccleſiaſtici conuentus, qui & fraternitas dictus [d], conuiuia denotet [e]: Sic vocata, quòd ex collatis donis inſtruerentur, & quoddam teſtimonium fraternæ dilectionis dabant conferentes liberaliter in vſus pauperū: quò quidā referunt illud Act. 2.46 *Frangentes per domos panes*. Quibus conuiuiis ſoliti erant ſacram Domini Cœnam ſubiūgere, vt liquet ex Act. 6.2. 1. Cor. 11.21. & Tertulliani Apolegetico cap. 39.

[d] 1.Pet.2. 17. & 5.9.

[e] Iuda verſu 12.

8. Vocatur προσφορὰ *oblatio*, παρὰ τὸ προσφέρειν προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτον καὶ ποτήριον, & tum propter collectas aut donationes quæ fiebant in vſus pauperum: tum quia offerebatur Cœna non Deo, ſed communicantibus, vt docet Iuſtinus in 2. Apologia pro Chriſtianis, ſeu quia præſes fratrum ἀναπέμπει αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων, inquit ibidem Iuſtinus, quæ illi eſt gratiſſima oblatio: non autem dicit offerri Filium Patri à Sacerdote.

6. Quarundam *Gentium* Orientalium, & Meridionalium, quæ ſimul baptizant, & circuncidunt ſuos puerulos.

7. *Donatiſtarum*, qui vim ac pretium Baptiſmi metiuntur Miniſtri dignitate.

8. *Anabaptiſtarum*, qui ab idololatris in Papatu baptizatos, rebaptizandos vrgent. Tum *Catabaptiſtarum*, qui infantes baptizandos eſſe negant: & Baptiſmum, ſignum tantum profeſsionis Chriſtianæ eſſe volunt.

9. Error Marcionis, qui vni & eidem, poſt lapſum aliquem enormem, docuit ſecundò ac tertiò Baptiſmum dandum eſſe. Et Ἡμεροβαπτιστῶν, qui propter quotidianos lapſus, etiam quotidianum Baptiſmum introduxerunt.

10. Peccatum *eorum*, qui agnita Euangelij veritate, falſis Paſtoribus in Papatu baptizandos tradunt ſuos liberos.

LOCVS XLVIII.

De Cœna Domini.

1. *Quî appellatur alterum noui Teſtamenti Sacramentum?*

a 1. Cor. 11. 20. ΔΕῖπνον κυριακὸν, id eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti *Cœna a*: Reſpectu tum temporis quo primum inſtituta fuit: nimirum veſperi, ſeu nocte præcedente eum diem quo Chriſtus crucifixus eſt: tum rei ipſius propter quam inſtituta eſt, quia eſt conuiuium ſacrum, non ventris ſed mentis à Domino inſtitutum. Et *Dominica* dicitur, ab authore vel etiam à fine. Nam & à Domino inſtituta, & in eius memoriam celebratur: vel etiam à tẽpore, quòd
b Act. 20.7 diebus Dominicis celebrari conſueuiſſet *b*.

c Act. 2. 42. 46. & 20.7 2. Κλάσις τοῦ ἄρτου, id eſt *fractio panis* [c], ſed κατ' ἐξοχὴν & 1. Cor. 10. 16 συνεκδοχικῶς. Sumitur enim alibi in genere pro communi

conuictu

Eſt alterum Euangelicum Sacramentum in Eccleſia Chriſtiana adultis iam baptiſatis & ſeipſos probantibus à iam iam morituro Chriſto inſtitutũ,in quo externa panis fractione,& vini in poculum effuſione,repręſentatur & oculis fidelium quaſi ſubiicitur ,crucifixio corporis,& effuſio ſanguinis Chriſti pro nobis:& eorundem elementorum præbitione,acceptione,fruitione,remiſſio pecatorum noſtrorũparta morte Chriſti interna corporis & ſanguinis ipſius ſũptio& fruitio ſpiritualis,atq;adeò cũChriſto communio & plena nutritio inChriſto & viuificatio, & cum cæteris viuis ipſius membris conſociatio ſignificatur, confirmatur & credentibus obſignatur,& tantorum beneficiorum memoria & gratiarum actio celebratur,ad frequentem fidelium vſum commendatum vt in fide & chari tate creſcant.

Nam vt Baptiſmo renaſcimur,ita renati Cœna Domini alimur & nutrimur,& in Chriſto veluti alimur & educamur ad vitam æternam.Itaque cùm Baptiſmus ſemel tantum adminiſtretur, Cœna Domini ſæpius vſurpanda eſt,quia per modum cibi nobis in ea datur Chriſtus:cibus autem & potus, quoniam abit in alimentum,ſępius eſt à nobis in vita ſumendus.

Illius porrò definitionis archetypus eſt hiſtoria primę Cœnæ Dominicæ à Paulo expoſita *a*,& reliquis Euangeliſtis *b*.

a 1.Cor.11.23.
b Matt.26.26.
Marc.14.22.
Luc.22.19.

III. *Quæ eſt cauſa efficiens, princeps, Cœnæ Dominicæ?*

Dominus ipſe qui ſolus Noui Teſtamenti teſtator & fœderis gratiæ author,& Deus Redemptor eſt,*in quo vno placuit Patri vniuerſa recolligere* Eph.1.10.& qui eſt *via, veritas,& vita*,Ioh 14.6.*Summus Sacerdos*,Heb.3.1.& *Rex æternus Eccleſiæ*,Pſal.2.6.De quo ſolo Pater è cœlo clamauit, *hunc audite* Matth.17.5.à quo Cœna , Dominica dicitur, proinde fideliter à Miniſtris tradẽda, reuerenter tractanda,nec additione,diminutione, mutatione peruertenda eſt.Nam.1.Cor.11.23.*Accepi à Domino* inquit Paulus *quod & tradidi vobis*,nempe κατ' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, per reuelationem Ieſu Chriſti,ad Gal.1.12.quũ raptus fuit in Paradiſũ ſeu tertiũ cœlũ,etſi hoc nõ impedit quominus peculiaria plurima Chriſti dicta & facta tum ex Anania,

9. Sacrificium, hoſtia, & holocauſtũ: ſed paulo liberiore & latiore ſignificatione, idque propter preces & commemorationem hoſtiæ Chriſti ſemel peractæ pro nobis in cruce: ſed figurate, ſi quidem eſt monumentũ illius holocauſti & ſacrificij vnici, quo verè expiati ſumus: ſicut Chriſtus dixit corpus ſuum, corporis ſui Sacramentum. Alioquin Chriſtus iubens diſcipulos accipere, non autem offerre, non ſacrificium, ſed Sacramentum inſtituit.

Tractatu de Cœna Domini. 10. Dicitur à Cypriano *Sacramentum omnia conſummans*, quòd Ceremoniis legalibus, quarum præcipua fuit agni Paſcalis vſus, finẽ impoſuerit, & perfectionis noſtræ in Chriſto contineat myſterium.

Miſſæ autem vocabulum pro ipſa Cœna Domini Scripturæ & Eccleſiæ Apoſtolicæ ignotum fuit. Quod nonnulli ab Hebraica voce Miſſath deducunt, quæ tributũ ſeu oblationem ſignificat[a]. At non eſt veriſimile: quia voces Hebraicæ nonniſi per Eccleſiã Græcam, ad Latinã peruenerunt. At nuſquam hanc vocẽ à Græcis Patribus vſurpatam legimus. Sed appellauit Græca Eccleſia Cœnam Domini λειτουργίαν, id eſt ſacram functionẽ, eò quod dicitur in Actis cap. 13. 2, λειτουργούντων αὐτῶν, *miniſtrantibus ipſis.* Alii & veriſimilius à Miſſione deducunt, vt veteres Patres remiſſam peccatorum, pro remiſſione dixerunt, vt Tertull. Sic loco miſſionis miſſam dixerunt: vnde illud: *Ite, miſſa eſt.* ſicut olim veteres Romani peractis ſacrificiis hæc verba pronuntiari iubebant: *I licet Miſſa eſt*, vt olim apud Græcos Sacerdos functus miniſterio ſi cre nuntiabat, λαοῖς ἄφεσις, quaſi populum miſſum faceret, Apul lib. 11. metamorph. Alij verò Miſſam dici volunt, quaſi tranſmiſſam, obligationem ſcilicet per Sacerdotem ad Deum Quum verò, Miſſa, quam Pontificii fingunt eſſe oblationem peculiariter ad Sacerdotes pertinentem, pro remiſſione peccatorum, tum viuorum, tum mortuorum, toto genere differt à Cœna Domini, ſicut à Chriſto eſt inſtituta, & horrendis idolomaniis referta ſit, Miſſæ nomine deformari ſacram Cœnã indignum eſt, ſicut nec eam *Sacramentum altaris* vocari conuenit.

[a] Deut. 16. 10.

lib. 4. contra Marcionem.

11. *Quid eſt Cœna Domini?*

Eſt

tinent ad myſterium aliquod, neque ſunt partes ſubſtantiales Sacramenti, neque expreſſum Dei mandatum habent, quia non dixit Chriſtus, *Hoc facite* cœnati, aut ſedentes, aut ſtantes, aut tot numero: Chriſtus enim prius comedit Paſcha, quia voluit poſt vetera, noua inſtituere.

Mane autem commodius diſtribuitur Euchariſtia. 1. Quia facilius eſt ea hora ſacrum cœtum habere, quippe interdiu multa negotia incidunt quibus homines à ſacris abducũtur. 2. Quia ſumus eo tempore magis ſobrij, & mẽtem rebus eximiis percipiendis magis idoneam & attentiorem habemus.

Veteres tamen ieiunij tempore (quia totum diem precibus, concionibus, & hymnis ſacris impendebant) ſub noctem agitabant Cœnam Domini. Et Auguſtini tempore in multis Africæ Eccleſiis, vt ipſe refert, die Iouis ante Paſcha. vt magis Chriſti actio referretur, noctu atque poſt cœnam Euchariſtia fidelibus dabatur. Sed hæc conſuetudo per ſextam Synodum, quæ eſt Conſtantinopoli in Trullo, ſublata eſt.

VI. *An cùm Chriſtus celebraturus Cœnam ad lauandos Diſcipulorum pedes ſe demiſerit, iiſque dixerit, Ego vobis exemplum dedi, vt ſicut ego feci, ita & vos faciatis: huic præcepto de lotione pedum communicaturi adſtringimur?*

Nequaquam: quia Chriſtus non ideo lauit pedes Diſcipulorum, vt factum illud in ſpecie omnino imitarentur, ſed vt ſomniũ illud de regno politico Meſſiæ, de quo contendebant, eis excuteret, & in ſeipſo perfectum humilitatis exemplum oſtenderet: ſicut alibi iuſſit, vt puluerem calceamentis excuterent, vt nec baculum, nec perã ſecum in via geſtarent, vt nemini venienti obuiam ſalutẽ dicerent, vt ieiunantes caput vngerent: non vt iſta ad reſtrictam verborum obſeruationem reuocarent, ſed vt hoc modo ad ſublimiorem cogitationem atque intelligentiam reducerentur. Nec legimus Apoſtolos lotionẽ illam pedum obſeruaſſe: ſed iſtas lauandorum pedũ partum ex aliis Christi diſcipulis αὐτόπταις, & ex Luca ipſo cognouerit.

IV. *Quo tempore instituta?*

Anno mundi 3995. ætatis Christi 33. Martij 24. quę erat dies Iouis, veſperi nimirum ea nocte qua proditus eſt Iudæis à Iuda *a*, inſtituta fuit Cœna Domini. i. propter occaſionē figurę præcedentis, i. eſus agni paſchalis, ſeu legalis Cœnæ ſolennis & ſacramentalis, cuius loco Cœnam Euangelicam ſubſtituit Christus, Luc 22. 14. 19. vbi illa peracta, huius noua inſtitutio expreſſis verbis ſubiicitur: & ſic docet Apoſtolus 1 Cor. 5. 7. *Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Christus.* Ex quo ſequitur, vt Cœna Domini noſtrum ſit Peſach. Nam eadem vtriuſque res ſignificata, Christus nimirum, vera & immaculata hoſtia pro peccatis mundi, illic promiſſus, hic exhibitus. Recordatio ſimilis beneficii, illic liberationis ex ſeruitute Ægypti, & inductionis in terram promiſſam: hic liberationis ex dira ſeruitute Satanæ & introductionis in vitam æternam.

a 1. Cor. 11. 23

2. Propter imminentem paſſionem & mortem, cuius beneficii in ea nobis præſtiti memoriam hac Cœna proponere voluit.

3. Vt conſummationem & abrogationem omnium Sacramentorum & Sacrificiorum veteris Teſtamenti, adeóque ipſius agni Paſchalis quem ante cum diſcipulis manducauerat, demonſtraret [b].

4. Vt ſignificaret veniſſe ſe in plenitudine temporis. [c]

b Dan. 9. 24. 27. Matt. 11. 13 Gal. 3. 24.

c Gal. 4. 4.

5. Vt Cœnam ſuam tantò magis commendaret, quam iam moriturus ſuis tam ſeriò commendauit, quia quæ vltimo dicuntur, maximè ab amicis recedentibus, magis memoriæ commendantur.

V. *Anne cùm Christus cœnatus cœnatis diſcipulis veſperi Cœnam diſtribuerit, nobis manè & ieiunis eam agitare licet?*

Licet, quia Circunſtantiæ temporis, ſicut & accubitus, veſtitus & numeri certi communicantium, non pertinent

Tribus. 1. facto Chriſti, quo materiam externam huius Sacramenti inſtituit. 2. Verbis eiuſdem tum præceptiuis, tum ὁριστικοῖς, determinatiuis, facto adiunctis, quibus materiam & formam internam, adeóque finem declarat. 3. Legitima tum adminiſtratione, tum receptione ipſius Cœnæ Dominicæ.

X. *Quid fecit Chriſtus inſtituendo Cœnam?*

1. Diſcubuit ad menſam cum Diſcipulis, non autem ad altare ſtetit, quia ſacrum conuiuium, non Sacrificium inſtituebat[a]. Ex quo rurſum non Sacramentum altaris, ſed Cœna Dominica, vel Menſa Domini nominari debet, ſicut à Paulo nominatur.

[a] Matt. 2 20. Marc. 14. 18. Luc. 22. 14.

Deinde materiam accepit & inſtituit, nempe externa ſymbola duo tantùm, non plura, nec pauciora, panẽ videlicet, & poculum ſeu vinum in poculo. Actiones itẽ ſacras & ceremoniales adhibuit. Nam circa vtrumque ſymbolum. 1. Gratias egit Patri. 2. Acceptum panem fregit. 3. Dedit diſcipulis: ſic & poculum, ſic vinum diſtribuit.

XI. *Annon Sancta Cœna duplex eſt Sacramentum, cum ſit eius ſignum duplex?*

Non: quia quodlibet ſignum per ſe ſeorſim non eſt Sacramentum, ſed vtrumque iunctum: quoniam etiã inter nos vnicum eſt conuiuium, non multiplex, vbi tamẽ plures cibi & potus apponuntur. Duo enim ſigna illa, vnam Chriſti actionem nimirum totam alimoniam noſtrã ſpiritualem declarant. Vnum enim dicitur non ſolũ quod ſimplex & indiuiſibile, vel continuum eſt, ſed quod perfectum eſt, & vnum perfectione eſt, ad cuius integritatẽ concurrunt omnia quæ requiruntur ad finem eiuſdem, vt vnus homo ſuis partibus eſſentialibus conſtans.

Ergo hoc Sacramentũ multa quidem eſt materialiter, ſed vnum formaliter, & perfectiuè, in quãtũ iis vna perficitur refectio, inquit Thomas parte 3. qu. 73. artic. 2.

XII. *At cur gemino ſymbolo vti nos voluit Chriſtus?*

Vt diſtinctis ſymbolis, cruentam & ſanguinolentam tes in regionibus illis calentibus, in quibus non tam bene vt nos calceati, incedunt, ad mulieres potiùs quàm ad viros pertinuiſſe, 1. Tim. 5. 9.

VII. *Qui συνεργοὶ, ſeu adminiſtri, ſeu cauſa famulantes Cœnæ Domini?*

Soli verbi Miniſtri legitimè vocati, quibus claues Ec-
cleſiæ datæ ſunt, dum ſuo munere in Verbi & Sanctæ
a 1.Cor.3.9 Cœnæ λειτουργίᾳ & diſpenſatione rite funguntur:[a] *nemo*
& 4.1. *enim ſibi honorem vſurpat, ſed qui vocatus eſt vt Aaron*, Heb.
Mat.28.19. 5.4. ſed Filius Dei qui Eccleſiæ ſuæ non quidem corpo-
b Ioh.16.7. rali,[b] ſed tamen ſpirituali, ac nobis ſalutari præſentia
c Mat.28. præſto adeſt,[c] eandem, vt ſympoſiarcha adhibitis ſuis
20. Miniſtris ita celebrat, vt tam vere panem potúmque vitæ, hoc eſt ſeipſum ſolus nobis exhibeat fide fruendum, quàm euidenter manu ſeruorum ſuorum illorum ſymbola, hoc eſt, panem quidem ore manducandum, vinum autem bibendum nobis exhibet, Ioh. 6. 51. Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita.

VIII. *Quibus eſt inſtituta Cœna Domini?*

Non omnibus promiſcue: Nam Matth. 7. 6. vetat Sanctum profanis, & canibus & alienis à Chriſto exponi ſed
iis qui ex aqua, & ſpiritu regeniti ſūt, i. diſcipulis Chriſti,[d]
d Matt.26. quia his tantū viuificæ carnis & ſui ſanguinis alimonia
26. promiſit, ſicut & ſubminiſtrat: & ad eos pertinet Sacra-
Luc.22. 14. mentum, ad quos pertinet promiſſio: vnde olim *Energu-*
1.Co.11. 23. *meni & Catechumeni*, qui nondum erant baptizati, & *Abſtenti & Pænitentes* concione habita egredi iubebantur, Diacono clamante, Exeunto Catechumeni & excommunicati: inde Catechumenorum miſſa. i. dimiſſio dicta eſt: & Græci dicebant Ἅγια τοῖς ἁγίοις. Sicut Apuleius lib. 2. refert Sacerdotem conſueuiſſe, cùm eſſet ſacrificia auſpicaturus, ita dicere, τίς τῇδε, cui reſpondebatur καλοὶ κἀγαθοὶ, ac ſi diceretur honeſti ac boni, cùm polluti & indigni abierint.

IX. *Quot partibus conſtat Inſtitutio Cœnæ Domini?*

Tribus

alia verò cedebant offerentibus: ſed nobis omnibus idem Chriſti corpus proponitur atque idem poculum.

5. Quia Conciliis nihil aduerſus verbum Dei ſtatuere licet.

6. Quia etſi non teneamur ſemper facere quod præceptum eſt (vt quum Baptiſmi, ſeu Cœnæ Domini copia non datur) quando tamen facimus, à diſpoſitione Dei non eſt diſcedendum.

7. Quia cùm ita liberi ſimus à multitudine Ceremoniarum, vt paucas, faciles atque perſpicuas habeamus, intolerabile eſt, ſi nec eas abſque vitio præſtare velimus.

8. Quia Agnus Paſchalis, Manna & Sacrificia non fuerunt figuræ Cœnę, ſed Chriſti. Et 1. Cor. 10. 3. 4. dicuntur Iſraelitæ eundem manducaſſe cibum ſpiritualem & bibiſſe potum ſpiritualem.

9. Quia aſſeruatio panis Cœnæ Domini ſuperſtitioſa fuit, & faciliùs fieri potuit quàm vini.

10. Quia ipſi aduerſarij concedunt olim panem in manus dari, calicem autem manu Diaconi admoueri ſolitum ori communicantium, qui ex eo bibere volebant in Eccleſia: & in feſto corporis Chriſti, quod vocant, ita canunt: *Dedit fragilibus corporis ferculum: Dedit & triſtibus ſalutis poculum, dicens, accipite quod trado vaſculum: Omnes ex eo bibite.*

11. Quia dulciſſima promiſſione, quæ communioni calicis voce Filij Dei annexa eſt, non ſunt priuandæ pię conſcientiæ.

12. Quia non eſt ſublata cauſa, propter quam Chriſtus vſum calicis inſtituit.

13. Quia Paulus ad vniuerſam Eccleſiam Corinthiorum, imò ad omnes qui inuocant nomen Ieſu Chriſti in omni loco 1. Cor. 1. 2. non tantùm ad Miniſtros Eccleſiæ ſcribens mandat dari vtramque ſpeciem *Accipite, Edite, bibite*: nec minùs ſunt præceptiua verba ἐσθιέτω ϗ πινέτω, quàm eſt δοκιμαζέτω, & quidem vſque ad aduentum Domini, cap. 11. 28.

14. Quia falluntur, qui abitrantur cõmunionem laicã olim ſignificaſſe participationem tantùm alterius partis, clericalẽ verò vtriuſque: Nam & ibi vtraque ſpecies dabatur: ſed laica dicebatur communio, quia Clerici Miniſtri, à ſua functione propter aliquẽ lapſum deiecti nõ

mortem ſuam,& ſigillatim quidem corporis ſui traditionẽ,& ſanguinis ſui è ſuo corpore effuſionem,pro peccatis noſtris quaſi ante oculos ſtatueret, & menti noſtræ imprimeret. Nam vt Bellarminus fatetur,de Sacramento Euchariſtiæ lib.4.cap.22. Sola ſpecies panis non repræſentat exactè Chriſtum , vt mortuum, niſi ab altera parte conſpiciatur ſanguis,vt effuſus : & ſola ſpecies vini non repræſentat ſufficienter Chriſtum , vt immolatum: non enim ſolus ſanguis eſt victima.

2. Quemadmodum(vt Auguſt.ait Tractatu in Iohãnem 26.)in hac vita integra refectio ſeu nutritio corporũ cibo,qui eſt alimentum ſiccum,&potu,qui eſt alimentum humidum conſtat, ita in Euchariſtia ſciamus nobis proponi Chriſtum diſtinctè, vt eſcam & potum, neque deeſſe nobis quicquam putemus,quod ad integram alimoniam ſeu nutritionem noſtram ſpiritualẽ pertineat: Sicque corpus & ſanguinem Chriſti & beneficia traditione ipſius corporis, & effuſione ipſius ſanguinis parta, fide nobis applicemus:atque ita ipſum Chriſtum totum quaſi fide edamus & bibamus.Ioh.6.55. *Caro mea verè eſt cibus & ſanguis meus verè eſt potus.*

Proinde vix ſemiplenam ſatisfactionẽ pro peccatis noſtris,ſed mancã ſeu dimidiatam nutritionis materiã nobis in Chriſto relinquunt, & integritatem ſeu perfectionem huius Sacramenti tollunt, quicunque poculũ à pane Euchariſtico diuellunt,contra præceptum Matth.19.6.Quod Deus coniunxit,homo ne ſeparet.

XIII. *An-ne igitur peccant qui poculum à pane Euchariſtico remouent?*

Imò vehementer:quia ab inſtituto Chriſti recedunt & aliter euangelizant atque ipſe & Apoſtoli eius fecerint[a].

a Gal.1.9.

1.Cor.11.25. 2. Quia nefas eſt Teſtamento Chriſti aliquid addere aut detrahere Gal.3.15.

3. Quia plus fructus ex vtroque ſigno quàm ex vno ad fideles redit: & duo ſigna pleniùs ſignificant & animum mouent: alioquin Chriſtus inutiliter alterum ſignum adhibuiſſet.

Hom. 8. in 1.Cor.11. 4. Quia,inquit Chryſoſtomus, *Non eſt apud nos vt in Lege veteri, vbi aliæ partes ex victimis dabantur Sacerdotibus*

alia

difficulter comparant vinum, aliquę etiam importatum, propter ſummum frigus, ægrè cuſtodire poſſunt, Lex facienda eſt quæ toti Chriſtiano orbi vna ſpecie communicandi neceſſitatem præſcribat. Sed tolerabilius cócluditur, aut abſtinendum eſſe abſtemiis à Cœna Domini, quâ natura ipſos priuauit: aut potum analogum, quo homines familiariter vtuntur, adhibendum in illis locis vbi vinum haberi prorſus non poteſt.

6. Quia propter barbatos, qui fuerunt etiam in veteri Eccleſia, fœminis non fuit nec eſt negandum poculũ.

7. Quia Chriſtiani non debent eſſe tam delicati, &, ſi ſit enormis, & abominabilis quorundam communicãtium fœditas, aut contagij periculoſi metus, vel ſeorſim hi, vel extremo ordine communicare poſſunt.

8. Quia in Paralyticis quoque & tremore capitis laborantibus, adhiberi ea circunſpectio poteſt, vt mutatione Chriſti inſtitutionis non ſit opus.

9. Nec eſt irritum faciendum mandatum Dei, vt ſeruetur traditio hominum Mat. 15. 6.

10. Quia in hoc non eſt ſita dignitas miniſtri, vt duplicem portionem: plebs verò vnam tantum ſpeciem accipiat, ſed in iis proprietatibus quas deſcribit Paulus 1. Tim. 3. 2. & 5. 17. vbi ait, Preſbyteros duplici honore dignos, quando bene præſunt & in verbo Dei laborant. Et clara eſt Chryſoſtomi ſententia. *Eſt vbi nihil differt Sacerdos à ſubdito, vt quando fruendum eſt myſteriis: ſimiliter enim omnes, vt illa participemus digni habemur.* Et Ignatius Epiſtola ad Philadelphienſes, *Vnus panis omnibus confractus*, ϗ ἓν ποτήριον τοῖς ὅλοις διενεμηθὲν, *i. vnum poculum omnibus diſtributũ.* Et Gelaſius, *Diuiſio vnius eiuſdem myſterij ſine grandi ſacrilegio prouenire non poteſt.*

Hom. 18. in 2. ad Corinth. apud Gratianũ Can. Comperimus. de Conſecratione, diſt. 2.

11 Quia quicquid prætextus adferatur, Chriſtus nõ modò inſtituit Cœnã duplici ſigno, ſed diſcipulos iuſſit accipere ſub duplici ſigno, *Accipite, Edite, Bibite, & hoc facite.* Et doctrina de Cœna Domini quæ 1. Cor. 11. 23. & ſeq. traditur, communis eſt omnibus fidelibus.

Denique, quia Sacramentum integrum eſſe & integrè ſumi debet.

XV. *Quare Chriſtus panem, non panes accepit?*

ampliùs in Clero vel inter Miniſtros communicabant, ſed turbæ laicorum admixti.

15. Quia recens eſt Euchariſtiæ Sacramẽti mutilatio.

16. Quia cùm ſit mẽtio fractionis panis, per ſynecdochen tota Cœna intelligitur: Alioqui ipſi Apoſtoli, quorũ erat panẽ frangere vnum tantùm ſignum vſurpaſſet.

lib. de communione ſub vna ſpecie.

XIV. *An-ne propter incommoda quæ Gerſon enumerat, vt* 1. *liquor caſu aliquo profundi poteſt,* 2. *circungeſtari ſine periculo nequit,* 3. *hyeme citò aceſſit,* 4. *æſtate putreſcit & verminat,* 5. *faſtidium bibentibus affert,* 6. *in quibuſdam regionibus difficilè comparatur,* 7. *laici hoc modo poculum tangunt,* 8. *aliqui eorum barbas habent,* 9. *aliqui ſunt Paralytici,* 10. *dignitas ſacerdotis & laicorum par non eſt: ſunt cauſæ ſatis graues & iuſtæ propter quas bono iure altera Sacramenti pars Laicis adimi potuit?*

Minimè: quia 1. Chriſtus, Apoſtoli, & vetus Eccleſia hæc & ſimilia à ſe præuiſa tanti non fecerunt, vt propterea ſacram Cœnam altera ſui parte mutilandam cenſuerint.

2. Quia poteſt pani accidere vt in terram cadat, & diu aſſeruatus mucidus fiat, neque tamen excluditur. Cauẽda quidẽ in tractandis myſteriis negligẽntia: ſed ſi in terram fortè cadit per imprudentiam, vel mica panis, vel vini gutta, non ampliùs Sacramenti rationem habet.

3. Quia aſſeruatio in futurum tempus pro vſu ægrotantium & deportatio de loco in locum, ex humana ſuperſtitione nata eſt.

4. Quia ſuperſtitio eſt, laicis (quos Paulus 1. Cor. 6. 11. ait mundatos eſſe & ſanctificatos & iuſtificatos per nomen Domini Ieſu, & per Spiritum Dei noſtri) non permittere vt poculum ſiue manu, ſiue ore attingant.

5. Quia vitioſa eſt illa à particularibus collectio. Neque enim ſi aliqui à vino abhorrent & aliquæ Gentes

difficulter

Sacramenti ; non autem numero, & in vnu[m] finem accepto, quia in vnum finem accipitur 1.Cor.10 17.

XVIII. *Cur panem potius quàm carnem, aut alium cibum ad ſuam Cœnam inſtituendam Chriſtus ſumpſit?*

Quia non coloris & externæ formæ, propter quam caro carni magis ſimilis eſt: ſed virtutis alendi ratione habuit, quæ in pane maior ineſt quàm in carne vllius animalis.

XIX. *Quale vinum adhibuit Chriſtus, & adhibendam ſuo exemplo docuit?*

Non dilutum, quod veteres Græci κρᾶμα dixere, i. mixtum ex aqua & vino, quo vſi ſunt tanquam re libera & adiaphora, nec ad Sacramentũ neceſſaria, occaſione ſumpta ex eo quòd ex petra ſitientibus Iſraelitis aqua exundauit, quæ petra Chriſtus fuit [a] ; & quòd aqua & ſanguis fluxerint ex latere Domini [b]: vel quòd olim Cœnam Domini peragentes largiùs biberent, adeò vt nõnulli in Agapis inebriarentur [c], ideóque vt vinum per ſe forte, minùs noceret aqua adhiberetur vel ad denotandam vnionem Chriſti cum Eccleſia: quaſi aquæ populos figurent, vt vult Cyprianus: vel ad ſignificandam duarũ naturarũ vnionem in Chriſto, vt vult Nicephorus.

Theodoret. Dialogo. 1.
a *Num.* 20. 10. 1.*Cor*. 10. 4
b *Ioh*. 19. 34.
Ambroſius. De Sacramentis. 5 *cap* 1.
c 1. *Cor*. 11. 21.
lib. 18. *cap*. 53.

Sed hæc non ſunt argumenta neceſſaria, & illa effuſio aquæ & ſanguinis ſignificabat duo Sacramenta, Baptiſmum, & Euchariſtiam, vt vult Auguſtinus. Deinde non tanta copia aut tam forte vinũ bibimus in Cœna : & alio modo ſignificatur communio noſtri cum Chriſto : ſed Chriſtum merum adhibuiſſe meliùs concluditur. Scriptura enim non meminit vllius aquæ vino immixtę: ſicut nec coloris rubri vel albi, ſed geniminis vitis, Matt. 26. 29. *Amen dico vobis ab hoc tempore non bibam de hoc genimine*, i. fructu *vitis, donec illud bibam nouum in Regno Dei.*

Tractatu. 120. *in Ioh.*

Quæ verba, Matth. & Marcus ad myſtici poculi narrationem applicant, ſed apud Lucam tranſpoſita videntur Luc. 22.28. (vt docet Aug. lib.3. de cõſenſu Euãgeliſtarũ c.1.) & apud Syrum eius interpretem non extant. Et Chryſoſtomus, Ho. 83 in Matth. 26. cap. *ex germine*, ait, *vitis, quæ certè vinũ non aquã producit.* Imò ſi allegoriis liberet ludere

Ad ſignificandum vnius & eiuſdem corporis myſterium, Vnde ex vno pane participant communicantes[a].

a1.Cor.10. 17.

XVI. *Quali pane vſus eſt Chriſtus, Azymo an fermentato?*

Cibario, vero, & vulgari, ſed azymo, quia propter circunſtantiam primi diei Azymorum, quo poſt eſum Agni Paſchalis, Cœnam celebrauit Chriſtus[b], tum eius vſus communis erat feſtis illis diebus Paſchatis, in quibus nõ licebat vti pane fermentato[c]. Et Apoſtolus de ſancta Cœna loquens, ſimpliciter panem, haud dubiè vulgarẽ, & apud Corinthios vſitatum intelligens nominat (quali pane vtuntur Græcorum Eccleſiæ) quo Corinthij veſcebantur.

bMat. 26. 17.
cExod.12. 15.

XVII. *Quare panem, Sacramentum corporis ſui inſtituit?*

Propter Analogiam ſiue ſimilitudinem proprietatũ & effectuũ ſigni & ſignati: Nam vt ex grano tritici, fit panis corporalis: ſic ex corpore Chriſti fit panis ſpiritualis.

2. Vt panis in clibano ignis feruore excoquitur: ſic corpus Chriſti crucis igne excoctum , & ad cibum vitæ paratum eſt.

3. Vt pane vita corporalis ſuſtentatur: ſic per Ieſum Chriſtum vitæ panem, anima ad vitam ſpiritualem & æternam nutritur.

4. Vt pane cor hominis fulcitur & firmatur[d]: ita virtus ac meritum corporis Chriſti animam ad vitam æternam confortat.

dPſal.104 15.

5. Vt panis eſuriem corporis pellit : ita corporis Chriſti meritum, animæ eſuriem ſedat.

6. Vt panis eſurientibus prodeſt, non ſaturis & repletis : ita & corporis Chriſti virtus ſeu meritum nonniſi his prodeſt, qui eſuriunt iuſtitiam: inflatis verò ac ſuâ iuſtitia turgidis & quaſi ſaturis, nihil planè.

7. Vt panis inter multos diſtributus concordię ſignũ eſt: ita & corpus Chriſti pro multis immolatum, beneuolentiæ Chriſti ac mutuę inter nos charitatis pignus eſt.

8. Vt vnus panis eſt ex pluribus granis conflatus: ſic vnum corpus ſumus Chriſti myſticum nos multi, qui de pane vno participamus: vno, inquam, communi notione

Sacraruantur: hoc enim conuenit cum mente Chriſti. Hinc Sacerdotibus Nouergianis, vt ſcribit Volaterranus, conceſſum fuit, neceſsitate id poſtulante, vt myſticum calicem ſine vino, conſecrarent ex mulſo: quandoquidem vinum in illam regionem importatum ab immenſa frigoris vi citò corrumpitur.

XXII. *Quid nūc opus eſt duobus illis ſignis, pane ſcilicet & vino, cū tota Chriſti humanitas ſuis partibus, corpore & ſanguine conſtans, viuat in cælis glorioſa: & propter concomitantiam, i. naturalem connexionem corporis viui & ſanguinis: tota ſingulis ſpeciebus ſignificari & præberi poſsit: & vbi corpus viuum adeſt ibi & ſanguinem & animam adeſſe oporteat: & propter vnionem hypoſtaticam, adſit ibi etiam Diuinitas: & de æquiualentibus non ſit controuerſia mouenda, ſed vnum pro duobus ſufficiat: Vnde Rythmus Thomæ, Caro, cibus, ſanguis, potus, manet tamen Chriſtus totus, ſub vtraque ſpecie?*

1. Quia eadem ratio concomitantiæ Sacerdotibus conuenit, quos tamen Miſſam celebrantes ſemper iſti integro Sacramento vti volunt.

2. Quia Chriſtus Ieſus, qui eſt Sapientia Patris æterna, nihil ſuperfluum Eccleſiæ commendans, duo illa ſigna inſtituit, & vſum calicis conſultò omnibus commendauit, dicens bibite ex eo omnes, ad ſignificandum vnius eiuſdémque ſanguinis pro multis fuſi potationem, omnibus fidelibus abſque Gentis, ſexus, conditionis diſcrimine communem. Propter humanas autem cogitationes non eſt violandum mandatum Dei, qui panem corpus, non ſanguinem, & vinum ſanguinem, non corpus, diſtinctè & expreſſè vocauit. Nec Eccleſia materiam aut formam mutare poteſt.

3. Quia nec propter connexionem partium in re ſi-

exponi illud poſſet de adulteratione Cœnæ Domini, Iſa.1.22. *Caupones tui vino aquam miſcent.*

XX. *Quare vino Sacramentum ſanguinis inſtituit?*

Itidem propter ſimilitudinem proprietatũ & effectuũ vini & ſanguinis Chriſti. Nam vt vinum eſt ſuauiſsimus liquor è vite profluens: ita Chriſti ſanguis ſuauiſsimus eſt animæ potus è Chriſti, qui vitis eſt [a], latere pro nobis effuſus.

a *Ioh.*15.1.7

2. Vt vinum ſitim corporis ſedat: ita Chriſti ſanguinis meritum ſitim animæ tollit.

b *Pſal.* 104 15.

3. Vt vinum exhilarat cor hominis[b], ita & promiſsiones de Chriſto animam lætificant.

4. Vt vinum calefacit corpus, & ad res agẽdas alacriores & expeditiores facit: ſic Chriſti ſanguis fide receptus, animam ad omnes bonos motus accẽdit, & nos agiliores ad omnia bona opera Spiritus virtute excitat & efficit.

5. Vt vinum frigus arcet: ſic ſanguis Chriſti charitatis frigus depellit.

6. Vt vinum ſecuriores reddit & audaciores: ſic ſanguis Chriſti per fidem receptus, ſecuros ac tranquillos coram Deo efficit, & in confeſsione conſtantiores, vt nihil omnino ſit, quod timere debeamus.

7. Vt vinum diſertos: ſic ſanguis Chriſti fide receptus diſertos nos in confeſsione & beneficiorum Chriſti commemoratione efficit.

c *Pſal.*104. 15.

8. Vt vinum pallorem faciei pellit, nitere facit faciẽ hominis præ oleo [c]: ita ſanguis Chriſti pallidum ex mortis metu animæ colorem, in roſeum vertit: hoc eſt conſcientias pacat, venuſtos nos coram Deo facit, vt pulchra & rubicunda facie, hoc eſt iuſti & accepti coram illo apparere poſſimus.

XXI. *Quid ſi panis, qualem nos habemus, & vinum deſit in aliqua regione, quibus ſignis Cœna adminiſtranda eſt?*

Iis terrenis alimẽtis & cibis corporalibus, quibus omnes homines pro pane & vino cibo & potu in illa regione vtuntur

Dominicę, quibus Miniſtris omnibus ſuo exẽplo pręiuit.

XXV. *Quinam ſunt illi Ritus?*

Gratias egit, vtique Patri: ad quem cunctam redem-tionis noſtræ gratiam, tanquam principẽ illius cauſam tulit & in vſu tam cœnæ quàm cibi quotidiani & rerũ iarum ſuo exemplo, idem facere docuit [a], ſimul etiam εὐλογίᾳ καὶ εὐχαριστίᾳ (verba enim εὐλογήσας καὶ εὐχαριστήσας promiſcuè vſurpata ſunt in Matth. 26. 26. 27. De cœna Domini, & Marc. 14. 22. 23.) non crucis ſigno, vt inſcitè putant Pontificij, quaſi exorciſmo vſus ſit, ſed benedictio i. precibus ad Deum, panem ſicut & vinum ad ſacrum vſum præparauit, deſtinauit atque ſanctificauit.

Nam etſi verbum *benedicere* vſurpatur, 1. De Deo, vel generali actione benedicente creaturis vt Gen. 1. 28. vel ſpeciali actione benedicẽte Eccleſiæ; vt Num. 6. 24. pro benefacere, quia Deus dicendo efficit & dat bona ſiue corporalia ſiue ſpiritualia. Deinde de hominibus vel erga Deum, vt, *benedicite Domino*, Luc. 1. 68. pro gratias agere & celebrare Deum: vel erga alios homines, pro bene precari, Matth. 5. 44. & gratulari [b]: Tamen ſæpe idem ſignificat quod *conſecrare*. i. ſeparare à profano vſu, ἁγιάζειν καὶ καθιεροῦν deſtinare ad vſum ſacrum iuxta ordinationem diuinam, vt Gen. 2. 3. *Benedixit Sabbato & conſecrauit eum*: vnde Oecumenius poculum εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, idem valere ait ac ὃ εὐλογοῦντες κατασκευάζομεν, i. quod cum precibus & gratiarum actione adornamus.

Hinc *conſecratio*, ſeu ſanctificatio & benedictio, qua non merè hiſtorica lectione textus, Epiſtolæ ad corinth. vel Euangelij, ſed precibus, gratiarum actione, clara & fideli verborum inſtitutionis & promiſſionis chriſti ſemper efficacis repetitione, & viua ſignificatiua expoſitione, totáque adeò illa λειτουργία, ſeu ſacra actione, quam facere nos iuſſit Chriſtus; vt ipſe fecit, in qua Deus eſt efficax, quæ vulgaria & communia erant corporis alendi adminicula, fiunt corporis & ſanguinis chriſti nobis in cibum & potum viuificum deſtinati & propoſiti Sacramenta: & ſic à communi & phyſico cibo, ad cibũ ſacrum & ſpiritualem transferuntur, quippe deſtinata in hunc vſum & officium, vt ſint corpus & ſanguis chriſti, non natura ſua, ſed diuina inſtitutione, quæ recitari debet, & expli-

[a] Ioh. 6. 11. 2. Tim. 4. 5.

[b] Luc. 1. 42.

gnata, facienda eſt diuulſio ſeu diuiſio partium in externo ritu ſeu Ceremonia.

4. Quia non fit incluſio Chriſti in Symbola Sacramentalia: Adeſt enim Chriſtus in Cœna, non propter panem, ſed propter hominem.

5. Quia corpus illud & ſanguis ille Chriſti, non vt nunc tota Chriſti humanitas indiuulſa viuit glorioſa, nobis in hac actione Sacramentaliter repræſentantur: ſed quatenus in mortem ſunt in cruce pro nobis oblata ſanguine extra corpus effuſo: verba enim ſymbolis addita diſertè clamant corpus & ſanguinem Chriſti, vt res in crucis ſacrificio ſeparatas, nobis in Cœna offerri & exhiberi.

Vnde concludendum cùm concomitantia corporis & ſanguinis morti Chriſti conuenire non poſſit (nam eſſe in corpore, & effundi ex corpore, contraria ſunt) illam concomitantiam inſtitutioni Chriſti ex Diametro aduerſari. Nec ſoluitur propterea hypoſtatica vnio Dei & hominis: quæ ſoluta non eſt in morte, quantumuis anima & ſanguine à corpore ſeparatis. Rectè igitur Beda, *Pani ad corpus Chriſti myſticè, vinum ad ſanguinem refertur.* Et veteres non aliter de hoc myſterio loquuti ſunt, quàm ſi quotidie in cœnæ Dominicæ adminiſtratione nobis occidatur, moriatur, & immoletur, hoc eſt in calice, ait Chryſoſt. quod fluxit ex latere, & illius ſumus participes. In Lucam 22.6.

XXIII. *Sed quid: ſiquis verſetur hodie iis in locis vbi laicis altera pars Cœnæ eripitur, abſtinebit ne prorſus ab vſu communionis?*

Id verò lógè ſatius eſt, ſi ex priore doctrina Euágelij didicerit corruptelã illam pugnare cum verbo Dei: Graue enim peccatum eſt violationē inſtitutionis Chriſti cótra conſcientiam admittere. Proinde rectè Ambroſius: *Indignus eſt Domino, qui aliter myſterium celebrat, quàm ab eo traditũ eſt: non enim poteſt deuotus eſſe qui aliter præſumit, quàm ab eo authore datum eſt.*

XXIV. *Quid accepto pane fecit Chriſtus?*

Inſtituit ſigna ſecundi generis. i. actiones externas adminiſtrantium cœnam, ſeu ritus diſpenſationis cœnæ

Dominicæ,

tum,& tanquam adhuc ſanguinis grumos ſtillantem ſalutis noſtræ cauſa, fideles mentis oculis intuentur.

Non quòd reipſa fractum fuerit corpus eius: Nam os in eo frangi non debuit, ſicut agnus Paſchalis adumbrauit:[a] ſed quia tum conuulſum eſt, apertum illius latus, confoſſæ manus, ac pedes, tandem etiam corpus ab anima ſeparatum, fractum dicimus : quæ etiam cauſa eſt cur Apoſtolus, quod in pane illo fiebat, atque etiã nũc fieri debet, ipſi corpori Domini per Sacramentalem metonymiam & nominum permutationem tribuit: quum ait hoc Dominum de pane dixiſſe, *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis frangitur*, 1. Cor. 11. 24. Et ab eodem fractionis ritu ἐυχαριστία, fractio panis nuncupatur.[b]

a Ioh. 19. 33 36. Exo. 12. 46.

b Act. 2. 42. & 20. 7.

Et frangendi ritum tempore Pauli in Eccleſiis vſitatũ fuiſſe clare liquet ex ipſius verbis, cùm dicit, *Panis quem frangimus*, &c. 1. Cor. 10. 17. & hanc conſuetudinem diu obſeruauit Eccleſia. Hoſtiarum autem i. orbiculares illas tenues offulas præbendi morem Romana inſtituit Eccleſia.

XXVIII. *Quid de pane fracto & vino fuſo egit Dominus?*

Dedit diſcipulis, ſeu in manus diſcipulorum tradidit & diſtribuit, & eo ipſo docuit fideles in panis illius & vini illius diſtributione eundem Chriſtum mente fideli conſiderare oportere, perinde acſi illum ſeſe cum vita æterna, ſua ipſius manu vtendum fruendum ipſis tradentem cernerent, quod etiam Sp. ſui ſancti virtute interiore reipſa facit.

XXIX. *Quæ verba Chriſtus facto ſuo adiunxit?*

Triplicia: alia *præceptiua*, quibus iuſſit quid facere ſuos velit in Cœna celebranda, & quibus formam Cœnę externam expreſsit & interiorem denotauit. Alia ſunt ὀρεκτικά, Sacramẽtalia, ſiue promiſsionis verba, quæ declarationis gratia Chriſtus ſignis adiunxit, quibus materiam internã ſeu rem ſignificatam declarauit. Alia denique *exegetica*, quibus finem ſacræ huius actionis expoſuit.

XXX. *Quid facere ſuos iubet in Cœna?*

Primò, quid miniſtri ipſi ſiue diſpenſatores Cœnę facontra Fauſtum. l.20.c.13.

cari, vt habeat fides quod amplectatur, tum in verbo, tum in Elemētis. Auguſtinus, *Noſter panis & calix certa conſecratione myſticus fit nobis, non naſcitur.*

Falluntur ergo qui conſecrationem tantum ad illas voces referunt: *hoc eſt enim corpus meum*, & *hic eſt ſanguis meus:* & qui conſecrationem interpretantur, de occulta illorum verborum, quæ operatoria vocāt, virtute, qua mutetur ſubſtantia panis, vel fiat incluſio corporis & ſanguinis Chriſti. Dominus enim non alloquebatur panem, ſed Apoſtolos, quum ait de pane, *accipite & manducate, hoc eſt corpus meum*, &c.

l.7. Epiſtola 63. Apologia 2. lib.1. Epiſtola 1. l.4.c.57. l.4. de Sacram.c.4.

Et Gregorius, orationem Dominicam ſolam ad conſecrationem Apoſtolos adhibuiſſe dicit: Iuſtinus *Preceſeri Euchariſtiam*: Cyprianus *inorcatione ſummi numinis*: Irenæus *gratiarum actione*: (quod ipſum eſt quod Apoſtolus dicit 1.Cor.10.16. *Calix benedictionis cui benedicimus*:) Ambroſius *verbis & ſermone Domini Ieſu*: quæ autem illa verba ſint cap 5. explicat, recitans verba inſtitutionis: & Auguſtinus, *accedit verbum ad Elementum & fit Sacramentum.*

Canonem autem illum Miſſæ, (ſine quo negant Pontificij fieri poſſe vel conſecrationem vel paticipationem Cœnæ Dominicæ) à Chriſto & Apoſtolis traditum nulla Scriptura docet: ſed eſt Pontificium inſtitutum, Centonum inſtar à multis authoribus & variis temporibus conſutum, multiſque in Chriſtum blaſphemiis refertū.

XXVI. *Quid poſt benedictionem fecit Chriſtus?*

Acceptum panē fregit: fregit autem, non tantū gratia diuidendi, ſed repræſentandæ mortis ſuæ cauſa.

XXVII. *Eſtne panis fractio Ceremonia* media, i. indifferens?

Non eſt, ſed eſſentialis ac Sacramentalis ad finem ſeu ſcopum, atque adeò ad formam Sacræ Cœnæ omnino pertinens, ſicut & vini in poculum infuſio: quippe quibus Chriſtum, non modò ſe pro nobis impēdentem, ſed quaſi in cruce inerrabilibus animi & corporis cruciatibus laceratum, contuſum, confractum, & vſque ad animæ à corpore violentiſſimam ſeparationem diſcerptum, & velut in duas partes, ſecundum humanā naturam dilaniatum, Sacerdotes, ſed ad vniuerſam Corinthiorum Eccleſiam accõmodat. Itaque iubet vt conuiuę ſeu communicantes primum accipiant, deinde edãt panem fractum, & bibant vinum infuſum: qui ſunt ritus Sacramentales accedentibus ad menſam Domini præſcripti, nempe acceptio decora in manus ſignorum externorum, manducatio & bibitio.

XXXI. *Annon Chriſtus in vltima Cœna ſeipſum ſub ſpecie panis & vini, Deo Patri obtulit, & id ipſum fieri iuſſit vſque ad mundi conſummationem?*

Repræſentauit quidem tum actionibus, tum verbis Sacrificium quod poſtridie oblaturus erat in cruce, eiúſque commemorationem fieri iuſſit: ſed ſeipſũ realiter & proprie in forma panis & vini Deo Patri nec obtnlit, nec oblationem in remiſſionem peccatorum fieri præcepit.

1. Quia *vna oblatione ſemel facta & perfecta*, (non duabus incruẽta vna, altera cruenta: vna primaria, altera ſecũdaria, ſeu commemoratiua, ſeu applicatoria, non vnius repetitione) *conſummauit in ſempiternum ſanctificatos*, Heb. 5. 6. & 10. 12. 14. *Porrò vbi eſt remiſſio peccatorum, iam non eſt oblatio pro peccatis*, verſ 18.

2. Quia tum verbo tum vſu Sacramentorum legitimo externè, internè verò Spiritus ſancti ἐνεργείᾳ & fide nobis fructus vnicæ illius oblationis applicatur.

3. Quia repręſentatio aut applicatio rei non ſũt ipſa res. Quæ enim differunt numero, obiecto, modo, ratione agendi & adiunctis, vt Cœna Domini & Sacrificium Chriſti in cruce, idem profectò eſſe non poſſunt: nec imago rei & veritas ipſa idem ſunt, niſi apud eos qui laborant ἀφιεσίᾳ διανοίᾳ: ſed & ſatisfactionis applicatio infert ſatisfactionem priùs factam.

4. Nec Chriſtus vllum Sacrificium obtulit, aut per Sacerdotes offerri iuſſit in Cœna, per quod purgentur & remittantur peccata.

5. Nec quicquam habet vim expiandi peccata præter vnum crucis Sacrficium.

6. *Et ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum*, Heb. 9. 22. 28. Nec vſquam in Scriptura dicitur, Chriſtum

cere debeant, docet in eius administratione. Deinde præcipit quid tota Eccleſia in eius vſu ſiue ſumptione facere debeat. Nam Apoſtolos alloquitur in ſacra illa actione: tum vt Paſtores, ſeu myſteriorum ſuorum diſpenſatores futuros tum vt vniuerſum fidelium cœtum repræſentantes.

Et primùm quidem iubet Apoſtolos ſeu Miniſtros λειτουργοῦντας panem accipere & vinum: gratias agere Deo Patri, frangere panem, & diſtribuere. Nam cùm inquit Luc. 22. 19. & 1. Cor. 11. 24. 25. *Hoc facite in mei commemorationem:* particula, *Hoc*, non ad corpus aut calicem, ſed ad id quod fecerat Dominus circa panem & poculum referenda eſt: Is verò non obtulit ſeu ſacrificauit corpus & ſanguinem ſuum Deo Patri ſub ſpeciebus panis & vini, ſed *panem accepit, gratias egit, fregit, infudit calicem:* nec obtulit Deo, ſed *dedit diſcipulis*, cum mandato gemino, *Edite, bibite ex hoc omnes:* Ergo idem Miniſtris mandatum eſt, non aliud niſi velint παραπρεσβείας à Chriſto accuſari.

Nec ſpectanda eſt ſignificatio verbi Latini, *facere*, in mandato Chriſti τοῦτο ποιεῖτε, *Ho facite*, quod interdum apud Latinos cum ablatiuo caſu iunctum ſignificat ſacrificare: dicunt enim facere hac vel illa victima, ſicut in illo Virgilij Ecloga 3. *Cùm faciam vitulâ pro frugibus, ipſe venito.* Non autem, vt Pontificii vitulina conſtructione legunt, Cùm faciam vitulam: Et in Scripturis interdum, nimirum quando res quæ ſacrificatur, vel offertur Domino, componitur cum ipſo verbo, Vel vbi textus manifeſtè loquitur de Sacrificio: vt quum dicit Scriptura, facere i. ſacrificare agnum, hœdum, ſimilaginem & reliqua huiuſmodi, conſtructione Hebraica, non Latina, vt Leuit. 15. 15. loquens Moſes de duobus turturibus in ſacrificium offerendis, *facies*, inquit *vnum pro peccato, alterum in holocauſtum*, & Num. 28. 4. *Agnum vnum facies mane*, i. offeres ſeu ſacrificabis: Nuſquam verò verbum ποιεῖν in hac propoſitione, τοῦτο ποιεῖτε, ſacrificare ſignificat: ſed agere hoc quod tunc in prima cœna agebatur, tam quoad diſpenſationé quàm quòd ad receptionem Cœnæ attinet.

Deinde hæc verba, *hoc facite*, ad id quod communicantes facere oporteat in vſu & aſſumptione Cœnæ, referūtur: quod patet ex eo quod Paulus ea non ad ſolos

Sacer-

Chriſti cum Melchiſedecho, quam Apoſtolus ad Heb. 7. & ſeq. accuratiſſimè explicat. Sed 1. Quia Melchiſedech fuit Rex ſimul & Sacerdos. 2. Quia idem vt ſacerdos benedixit Abrahæ i. gratiam & fauorem Dei precatus eſt, dicens, *benedictus es Abraham Deo altiſſimo*. 3. Quia ἀγενεαλόγητος i. tanquam æternus nobis in Scriptura proponitur. 4. Quia præſtantior Abrahamo, & eius poſteris fuiſſe ex eo colligitur, quòd decimas ei Abraham obtulerit. Tamen vt demus (quod non dicitur) Melchiſedechum, antequam epulo exciperet Abrahamum cum ſuis è victoria redeuntem, partem panis & vini accepiſſe & libaſſe, i. oblatione facta egiſſe gratias Deo pro victoria & pro ſalubri vſu cibi corporalis, & aliis omnibus beneficiis (qui mos fuit Sanctorum Patrum, qui etiam ad Gentes promanauit: ſicut Athenæus laudat Homerum, quòd principes Græcos deſcribat nunquam aſſidere menſæ, vel diſcedere ſine libatione & precibus) non ſequitur propterea, gratiarum actionem illam fuiſſe ſacrificium applicatum pro Abrahamo & ſociis eius, vt mereretur eis remiſſionem peccatorum.

Sic in Cœna Domini fit ſanctiſſima libatio, i. guſtato corpore, & ſanguine Domini, agimus gratias pro alimẽto ſpirituali, & tanta victoria qua Chriſtus pro nobis vicit peccatum & mortem, & nobis victoriam ſuam communem fecit. ſed hæc gratiarum actio non meretur ſibi aut aliis remiſſionem peccatorum: multò minùs ſequitur Chriſtum in Cœna ſeſe obtuliſſe Deo in ſpecie panis & vini: ſed tantùm allegorica argumentatione, ſequitur panem & vinum Abrahamo oblata, fuiſſe typos Chriſti, qui ſe nobis in Cœna offert vera fide recipiendum. Quo ſenſu Patres typum Melchiſedech ad Cœnam Domini accommodant. Quod ſatis declarat Lombardus. *Huius Sacramenti ritum oſtendit Melchiſedech, vbi panem & vinum Abrahæ obtulit.* l. 4. Sentent. diſtinct. 1.

Poſtremò, quod Veteres paſſim Euchariſtiam vocant Sacrificium, ideo fit. 1. Propter ſymbolorum benedictionem. 2. Quia in hoc myſterio fit commemoratio vnici illius Sacrificij, quod pro nobis in cruce factum eſt, & eius quædam ſub imagine Sacramenti repræſentatio. 3. Quia eſt Sacrificium Euchariſticum propter ſolemnem fidei promiſſionem, preces, & preſerofferri Deo, niſi ratione eius mortis: Nam Heb. 9. 25. Nō vt ſæpe offerat ſemetipſum, alioquin oportuiſſet eum ſępe paſſum fuiſſe.

7. Nec vſquam extat in Scriptura Chriſtum eſſe ſacrificandum Deo, vt eius ſacrificium nobis applicetur, ſed fide percipiendum, Rom. 3. 24, *Quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius.*

8. Sacrificatur quidem aliquo modo per prædicationem Euangelij [a] & crucifigitur, [b] ſed figurate & ſpiritualiter: Nec Deo, ſed nobis, vt ipſum vera fide receptum totis animis ampleẽtamur.

a Rō. 15. 16. *Philip.* 2. 17
b *Gal.* 3. 1.

9. Quia poſtquam primarius Sacerdos exhibitus eſt, Apoſtolus nullos ſecundarios Sacerdotes noui Teſtamẽti propriè ſic dictos vel Chriſto, vel illis veteribus ſubſtituit. [c]

c *Heb.* 7. 24

10. Quia externa omnia Sacrificia vnicum idémque perfectiſſimum Chriſti Sacrificium abrogauit. [d]

d *Hebr.* 9. 27.

11 Quia nullum eſt Sacrificium reale, externum & propitiatorium niſi cruentum: Quod ſi fuſio ſanguinis fit in Cœna Sacramentaliter, Ergo non realiter.

12. Quia locus, Malach 1 11. *Ab ortu Solis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda*, non de externo ſacrificio, ſed allegoricè ſeu metaphoricè (facta alluſione ad legales ceremonias & earum vocabulis vſurpatis, ſicut & Iſa. 2. 2. [e]) de ſpiritualibus Sacrificiis i. de ſpirituali Dei cultu intelligitur, qui potiſſimùm illuxit Eccleſiæ, Chriſti temporibus, quum Gentes Euangelicam prædicationem amplexæ ſunt. De quo Heb. 13. 15. per ipſum Chriſtum offeramus Deo ſacrificium laudis.

e & 61. 6. & 56. & 66.

13. Quod vero Daniel. 12. 11. nouiſſimis temporibus iuge Sacrificium offerendum Antichriſto ſæuiente dicit: id vel de ἐνδελεχισμῷ i. iugi ſacrificio legali accipiendum, quod interruptũ fuit Antiochi temporibus, & poſtea penitus excidione Ieroſolymitana ſublatum, vt vult Chryſoſtomus, oratione 9. aduerſus Iudæos, vel metaphoricè de cultu Dei ex ipſius verbo præſcripto, Antichriſto orbem obtinente, auferendo, vt vult Hier. in Danielem 12. cap.

14. Et ſi autem Melchiſedech fuit figura Chriſti, non tamen propter Sacrificium externum, cuius nulla fit mẽtio, Gen. 14. 18. 19. 20. nec in tota illa comparatione

Chriſti

vt opes quibus redundãt, piis vſibus impendantur: oblationes iſtiuſmodi, nulla certè lege in verbo Dei præſcriptas, retinere in noſtris Eccleſiis non opus fuit; ſed ſatius eſt cauere qua ratione tum Miniſtris verbi iuſta ſtipendia perſoluantur, tum cuiuſque loci pauperibus conſulatur, tum Scholis inſtituendis & pauperibus alendis ſcholaſticis, & tuendis Eccleſiarum ædificiis proſpiciatur; nec propterea priuatarum eleemoſynarum collectio negligatur.

Salua igitur manet apud nos oblatio ſacrificij incruẽti: ſiue benedictionem ipſam ſymbolorum, i. inſtitutionis Domini recitationem & explicationem cum precibus coniunctam ſpectes, quibus ipſa quodammodo Filij paſſio, vt loquitur Cyprianus, Deo Patri offertur, & tota Eccleſia Chriſti mortem annuntians ſeſe quodammodo Deo ſacrificat & vouet: ſiue fidei Chriſtianæ ſolennem profeſſionem: ſiue denique gratiarum actionem, & eleemoſynarum collationem ſacrificij nomine intelligas.

XXXIII. *Quid eſt accipere?*

Apud Euangeliſtas λαβεῖν ſiue λαμβάνει, quod propriè de manu intelligitur: vnde & omne id quo res prehenditur, vt capulus, anſa, manubrium, λαβὴ Græcis dicitur.

2. Nec eſt veriſimile, nec ex hiſtoria inſtitutionis Cœnæ Dominicæ, nec ex forma diſcubitus Chriſti, & Apoſtolorum colligi poteſt, Chriſtum in prima Cœna ſingulis Apoſtolis panem in os indidiſſe. Nam Ioh. 13. 23. dicitur Iohannes in vltima Cœna recubuiſſe in ſinu Ieſu, nempe ſecundum conuiuiorum illius temporis morem, quo in ſumendo cibo protenſi recumbebant humi, ſeu in cœnaculo lectis inſtrato: ſicut eius ſit mẽtio Luc. 22. 12. ita vt quaſi circulum quendam facerent, & proximus quaſi in priores recumberet, capitibus quidem ſemper introrſum, pedibus verò extrorſum porrectis.

3. Quin & cibi & potus ore ipſo, non manu ſumendi mos conuenit non adultis & grandioribus, i. iis qui ſenſus habent ad diſcretionem boni & mali exercitatos [a], (quales eſſe oportet quoad fieri poteſt, eos omnes qui ſeſe iubentur explorare, priuſquam ad Domini menſam acce-

[a] Heb. 5. 14.

tim peculiarem gratiarum actionem. 4. Quia in eo nos ipſos totos Deo conſecramus, Rom. 12.1.5. Et quia olim in more fuit poſitum, vt cum ſancta Cœna celebraretur, fideles offerrent eleemoſynas, quibus egenis fratribus ſubuenirent, quod eſt etiam ſpiritualis Sacrificij
genus[a]. Lombardus, *Semel Chriſtus mortuus eſt in cruce, ibi-* a Heb. 13. 16.
que immolatus in ſemetipſo, quotidie autem immolatur in Sacra- Diſtinct. 2.
mēto, quia in Sacramēto recordatio fit illius quod factū eſt ſemel. Et l. 4. Sentēt.
diſt. 13. *Sacrificium dicitur quaſi Sacrū factum, quia prece myſtica conſecratur pro nobis in memoriam Dominicæ paſſionis.*

XXXII. *Anne quia in myſteriorum celebratione ſemper fuit triplex oblatio in Eccleſia Chriſtiana obſeruata: vna merè ſpiritualis, qua ſeſe vnuſquiſque corde contrito & fide prædito coram Deo ſiſtit: altera viſibilis, afferente vnoquoque quippiam, ne coram Deo appareat vacuus, Exod. 23. 15. Tertia ipſius & corporis & ſanguinis Domini: vtraque poſterior, iure à noſtris Eccleſiis ſublata eſt?*

Imò neutra, ſi rectè intelligatur, ſublata eſt, ſed potius inſtaurata. Nam & ſi nunc, non vt olim, conferuntur eleemoſynæ, ex quibus tum communes epulæ, quas ἀγάπας vocabant, inſtruebantur, tum miniſtris, tum pauperibus & aliis Eccleſiæ neceſſariis vſibus ſubueniebatur, quæ vel in menſa vel in abaco ad id constructo, (qui θυσιαστήριον in canonibus quos Apoſtolicos vocant, canone 3. appellatur) imponi conſueuerant, & ſolenni prece adhibita Deo, i. piis vſibus conſecrari, ſepoſitis imprimis pane & vino, quibus ſeorſim ad Sacramentalem vſum benedicebatur: tamen ſublatis iampridem ἀγάπαις ex Pauli præcepto, *ſiquis eſurit, domi edat, non in Eccleſia* 1. Cor. 11. 34. & ita paulatim conſtitutis in Eccleſia Chriſtiana rebus, vt non de quærendis facultatibus quibus Eccleſiaſtici aluntur, laboran dum videatur, ſed potius curādum,

vt opes

nos alunt & inſtaurant, & Chriſto concorpores efficiũr, vt mutent nos, non autem mutentur in nobis: quia nos Chriſto συμμορφοῦσθαι καὶ συσχηματίζεσθαι, i. cõformari & aſſimilari, opus eſt, & oportet, Rom. 8.29 ad Philipp. 3.10.

XXXVI. *Vnáne & eadem numero & genere eſt ſignorum & rerum ſignificatarum præbitio & oralis manducatio?*

Minimè. 1. Nam vt duæ ſunt perſonæ adminiſtrantes Cœnam Domini, vna Paſtoris id quod exteriùs & foris agitur agentis: altera Chriſti ſuo Spiritu Sancto id quod interiùs fit efficientis. 2. Et duabus rebus conſtat tota actio Cœnæ Domini, vna terrena, corporea, & ſenſibus ipſis perceptibili; altera cœleſti, ſpirituali, & fideli mente intelligibili. 3. Duęque ſunt partes hominis, quarum vna corpus eſt, altera anima: Sic duæ ſunt diuerſæ præbitiones, vna quæ fit per Miniſtrum corpori, & altera per Chriſtum menti: & totidem manducationes, vna videlicet externa, corporalis, oralis, naturalis, & ſenſibilis, nempe ſignorum ſenſibilium, quæ & Sacramentalis dicitur, quæ fit oris inſtrumento: altera interna, ſupernaturalis, rerum ſignificatarum & fidei oculis perceptibiliũ, quæ Spiritualis dicitur: illa à Chriſto inſtituta, vt ſit huius Spiritualis manducationis & potionis expreſſa quædam effigies.

Hanc duplicem manducationẽ Auguſtinus agnouit. *Qui manducat intus, non foris, qui manducat corde, non qui premit dente:* Et Lombardus, *Sicut duæ ſunt res illius Sacramenti, ita & duo modi manducandi, vnus Sacramẽtalis, quo boni & mali edunt: alter ſpiritualis, quo ſoli boni manducant.*

Tract. 36. in Ioannem.
l. 4. diſt. 9.

Sicut enim terrena dona ſe habent ad corpus humanum & eius organa: Sic cœleſtia dona ſe habent ad animam & eius præſtantiſſimum organum quod eſt fides. At corpore & eius organis, ſenſualiter nimirum & corporaliter ſymbola terrena apprehenduntur. Ergo anima tantùm & eius organo fide ſcilicet ſpiritualiter & intellectualiter cœleſtia bona percipiuntur [a]. Vnde & illud colligi poteſt, manducãdi vocabulum de ſignorum participatione propriè, ſed de corporis Chriſti participatione tranſlatè ſumi.

[a] *Ioh. 6.35.*

dant) ſed vagientibus adhuc infantibus, & qui dextram à ſiniſtra diſcernere nequeunt[a]. a Iona 4.11.

4. Præterea verbum accipiendi, de prehenſione per manus intelligendum eſſe, ex eo liquet, quòd alioquin manifeſta foret in Chriſti verbis ταυτολογία, cum oris ſumptio ex verbis φάγετε ϗ πίνετε per ſe neceſſariò intelligatur.

5. Πράξεις etiam, vſúsque veteris Eccleſiæ idē oſtendit: cuius exemplum extat in Ambroſij verbis ad Theodoſium Magnum imperatorem. Quomodo manus extēdes de quibus adhuc ſanguis innocens ſtillat? Quomodo huiuſmodi manibus ſuſcipies ſanctum Domini corpus? qua temeritate ore tuo poculum pretioſi ſanguinis percipies, quando furore verborum tuorum tantus iniuſtè eſt ſanguis effuſus? *Theodoretus hiſt. Eccleſiaſtica l.5.c.8.*

Superſtitioſum igitur eſt prohibere nē panem aut calicem euchariſticum cōmunicantes manu excipiant: nō enim os interius magis ſanctū eſt, quàm labia & manus. Quamobrem qui offulas integras ori non manibus inſerunt, adhuc papiſſare ſeſe, & ſuperſtitionis fomitem fouere, neſcio qua ratione inficiari poſſint.

XXXIV. *Quid hac panis & vini in manus receptione declaratur?*

Tam vera tum ipſius Chriſti, tum ipſius ad ſalutē noſtram neceſſariorum beneficiorū, ſpiritualis per inſtrumentum fidei intra nos obſignatio; quàm vera & certa eſt ſignorum iſtorum intra acceptantiū manus receptio.

XXXV. *Quid panis huius & huius vini corporea manducatio & bibitio, adeóque in corpus noſtrum traductio ſignificat?*

Ieſum Chriſtum, per fidei inſtrumētum diuina virtute ex noui fœderis pacto perceptum, vſque adeò noſtrū fieri, vt incomprehenſibili myſterio ad ſpiritualem vitā in nobis obſignandam velut in nos tranſeat, & nos viciſſim in illum tranſeamus: hoc tamē diſcrimine, quòd in naturali manducatione & nutritione, ea quę edimus & bibimus, vi caloris natiui mutantur in ſubſtantiam noſtram, vt fiat inſtauratio in eo quod abſumi cœperat: in ſpirituali verò nutritione corpus & ſanguis Chriſti in

nos

conſtet duabus rebus, terrena & cœleſti, ſeu ſigno & ſignato, duo ſunt manducandi modi: & ideo duplex manducatio pręcipitur, vna ſigni, altera ſignati: illa corporalis & ſenſibilis, hæc verò Spiritualis & intelligibilis: illi manducationis vocabulum propriè, huic verò figuratè tribuitur, vt Pſal. 14. 4. *Operarij iniquitatis comedunt populum meum ſicut panem*. Et Ioh. 6. 53. Secus enim ſequeretur corpus Chriſti eſſe corporali actu manducandum, quod eſt horrendum & Capernaiticum. Chriſtus enim non ingreditur in ventrem, ſed in cor. Eph. 3. 17. & proinde nec ore comeditur [a]. Quòd verò ad hoc ἄτοπον vitandum corporalem manducationem fingunt nonnulli, quæ fiat modo cœleſti & ſupernaturali, eſt commentum ineffabile & inintelligibile, adeóque contradictionem implicans. a *Marc.* 7. 18. 19.

XXXIX. *Quid eſt manducare corpus, & bibere ſanguinem Chriſti?*

Eſt non tantum credere promiſſioni diuinæ, quæ teſtatur (ſicut Chriſtus ipſe explicat Ioh 6. verſ. 35. *Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet in æternum*, vbi Dominus exprimit credere eſſe bibere, & venire ad Chriſtum per fidem, eſſe manducare) carnem Chriſti pro nobis eſſe crucifixam, & ſanguinem pro nobis effuſum in remiſſionem peccatorum: ſed ex vera Chriſti corporis communicatione tanquam ex alimento ſpiritualiter refici, & vitam atque vigorem ſpiritualem recipere: (ſicut dicit Chriſtus, *non eſuriet, non ſitiet in æternum*) adeóque fide complecti Chriſtum, non eminus apparentem, ſed ſe nobis ita vnientem & inſinuantem, vt ipſe caput noſtrum, nos eius membra ſimus.

Vnde Auguſt. ſermone ſecundo de verbis Apoſtoli, *Illud manducare refici est, illud bibere, quid eſt niſi viuere? Hoc eſt*, inquit, *manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, Chriſtum in ſe manentem habere: ſicut explicat Chriſtus ipſe Iohan. 6. 56. Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Ac per hoc qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, proculdubio nec manducat ſpiritualiter carnem eius, nec bibit eius ſanguinem: licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti.* & *tract.* 26. & 27. *in Iohan.*

XXXVII. *Cùm Chriſti caro ſit corporalis, An non in Cœna eius manducatio eſt etiam corporalis?*

Eſt quidem caro Chriſti corporalis, quâ corpus eſt, ſed non eſt corporalis, propriè loquẽdo, quâ cibus eſt. Quippe cùm nec carne nec ſanguine eius, corpus noſtrum alatur ad vitam hanc corporalem, temporalem & caducam eſſet enim hæc κρεοφαγία Capernaitica.

Sed eſt ſpiritualis, non eſſentiæ ſuæ reſpectu, ſed percipiendi modo, & vi & efficacia ſpirituali nutriendi: quia ſpiritus ſeu animus hominis fide ſola eam percipit & ea realiter & verè (Eſt enim actionibus ſpiritualibus etiam ſua realitas) efficacitate Spiritus ſancti alitur, ac ſuſtentatur ad vitam ſpiritualem & æternam. Et quidem beneficium vitæ ſpiritualis manat etiam ad ipſum corpus, quippe cùm inde regeneretur, ſanctificetur, & tandem aliquando futurum ſit particeps beatæ reſurrectionis; ſed nihilominus cibus ille non corporalis, ſed ſpiritualis dicendus eſt. quia ſpiritualem tantùm nutritioné præbet. Proinde etſi manducatio eſt corporis, qua ratione, reſpectu ſcilicet termini ſeu obiecti, corporalis dici poſſet: tamen ratione modi non eſt manducatio corporalis. Cùm igitur caro Chriſti ſit cibus ſpiritualis tantùm, itémque ſanguis Chriſti potus ſpiritualis: conſequitur ſpiritualiter tantùm carnem Chriſti edi, itémque ſpiritualiter ſanguinem eius bibi, i. ore ſpiritus ſeu animæ, nempe fide, quam ipſe Spiritus ſanctùs animis noſtris ingenerat, Ioh. 6. 51. & ſeq.

XXXVIII. *Anne quia verba Cœnæ* προστακτικὰ, *Accipite, & manducate, de corporali actu & orali manducatione loquuntur: de eo autem quod accipi & manducari debet, Chriſtus dicit paulò poſt. Hoc eſt corpus meum: Ergo verum Chriſti corpus: corporali actu & manducatione ſumitur?*

Negatur maior: quia cùm Sãcta Cœna (vt dictum eſt) conſtet communis fuit [a]) *Amen Amen, dico vobis, niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Et *Caro mea eſt verè cibus & ſanguis meus verè potus*: de qua manducatione Hieronymus. *Quando audimus verbum Dei, tunc caro Chriſti & ſanguis eius in aures noſtras funditur.*

a 1. Cor. 10. 3.

in Pſalmum 147.

Eſt denique alia ſpiritualis & Sacramentalis ſimul, in legitimo vſu Cœnæ Domini, eorum videlicet qui in Cœna Domini, tum corporis Chriſti ſignum ore corporis manducant, tum corpus Chriſti ore ipſius animæ, i. vera fide percipiunt. eiúſque verè fiunt participes efficacitate Spiritus ſancti, manducantes non ſolùm *panem Domini*, ſed etiam *panem Dominum*, vt dixit Auguſtinus aliquando.

Quanquam eadem eſt, non duplex eiuſdem & vnius Chriſti perceptio, ſpiritualis, videlicet per fidem: ſiue in ſimplici verbo, ſiue adhibitis Sacramentalibus ſignis, noſtræ menti ſumenda præbeatur. Et proinde verba illa Ioh. 6. ad ſpiritualem manducationem quæ fit in cœna pertinere non negandum. Quamuis enim tum chriſtus de ipſis ſignis loquutus non fuerit, tamen de re Sacramenti loquutus eſt. Quam ob cauſam Patres, in Homeliis præſertim ad populum, eum locum ad Sacramentum Euchariſtiæ accommodarunt.

carnalis verò ſeu oralis, qua recipiatur ore corpus chriſti, & traiiciatur in ſtomachum, nulla eſt: quia cum ſpirituali manducatione, & cum aſcenſione non poteſt conſiſtere [b]. Et quia manducatio carnalis, eſt non ſolùm inutilis ſed capernaitica: Spiritualis verò viuificat, ibidem [c].

b Ioh. 6. 62.

c 63.

Quod verò Bellarminus conatur probare verba chriſti Ioh. 6. propriè intelligenda de manducatione corporali carnis chriſti, quæ fiat in Euchariſtia, (quam Sacramentalem vocat) quòd eam cum iuramento *Amen, Amen*, confirmarit Chriſtus, quod adbibere non liceat, niſi in ſententiis apertiſſimis, & quæ non poſſint in alium ſenſum torqueri, ne detur occaſio periuriis: Ex eo refellitur, quòd chriſtus Ioh. 3. 3. in ſententia figurata, & in alium ſenſum à Nicodemo accepta, eodem iuramento vſus eſt, *Amen, Amen dico tibi, niſi quis renatus*

l. 1. De Sacram Euchar. c. 5.

Ergo manducatio carnis Chriſti & potus ſanguinis ipſius, eſt non tantùm fides, ſed fidei quoddam conſequens & effectum, nempe intima noſtri cum Chriſto coniunctio: cuius effectum eſt lætitia in Deo, adéoque vita æterna [a].

[a] Iohan. 6. 51. 54. 56. 1.Cor.5.8.

XL. *Cùm Chriſtus quotidie in verbo fide comedendus præbeatur, & à fidelibus comedatur, Ioh. 6. 35. Cur Cœna opus eſt?*

Vt hoc Sacramento veluti nobis euidentiore facto, ſeu verbo viſibili, i. id ipſum oculis renunciante, quod verbum auribus audientium ſignificat, excitata magis ac magis confirmata fide noſtra ipſum magis ac magis manducemus, & nobis arctiùs & efficaciùs applicemus, adéoque ex ipſo Chriſto ſic manducato, ſenſum, motum, & vitam ſpiritualem, magis magíſque habeamus: donec vltimo illo die, neque verbi, neque Sacramentorum vſu indigentes, toti in Chriſto & cum Chriſto reipſa nobis in cœlis præſente, ſempiterna illa ſpirituali vita perfruamur.

XLI. *Diſtingue ergo tandem accuratè manducationis corporis Chriſti modos.*

Quatenus Sacramentum non generaliter pro tota actione Cœnæ Domini, & pro ipſa tum ſigni, tum rei ſignatæ perceptione, ſed pro ipſo ſigno ſumitur, vt apud Auguſtinum, *Secundum quendam modum, Sacramentum corporis Chriſti corpus Chriſti eſt*. Idemque ſæpe dicit, *Sacrificium Eccleſiæ duobus conſtare, Sacramento, & re Sacramenti*: Hoc ſenſu, Alia eſt manducatio externa, Sacramentalis, ſymbolica ſeu ceremonialis tantum: eorum videlicet qui in Cœna Domini ſacrum illud corporis Chriſti ſignum ore corporis manducant, ſed quæ abſque fide nullius eſt momenti ad ſalutem.

Quæſtione ſuper Leuiticum 57.

Alia mentalis, ſeu ſpiritualis tantùm, rei ſignatæ nimirum, quæ ſola fide fit ex verbi Dei auditu, lectione, & meditatione: de qua Ioh. 6. 53. 54. 55. 63. (& eſt omnium temporum, ſed tantùm fidelium, & patribus olim etiam intelligendum eſt: vt ſi de eo quod Moſes manu ſua tenebat, quodque baculus ſeu virga fuerat, dicatur, Hoc eſt ſerpens, aut hoc, quod aqua fuerat in nuptiis Canæ, eſt vinum: Non etiam pro aduerbio loci Hîc.

Sed pronomen illud demonſtratiuum, ad panem certum, quem Chriſtus accepit, fregit, & diſcipulis dedit, non autem ad ſuum ipſius corpus, refertur: interprete Paulo 1. Cor. 10. 16. *Panis quem frangimus eſt communio corporis Chriſti.*

Falſum ergo, quod aſſumit Bellarminus de Euchariſtia lib. 1. cap. 9. non poſſe dici, Hoc, de re quæ cernitur, & aperte cognoſcitur, niſi ſit generis neutri res illa.

Attributum verò eſt, *Corpus meum*, quod de ſubiecto illo, id eſt vero pane dicitur. Copula autem, qua attributum cum ſubiecto nectitur, verbum ſubſtantiuum, *Eſt.*

XLIV. *Anne verbum Eſt οὐσιωδῶς eſſentialiter, ſeu ὑπαρκτικῶς, ſubſtantialiter & natiua ſua ſignificatione accipiendum eſt?*

Nequaquam ſed σημαντικῶς, ſignificatiuè, repræſentatiuè, figuratiuè. & rurſum fallitur Bellarminus qui putat hoc verbū nō poſſe vllo modo accipi in alia ſignificatione quàm in ſua propria: quia nulla prorſus ratione, neque phyſica, neque Logica, neque Theologica, Diſparatum de diſparato propriè, exiſtenter, eſſentialiter, ὑπαρκτικῶς dici poteſt. ſed figuratè tantùm. Nec duo ὑπαρκτικῶς diſtincta manentia, quantuncunque ſuis eſſentiis coniuncta, & vnita, vſque adeò vnum πῇ δή τι eſſe, dici verè poſſunt, vt vnum vere eſſe alterum, ὑπαρκτικῶς dicatur. Sic anima vere non poteſt dici corpus, aut corpus anima, licet perſonaliter in vno homine coniuncta. Quin in illa peculiari & omni exemplo carente humanæ naturæ vnitione per ſubſiſtētiam in Filij Deitatis perſona, Deus dicitur de homine, & Homo de Deo, aduerſus Neſtoriū: per vnitatem perſonæ, & κατ᾽ ἄλλο aduerſus Eutychen.

XLV. *Secundùm quod eſſe, panis Cœnæ Dominicæ eſt corpus Chriſti?*

Non ſecundum eſſentiale, aut perſonale, aut reale, ſed *fuerit denuò, non poteſt ingredi in regnum cœlorum*: Et ex propria locutione: ſequeretur enim abſurdiſſimum, quoſuis, quantumlibet indignè accedentes, habere vitam æternam.

in Pſal.97. Sed contrà Auguſtinus de verbis illis Chriſti loquens, *Intellexiſti ſpiritualiter? Spiritus & vita ſunt. Intellexiſti carnaliter? etiam ſic ſpiritus & vita ſunt, ſed tibi non ſunt. Spiritualiter intellige quæ loquutus ſum. Non hoc corpus quod videtis, manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem, quem effuſuri ſunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendaui, ſpiritualiter intellectum, viuificabit vos: caro autem non prodeſt quicquam.* Et (Tractatu in Iohann.) *Credere in Chriſtum, hoc eſt manducare panem viuum.* Et dicit illa verba, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis*, nihil aliud ſignificare, niſi *paßioni Domini communicandum, & mente ſuauiter cogitandum, carnem Chriſti pro nobis fuiſſe crucifixam.* Et ait, *Vt quid paras dentem & ventrem? Crede, & manducaſti*, quibus certè verbis innuit tropicè manducari carnem Chriſti, ſiue eſſentiam, ſiue modum manducationis corporalis ſpectes.

de Doct. Chriſtiana lib.3.c.16.

XLII. *Quæ ſunt verba Sacramentalia ſeu ὁεϛικὰ, ſiue promißionis verba, quæ ſignis adiecit Dominus?*

Ea videlicet quæ nucleum, ſeu materiam internam, ſiue rem ſignificatam declarant. Quorum alia dicuntur de pane: alia verò de calice. Ac orationis quidem de pane duo membra ſunt: prius, *Hoc eſt corpus meum*: poſterius, *quod pro vobis datur*, vel *frangitur*.

XLIII. *Quod eſt Subiectum prioris membri tum etiam Attributum?*

Pronomen demonſtratiuum, *Hoc*, non adiectiuè, ſed ſubſtantiuè ſumptum. Quod non indiuiduum vagum, & euanidum ſignificat, aut aliquod ſingulare ſeu Indiuiduum generalioris ſubſtantiæ, quod cum prędicato idem referat, aut pro eodem, vt loquitur Scotus, ſupponat: ſic vt non differant inter ſe, quæ ſignificantur per ſubiectum & attributum, niſi varia concipiendi ratione, quaſi ſit ſenſus, Hoc contentum in pane eſt corpus. Nec etiam de eo quod panis fuit, ſubiectum illud

intelligen

ſcilicet. *Chriſtus eſt vita*, [a] *oſtium*, [b] *panis*, [c] *petra*. [d] Sic *panis* Euchariſticus eſt *corpus Chriſti*, figuratè, metonymicè, & Sacramentaliter.

a Ioh.14.6.
b Ioh.10.7.9.
c Ioh.6.35.
d 1.Cor.10.4.

De pane enim, corpus Chriſti, regulariter, & propriè dici non poteſt, cùm corpus Chriſti, neque genus ſit, neque ſpecies, neque differentia, neque proprium, neque accidens panis. Ex quo efficitur corporis Chriſti de pane Euchariſtico prædicationem figuratam eſſe, cùm omnis prædicatio ſit, aut propria, aut figurata, tertia nulla.

Ineptum eſt enim Sacramentales prædicationes, inuſitatas dicere, quarum tam frequens vſus eſt in Scripturis.

Et quidem figurata prædicatio eſt, non in ſingulis verbis ſeorſim, & in ſeſe conſideratis: (panis enim eſt propriè panis: & corpus non allegoricum, non tropicum, non figuratum, multò minùs ſpectrum, aut phantaſma: non item corpus myſticum, quod eſt Eccleſia, aut ſignum corporis: non meritum Chriſti, ſed proprium Chriſti corpus denotat. Omnino enim verum Domini corpus, de vero pane enunciatur) ſed in tota attributione. Quia copula duo diſparata coniungit: quam ſic reſoluere licet, Panis eſt ſymbolum ſeu ſignaculum corporis Chriſti.

Sed rurſum notandum, non eſſe tantùm locutionem figuratam, metonymicam, aut ſignificatiuam, vt hæc eſt, *Ager eſt mundus*, i. ſignificat mundum, & ſimiles aliæ in parabolis (quia ſanguidiùs explicaret naturam myſterij:) ſed Sacramentalem: quia ſimul exhibitio rei ſignatæ promittitur: ſicut in hac propoſitione, *Faſces ſunt imperium Romanum*, i non nudè, neque ſimpliciter tantùm ſignificant Iuriſdictionem imperij Romani, ſed certò teſtatur transferri ſimul cum ſignis imperium ad eum cui legitimè faſces ſunt traditi. Sic quod verbo promittitur, & ſymbolis ſignificatur, verè quoque à Deo, ſed fide ſumendum, præbetur.

XLVII. *Annon in ipſis Cœnæ verbis proprietas ſermonis, ſeu* τὸ ῥητὸν *retinendum eſt?*

Cùm τοῦ ῥητοῦ appellatio aliàs latiori, aliàs ſtrictiori ſignificatione vſurpetur, eſt quidem in ipſis Cœnæ verbis ſecundum Eſſe myſticum, ſacramentale, & ſignificatiuum; quo *res, quæ ſignificat, accipit nomen eius rei quam ſignificat*, inquit Auguſtinus: nempe propter Analogiam & mutuam σχέσιν ſeu reſpectum tum vnius ad alterum, tum ad eum, à quo ſumitur. *Epiſt.102.*

Non enim docet Chriſtus hoc enunciato, quid panis ille & vinum illud ſit ſua natura & ſubſtantia, aut συνωνύμως, aut quid in eis contineatur. ſed quid ſint ſignificatione, officio, vſu, analogως. Naturâ ſunt panis & vinum: ſignificatione ſunt corpus & ſanguis Chriſti. Ac proinde hîc de ſubiecto prædicatum dicitur Sacramentaliter, i. ea ſignificationis ſpecie, qua res ſignificata non minùs verè præbetur fide ſpiritualiter ſumenda, quàm ſymbolum ipſum corporis organis percipiendum traditur.

XLVI. *Qualis ergo eſt Prædicatio?*

Non propria & regularis: neque enim propoſitio illa eſt identica (in quo idem de ſeipſo dicitur, vt hoc eſt panis, de pane; hoc eſt corpus, de corpore) cùm ſpecie differant panis & corpus Chriſti: neque ſpecies de Indiuiduo, neque de ſpecie genus, differentia, proprium, aut accidens, vt Petrus eſt homo, homo eſt animal, docilis, albus: ſed diſparatum de diſparato, ſignatum de ſigno, analogicè tamen, vt relatorũ ratio poſtulat, prædicatur. Diſcreta enim, aut diſparata, ſi accedat analogia vel ſignificatio, ita coniungi poſſunt, vt propoſitionem conſtituere valeant, ſed figuratam: vt *Ego ſum vitis*, Ioh.15.1. Ὁ δὲ ἀγρὸς ἐστὶν ὁ κόσμος, Mat.13.38.

Figurata igitur eſt hæc prædicatio, eáque non ſimpliciter metaphorica, aut allegorica, (ſicut caro & ſanguis Chriſti dicuntur cibus & potus fidelium,) ſed metonymica. Rectiſſimè enim metonymia dicitur, non continentis pro contento, ſed eius modi, quo ſigno tribuitur nomen rei ſignificatæ. Atqui in hac propoſitione, *Panis eſt corpus Chriſti*, ſigno, videlicet pani, tribuitur nomen rei ſignificatæ, quæ eſt corpus Chriſti. Eſt igitur metonymica locutio, Scripturis admodum familiaris: vt [a] *ſeptem boues ſunt ſeptem anni. Iohannes eſt Elias*, [b] figuratè ſcilicet (Prædicatio enim Indiuidui de Indiuiduo, non niſi figuratè vera eſt;) *Herodes eſt vulpes*, [c] metaphoricè ſcilicet.

a Gen.41.26
b Mat.11.14.
c Luc.13.32

Sed annon abſurdum, Chriſtum tropicè, & proinde ænigmaticè, id eſt obſcurè, ſeu ambiguè) cum diſcipulis, qui rudes & ſimplices erant, in institutione ſuæ Cœnæ loquutum?

Minimè: res enim ipſa oſtendit metonymicum illum ſermonem diſcipulis nequaquam ænigmaticum, ambiguum, aut obſcurum fuiſſe: niſi enim eis veniſſet in mentem panem vocari à Domino corpus ipſius, quia eſſet ſymbolum, turbati haud dubiè fuiſſent in re tam prodigioſa, quæ ex proprio & literali verborum ſenſu conſequitur: idque eò magis, quòd eodem ferè tempore longè faciliora aſſequi non potuerunt[a]. Cùm ergo iſtis verbis non ſint turbati, planum eſt intellexiſſe ea metonymicè ex more Scripturæ, præſertim cum paulò antè comediſſent Agnum, qui eodem ſenſu *Paſcha*, id eſt trãſitus appellatur, Exod. 12. 27.

[a] Ioh. 14. 8. & 16. 17.

L I. *Quod eſt alterum membrum verborum Chriſti de pane?*

Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, i. *quod pro vobis datur*, apud Lucã 22. 19. vel τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, *quod pro vobis frangitur*, apud Paulum 1. Cor. 11. 24. Nam apud Matthæum & Marcum hoc membrum ἐλλείπει: cuius membri ſubiectum, eſt nõ panis, ſed corpus, relatiuo nomine, quod, expreſſum. Attributum verò διδόμενον, *quod pro vobis datur*, ſeu *traditur*, (ad mortem ſcilicet) ſeu κλώμενον, i. *frangitur*, hoc eſt interprete Iſaia 53. 10. *doloribus atteritur*, ceu crucifigitur & mactatur.

L I I. *Hoc enunciato quid ſignificatur?*

1. Non ſignificatur corpus Chriſti myſticum (Nec enim corpus Chriſti myſticum, quod eſt Eccleſia, datum eſt vel traditum, aut fractum pro nobis) ſed verum corpus.

2. Significatur Chriſtum non dediſſe corpus clarificatum, & ſpirituale, & proinde carnem Chriſti non ſimpliciter cibum eſſe, quatenus clarificata eſt: ſed nobis cibum viuificum eſſe, quatenus olim crucifixa eſt, Ioh. 6. 51.

τὸ ῥητὸν, videlicet ſacramentale retinendum: verùm hoc ipſum ſacramentale ῥητὸν diſſimile eſt regularibus prædicationibus & interpretatione cõueniente ad naturam Sacramentorum leniendum. Nam in ſacramentali locutione non tam litera ſeu ſonus verborum, quàm διάνοια, i. ſententia certa ſequenda eſt, quæ ſcilicet cum natura Sacramenti, quod Chriſtus inſtituit & cum circunſtantiis omnibus inſtitutionis & analogia fidei conueniat.

XLVIII. *Annon propria propoſitio eſt, in qua Subiectum & Attributum ſic copulari intelliguntur, vt Attributum exiſtat in ſubiecto vel in loco in quo ſubiectum eſt, vt Deut. 12. 23. ſanguis eſt anima, quia continet animam?*

Nequaquam, nunquam enim propriè res aliqua prædicari poteſt de re alia, in qua exiſtit, ſeu cui eſt coniuncta, quantumuis arcta ſit coniunctio, ſed tantum figuratè. Proinde ſi panis ideo eſt corpus, ſiue quia latens aliquid in pane ſit corpus Domini, ſiue quia in hoc pane ſit corpus illud Domini: nunquam euinci poterit, hæc verba, *hoc eſt corpus*, eſſe prædicationem propriam.

XLIX. *An-ne loca Scripturæ, quæ ſunt ſedes dogmatum, ſeu articulorum fidei, & mandatorum Dei, abſque figuris prorſus, ſicut verba ſonant, ſemper accipienda ſunt?*

Non; cum non minus ſit certitudinis in figurata loquutione, quæ ad naturam rei, de qua agitur, accommodata ſit, quàm in propria. Sicut prima promiſſio Euãgelij oratione figurata à Deo promulgata fuit: *Semen mulieris conteret caput ſerpentis*, Geneſ. 3. 15. quam propria oratione Iohãnes 1. Epiſt 3. 8. explicat. *Filius Dei apparuit vt diſſoluat opera Diaboli.* Et Euangelii Iohan. primum caput ſedes eſt doctrinæ de perſona Chriſti, & figurata tamen illa ſunt verſ. 4. 5. *vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, ſed tenebræ eam non comprehenderunt.*

L. Sed

, id eſt, *poculum* ſeu *vinum*, q.d. hoc quod manibus teneo, & vobis præbeo. Prædicatum verò, ſanguis, vel nouum Teſtamentum in ſanguine meo. Copula, verbum ſubſtantiuum *eſt*, quod apud Lucam ἐλλείπει.

In quo Enunciato profectò nomen poculi pro vino, quod poculo continetur accipi, & *hoc poculum* eſſe illud *nouum Teſtamentum*, dici abſque metonymia non poteſt: illud quidem continẽtis pro contento: hoc autem rei ſignificatæ pro ſigno. Nã propriè & κατὰ τὸ ῥητὸν, ipſum poculum ſeu vinum non eſt ipſum nouum Teſtamentum, ſed noui Teſtamenti, aut eius potiùs quo Teſtamentum ſancitur, nimirũ ſanguinis Chriſti, pignus atque ſigillũ, ſicut Circunciſio dicebatur fœdus antiquum. Ex quibus omnibus apparet verba Cœnæ Dominicæ plena eſſe figuris, ſed vſitatiſſimis & intellectu facillimis.

LIV. *Anne hæc Chriſti enuntiatio: Hoc eſt ſanguis meus, cum illa Moſis dicentis, Exod. 24.8. De ſanguine vitulorum,* τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, *ſic poteſt comparari, vt hic & illic ſanguis reipſa, eſſẽtiáque ſua præſens, vt ille quidem Moſis, iſte verò Chriſti manibus comprehenſus, propriè & non figuratè demonſtretur?*

Nequaquam. Nam Moſes quidem ſanguine victimæ ex pelui deſumpto populum aſperſit, & fuit ſanguis ille ſignum Sacramentale, ac proinde fuit identica illa Enũtiatio Moſis, rectè his verbis expreſſa, *hic eſt ſanguis fœderis.* At Chriſtus vinum poculo contentum diſcipulis ſuis propinauit, & rem ſigno vini Sacramentaliter ſignificauit. Ideóque in enuntiatione Chriſti, aliud eſt τὸ τοῦτο, nempe vinum quod poculo continebatur, aliud ſanguis ille noui Teſtamenti, i. res ipſa illius Sacramenti: Et proinde rectè enuntiatio Chriſti his verbis exprimitur, *Hoc eſt ſanguis.*

LV. *Quid eſt Teſtamentum nouum in ſanguine Chriſti?*

3. Colligitur propria & regulari prędicatione, panē non dici corpus Chriſti,ſed figuratè: quia de propria & regulari ſignificatione vniuerſaliter verum eſt. Quicquid eſt prædicatum prædicati, eſt etiam prædicatum ſubiecti. At quod de corpore Chriſti hic dicitur, propriè & regulariter de pane dici non poteſt. Nam panis nobis datus propriè, non pro nobis traditus, nec vinum pro nobis effuſum, ſed nobis infuſum dicitur.

Rurſum, quod datur, nonniſi per enallagen præſentis, pro mox futuro, dicitur; pro, quod dabitur, in cruce ſcilicet, non in Euchariſtia. Quia in ea non obtulit ſeu dedit Chriſtus corpus ſuum in Sacrificium, ſed in cruce. Eſt enim vſitata Scripturæ Enallage, de re iam inſtante & mox futura, tanquam de præſenti, loqui. Atque ita præſens tempus pro futuro vſurpare. Sic Matth. 26. 24. *Væ homini illi per quem filius hominis proditur.* Et Ioh 10 15. *Pono animam meam pro ouibus meis.* Et vulgata interpretatio habet, *quod pro vobis tradetur.*

Quod frangitur. etiam non ſigno, quod iam fregerat Dominus: ſed nonniſi metonymicè de corpore Chriſti enuntiari poteſt: cùm de corpore Chriſti ſit dictum, Exod. 12. 46. & Ioh. 19. 36. *Os non comminuetis ex eo.*

4. Commendatur Chriſti tum erga nos charitas, quòd cùm morti nihil debuerit, eò quòd abſque peccato eſſet, quippe ſanctus & impollutus[a] pro nobis illam ſubire voluerit.

[a] Heb. 7. 26.

Tum mortis ipſius fructus, quia non ſolùm pro Apoſtolis, ſed pro multis ad mortem traditus eſſe dicitur.

LIII. *Quæ ſunt verba Domini de poculo?*

Et ipſa duobus membris conſtant, priùs apud Matthæū & Marcum, *hoc, eſt ſanguis meus Noui Teſtamenti*: vel vt Lucas & Paulus habent, τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, *hoc polulum eſt Nouū Teſtamentum in ſanguine meo.*

Cuius orationis Subiectū eſt, τοῦτο, generis neutrius, non autem, *Hic*, genere maſculino (vt habet vetus interpretatio Quod quidem pronomen *Hoc*, refertur ad vinū, non ad ſanguinem, (eſſet enim identica propoſitio) quod apertè liquet ex Luca 22. 20. qui addit ad τοῦτο nomen ποτήριον, nequaquam excluſerit à fœderis confirmatione & animæ redemptione. Adde, quòd cùm Chriſtus bibendi vini quod ſanguinem ſuum appellat, mentionem feciſſet, noui fœderis meminit: quoniam ſub vetere, ſanguinis vſus prohibitus erat[a], quod in altero panis ſymbolo, exprimere neceſſarium non fuit. a Leuit. 17. 10.

LVII. *Quod eſt alterum membrum?*

τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, *qui pro vobis* (apud Lucam) & *pro multis*, (apud Matth & Marcum) *effunditur in remiſsionem peccatorum.* Cuius orationis Subiectum eſt Relatiuum τὸ, & refertur propriè ad ſanguinem, non ad vinum. Equidem ſi conſtructionem verborum ſpectes apud Lucam, ad poculum referẽdum erit: ſed quia nec poculum, nec vinum pro nobis eſt effuſum omnino Subiectum illud de ſanguine eſt intelligendum. Prædicatum, *Effunditur*, rurſum per Enallagen, pro *effundetur*, vt exponit etiã vulgata verſio.

Conſultò tamen Dominus videtur in huius myſterii inſtitutione, licet de re futura loquens, tamen præſentis temporis verba vtrobique vſurpaſſe, vt admonerentur diſcipuli hunc eſſe iſtorum ſymbolorum vſum, vt oculis fidei res mox futuræ, quaſi iam præſẽtes in iis ſpectarẽtur, ſicut nos illas, licet iam olim peractas, fide in hac actione, quaſi ob oculos iacentes cõtemplari oportet, totã videlicet paſſionis hiſtoriam, ac ſi ipſis noſtris oculis, ipſius Chriſti corpus pendẽs & confoſſum, & ſanguinem ex ipſius vulneribus ſtillantem videremus.

Ergo *effunditur*, inquit, in cruce ſcilicet, non in poculũ, aut in os: quo rurſum ſignificatur, qualiter ſanguis Chriſti ſit nobis potus viuificus, non ſimpliciter, quatenus iã clarificatus eſt ſed quatenus pro nobis effuſus, & quidẽ ὑπὲρ ὑμῶν, & περὶ ſeu ὑπὲρ πολλῶν, Marc. 14 13. *pro multis*, licet non pro omnibus, quia pro electis tantùm, i. horum cauſa, in remiſſionem peccatorum: qui longè ſaluberrimus eſt finis effuſi ſanguinis Chriſti, non potionis vini: Nam de hac dicitur, *In memoriam mei*: De ſanguinis effuſione verò, *In remiſsionem peccatorum.*

LVIII. *Vnde præterea colligis Chriſtum tropicè loquutum eſſe?*

Nomen Teſtamenti idem hîc eſſe quod fœdus agnoſcunt, qui id reſpondere Hebræo nomini *Berith* intelligunt, ideóque συνθήκην declarare, quæ eſt contentio inter eos inita, qui priùs diſſidebant. Quæ ſignificatio imprimis hîc conuenit: quãquam eodem res redit, ſiue fœdus nouum per ſanguinem Chriſti initum, ſiue Chriſti morientis voluntas, quæ Teſtamenti voce ſignificatur, fuſo ipſius ſanguine ſancita & confirmata, intelligatur.

Nam particula, *In* phraſi Hebraica, non ſimplicẽ coniunctionem, inexiſtentiam, vel concomitantiam realem, quaſi dictum eſſet, cum ſanguine meo, ſed cauſam, modum, inſtrumentum, atque συναίτιον rei alicuius ſignificat: vt Pſalm. 33. 16 *non ſeruatur rex in multo exercitu*: & Rom. 5. 9. *Iuſtificati in ſanguine Chriſti*, id eſt διὰ τοῦ αἵματος, vt exponitur Coloſſ. 1. 20. Rom. 3. 24.

Hoc autem *Teſtamentum* non eſt corporalis aliquis hauſtus ſãguinis Chriſti, aut vini potus, ſed eſt fœdus gratiæ, reconciliatio, ſeu conuentio, & pactio inter Deum & credentes, in qua nobis ſpondet Deus ſe peccata nobis condonare, & Spiritum ſanctum, iuſtitiam, & vitã æternam donare, gratuita miſericordia, per fidem, propter effuſum Chriſti ſanguinẽ in cruce: nóſque viciſſim nos obligamus Deo, ad hæc ipſius beneficia vera in Chriſtũ fide accipiẽda, & gratitudinem verã erga ipſum obediẽtia in omni vita noſtra declarandã: de quo fœdere Iſaias 59. 21. Ierem. 31. 31. & 32. 40. Heb. 9. 15. Gal. 3. 17.

LVI. *Cur non dixit Dominus, hoc eſt corpus meum Noui Teſtamenti, ſicut dixit, Hoc poculum eſt nouum Teſtamentum in ſanguine meo?*

Quia etſi Teſtamentũ ſeu fœdus nouum totius Chriſti oblatione & mortis eius interceſſione ſancitum eſt, Heb. 9. 15. 16. mors tamen euidentior fuit in effuſo ſanguine, quàm in ipſa carnis materia. Ideò ſub vetere fœdere Moſes dixit, Exod. 24. 8. Hebr. 9. 20. *Ecce ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum.* Ac proinde Chriſtus, vt veritatis ad figuram relatio fieret expreſſior, noui fœderis appellationem, ſanguini ſuo potius, quàm corpori applicuit, ſic tamen, vt corpus cuius ſanguis fuit effuſus, neqnata Eccleſia. eóque nomine cauſam maximam fuiſſe cur non abſtineret: Vnde Hieronymus *Ipſe*, inquit, *conuiua & conuiuium: ipſe comedens, & qui comeditur.* *Epiſt. ad Hedibiam.*

LX. *Anne ea eſt vis, & is ſenſus verborum Chriſti, quibus hoc Sacramentum inſtituit, vt quoties ſuper panem & vinum à Sacerdote qui intentionem habeat conſecrandi, recitantur, tum ſubſtantia panis & vini, vel per analyſim reſoluatur* εἰς ὕλην πρώτην, *ſeu etiam in nihilum: ſic vt in eius locum ſuccedat corpus & ſanguis Chriſti: aut per* μεταβολὴν ἁπλῶς, ἢ μεταποίησιν, ἢ μετουσίαν, *conuertatur in ſubſtãtiam veri corporis, & veri ſanguinis Chriſti: ſic vt ſubſtãtia panis formetur in carnem Chriſti, remanentibus nudis accidentibus panis & vini abſque ſubiecto pẽdulis?*

Abſit. 1. Quia Magicum eſt demurmuratis aliquot verbis, vim mutandi ſubſtantiam ſignorum tribuere.

2. Quia expreſſis verbis Apoſtolorum & Euangeliſtarũ vera ac naturalis ſubſtantia panis & vini antè & poſt cõſecrationem, vt vocant, aſſeritur, 1. Cor. 10. 16. 17. & 11. 26. 27. 28. *Nonne panis quem frangimus communicatio corporis Chriſti eſt?* & *Omnes ſumus vnus panis & vnum corpus, qui de vno pane participamus.* &: *Quotieſcunque manducabitis hunc panem, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* & *Quicunque manducauerit hunc panem & biberit hoc poculum Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini,* & *Probet ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat.* Quod enim dicunt panem dici non qui modò ſit, ſed qui antè fuerit, nullo ſcripturæ teſtimonio, aut ſenſus iudicio confirmatur: & præterea Matth. 26. 29. *non bibam* inquit *poſthac de hoc gemine vitis.*

3. Quia *regnum Dei non eſt eſca & potus* corporalis, Rom. 14. 17.

4. Quia in Enuntiato pronomen, *Hoc*, demonſtrati-

1. Ex aliorum omnium Sacramentorum natura & loquutionibus, iam inde à mundi exordio inſtitutorum, quibus fit vt nomen rei ſignificatæ ipſi ſigno tribuatur, vel ſignum abs re ſignata denominetur, vt Gen. 17. 10. 13. *Circuncisio eſt fœdus*, id eſt, ſignum fœderis. Exod. 12. 11. 27. *Agnus eſt transitus*, id eſt ſignum & μνημόσυνον Domini, *Petra erat Christus*, id eſt, ſignum Chriſti[a].

a Exod. 17. 6. Cor. 10. 14

2. Ex cognata locutione de eodem Sacramento apud Paulum, 1. Cor. 10. 16. *Panis quem frangimus, communio corporis eſt*, Metonymicω̃s nimirum, ſicut Euangelium dicitur *potentia Dei*, id eſt, efficax Dei inſtrumẽtum, Rom. 1. 16. *Et nos multi, ſumus vnus panis, & vnum corpus*. 1. Cor. 10. 17. Et 1. Cor. 11. 26. *qui indignè manducat & bibit, iudiciũ ſibi mãducat & bibit*: quæ, niſi tropus adhibeatur, intelligi non poſsũt, & corpus ipſum Chriſti manducari non niſi tropicè dici poteſt.

De Doct. Christ.

3. Quia propriam locutionem non admittit Aſcenſio Chriſti in cœlos, & veritas humanæ naturæ quam aſſumpſit. Docet enim Auguſtinus *Non eſſe interpretandum vnum locum, vt cum multis aliis pugnet, ſed ita vt cum multis alijs conſentiat.*

lib. de vtil. pœnitent. & in Ioh. tract. 26.

4. Quia veteres *eandem eſcam & potum non tantùm inter ſe, ſed & nobiſcum*, quoad rem ſcilicet, *habuerunt* 1. Cor. 10. 3. *Quid eſt eandem, niſi quia eam quam etiam nos?* inquit Auguſtinus. *Eundem ergo cibum & eundem potum, ſed intelligentibus & credentibus: non intelligentibus autem illud ſolum Manna, illa ſola aqua: credentibus autem idem qui nunc, Tunc enim Chriſtus venturus, modò Chriſtus venit: venturus & venit, diuerſa verba ſunt, idem autem Chriſtus.*

5. Quia fieri non potuit, vt Chriſtus localiter aſſidẽs menſæ, & communicans cum diſcipulis (vt habes Matt. 26 29. *Poſthac non bibam de hoc fructu vitis*) ipſe manducarit ὄντως. i. realiter & corporaliter ſeipſum.

LIX. *Anne Chriſtus Ieſus participauit de iiſdem Symbolis?*

Non certè minùs quã de carnibus Agni Paſcalis. De quo qui hæſitat, piè cogitet. 1. Dominum Ieſum vſu ſanctificaſſe ordinaria vtriuſque Teſtamenti Sacramenta. 2. Et Cœnã inſtituendo dictis factiſque præiuiſſe ſuo exẽplo, vt ad hunc archetypum ſibi reſpiciendum eſſe ſciat

tota

ea,quam Tranſſubſtantiatores repudiant, & Patres negant:& pugnantia ſtatuunt,qui dicunt corpus, & quantum:& verè adeſſe non tamen per modum quanti.

13. Quia iam nec ſeparari poteſt corpus Chriſti à ſanguine,nec anima ab eius corpore: & de concomitantia nihil extat in Verbo Dei.

14. Quia Victorem III. Pontificem Romanum periiſſe ſcribunt hauſto veneno ex calice à ſubdiacono ſuo ſibi porrecto: atque Henricu ſeptimum Lucelburgẽſem Imperatorem venenu hauſiſſe ex pane accepto a Monacho Senenſi ordinis Prædicatorum,in Euchariſtia.

15. Quia infinita incómoda hanc tranſſubſtantiationem,manentibus accidentibus ſine ſubiecto ſequuntur: vt ſi contingat mures arrodere panem,dicuntur arrodere accidentia:aut vermes oriri ex pane,dicendum erit ex accidentibus produci:etſi panis frangatur, ponendum erit accidentia frangi.

16. Quia obſtat hæc Demonſtratio,Quicquid extrinſecus ingreditur in hominem (ſic vocat ea quæ oraliter percipiuntur)non ingreditur in Cor eius, ſed in Ventrẽ Marc.7.18.19.Corpus autem Chriſti & eius ſanguis non ingrediuntur in Ventrem,ſed in Cor.Ideo dicitur Chriſtus inhabitare per fidem in cordibus noſtris,Eph. 3. 17. Ergo corpus Chriſti & eiuſdem ſanguis,non ore,ſed fide verè percipiuntur.

LXI. *Annon ſaltem per miraculum conuertitur panis Cœnæ in corpus Chriſti?*

Non.1.quia eiuſmodi miraculum non afficit externos ſenſus;miracula enim mutationem, ſi quæ facta eſt,palàm præ ſe ferunt,atque in oculos & cæteros ſenſus incurrunt,& homines admiratione præcellunt.

2. Quia ceſſarunt miracula.

3. Quia miracula licet præter & ſupra,non tamen cõtra naturam fiunt,ſic vt eam euertant.

4. Quia hoc dicitur αἰπφατικῶς: miraculum,quod eſt extraordinarium Dei opus,fieri in ordinario Eccleſiæ Sacramento. Nam miracula ſunt opera Dei extraordinaria & certi temporis,& ad perſonas certas pertinent: ſi miniſtros miraculorum ſpectes. At Sacramenta ad omnia tempora & ad Eccleſiam vniuerſam ſpectant:& ſunt pars Mi

uum non demonſtrat corpus Chriſti: (Nam Tranſſubſtantiatio[1], inquit Thomas, nonniſi perficitur in vltimo inſtanti pronuntiationis verborum.) nec demonſtrat ſola panis accidentia. Accidentia enim nō ſunt corpus Chriſti: nec demonſtrat vagum aliquod aut vagè determinatum indiuiduum, nullum enim Indiuiduum eſt quod nō ſit τόδετι, ac proinde certum, non autem vagum indeterminatum, aut indefinitum: & præſertim demonſtratiuū *Hoc* certum aliquid deſignat.

5. Quia impium eſt cogitatu & dictu panem ipſum propriè & ſubſtantialiter eſſe corpus Chriſti.

6. Quia de conuerſione iſta nec Scriptura pronuntiat, nec ſenſus aut ratio iudicat, vt de virga Moſis conuerſa in colubrum[a], & de aqua conuerſa in vinum, Ioh. 2.9 Vbi Euangeliſta non dixit aquam ſimpliciter, ſed vinum factam. Accidentia enim panis panem remanere euincunt, & qui ſacra illa ſigna participant, in ſeipſis ſentiunt ſaporem vini, & facultatem panis & vini.

a Exod. 4.3.

7. Quia ſubſtantia, permanentibus ſuis accidentibus, interire non poteſt, accidentia poſſunt ſubſiſtere ſine ſubiecto, nec eſſe accidentia panis, quæ non ſunt accidentia panis.

8. Quia remota ſubſtantia & natura ſignorum, perit ſimilitudo, affinitas, σχέσις, relatio, & analogia ſignorum ad rē ſignificatam: panis enim ſignificat corpus Chriſti, quia alit confirmat & ſuſtentat, quod accidentia præſtare non poſſunt.

9. Quia nullum hîc verbum Chriſti eſt, quod conuerſionem ſignificet. Nam verbum, *Eſt*, non ſignificat fieri, mutari, conuerti, & quod fieri dicitur, eſſe propriè dici non poteſt. Eſſe enim & fieri dicitur ἀποφαντικῶς.

10. Quia carnalis manducatio corporis Chriſti nuſquam probatur in Scripturis.

11. Quia ſequeretur, tam fideles, quàm infideles recipere corpus Domini, eiúsque Scriptum viuificum, qui ab ipſius corpore diuelli nūquam poteſt. At Auguſtinus dicit nō comedere corpus Chriſti, niſi eos qui ſunt in corpore Chriſti.

12. Quia id corpus nō poteſt ſpoliari quantitate ſua, nec in inſtāti & ſine motu locali, eſſe ſimul in cœlo & in terra, quin ex ἀνάγκης ſtatuatur corporis Chriſti Vbiquitas,

non aliquid in pane latens, dicitur corpus Domini. Scholaſtici ipſi fatentur, non literam verborum retine ſi, pro *hoc eſt corpus*, dicas, hîc ſeu ſub pane eſt corpus.

2. Quia realis inexiſtentia corporis, Chriſti In, cum, ſub pane, nihil facit ad ſpiritualem eius perceptionem: quæ tamen finis eſt οὗ ἕνεκα huius Sacramenti: quandoquidem fides verbo Dei, & ſacris illis ſymbolis edocta, & magis confirmata corpus Chriſti in cœlis exiſtens operante Spiritu ſancto verè percipit, vt docent dicta quæ nos iubent Chriſtum in cœlis quærere & contemplari[a]. Quin realis & corporalis præſentia nihil affert vtilitatis, quod ex ſpirituali præſentia non habeamus. Nam Ioh. 6. 51. 54. 56. promiſit Dominus edentibus ſe, vitam æternam. Deinde quod manere velit in eis & illi in ipſo, quid vltra requiritur?

[a] Col. 3. 1. Philip. 3. 20 Heb. 6. 19.

3. Quia corpus Chriſti eſt cibus ſpiritualis, ac proinde mentis non corporis, fide, non ore manducãdus. Nec difficiliùs eſt fidei corpus percipere in cœlo exiſtens, quàm in pane vel in ore: quin fides, natura & vi ſua ſursũ reſpicit, nullis tam temporum quàm locorum interuallis excluſa.

4. Quia quantum Euchariſtiæ καθ' ὑπερβολὴν tribuitur, tantum cæteris Sacramentis omnibus, κατὰ ταπείνωσιν detrahitur.

5. Quia dogma de inexiſtentia corporis Chriſti ἀρτολατρείαν, & carnalem de viatico ad ſalutem moribundis neceſſario, opinionem confirmat.

6. Euertitur natura corporis, dum ſtatuitur, καθ' οὐσίαν eſſe πολύτοπον, vel vbique, quod nulli creaturæ competit. Veriſſimè enim Athanaſius τὸ πανταχοῦ ἐστιν ὁμοούσιον τῷ Θεῷ. Et Chryſoſtomus ad Col. Hom. 5. *Deus eſt cuius centrum eſt vbique & circunferentia nuſquam.* Statuitur item contra naturã impalpabile, inſenſibile, inuiſibile, ἀπερίγραπτον, ſeu incircunſcriptũ, ſine qualitate, quantitate, ſpecie & figura; & tamen corporaliter pręſens, id eſt ἀσώματον σῶμα, contra proprietates eſſentiales veri corporis, quibus veram, & eſſentialem præſentiam ſui corporis probauit chriſtus, Luc. 24. 38. 39. Iohan. 20. 27. *Videte, inquiens, manus meas, & pedes meos, nam ipſe ſum, contrectate me, & videte, Spiritus carnem & oſſa non habet, prout me conſpicitis habere.* Nam ἄφαντος ἀπ' αὐτῶν, non αὐτοῖς, factus di-

niſterij Euangelici, in quo Chriſtus ordinario modo, ſeu ordinatione certa ac perpetua agit non faciens miraculoſam mutationem in natura aut qualitatibus Elementorum.

5. **Miracula** non tollunt ſimul ſubſtantiam aut qualitatem naturalem, & ſimul relinquunt, id eſt, non implicant contradictionem: vt cùm virga Moſis in ſerpentem conuerſa eſſet, non ſimul erat virga & ſerpens. At miraculum Tranſſubſtantiationis. Subſtantiam panis tollit, & ſimul ponit proprietates panis. Et repugnat huic immoto & æterno principio, κατὰ παντὸς φάναι, ἢ ἀποφάναι ἀληθὲς, i. *de quocunque, vera eſt eius vel affirmatio, vel negatio*, i. quodlibet eſt aut non eſt.

6. **Miraculorum** fidẽ: vt quod in manibus Gregorij ad eius preces hoc Sacramentum verſum fuerit in digitum carneum, quandoque ibi apparuerit paruulus puer: & Sacramentum perfoſſum laureolis emiſerit ſanguinẽ: & conuerſum ſit in carbones & cineres tempore Cypriani (vt ipſe ſcribit) ſic amplectimur, vt vel ad arcendos facinoroſos homines & indignos à tanto Sacramento, vel explicandam & commendandam eius dignitatem facta dicantur: ſed non ad confirmandam ſuperſtitionem, & errorem de Tranſſubſtantiatione. Scimus enim falſis prophetis miraculis fidem facientibus non eſſe credẽdum[a], & Antichriſtum venturum eſſe ſignis & prodigiis mẽdacibus illuſtrem [b].

in l. de Cœna.

a Matt. 24. 24.
b 2. *Theſſ.* 2. 9.

LXII. *Annon quod dixit Chriſtus, verum eſt, & ab eo præſtari poteſt?*

Nullum dubium. Non enim de veritate, ſed de ſenſu verborum quæritur, An videlicet verbis Chriſti ἐν τῷ aſſeratur vnà cum pane & vino Chriſti corpus, & ſanguinẽ ineſſe eſſentialiter, actualiter, realiter præſentia in terris, & realiter, corporaliter, ore corporis, licet inuiſibiliter, tã à piis, quàm ab impiis percipi? quod nos negamus.

1. Quia verba Chriſti id non ferunt, & qui ſunt Conſubſtantiores ipſi τὸ ῥητὸν verborum Chriſti, propriiſſimè ſic dictum non retinent, ſed διάνοιαν ſectantur. Neque enim dixit Chriſtus, *In* vel *ſub* hoc pane eſt corpus meũ; ſed, *hoc*, id eſt hic panis *eſt corpus meum*: quæ tam inter ſe diſtant: quàm eſſe & continere aliquid: & ipſe panis viſibilis

ſt enim in omnibus Sacramentis vſitatiſſimum, vt nomen rei ſignificatæ ipſi ſigno tribuatur, vel ſignum à re ſignata dominetur. idque tum propter conuenientiam ſigni & ſignati, tum propter certiſſimam rei ſignificatæ exhibitionem & perceptionem.

LXIII. *Anne incommoda, quæ Tranſſubſtantiationem & Conſubſtantiationem ſequuntur, omnipotentia Dei tollit?*

1. Nō licet Theologicè argumentari ab omnipotenti[a] Dei, niſi præcedat Dei voluntas expreſſo ipſius Verbo clarè patefacta. Sic enim Chriſtus Sadducæis Matth. 22. 29. *Erratis, neſcientes Scripturas, neque poteſtatem Dei:* quia non quid poſſit abſolutè, ſed quid fieri velit Deus ſpectandum eſt, *Dominus enim noſter in cœlo,* inquit Pſalm. 115. 3. *Omnia quæ voluit fecit,* non quæ potuit. Vnde Tertullianus, aduerſus Praxeā cap. 10. *Dei poſſe velle eſt: non poſſe, nolle quod autē voluit, & potuit & oſtendit.* Et Auguſtinus, *Omnipotēs Deus eſt, non quòd poſſit omnia facere, ſed quia poteſt efficere quicquid vult ita vt nihil valeat eius voluntati reſiſtere, quin compleatur, aut aliquo modo impedire eandem.* Quæ dicta, non de abſoluta illa qua Deus multa poſſe dicitur, quæ tamen non vult, ac proinde non facit: ſed de actuali & efficaci omnipotentia, qua Deus illa omnia quæ vult, in effectum producit, intelliguntur. Nam voluntas Dei cum omnipotentia actuali conuertitur. Vnde orthodoxè colligimus, Deus vult, Ergo poteſt facere & facit: item, Deus poteſt & facit, Ergo vult. Abſurdum verò eſt colligere, Deus eſt omnipotens, Ergo facit omnia, etiam quæ non vult. Vnde Damaſcenus, *Omnia quidem quæ vult, poteſt: non verò quæ poteſt, vult: poteſt enim perdere mundum, ſed non vult.*

l. de Spiritu & litera.

2. Non licet argumentari ab omnipotentia Dei, ad id confirmandum cuius contrarium extat in verbo Dei: *ſeipſum enim negare non poteſt,* 2. Timoth. 2. 13. Et *Chriſtus non eſt, Etiam, & Non,* 2. Corinth. 1. 19. nec ad euertendos ſed ad ſtabiliendos fidei articulos omnipotentia Dei eſt aduocanda.

3. Non licet argumentari ab omnipotentia Dei ad id cōfirmandum, quod contradictionem continet vt quan-

citur, Luc. 24.31 quia ablatus eſt ab eorum conſpectu. Ipſam autem naturam negat, qui eius proprietates negat: ſeu, vt dicit Theodoretus ἡ τῶν ἰδιωτήτων ἀναίρεσις, ἑκατέρας φύσεως ἄρνησις. Et diſtinctio illa præſentiæ corporalis in viſibilem & inuiſibilem, commentitia eſt. nam hæc corporis modum abolet: nec vna natura contrarium quid & diuerſum recipit in ſeipſa: ſeu, vt ait Damaſcenus, μιὰ φύσις, τῶν ἐναντίων οὐσιωδῶν διαφορῶν δεκτικὴ οὐ γίνεται.

Dial. 3.

l. 3. c. 3.

7. Quia religioſæ recordationi, præſentia corporis opponitur.

8. Quia ſequeretur Apoſtolos manducaſſe corpus paſſibile & mortale, & Chriſtum in cœlis non eſſe quærendum.

9. Quia oportet vt eum cœli capiant, vt receptum contineant, vſque ad tempora reſtitutionis omnium, Act. 3.21.

10. Quia nuſquam in Scriptura reperitur ſimile loquendi genus, quod ſit de duabus ſimul naturis & eſſentiis diſparatis propriè & κατὰ τὸ ῥητὸν intelligendum: neque enim dictum eſt, aqua eſt vinum, aut virga eſt ſerpens, ſed aqua conuerſa eſt in vinum & virga in ſerpentē. Et quotieſcunque prima ſubſtantia, id eſt, τόδε τι, de alia prima ſubſtantia prædicatur in Scriptura, eiuſmodi Enuntiatio figurata eſt, vt, *Petra erat Chriſtus*, 1. Corinth. 10. 4. *Chriſtus eſt agnus ille Dei*, Ioha. 1. 29. *Iohannes eſt Elias*, Matth. 11. 14. *Chriſtus eſt vitis vera*, Iohann. 15. 1.

11. Quia neceſſe eſt quærere διάνοιαν, id eſt, ſententiam, quando abſurditas τοῦ ῥητοῦ ſeu literæ ſcriptæ, impingit in aliquem fidei articulum, aut in aliquem manifeſtum Scripturæ locum.

12. Quia cùm Capernaitæ mente voluerent neſcio quam corporalem carnis Chriſti manducationem, ab ea cogitatione Chriſtus eos reuocauit, dicens, verba ſua Spiritum eſſe, & vitam: carnē nihil prodeſſe, ſic ſcilicet comeſam, vt Capernaitæ ſomniabant. Et illis obiecit ſuæ Aſcenſionis in cœlum mentionem Iohann. 6. 62. 63.

13. Quia facit hæc opinio, vt corpus Chriſti ſit commune piis & impiis, quod certè non eſt leue incommodum.

14. Nullum Sacramentum ſine tropo plenè explicari & intelligi poteſt.

Eſt enim

nos in terris exiſtentes participemus verũ corpus Chriſti in cœlis exiſtentis.

LXIV. *Anne verum eſt, quod pro confeſſo ſumunt aduerſarij, Chriſtum, cùm in itinere Paulo apparuit Act.9.17. & eidem in caſtris aſtitit, Act.23.11. fuiſſe corpore ſimul in cœlo & in terra?*

Non: fuit enim illa cœleſtis apparitio, vt dicitur Act. 26.19. quæ nihil adiuuat præſentiam corporis Chriſti in terris. Chriſtus enim cum Paulo collocutus eſſe dicitur, non in terra conſtitutus, ſed è cœlo: vel ſine voce corporali Domino ipſi ſermonis conceptum potenter imprimente: vel voce è cœlo formata, quæ ad aures eius inſtar tonitru pertigerit, Et Act.23.11. Nemo non videt nocturnam fuiſſe viſionem, quæ non oculis, ſed mente, ſiue vigilando, ſiue ſomniando apparuerit.

Sed & propter peculiares & extraordinarias quaſdam apparitiones, non eſt diſcedendum ab vniuerſali regula fidei, qua Chriſtus corpore ſuo cœlũ occupare atque ibi manere creditur vſque ad finem ſeculi. Nec tamen negandum Chriſtum quolibet momento eſſe vbicunque & quomodocunque illi pro ſua maieſtate collibitum eſt.

LXV. *Anne manifeſtus eſt abnegator potentiæ Dei, qui negat eum abſoluta ſua potentia efficere vt corpus in proprietate ſua permanens, alio & diuerſo modo in pluribus locis eſſe poſsit?*

Non eſt: imò quia negamus Deum id efficere poſſe, Dei omnipotentiam apertè aſſerimus. Nam quum Deus ita ſit omnipotens & efficax, vt veritati haud aduerſetur: neutiquam facere poteſt, vt res ſimul ſit, & non ſit, vt idẽ corpus maneat in ſua proprietate, i. retineat ſuas dimenſiones & circunſcriptionẽ, & idem corpus ſimul & ſemel ſit in multis, ac longo interuallo ſeiunctis locis pręſens. Rectè igitur Cyrillus, *Poſſe implere omnia, & tranſire per* l. de Trin. 5. *omnia, & ſequi in omnibus concedes etiam alteri naturæ à diuina, quàm diuinæ? Non equidem.*

do quidpiam dicitur eſſe & ſimul nō eſſe, aut ſimul tale eſſe, & non tale eſſe actu & reipſa. Ideo Scholaſtici affirmant Deum non poſſe facere, vt contradictoria ſint ſimul vera. Quia contradictio ponit eſſe & non eſſe ſimul: hoc enim eſt impotentiæ, non omnipotentiæ. Impoſſibile iſtud non eſt infirmitatis, ſed immenſæ virtutis & conſtantiæ indicium eſt. Sic Deus non poteſt mori, non poteſt peccare, non poteſt falli, non poteſt mētiri [a], non poteſt factum infectum; genitum, ingenitum reddere: non poteſt facere, vt, ſi definitum eſt, nō ſit quoque ipſius definitio.

a Tit.1.2. Heb.6.18.

Qui igitur indefinitè & ſimpliciter Deum omnia poſſe dicit, comprehendit non tantùm bona, ſed etiam horum contraria mala, quæ Diabolo conueniunt, inquit Theodoretus.

Dial. 3.

Sed quæ impoſſibilia Deo dicuntur, eorum alia dicuntur ἁπλῶς ἀδύνατα, propter conſtantem eius naturam. Quædam ex hypotheſi, id eſt ex præſuppoſito, propter conſtantem, ac planè immutabilem, decreti & voluntatis eius veritatem. Poteſt quidem Deus ſimpliciter efficere, vt quod non eſt fiat, vel quod eſt eſſe deſinat, vt corpus fiat Spiritus. Poteſt etiam ex lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ [b]. Poteſt etiam efficere, vt Camelus tranſeat per foramen acus [c], ſed non relinquens eum qualis eſt natura, ſed tam gracilem efficiens quàm fieri neceſſe eſt: ſicut efficere poteſt, vt diues ingrediatur in regnum cœlorum, non quandiu talis eſt, ſed eum mutans, & ipſum docens ab vno Deo tantùm pendere.

b Mat.3.9. c Matt.19.24.26.

Sed quia Deo ſemel placuit Filium ſuum aſſumpta carne fieri in æternum fratrem noſtrum, nobis ſimilem per omnia, quæ ad naturalem & οὐσιώδη corporis veritatē ex ipſius creatione pertinent [d], non vult ἀντιφυσικὰ, quæ aſſumptam in Chriſto humanam naturam deſtruunt, tollunt, & definitionem eius euertunt: proinde potenter non poteſt, inquit Auguſtinus, efficere vt corpus Chriſti ſit ſimul actu corpus, & non corpus, ſimul actu circumſcriptum & non circumſcriptum: quia ſunt iſta contradictoria.

d Heb.2.14. & 4.15. Philip.3.21.

Sed contrà argumentum ductum ab omnipotentia, retorquemus. Deus eſt omnipotens: Ergo poteſt efficere vt

nos,

in vnione eam recipit: ſic caro Chriſti in ſeipſa propria illa non recipit, ſed in admiranda illa vnione vere & realiter habet?

Non, quia diſſimilia & genere diuerſa conferũtur. Nã oculus ita naturâ comparatus eſt, vt ſi naturale, proprium & neceſſarium inſtrumentum, quo anima ſentiens ſuam videndi facultatem exerit & perficit, atque ſine quo hanc facultatem in effectum producere haud poteſt. At Caro Chriſti natura ita comparata non eſt, vt ſit naturale, proprium ac neceſſarium organum quo ſola natura diuina ſuam omnipræſentiam & inuiſibilitatem exerat, ac ita neceſſarium, vt ſine eo Diuina natura ipſo actu, nec ſit omnipræſens, nec inuiſibilis.

Deinde caro Chriſti non conſideratur in ſeipſa, ſeu extra vnionem: cùm caro illa extra vnionem, nec ſit, nec fuerit, nec vnquam futura ſit.

Adhæc, vna natura contrarium quid non recipit, aut diuerſũ in ſeipſo κατὰ τὸ αὐτὸ diuerſum autem & longè diſſimile eſt circunſcribi loco, & vbique eſſe, inquit Virgilius. Alioquin dicendum eſſet naturam humanã Chriſti habere initiũ in ſeipſa, & non habere initium in vnione: creatam eſſe proprietate naturæ ſuæ, & creatam non eſſe in vnione æqualem Patri: mortuam denique in ſeipſa, & non mortuam eſſe in vnionem, vel cauſa & reſpectu vnionis. *l.4.contra Euthychem*

LXVIII. *Anne rationi humanæ & Philoſophiæ principijs in ijs quæ aſſeruntur de corpore Chriſti, eſt planè derogandum?*

Non, quatenus ratio humana poſt regenerationem ſpiritualis facta, verum teſtimonium creaturis perhibet, & vera principia de humani corporis proprijs aſſerit. Scriptum eſt enim, *Ne ſitis ſicut equus & ſicut mulus, quibus non eſt intellectus*, Pſal, 32. 9. & præterea omnis veritatis in Logicis, Ethicis, & Phyſicis, Deus authorr eſt. Quin Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam Diſcipulis apparens, cùm probare vellet ſuum corpus adeſſe ſubſtantialiter, ab adiuncta eius viſibilitate & palpabilitate argu-

LXVI. *An-ne tollitur contradictio diuerſitate reſpectuum, & iſtorum modorum, ſi dicatur, Corpus Chriſti reipſa & dono facto in cœlo eſſe ſecundùm naturales veri corporis proprietates, circunſcriptiuā, localiter, viſibiliter, & naturali modo: & per potentiam Dei etiā reipſa & de facto eſſe in multis locis, vel vbique, vel in Cœna, ſed Sacramentaliter, inuiſibiliter, ſupernaturaliter, illocaliter, cœleſti & miraculoſo modo: & ſi dicatur, Chriſti naturam proprietate naturæ ſuæ eſſe circunſcriptam, & viſibilem, ratione verò vnionis incircunſcriptam & inuiſibilem?*

Nequaquam, quia hæ diſtinctiones ſeu modi pariter non poſſunt probari ex Scripturis. Deinde nec omnes modi ſemper excuſant contradictionem: vt ſiquis dicat, corpus Chriſti mortuum ſecundum modum mortis, & eodem tempore viuum fuiſſe ſecundùm modum vitæ. Denique modi contrarij qui è mutuò perimunt quando in eſſe ponuntur, non tollunt ſed confirmant contradictionem.

Sed & talis diuerſus reſpectus dari non poteſt quo res vna & eadem reipſa talis ſit, & talis non ſit: quod eſt πρῶτον ψεῦδος Aduerſariorum: nec modus fingendus eſt qui rei eſſentiam tollat. Quare corpus Chriſti aſſumptum, cùm actu ſit organicū, phyſicum σύμμετρον, partibus ſuis diſpoſitum & finitum, pluribus in locis nullo modo, nō organicum, indiſpoſitū, infinitum, aut pluribus in locis actu eſſe poteſt, etiāſi inenarrabili gloria ornatū ſit; quia Deus eſt immutabiliter verax, nec vultvt affirmatio ſit negatio, contra principiū immotum; *Quodlibet eſt, aut non eſt.*

LXVII. *Anne, vt oculus viuendi vim in ſe nō habet, ſed propter vnionem cum anima, &*

pertingit. Sic etiam oculus & viſus inter ſe admodum coniuncta ſunt, & tamen pertingit viſus ad multa, ad quę oculus non ſe extendit..

Denique rectè dixerunt veteres in Synodo Chalcedonenſi, differentiam naturarũ in Chriſto non eſſe ſublatam propter vnionem, ſed potiùs vtriuſque naturæ in vnam perſonam, ſeu vnam ὑπόστασιν concurrentis, proprietatem ſeruari.

LXX. *An verò quod Chriſtus dicit Ioh.3.13. Nemo aſcendit in cœlum niſi filius hominis qui in cœlo eſt, efficit humanam Chriſti naturam dum in terris fuit, etiam in cœlo ſimul fuiſſe?*

Non. Nam filius hominis hoc loco totam Chriſti perſonam, quæ etiam Filius Dei eſt, denotat: humana verò natura alteram tantùm illius perſonæ partem, quæ in tempore ex virgine aſſumpta eſt, ſignificat. Perperam ergo quod de perſona hac, quæ non homo tantùm, ſed etiam Deus eſt prædicatur, etiam de humana natura prædicari dicitur. Sic enim colligeretur naturam humanam fuiſſe ante Abrahamum, antequam conciperetur in vtero Virginis.

Certum eſt autem Filium hominis eodem modo, cũ loqueretur in terra, fuiſſe in cœlo, quo idem de cœlo deſcendit. Nam Chriſtus de vno eodémque ſubiecto, hoc eſt filio hominis, enuntiat, quòd de cœlo deſcenderit, de quo dixit, quòd ſit in cœlo. At filius hominis de cœlo deſcendiſſe dicitur, non quòd caro è cœlo delapſa fuerit, ſed quòd natura diuina de cœlo eſt, ac humanam carnẽ aſſumpſit. Ergo filius hominis cùm eſſet in terra ita dicitur fuiſſe in cœlo, non quòd humana natura, ſed quòd diuina huius filij natura, quæ cœlum & terram ſemper implet, fuerit in cœlo: Tropo ſcilicet ſynecdoches, quo & apertè totum intelligitur, & à toto portio nominatur, inquit Caſſianus.

LXXI. *An-ne iniquum eſt naturam glorioſi corporis, quod ſpirituale dicitur, ſubijcere communis naturæ Legibus?* l.6.c.6.

mentatur, & ad ſenſus ipſos diſcipulorum prouocat [a]. *a Luc.24.36* Sicut ab omnibus accidentibus panis Euchariſtiæ rectè colligitur eſſe ſubſtantia panis experimento ſenſuum omnium, qui certè omnes ſimul falli non poſſunt, niſi teneantur; vt in diſcipulis duobus qui Dominum peregrinum aliquem eſſe exiſtimabant, & in Magdalena, quæ eundem eſſe hortulanum putabat, Luc. 24. 16. Iohan. 20. 15.

LXIX. *Anne niſi corpus Chriſti vbique eſſe ſtatuatur, per hoc à natura diuina, quæ vbique eſt, & cui ipſum perſonaliter vnitum eſt ſeparatur ac diuellitur, An corpus Domini per vnionem id aſſequutum eſt, vt ſit vbicunque eſt verbum?*

Minimè: quia eorum quæ adæquatè vniuntur, ita vt vnum non pateat latiùs quàm alterum: non poteſt vnum alicubi eſſe, vbi non ſit alterum, ſi verò vnum latiùs pateat, tunc vbicunque eſt minus, ibi etiam eſt maius: ſed non contrà: vt in gemma & annulo videre eſt. Quoniam igitur Diuinitas Chriſti longe ſuperat humanitatem, vbicunque eſt humanitas, ibi cum ea eſt diuinitas, non contrà.

Nec etiam vnio perſonalis eſt naturæ humanæ cum diuina exæquatio, aut proprietatum naturæ diuinæ in humanam effuſio, vt humana natura habeat eaſdem proprietates quas habet diuina: ſed eſt talis vnio qua natura humana ſubſiſtit in perſona τοῦ λόγου ita vt ipſius quaſi pars ſit, nec per ſe ſiue extra τὸν λόγον ſubſiſtat. *Non* autem *ſequitur*, inquit Auguſtinus, *vt quod in Deo eſt, ſit vbique vt Deus.* *Epiſt.57.ad Dard.*

Deinde cùm Deitas ſit vbique tota, non per partes, nec vt in loco, fieri non poteſt vt vſpiam ab illa, humana natura quam aſſumpſit, dici poſſit ſeparata, quamuis ipſa ſuo tantùm loco, ſicut fert inuiolabilis ipſius veritas contineatur.

Sed & corpus ſolare, & eius lux habent inter ſe naturalem & ſummam coniunctionem, non tamen ad quæcunque loca ſe lux extendit, ad ea corpus realiter pertin-

Nec moueat, inquit, *quòd aliquando res quæ ſignificat, nomen eius nunquam ſignificat accipit. Sic enim Petra Chriſtus, quia Chriſtum ſignificat.* Sic dicimus cum Cypriano *effigiem* id eſt panis & vini apparentiam & aſpectum, *non mutari*, ſed *ſubſtantiam panis & vini mutari in Sacramentum corporis & ſanguinis Domini, quod priùs non erant.* Sic Chryſoſtomus, *Quod ſymbolorum tribuit rei ſignificatæ, maximè quoad fidem & mentis cogitationem.*

Quid ſibi volunt veteres, dum Cœnæ myſterium vbique cum ſtupore admirantur, vocant illud tremendum myſterium, poſtulant fidem, celebrant Dei potentiam, negant quærendum eſſe naturæ ordinem in Chriſti corpore, ſymbolis μεταβολὴν ſeu conuerſionem tribuunt?

Non ſubſtantiæ, id eſt materiæ & formæ naturalis, ſed qualitatis, i. priſtini officij, conditionis, vocationis, finis, & vſus elementorum, mutationem ex gratia factam ſignificant: quæ eſt conſecratio, deſtinatio, & adhibitio, ſiue traductio ſignorum ab vſu communi, ad vſum ſeu officium ſacrum & myſticum, id eſt, ad vitæ æternæ obſignationem & teſtimonium, vt ſcilicet non corpus duntaxat ad hanc vitam, vt in menſa noſtra ordinaria, ſeu antè benedictionem alant, ſed propter ordinationem diuinam (quia iam Sacramenta ſunt corporis & ſanguinis Chriſti) animam quoque paſcant, quatenus ſumuntur, vt ſint certiſſima nobis pignora corporis & ſanguinis Chriſti, & vitæ æternæ ex eo in nos influentis: vnde Paulus non ſimpliciter Cœnam & poculum nominat, ſed *Cœnam & poculum Domini*, & 1. Cor. 10.4. Petram ex qua bibebant Iſraelitæ in deſerto vocat *ſpiritualem.*

Hinc Theodoretus, *Dominus quæ videntur ſymbola, corporis & ſanguinis ſui appellatione honorauit,* οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν. ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστεθεικώς, *non equidem naturam ipſam tranſmutans, ſed gratiam naturæ adijciens*, gratia autem illa naturæ adiecta eſt, quòd elementa iſta fiunt Sacramenta, ſeu res ſpirituales, hoc eſt, externa Spiritus ſancti media & inſtrumenta communionis Chriſti in nobis confirmandæ, conſeruandæ, & augendæ. *Dial. 1. c. 8.*

Hanc igitur mutationem non eſſentialem, ſed Sacramentalem, vt mirificam & ſupernaturalem, mirantur ve-

Minimè, quia gloria veritatem corporis non aboleuit, nec mutauit in ſpiritum: ſed Spiritui prorſus ſubiecit[a], Aug.

a Luc. 24. 36. Act 1. 9. 10. 11. & 7. 55. 56. l. De Ciu. Dei. 13. c. 20.

LXXII. *Anne Orthodoxi Patres, cùm panem quem Dominus Diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatum Omnipotentia verbi factum eſſe carnem*, Cyprian. *Chriſtum ſeipſum geſtaſſe ſuis manibus*, Auguſtinus *corpus Domini in os noſtrum intrare, linguam ſanguine Chriſti incruentari, & ipſummet Chriſtum in hac actione videri tangi, frangi, & dẽtes ipſius carni infigi, ſcribunt* [b], *propriè & ſine tropo loquuntur?*

Serm. de Cœna Domini. in prologo pſal. 33.

b Chryſoſt. Hom. 83. in Matth. & 45. in Iohã. & Homil. 24. in 1. ad Cor.

Non; cùm ſenſus ipſi, & experientia contrarium teſtẽtur, & non poſſunt hæc propriè dici ſine ingenti & Capernaitica blaſphemia. Figuratę ergo ſunt locutiones illę Patrùm, quibus corporis & ſanguinis nomina & effecta pani & vino, & viciſſim quæ fiunt in ſymbolis, corpori & ſanguini Chriſti tribuuntur, ſed tamen (licet duriuſculè & καθ᾽ ὑπερβολὴν ad commendandam myſterij dignitatẽ) expreſſiſſimis iſtis phraſibus figuratis & metonymicis indicant, quàm certum ſit & efficax noſtræ cum Chriſto communionis ſeu manducationis ſpiritualis Chriſti myſterium; eiuſmodi nimirum, vt ſimus caro ex carne eius, & os ex oſſibus eius, id eſt vt verè vnum facti cum eo fruamur omnibus ipſius bonis[c].

c Eph 5. 30. In Epiſt. in Ioh tract. 1.

Alioquin inquit Auguſtinus, *Nos Chriſtum in Cœlis ſedẽtem manu contrectare non poſſumus, ſed Chriſtum fide contingere poſſumus.* Et Tract. in Iohan. 50. *Aſcendit in cœlum corpus Chriſti: quærat aliquis, Quomodo tenebo abſentem? quomodo in cœlum manus mittam, vt ibi ſedentem teneam? Fidem mitte, & tenuiſti.* Et in Pſal. 73. ſcribit, quòd *ferebat ſeipſum manibus ſuis quodammodo.* Nempe quia geſtabat in manibus ſuis corporis ſui Sacramentum. Et Cypr. dicit. *Sacramenta habere nomina earum rerum quas ſignificant.* Et idem Auguſt.

Serm. de Chriſmate. Epiſt. 102 ad Euodiũ.

res vnionem arctiſſimam duarum naturarum ſine cõ-ſione factam, non realem, & proprietatum Deitatis in manam naturam effuſionem declararunt.

Sed hîc magna eſt diſſimilitudo. Naturales enim illæ ſunt coniunctiones, quibus vel qualitates nouæ corporibus, vel ſubſtantiæ ſubſtantiis applicantur: hîc autem omnia ſunt ſupernaturalia ex inſtituto Chriſti.

Præterea adeſt Chriſtus in Cœna non propter panem, ſed propter hominem: non enim verba illa, *hoc eſt corpus meum*, propter panem dixit Chriſtus, quaſi vel mutationẽ eius ſubſtantialem facturus, vel corpus ſuum communicaturus pani eſſet: ſed diſcipulis promiſſionem dedit de communicatione ſui corporis, qua nos veluti membra ſibi adiungit.

LXXIV. *Quis eſt ergo ſenſus natiuus & genuinus verborum Cœnæ Domini?*

Hoc, id eſt panis (quẽ Chriſtus ſuis manibus fractũ diſcipulis ſuis porrigebat,) *eſt* non ſubſtãtialiter ſeu eſſentialiter, ſeu naturaliter & in ſeſe; ſed myſticè, ſeu Sacramentali promiſſione; nõ ſimplici & nuda ſignificatione, ſed etiã, licet ſpirituali, tamẽ reali, i. vera & nõ imaginatiua (quia nihil tã verè fit, quã id quod facit Spiritus ſãctus, ſub fidei conditione) exhibitione, ipſummet illud *corpus meum*: vel vt Paulus explicat 1. Cor. 10. 16. *Panis eſt κοινωνία corporis Chriſti*, hoc eſt ſigillũ & efficax teſſera, vel inſtrumentum, ſeu medium communionis corporis Chriſti.

Quam interpretationem confirmat Auguſtinus, *Non dubitauit Dominus dicere, Hoc eſt corpus meum, cùm daret ſignum corporis ſui.* Et Tertull. *Acceptum panem & diſtributũ diſcipulis corpus ſuum illum fecit, Hoc eſt corpus meum dicendo, i. figura corporis mei.*

contra Adimantum, c. 12.
cõtra Marcio. l. 4.

Nec aliter illud Enuntiatum, *Hoc*, vel *hic calix, eſt ſanguis meus*, interpretamur: vt hic ſit ſenſus verborum Chriſti, Quoties vos, qui diſcipuli eſtis mei, & in me creditis, hoc pane veſcimini, & ex hoc poculo bibitis, certum vobis ſit monimentum & teſtimonium, vos meo pro vobis tradito corpore, & pro vobis effuſo ſanguine verè, ſed ſpiritualiter, paſci, & nutriri ad vitam æternam.

LXXV. *Cur Dominus hac phraſi, hoc eſt cor-*

teres,& meritò. Nam citra potentiam Dei fieri nõ poteſt vt terreſtris illa & caduca res (quæ corpori alendo propriè deſtinata eſt) res ſanctiſſima, & cibus ſpiritualis ac cœleſtis nobis eſſe incipiat. Neque id eſt opus naturæ, vt ſigna illa tam potenter & efficaciter animũ permoueãt, offerant, & exhibeant corpus & ſanguinem Domini apprehendenda animis noſtris & fide. Sicut non eſt opus naturæ, vt aqua fiat lauacrum regenerationis.

Quanquam Sacramentalis mutatio non eſt magis miraculoſum & ineffabile quippiam, quàm, cùm ex cõmuni cera fit authenticum publici inſtrumenti ſigillũ: niſi quòd illa diuina eſt, & diuinarum rerum cauſa. Hęc verò humana, & ſanciendis rebus humanis inſtituta ordinatio. Vnde Auguſtinus dicit *Sacramenta vt religioſa, honorem habere poſſe, non autem ſtuporem, vt admiranda.*

De Triuit. l 3.c.10. Deinde iidem Patres fidem requirunt, quia fides hîc imprimis neceſſaria, qua firmiter ſtatuamus panem eſſe corpus Domini, i. verè nos per legitimum panis vſum effici κοινωνοὺς corporis Chriſti. Denique innuunt ineffabilem & verè mirandam illam κοινωνίαν noſtri cũ Chriſto ſanciri, in qua naturæ ordo quærendus non ſit, quia omnem humanum ſenſum ſuperat.

LXXIII. *An-ne cùm de ferro ignito, de infante in cunis iacente, de vino in vaſe contento & ſimilibus, dicatur, hoc eſt ignis, hoc eſt infans, hoc eſt vinum. Et Deut. 12. 23. ſanguis eſt anima, quia continet animam: (quibus loquutionibus præſentia attributi manifeſtè aſſeritur:) propterea verba Chriſti ſunt intelligenda de corporali eius præſentia ad locum vbi panis eſt?*

Dial. 2. 5. 19. Non. Ignis quidem ferrum reddit ignitum, & totam eius ſubſtantiam penetrat, ſed ferri naturam non mutat, inquit Theodoretus; & in gladio ignito, ignis vim vrendi retinet, vt ferrum ſecandi: nec ferrum habet ἐνέργειαν, i. affectionem ignis, ſed vſtio eſt ἀποτέλεσμα ſeu effectum ignis, vt ſectio ferri, inquit Damaſcenus. Quo ſimili ve-
l. 3. c. 15.

teres

nentis ſancta Chriſti Cœna. Ea enim eſt vis fidei, vt quantumuis diſſita & remotiſſima arctiſſimè coniungat. Non igitur vera & viuifica præſentia corporis Chriſti in Cœna & κοινωνία illius cum credentibus in miniſterio Sacramentorum reiicitur, ſed tantùm modus ille præſentiæ, qualis ad panem fingitur, negatur.

LXXVIII. *Anne ſunt hæ propoſitiones contradictoriæ, Chriſtus corporaliter eſt in cælo, & Chriſtus corpore & ſanguine ſuo in Cœna eſt?*

Nequaquam: quia hæc poſterior non de præſentia ad locum panis, ſed de κοινωνία cum homine, quæ per ritum Cœnæ obſignatur & exhibetur, orthodoxè intelligitur.

LXXIX. *Sed, Annon euacuatur Chriſti Cœna ſi ab hac actione, ipſa Chriſti caro eſſētialiter tam procul abeſſe quàm cœli abſunt à terra, ſtatuatur?*

Minimè, quia corpus ipſum, & ſanguis Chriſti, nō ſimpliciter & quatenus ſunt in ſeſe res ſubſiſtētes, ſed intellectualiter, νοητῶς conſideranda in his myſteriis proponuntur, & menti, non corpori, fidei, non ſenſibus, mēte quoque & ſola fide ſumenda præbentur. Sicut enim profectò quæ audiūtur auditu, quæ videntur viſu, ita & quæ intelliguntur intellectu, & ſic quæ creduntur, fide percipienda ſunt: nec ſunt iſta ſimiliter ſuis obiectis præſentia Eſt autem perceptio fidei multò certior omni comprehenſione ſenſuum, vel rationis, & quàm fides poſſit rem præſentem facere, declarat Paulus Gal. 3. 1. vbi dicit Chriſtum ob oculos eorum depictum, & inter eos crucifixum eſſe.

LXXX. *Eodémne modo præſentiæ terrena & cæleſtia dona adſunt?*

Non eodem: quia non eſt alia præſentia Chriſti in ſigillo gratiæ, quàm in verbo ſeu promiſſione gratiæ. At Chriſti Ieſu præſentia in verbo, adde & in baptiſmo, i-

pus meũ, & hoc eſt ſanguis meus, vti maluit, quàm dicere, hoc ſignificat corpus meum, & ſanguinem meum?

Quòd leuiculum illi meritò viſum eſt ſignificãdi verbum: & expreſſiùs declarare voluit ſigna illa non proponi, vt qualia ſunt in ſeſe, conſiderentur, ſed oportere accedentes fidelis mentis oculis ea demum in illis ſignis quæ per illa repræſentantur, ac ſi panis ille & vinũ illud non illarum rerum ſigna, ſed illæ ipſæ res eſſent, quas ſignificant, intueri & ſpiritualiter apprehendere.

LXXVI. *An-ne ſi corpus Chriſti in pane Cœnæ ineſſe negatur, propterea Chriſtus ipſe à ſua Cœna prorſus abeſſe dicitur?*

Non: ſic tamen vt totus adſit, non totum: verè enim adeſt Chriſtus homo. 1. Spiritus ſui gratia & ἐνεργείᾳ, vbi duo vel tres in ipſius nomine congregati fuerint, Matt. 18. 20 2. Et potentia & maieſtate ſua^a .3. Vt qui corpore abſens & ſublimior cœlis factus, virtute tamen ſit totus præſentiſſimus, qua & ſeipſum, & ſua omnia nobis verè per fidem ſpiritualiter communicat. 4 Et corda fidelium per promiſſionem Euangelij ad ſe vſque in cœlum euehit, vt illic contemplentur, nimirum in ſanctuario cœleſti, victimam in cruce oblatam, atque ita per fidem ea paſcantur. Denique verè & plenè abſque vlla dubitatione perficit Chriſtus id quod promiſit.

a Matt. 28. 20.
Heb. 7. 26.

LXXVII. *An-ne corpus Domini verè & ſubſtantialiter in Cœna adeſt?*

Adeſt, non quidem per conuerſionem totius ſubſtantiæ, i. tam materiæ quã formæ panis & vini, in corpus & ſanguinem Domini, aut per impanationem, ſeu aſſumptionem panis, aut incluſionem localem: non ſicut infãs in cunis, neque enim externis ſignis adeſt per inexiſtentiam vel indiſtantiam: nec ratione loci, vbi eſt panis: nec etiam hominum corporibus adeſt, aut ori ingeritur. Nã ſi locum ſpectes, corpus Chriſti in cœlo eſt περιγραπτῶς, ſed fidelium mentibus & rationi fidei hominis legitimè

vtentis

imò etiam tota Chriſti perſona. Nam ne ipſius quidem humanitas ſine Deitate τοῦ λόγου, qui eſt vita ipſa & ſcaturigo vitæ [a], nobis poteſt eſſe panis vitæ nec ſeparari poteſt humanitas à verbo, nec humanitas ſine Diuinitate, & eius beneficia ſine perſona tota ſubſiſtere poſſunt: ac proinde altera ſine alteris, neque præbentur neque percipiuntur. a Ioh. 1. 4.

LXXXIII. *An-ne in Cœna Domini, pro reipſa Sacramenti, ſola Chriſti merita ſeu Energiã viuificam, dona, ſeu beneficia ſine Chriſto ipſo. i. ſine participatione corporis & ſanguinis Chriſti, An verò Chriſtum ipſum cum ſuis beneficiis participamus?*

Sanè Chriſtum ipſum cum ſuis beneficiis, tum quę per ſolam imputationem, tum quæ per realem efficacitatẽ nobis conferuntur.

1. Quia Chriſtus ipſe vnus idémque θεάνθρωπος, eſt panis ille viuificus, à quo vita æterna ad nos manat [b], & ab eis ſpiritualiter manducatur, qui vera fide præditi ſunt. b Ioh. 6. 51.

2. Quia panis & vinum ſunt ſacra ſymbola, non tantùm mortis & beneficiorum, ſed corporis & ſanguinis Chriſti.

3. Quia Paulus id diſertè affirmat [c], & nobis debet eſſe cum ipſo corpore & cum ipſo ſanguine Chriſti cómunio, vt ſimus beneficiorum eius participes. Beneficia enim illa, & vis ſeu energia illa viuifica, quæ animas noſtras ſuſtentat in vitã æternam, non poteſt à corpore & ſanguine Chriſti, cui inhæret, adeóque ab ipſo Chriſto diuelli [d]: non magis quàm effectum à cauſa ſua continente, aut qualitas à ſubiecto, cui propriè inhæret, & à quo emanat: quia, vt ait Cyrillus *Spiritus in Chriſto ſummè cum carne Chriſti coniunctus eſt, & caro etiam cum Spiritu:* ita vt neque carnem eius abſque energia, neque energiam abſque carne ſumere, vel in ſimplici verbo, vel in Sacramentis poſſimus. c 1. Cor. 10. 16. d 1. Ioh. 5. 12

4. Quia qui fide promiſſiones Euãgelicas amplecti-

mò & in toto miniſterio eſt ſpiritualis tantùm, non corporalis ſeu localis: Neque enim fit incluſio Chriſti in voce Miniſtri foris ſonante: ſic nec in ſymbolis ſeu ſignis Sacramentalibus. Nam Paulus ait, *Nos dum aduenæ ſumus in corpore, peregrè abeſſe à Domino & per fidem incedere, non per aſpectum*, 2. Cor. 5. 6. 7. *nec nouiſſe ampliùs Chriſtum ſecundùm carnem, ſed ſecundùm Spiritum*: ver. 16. Item *Chriſtum in supernis eſſe*, Col. 3. 1. *Chriſtum è cœlis deſcenſurum in die iudicij*, 1. Theſſ. 4. 16. Et quidem venturum non quotidie & ſingulis momentis, & aliter quàm aſcenderit, (inuiſibiliter ſcilicet καὶ ἀπεριγράπτως) ſed οὕτως, id eſt in eo modo & non
a *Act.* 1. 11. aliter quo aſcendere in cœlum viſus eſt [a]. Quare Chriſti præſentia etiam in Cœna eſt ſpiritualis, (quam cœleſtem diuinam & ſupernaturalem voces licet) non autem, corporalis, ſiue naturalis.

LXXXI. *Quænam igitur eſt res ſignificata Cœnæ Domini?*

Ipſe Chriſtus, cum ſuis omnibus beneficiis, ſpiritualiter mentibus noſtris per fidem apprehendendum ſe præbens: neque enim τῆς ἐνεργείας duntaxat, ſeu beneficiorum & donorum Chriſti, ſed τῆς οὐσίας viuifici corporis Chriſti reddimur in Cœna Domini participes.

LXXXII. *Quid in attributo harum propoſitionum, Hoc eſt corpus meum, & hoc eſt ſanguis meus, corporis & ſanguinis appellatione intelligitur?*

Non eius ſignum, quod nonnulli Patres corpus Sacramentale vocant, i. Sacramentaliter intellectum: veluti cùm dicunt corpus Domini videri, tangi, dentibus atteri, in terram cadere, creari, fieri, conſumi; non etiam corpus
b *Eph.* 5. 32. myſticum, quod eſt Eccleſia [b]. Sic enim fideles vel ſola ſymbola vel Eccleſiam comedere viderentur: quanquã hoc non inficiamur ſignis panis & vini corpus myſticum
c 1. *Cor.* 10. 16. adumbrari adeóque ſanciri [c]: ſed ſynecdochicè tota Chriſti humanitas & ὅλως & κατὰ μέρη verum & naturale corpus Chriſti pro nobis traditum, crucifixum, & ſepultum, verus ſanguis pro nobis effuſus, eiúſque vera anima

imò

LXXXIV. *An-ne hæc propoſitio tolerari poteſt, cum pane exhibetur corpus Chriſti?*

Si ſyncategorema, *Cum* ad tempus quo Cœna vtuntur fideles referas, vt ſit ſenſus, quando homo fidelis Cœna vtens, edit panem Domini, vinumque Domini bibit, non terrenorum tantùm donorum, ſed etiam cœleſtiũ, videlicet corporis Chriſti & ſanguinis eiuſdem particeps fit: tum verò illam propoſitionem neutiquam improbamus. At ſiquis illam vnà cum cœteris duabus particulis acceptam In, & *ſub*, referat ad locum, i. ad ſtatuendam inuiſibilis corporis Chriſti præſentiam, *In*, *cum*, *Sub* pane: meritò conſubſtantiationem, inexiſtentiam, & indiſtantiam iſtam reiicimus: cùm hæc neque verbis Chriſti exprimatur, nec ex illis orthodoxè poſſit elici.

LXXXV. *Quotuplex eſt vnio ſiue coniunctio in vſu Cœnæ Dominicæ?*

Duplex: vna corporis & ſanguinis Chriſti cum pane & vino, quæ Sacramentalis dicitur, & ad formam Sacramenti pertinet. Altera eiuſdem corporis & ſanguinis Chriſti cum credentibus coniunctio, quæ(tametſi ſpiritualis) myſtica, realis & ſubſtãtialis corporis & ſanguinis Chriſti *κοινωνία* ſiue communicatio & fruitio dicitur, quę ſub ſacris Cœnæ ſymbolis exhibetur, & ad finem Sacramenti pertinet.

Calu. Inſt. l. 4. c. 17. ſect. 19. & 33.

Nec tamen fingenda eſt mixtura vel transfuſio carnis Chriſti in anima noſtra: quia ſufficit Chriſtum è carnis ſuæ ſubſtantia vitam in animas noſtras ſpirare: imò propriam vitam in nos diffundere, quamuis in nos non ingrediatur ipſa Chriſti caro.

LXXXVI. *Qualis eſt coniunctio ſignorum & rei ſignatæ in Cœna Domini?*

Non conſubſtantialis ſeu phyſica quæ ſtatuat præſentiam rei ſignificatæ ad locum ſigni. 1. Quia eam nullo modo ferunt verba inſtitutionis. 2. Et conſtat Chriſtum realiter & corporaliter in menſam locatũ aſſediſſe Diſcipulis. 3. Nec Sacramenta ſunt inſtituta vt ſint latibula rerum ſignificatarũ: verùm vt ſint efficacia ſigna, ſigilla & memoralia, ſicut loquitur Scriptura, *aliud exiſtentia, &*

a Heb.3.14. tur,fit Christi particeps[a].

5. Quia id clariſſimè teſtantur ipſa Chriſti verba, *Accipite,Comedite,hoc eſt corpus meum.* Ergo neceſſe eſt à fidelibus recipiatur,& manducetur corpus Chriſti.

6. Quia vera cõmunio cum ipſo Chriſto θεανθρώπῳ in baptiſmo ſancitur.Ergo idem fieri in Cœna ſtatuendum eſt.

7. Quia periret Analogia perceptionis & manducationis panis & vini,niſi Chriſtum ipſum ſpiritualiter perciperemus:atqui vt vim alendi quæ eſt in pane percipiamus,panem ipſum percipiamus neceſſe eſt.

8. Quia ſicut morimur in Adamo,quòd ſumus cum illo coniuncti naturali participatione;ſic vitam ſpiritualem in Chriſto viuimus,& à Chriſto haurimus propter
b 1. Cor. 15. 22. ſpiritualem cum Chriſto participationem[b].

9. Quia paſſim Scriptura docet Eccleſiam eſſe vnius capitis vnum corpus: vitam autem manare à capite ad corpus ſine vtriuſque coniunctione, ne cogitari quidem poteſt.

10. Quia qui relicta ſubſtantia ſolis accidentibus adhærent,in nulla ſcientia ſunt tolerandi.At Chriſti mors & eius beneficia inter accidentia numerantur. Eſt ergo intolerabile ſola Chriſti beneficia proponere, & non ipſum Chriſtum.

Sed hoc addimus,ſicut in ſimplici verbo, verbum quidem prædicatum,Chriſtum nobis voce annuntians, aurium ſenſu percipitur; Chriſtus autem ipſe verbo prædicato ſignificatus nonniſi intellectu credente recipitur:& in Baptiſmo corpus quidem aqua illa tingitur: mens verò credentis,ſanguine per aquam ſignificato, abluitur: ſic in Cœna pane illo & vino illo corpus paſcitur,carne autem & ſanguine Domini anima credentis ſaginatur, vt loquitur Tertull.

Eſt igitur manducatio corporis, ſed non manducatio corporalis,verùm fidei,ſeu ſpiritualis:ſicut coniunctio eſt ſpiritualis,myſtica & ſupernaturalis, quippe quæ fit contactu fidei, efficacitate Spiritus ſancti, itémque eſt ſpiritualis præſentia corporis Chriſti. Enimuerò ſi viſus noſter temporis momento cum Solis corpore coniungitur,multò magis fides coniungitur cum ipſo Chriſto,adeóque cum ipſius corpore in cœlo collocato.

Matth. 3.16. aut cùm flatu Chriſti & linguis igneis diſcipulis exhibitus eſt, Ioh.20.22. Act.2.3. Hic locum habere poteſt?

Non: quia tota ſpecie differunt vnio perſonalis, & vnio Sacramentalis: & quia panis illius melior eſſet conditio, quàm omnium fidelium hominum, quibus non perſonaliter, ſed myſticè tantùm, vnitur corpus Chriſti.

Deinde, aliud eſt corpus Chriſti quod pluribus locis eſſe non poteſt, aliud Deus ſeu Spiritus ſanctus qui vbique eſt.

Et præterea ab eo, quod præter ordinem & per miraculum factum eſt, non licet argumentari ad id quod ordinarium eſt in Eccleſia Dei: cuiuſmodi eſt Cœna Domini, ex hoc ipſius præcepto *Hoc facite*.

Denique nec columba illa quam vidit Iohannes Baptiſta è cœlo deſcendentem ſuper Chriſtum, nec flatus ille quo afflauit diſcipulos ſuos Chriſtus: nec linguæ igneæ quæ ſederunt ſuper vnũquẽque diſcipulorũ, eſſentialiter Deus aut Spiritus ſanctus fuerunt, aut in ſe Spiritum ſanctum occultarunt, ſed eius ſymbola, tum in Chriſto, tum in diſcipulis fuerunt.

LXXXIX. *An-ne per omnia verum eſt, De ſe inuicem prædicari quæ diuina ordinatione peculiari modo iunguntur: vt Hic homo eſt Deus, Columba eſt Spiritus ſanctus?*

Non: alioquin verè dicere poſſemus in homine, anima eſt corpus: & in Chriſto, Humanitas eſt diuinitas: & in ferro ignito, ferrum eſt ignis, vel ignis eſt ferrum: quę tamen nemo cõcedit. Sed verũ eſt, primùm in propoſitionibus de perſona Chriſti, cum pro eodem ſuppoſito ſupponant concreta vocabula tam hic homo, quàm hic Deus: At vnio perſonalis non ponitur in Sacramento: Quare fieri non poteſt vt ſint æquè vera illa, *hic homo eſt Deus*: & illa, *hic panis eſt corpus Chriſti*, Deinde in loqutionibus ſymbolicis & Sacramentalibus, vt legimus *aliud ſignificantia*, inquit Auguſtinus.

Sed merè σχετικὴ. i. ſignificatiua, ſeu relatiua, i. tota in eo poſita, quòd ex diuina ordinatione verbo Sacramentali declarata, res iſtæ mutuo reſpectu, & reciproca inter ſe relatione vnum quiddam ſint (Nam vt Beda ait, *Panis ad corpus Chriſti myſticè, vinum ad ſanguinem refertur*) & ſpiritualiter per fidem conſiderandæ & ſumendæ ſimul præbeantur; ſigna quidem ab iis qui legitimè Cœnam adminiſtrant. Res verò à Patre & Chriſto Filio, cooperante Spiritu ſancto, donatæ. in Luc. 22.

LXXXVII. *Cùm Ariſtoteles Metaphyſicorum lib. 5. cap. 6. doceat quatuor eſſe genera eorum quæ vnum ſunt Numerum, ſpeciem, genus analogiam: quónam horum modo panis eſt corpus Chriſti?*

Nec numero, nec ſpecie, nec genere, ſed analogia ſeu proportione & ſimilitudine: proportione enim vnũ dicuntur, quæcunque inter ſe conferũtur, vt aliud ad aliud κατ' ἀναλογίαν inquit, ὅσα ἔχει ὡς ἄλλο πρὸς ἄλλο, i. *quæcunque ſe habent vt aliud, ad aliud dicuntur unum reſpectu.* Analogia igitur vnum ſunt, panis & corpus Chriſti ſeu panis vitæ, quia vterque alimoniam hoc eſt, fomentum & incrementum homini præſtat, ſed ille quidem corpori, hic autem fideli animę, Sic proportione vnum ſunt vinum Domini & ſanguis Domini, quia ſitim extingunt, & recreant, ſed illud quidem corpus, hic verò animam fidelem.

LXXXVIII. *An-ne ſupernaturalis illa coniunctio qua perſonaliter Chriſti Deitas cum humanitate coniuncta eſt, vel miraculoſa illa qua Deus viſibilibus quibuſdam ſpeciebus ſumptis ſeſe nonnullis patefecit, vt cùm dicitur Deus apparuiſſe Moſi in flamma ignis in rubo,* [a] *vel cùm Spiritus ſanctus ſub ſpecie columbæ deſcendit in Chriſtum*

a Exod 3.2.

Matth.

quo etiam faciunt Pauli verba verſ. 16. explicantis quid illud ſit *Ad mei commemorationem verſ. 25. Quotieſcunque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini* ἀναγγέλλετε, *annuntiate vſque quò venerit* id eſt totam Chriſti obedientiam & beneficia omnia grata mente recolite & prædicate, & vos credere & amplecti palàm profitemini. Nam καταγγέλλειν non eſt aliquid ſimilitudine facti exprimere, aut geſticulationibus hiſtrionicis repræſentare, ſed prædicare & annuntiare, nec ad ſolos Sacerdotes reſtringi debet, cùm enim, dum aduenæ ſumus in corpore, peregrè abſumus à Domino,[a] recordamur Domini Ieſu qui eſt in cœlis: quod facere nos iubet ipſe, donec veniat ad iudiciũ ſignificans manſuram eſſe Eccleſiam vſque ad Iudicium) nequaquam id præcepturus ſi corporaliter cum ſuis manere conſtitutum habuiſſet. Memoria enim præſentiæ corporali opponitur, ſi quidẽ memoria non ſit futurorum, neque præſentium, ſed præteritorum.

a 2.Cor.6.7

XCIII. *Qualis eſſe debet illa* ἀνάμνησις?

Non nuda, aut otioſa aliqua rei præteritæ recordatio, quæ ad nos nihil pertineat, ſed ἐνεργητικὴ & talis qua mẽs fidelis in hujus Sacramenti vſu Chriſtum cum omnibus ſuis beneficiis fide apprehendat, ſibi καθ' ἰδίαν applicet, & pręteriti ſemélque in carne peracti ſacrificij ita recordetur: vt ex eo præſentem conſolationem, gaudium mentis conſcientiæ pacem, fidei & charitatis incrementum ſentiat, & inſuper futuræ vitæ ac felicitatis, propter illud ſacrificium, ſpem certiſſimam concipiat: excitetur denique ad tantam Chriſti dilectionem expendendam, & hoſtiam laudis fide ipſi offerendam, atque gratiarum actionem reddendam.[b]

b Pſal.50.23

Ex quo fine rurſum intelligimus, non eſſe inſtitutam Cœnam, vt ſit reale & expiatorium ſeu hilaſticum ſacrificium pro viuis & mortuis, ſed ſolennis & publica Euchariſtia pro Chriſti incarnatione, morte, Redemptione & beneficiis omnibus.

XCIV. *Quæ ſunt cauſæ ob quas Chriſtus ſui inter nos memoriam celebrandam inſtituit?*

viſum Spiritum ſanctum à Iohanne , deſcendentem ſicut columbam, quia columba fuit ſignum Spiritus ſancti, & ſic concedimus panem eſſe corpus Chriſti.

De dolio autem vini, rectè quidem, ſed figuratè tamẽ dicimus, *hoc eſt vinum*, cùm duæ ſint ſubſtantiæ ibi iunctæ, & tanquam contentum in continente: vt etiam de Angelo apparente in forma humana dici poſſet, *hic eſt Angelus*, ſeu vt res in loco, quod de corpore Chriſti in pane dici non poſſe probatum eſt.

XC. *Cur igitur ſigna ſacramentalia exhibitiua dicuntur?*

Bucer. Comment. ad Epheſ.

Quia Dominus iis ita ſeſe panem cœleſtem & vitæ æternæ ſuis verè exhibet & præbet, ſicut ſuis diſcipulis vèrè præbuit Spiritum ſanctum ſigno afflatu oris ſui, ſicut tactu manus multis contulit ſanitatem, corporis & mentis, ſicut viſum luto facto ex ſputo , ſicut circunciſione carnis circunciſionem cordis, & ſicut Baptiſmate, regenerationem. Nam qui vera fide communicant ſignis corporaliter, ſpiritualiter veram percipiunt confirmationẽ & incrementum communionis corporis & ſanguinis Domini.

XCI. *At ait Irenæus Euchariſtiam conſtare duabus rebus, terrena & cœleſti?*

Rectè, non tamen exiſtimandum eſt eam eſſe σύνθετον ſiue totum σύνολον ſubſtantiale ſeu ὑφιστάμενον quoddam ex partibus integrantibus confectum, vt homo ex corpore & anima, & corpus ex capite & trunco: ſed eſt ſacra actio ſeu diuinum inſtitutũ quo ἅμα i. ſimul tempore, ſed non ὁμοῦ, i. ſimul loco, res diuerſæ diſtinctè proponuntur & traduntur, non ſecus ac tradito pignore ſeu arrha alicuius rei res ipſa ſimul tradi conſueuit.

XCII. *At quid Cœnam ſuam facere iuſſit Dominus?*

Non ad incruentam oblationem corporis ſui Deo Patri, pro peccatis viuentium & mortuorum, aut Scenicam repræſentationem mortis Chriſti, ſed ad ἀνάμνησιν id eſt *commemorationem* mortis ſuæ: Dicit enim , *Facite hoc in mei memoriam* (celebrandam ſcilicet in fidelium cœtu, [a])

5 Luc. 22.19
1. Cor. 11.24.

quo

ne Cœnæ populus inuitabatur, dum admonebatur, *Habere ſurſum corda*: non ſanè vt deorſum adhuc, ſiue in accidentibus ſine ſubiecto, ſiue *In*, *Sub*, vel *cum* pane eſſentia præſens corpus & ſanguinem Domini quærere doceretur, ſed potiùs in cœlis fidei manu tangendam & apprehendẽdam illam ipſam carnem pro nobis olim traditam & ſanguinem illum pro nobis effuſum.

Quamobrem nec ſurrexerunt ſinguli Diſcipuli, vt in genua procumbentes, panem illum & vinum illud ex ipſius manu acciperent. Et in libello διαταγῶν, Clementi aſcripto, iubetur populus μετ᾽ αἰδοῦς ϗ εὐλαβείας ἀθορύβως, id eſt *cum pudibunda quadam reuerentia ſine tumultu accedere.*

Quod verò ad Sacramenti ἔνδειξιν ſeu ἀνάδειξιν, i. *demonſtrationem*, ſeu ὕψωσιν, i. *Eleuationem* attinet, fatemur quidem conſuetudinẽ in veteri Eccleſia fuiſſe, vt Sacramentum integrum in ſacra menſa poneretur mundo linteo opertum, donec populo diſtribueretur. Tunc enim Miniſter Eccleſiæ ſubducto linteo, ἀνακαλύψας vt ait Dionyſius. i. aperiens, oculis præſentium ſubiiciebat myſteria. Chryſoſtomus etiam in λειτουργίᾳ, Sacerdotem dicit à menſa pauliſper, (non ſupra caput) leuare ſacrum panem, & alta voce dicere ſolitum, *Sancta Sanctis* (imitatione Iudaici ritus ſcilicet, apud quos Pontifex ſacrificia facturus, oblationem ante pectus præferebat & eleuabat[a]: Sed non alio fine quàm vt populus ſe ad communionem pararet.

Nunc autem, quum eleuatio panis ſupra caput Sacerdotis ſit neruus ἀρτολατρείας, nec à Chriſto neque ab Apoſtolis præſcripta, nec in vetuſtiſſima puriſſimáque Eccleſia obſeruata, rectè in Eccleſiis Euangelicis ſublata eſt.

[a] *Exod. 29. v. 24. 27. Leuit. 10. 15*

XCVII. *An reliquiæ Cœnæ, quaſi ſãctificatio aliqua ipſis inhærens permaneat, recondẽdæ, circumferẽdæ in ſpectaculis, vel adorãdæ ſũt?*

Multò minùs: Sacramenta enim extra vſum ſacrum & legitimum, ſiue extra illorum ſumptionem, his verbis præſcriptam, *Accipite, comedite: Accipite, bibite,* 1. Charitas eius immenſa, cuius ingenium eſt vt in eorum animis & memoria viuere cupiant hi, qui ſyncerè & ex animo diligunt: vnde colligimus Chriſtum nulla vnquam noſtri obliuione teneri.

2. Prouidentia fidelis Chriſti, qua prouidit ſuis dilectis, vt impenſum beneficium verè proſit & ſuo fine potiatur. Nam vt benefactorum obliuione beneficium acceptum amittitur, ita illud memoria potiſſimùm conſeruatur.

XCV. *Quid eſt annuntiare mortem Domini?*

Non modò hiſtoriam meditari, ſed etiam ſeriò cogitare. 1. De iuſtitia & ira Dei aduerſus peccatum, quæ in hac victima conſpiciuntur. 2. De immenſa Dei miſericordia erga nos. 3. Et de amore Filij erga genus humanum.

Tanta enim eſt iuſtitiæ Dei ſeueritas, & peccati grauitas, vt non ſit facta reconciliatio, niſi pœna peccato debita perſolueretur: tanta eſt iræ magnitudo, vt æternus pater non niſi placatus, niſi ſit deprecatione & morte filij.

Miſericordia tanta, vt Filius pro nobis datus ſit.

Tantus amor filii erga nos, vt hanc veram & ingentẽ iram in ſe deriuauerit, & factus victima pro nobis, carnis & ſanguinis ſui participes nos faciat. Quæ ſingula in vſu Cœnę prædicare & meditari oportet, vt verè expaueſcamus agnitione iræ Dei, verè doleamus de peccatis, & rurſus vera conſolatione erigamur: & denique Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum vera gratitudine, corde, ore, vita celebremus.

XCVI. *Anne in pane Cœnæ Chriſtus adorandus eſt?*

Non. 1. Quia ibi non adeſt ſuo corpore, 2. nec ſe ad panem verbo ſuo alligauit. Adorandus igitur eſt in myſteriis, vt ait Ambroſius: id eſt in celebratione Cœnæ, quâ Deus, & quâ Deus & homo ſimul: ita tamen vt non conſiſtamus in ſymbolis, ſed fidei oculos & corda noſtra non ad locum panis: ſed in cœlum erigamus, vbi eſt ad dextram Dei ſedens [a] quò etiam olim in adminiſtratio-

ne

[a] Col. 3. 1.

Triplex: prima eſt naturarũ, id eſt, naturæ noſtræ per ἐνσάρκωσιν, ſed in indiuiduo, & quidem ex ſola Abrahę ſobole, & naturæ diuinæ in perſona Filij in vnam perſonã initio[a], quæ ὑποστατικὴ dicitur, & ſecundùm hanc dicimus Filiũ Dei eſſe ex carne noſtra, & ex oſſibus noſtris, quia ex noſtro genere carnem aſſumpſit. a Ioh. 1.14. Heb. 2.14. 16.

1. Eſt perſonarum noſtrarum, ſed abſentium & peregrinantium à Domino, & perſonæ Chriſti θεανθρώπου, imò vtriuſque naturæ & diuinæ & humanæ Chriſti in vnum corpus myſticum coniunctio, quæ, ratione extremorum, ſubſtantialis & eſſentialis: Ratione verò vinculi ſeu modi quo extrema vniuntur, merè ſpiritualis & myſtica, id eſt, arcana dicitur. Ex qua pẽdet participatio ἐνεργίας & donorum Chriſti, id eſt remiſſionis peccatorum, regenerationis & vitæ æternæ: de qua 1. Cor. 1. 9. *fidelis eſt Deus per quem vocati eſtis in communionem Filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri*: & ſecundum hanc dicimur ex carnibus & ex oſſibus eius, non quatenus homines, ſed quatenus Chriſtiani & Chriſto inſiti ſumus, & per hanc Chriſtus eſt ſponſus vnius Eccleſiæ, id eſt omnium electorum[b]. b Eph. 5.30.

3. Et perſonarum noſtrarum, ſed præſentium ad Dominum & perſonæ Chriſti coniunctio in vnum corpus glorioſum, & glorioſa dicitur. Quarum coniunctionum tertia ex ſecunda, & ſecunda ex prima pendet.

CI. *Quid* κοινωνίας *vocabulum in dicto illo Pauli*[c] *ſignificat? id eſt quam coniunctionem ex illis tribus deſignat?* c 1. Cor. 1. 9.

Non συμφώνησιν concordiam, aut συγκατάθεσιν id eſt cõiunctionem conſenſus & voluntatis tantum, ſed ἐνοίκησιν καὶ μονὴν, inhabitationem & manſionem[d], & cõſociationem ſiue μετοχὴν perſonarum noſtrarum cum ipſius perſona. Quanquam μετοχὴ id eſt participatio, ad ſigna, & authore eodem Apoſtolo 1. Cor. 10. 17. & interprete Chryſoſtomo, propriè videtur referenda ad ſingulos eodem quidem pane, ſed fracto, & per partes ſigillatim diſtributo veſcentes. οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. Κοινωνία verò ad totum Chriſtum fide ſibi applicandum: vt μετοχὴ ſit partis acceptio: κοινωνία verò d 2. Cor. 6. 16. Ioh. 9. 56.

non ſunt Sacramenta: Sicut nec aqua baptiſmi eſt aqua, niſi quis ea, vt par eſt, tingatur: ſed cùm quiſpiam tinctus ſiue perfuſus aqua fuerit inuocato Patris, Filij, & Spiritus ſancti nomine, ceſſat Sacramentum Sunt enim Sacramenta actiones religioſæ & continuæ, ad quas adhibentur ſymbola, nō vt in iis ſe ſiſtat cogitatio, ſed vt eos quibus præbentur ad aliud cogitandum & agendum commoueant.

2. Conſtat etiam ex Dei verbo diſertè inhibitum fuiſſe à Domino, neque ex agno Paſchæ, expreſſo Euchariſtiæ typo, neque ex manna, in poſterum diem ſeruaretur; nimirum vt omnis aditus ſuperſtitioni præcluderetur.

3. Et hanc ἀρτολατρείαν Dan. 11. 38. Antichriſto tribuit, cùm inquit *colet Deum Maozim*, quaſi Miſſarium dicat, cruſtaceum nempe ſeu panaceum, *in auro, & argento, & rebus pretioſis.*

4. Nec Chriſtus dixit, Attollite, offerte, recondite, circungeſtate, adorate: ſed *Accipite, manducate, & bibite in mei memoriam.*

XCVIII. *Quis ſecundus finis?*

Vt dona ſua inuiſibilia Dominus viſibiliter repræſentet ſenſibus propè omnibus, viſui, auditui, guſtui, tactui: vt totus homo corpore & anima commotus, magno iubilo, ſacrum hoc iucundiſſimum celebret.

XCIX. *Quis tertius finis?*

Vt ſit efficax teſſera, ſymbolum, pignus, teſtificatio & confirmatio communionis, coniunctionis, & incorporationis noſtræ cum Chriſto capite, & per eum tanquam Mediatorem cum Patre & Spiritu Sancto[a]. De quo fine Apoſtolus, *Poculum benedictionis cui benedicimus, nónne communio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nonne communio corporis Chriſti eſt?* 1. Cor. 10. 16. (μετωνυμικῶς ſcilicet, ſicut Euangelium dicitur *potentia Dei ad ſalutem*, Rom. 1. 16. id eſt efficax Dei inſtrumentum:) quem finem etiam notat promiſſio Domini Iohann. 6. 56. *Qui manducat carnem meam, in me manet, & ego in eo.*

[a] Ioh. 1. 3.

C. *Quotuplex eſt coniunctio noſtræ naturæ cum Chriſto?*

Triplex

ctu, ſiue συναφῇ, *contiguitate, indiſtantia locali, orali perceptione, ſiue eſſentiali carnis Chriſti & noſtræ commixtione, ſiue ipſius corporis in corpus noſtrum aut animam ingreſſu, aut coniunctione corporali?*

Non ſanè. Nam non patitur hoc carnis Chriſti veritas & aſcenſio in cœlum. Præterea etiam naſceretur ex tot variorum corporum ſubſtantiis monſtruoſiſſimum corpus: ſed copulatione ſiue συναφῇ planè ſpirituali & ſupernaturali, reali tamen & vera, diuino planè ac cœleſti modo.

Nam ſi res, quæ vniuntur, ſpectentur, eſſentialis eſt vnio: ſi veritas vnionis, realis eſt: ſi verò modus quo fit iſta vnio, ſpiritualis eſt: cuius quidem τὸ ὅτι ex Dei Verbo tum ſimplici, tum Sacramentali, nobis patet: formam verò quæ accuratam ipſius definitionem, & τὸ τί ἦν εἶναι contineat, quam nonnulli importunè à nobis exigunt, optimo iure Apoſtolus, Eph. 5. 32. *Magnum myſterium* appellat. *Erunt duo in vnam carnem:* cuius proinde eſt hæc natura, vt à noſtris animis dignè comprehendi & concipi nequeat.

Nam aliquid accuratè explicari, ſiue eius formam, aut cauſam formalem accuratè cognoſci & eſſe arcanum dicitur, ἀντιφατικῶς *Cernimus enim nunc per ſpeculum & per ænigma, tunc autem coràm. Nunc cognoſco ex parte, tunc verò cognoſcam vt edoctus fuero:* &, *Per fidem ambulamus, non per aſpectũ,* 1. Cor. 13. 9. 12. & 2. Cor. 5. 7. Et ſatis eſt in hoc myſterio ſcire cauſam efficientem cum finali & τοῖς συναιτίοις. Nam & in actionibus tum maximè ſcimus, ὅταν εἴδωμεν τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, inquit primus Philoſophor. lib. 3. id eſt cũ cauſam efficientem ſciuerimus.

CIV. *Quod eſt igitur* αἰτιονώμενον *ſiue medium, & cauſa* ἐνεργοῦσα, *id eſt cauſa agens ſeu efficiens huius noſtræ cum Chriſto communionis?*

integri fruitio & poſſeſſio: Et μετοχὴ quidem de ſymbolis per partes ſumptis: κοινωνία verò de re ſignificata, toto videlicet Chriſto dicatur.

Hæc verò quàm arcta ſit ex nomine ἑνώσεως liquet, quod explicans Chriſtus, *Peto*, inquit, *à te Pater, vt quos dediſti mihi, ſint vnum, ſicut tu Pater in me, & egò in te, vt & i-*
a Act. 2. 42. *pſi in nobis vnum ſint.* Ioh. 17. 21. Aliàs κοινωνία, tum com-
Rom. 15. 26. munionē in precibus, & fractione panis: tum ἐλεημοσύνην
2 Cor. 8. 4. ſiue contributionem, ſiue collationem, ſiue facultatem
Heb. 13. 16. ſignificat[a]: tum in doctrina conſenſum. Galat. 2. 9.

Quid eſt communicare Chriſto?

Eſt non tantùm Chriſtum profiteri, aut tantùm communicare ipſius ἐνσαρκώσει, qua factus eſt vnum quiddam ſpecie cum humano toto genere (licet hæc ἐνσάρκωσις ſit huius vnitionis, de qua agimus, fundamentum:) nec tantùm affectu, charitate, conſenſu, & concordia vniri Chriſto, nec cōmunicare tantùm Chriſti meritis: Sed eſt Chriſtum habere in nobis manentem & viuentem, & nos in Chriſto manere & viuere[b]: & reipſa quoque,
b Ioh. 6. 56. vt loquitur Chryſoſtomus, & naturaliter, quod ait
Gal. 2. 10. Cyrillus, id eſt ipſa quoque naturæ humanæ Chriſti communicatione vniri & coniungi cum Chriſto: ipſi adhærere, atque Chriſtum noſtrum, & nos viciſſim ipſius Chriſti fieri, adeóque Chriſto ali, ſiue ei iungi atque inſeri, ſic vt magis magíſque in vnum ipſius myſticum corpus, in vnum Spiritum coaleſcentes membra ſimus corporis eius[c] ex carne eius, & ex oſſibus eius, & e-
c 1. Co. 6. 15. uadamus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Filij Dei in virum adultum ad menſuram ſtaturæ pleni Chriſti, Eph. 5. 30. & 4. 13.

CII. *Quid eſt igitur illud quod nobis coniungitur?*

Chriſtus ſecundùm ſe & ſecundùm effectum & gratiam ſuam, id eſt Chriſtus ipſe totus, nimirum ſpiritualiter & animo conſiderādus vnà cum ipſius omnibus meritis.

CIII. *Quomodo fit hæc vnio, Anne reali, actuali, & corporali inuiſibili carnis Chriſti in nos delapſu, & naturali cum noſtra conta-*

ctu,

mantem, & διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας *per commissuras & iuncturas mystici corporis subministratum* vniuntur, vnitique manent, viuunt & incrementum accipiunt ἐν μέτρῳ ἑκάστου μέρους *pro mensura vniuscuiusque membri*. Ephes. 4.16. Gal. 3.5.

CV. *Quo medio nos vicissim communicamus carni Christi?*

Non per naturam, sicut Adami carni communicamus: non etiam per instrumentum naturale & corporeũ, sed supernaturale & spirituale, i. per solam fidem, per illum ipsum Spiritum, quo nos Christus apprehendit[a], in nobis creatam, per quam Christum ipsum recipimus, apprehendimus, & seu per causam instrumentalem possidemus. De quo modo Eph. 3.17. inquit Apostolus, *vt inhabitet Christus per fidem in cordibus nostris*. Ergo Christo vnimur per fidem. a Philip. 3. 12.

Hæc igitur vnio fit per Spiritum, respectu Christi: & per fidem, respectu nostri. Neque alius modus vnionis cum Christo in Scripturis traditur.

Errant igitur qui fidem, vel vnionis nostræ cum Christo, vel nostræ iustificationis causam formalem esse dicunt, quum sit tanquam spiritualis manus quæ Christum ipsiúsque merita sibi per Spiritum sanctum applicata recipit.

CVI. *Quæ instrumenta externa huius communionis sunt?*

Euangelium & Sacramenta, vnde communio Euangelij vocatur[b], quia per Euangelij prędicationem & Sacramentorum vsum habemus communicationem cũ Christo & eius Ecclesia 1. Ioh. 1.3. b Philip. 1. 5.

CVII. *Est-ne necessaria nostri hæc substantialis cum Christo coniunctio?*

Est: tanquam omnium quæ in Christo habemus causa: & nulla alia præter hanc: vt enim palmes non haurit succum ex vite, nisi priùs cum vite coalescat: & membra nõ habent sensum & motum à capite, nisi cum capite cohæreant: ita nisi ipsiusmet Christi primùm omnium participes fiamus, donorum eius participes esse non possu-

Spiritus ſancti operatio, efficacitas & ἐνέργεια efficit vt homo Chriſtum vnà cum ſuis meritis recipiat. Nam ſicut nerui è cerebro prodeuntes in partes integrales corporis animati ſparguntur, & medium imúmque ventrē, brachia, manus, pedes iungunt tum capiti, tum membris, ſitu & functione cuiuſque partis conueniente ſalua manente; Ita vnus idémque Chriſti Spiritus apprehendens nos[a] ſic nos illius κοινωνοὺς facit vt & Chriſto capiti, & illius membris multò arctiùs atque firmiùs quàm membra phyſici corporis corpori adhæreſcentes, nunquam ab illo & ab his ſeparari poſſimus; vt docet Paulus, 1 Corinth. 12. 12. *Sicut corpus vnum eſt & membra habet multa, omnia verò membra corporis vnius multa cùm ſint, vnum ſunt corpus, ita & Chriſtus.* Sic enim collectiuè à capite ſumpto vocabulo vocat, & Chriſtum qui caput eſt, & myſticum illius capitis corpus, quod eſt Eccleſia.

a Philip. 3. 2.

Ex quo fit, ex immenſa illa Seruatoris noſtri liberalitate, vt ipſemet quoque Chriſtus vſque adeò arctè noſter euadat, & nos viciſſim illius, vt apud Patris tribunal Chriſtus & Eccleſia, quaſi (non quidem hypoſtatica Subſtantiarum vnitione, ſed quòd ad iſtam communionem attinet myſtica) velut vnū & idem ὑφιστάμενον, & vnus Chriſtus efficaciſſimè cenſeamur.

Etenim per vnum Spiritum nos omnes in vnum corpus baptizati ſumus, inquit idem, id eſt vt in vnum Chriſti corpus coaleſceremus: & omnes vna potione potati ſumus in vnū Spiritum, i. vno viuifico ſanguinis Domini hauſtu, participes reddimur vnius ſpiritus ipſius, 1. Cor. 12. 13. Et Irenæus ait, *ſicut de arido tritico, maſſa vna fieri non poteſt ſine humore, neque vnus panis: ita nos multi vnum fieri in Chriſto Ieſu poteramus ſine aqua quæ de cœlo eſt.*

l. 3 19.

Ideo Paulus 1. Cor. 6. 17 *qui agglutinatur Domino vnus* cū *eo Spiritus eſt* vnde & κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος dicitur[a]. & 1. Iohann. 3. 24. *Per hoc ſcimus Chriſtum in nobis eſſe, nimirum ex Spiritu quem dedit nobis.* Et Rom. 8. 9. *Qui non habet Spiritum Chriſti, hic non eſt eius.*

b 2. Cor. 13. 13.

Sicut ergo vnâ & eadem animâ omnia membra corporis vniuntur cum capite, & viuificantur, ſic omnes fideles licet in terra ſint, & caput in cœlo, cum illo tamen reapſe per vnum & eundem Spiritum à capite manantem, ri,vt vniantur ſimul. Ergo neque eſt cur imaginemur cōtactum aliquem phyſicum, ſed ſpiritualem tantùm, quo ſicut cera ceræ, ſic caro Chriſti noſtræ arctiſſimè vniatur iuxta illud, *Erunt duo in carnem vnam*, Chriſtus ſcilicet & Eccleſia.

CIX. *Quìnam fideles diuinæ naturæ* κοινωνοὶ *id eſt conſortes eſſe dicuntur? 2. Petr. 1. 4.*

Non reſpectu Dei naturæ, ſiue eſſentiæ; eſt enim ἀκοινώνητος: ſed qualitatum & donorum maximorum & pretioſiorum, quibus regeniti per Spiriium ſanctum donantur, quæ Petrus non θεότητα, i. Dei naturam quę eſt eſſentialis, ſed θειότητα, i. θείαν φύσιν ſeu diuinam naturā, qualitatem creatam veteri & vitioſæ naturæ noſtræ oppoſitam vocat, & à Deo promiſſam fidelibus, iſſdémque præſtitam affirmat: ὡς τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν, tum etiam beatiſſimam immortalitatem, cùm Deus erit omnia in ſuis omnibus, complectitur.

CX. *An anima noſtra duntaxat, ſine corpore, cum anima Chriſti tantùm, An verò etiam caro noſtra cum carne Chriſti iungitur?*

Imò tota cuiuſque fidelis perſona anima & corpore cum tota perſona Chriſti verè coniungitur. 1. Quia tota perſona Adæ copulata fuit cum tota perſona Euæ.

2. Quia non ſola anima fidelis, aut ſolum corpus ſeruatur à Chriſto, ſed vtrumque.

3. Quia corpora noſtra ſunt membra Chriſti.

4. Quia tota perſona Filij Dei aſſumpſit in ſui vnitatem totum hominem, id eſt totam humanam naturam non carnem ſolam, nec animam ſolam, ſed vtrumque ſimul.

5. Quia Chriſtus totus ſua Deitate & humanitate, id eſt ſua anima & ſua carne caput eſt noſtrum, & noſter Seruator. Sed tamen illa noſtri coniunctio cum Chriſto, primò ad animam noſtram pertinet, deinde ad corpus redundat.

CXI. *Cuinam priùs mens noſtra, & per conſequens caro noſtra, agglutinatur, verbóne an carni?*

mus: *qui enim*, inquit Dominus, *non manet in me, eijcitur foras, ſicut palmes & areſcit* [a], &, *quo modo non cum ipſo nobis omnia donaret* [b]? & ex coniunctione Chriſti & noſtri ſequi communionem beneficiorum ipſius teſtatur idem Paulus 1. Cor. 1. 30. *Ex ipſo*, inquiens, *eſtis vos in Chriſto Ieſu* (vbi habes coniunctionem Chriſti & noſtri:) tū ſequitur *qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, Iuſtificatio, Sanctificatio, Redemptio*: vbi habes 2. loco participationem beneficiorum.

a Ioh. 15. 6.
b Rom. 8. 32.

CVIII. *Anne cùm patres diſertè affirmant, Chriſtum in nobis eſſe corporaliter, naturaliter, participatione naturali, vnione corporali, vel ſecundum carnem, & vt cera igne liquefacta, alij ceræ ſimiliter liquefactæ miſcetur* [c]: *ſic communicatione corporis & ſanguinis Chriſti ipſum in nobis eſſe, & nos in ipſo, hæc ſua dicta ad modum præſentiæ participationis & vnionis referunt?*

c Cyrillus in Ioh. l. 10. c. 13.

Non. Nam iidem Patres ſtatuunt Chriſtum ſua carne in cœlo eſſe, & non alibi, idem Cyrillus lib. 11. cap. 21. & 22. Præterea ſpiritualis eſt non corporalis modus vnionis noſtræ cum Chriſto: ſed ad terminum ſeu ad rem quæ participatur, ſeu ad Obiectum communicationis huius reſpiciunt, hoc eſt ad ipſum Chriſti corpus verum & naturale. Nec participationem quæ fit modo naturali intelligunt: ſed veram naturalis corporis Chriſti participationem. Cui licet locorum ſpatiis ſeiuncto, ſpiritualiter per fidem inſerimur: vt ſciamus nos totos corpore & anima non tantùm eius Deitati, ſed ſubſtantiæ & naturæ carnis eius, vt membra capiti cohærere & inſeri per vinculum Spiritus & fidem.

Et ſimul docent huius noſtræ cum ipſo coniunctionis fundamentum eſſe naturam illam, cuius aſſumptione frater noſter factus eſt; adeóque nos vniri cum Chriſto: non ſolum ſecundum Spiritum, ſed etiam ſecundū corpus. Quò etiam pertinet ceræ liquefactæ permixtio, nullum enim ſimile quatuor pedibus currit. Certū enim eſt neque noſtrum corpus, neque Chriſti corpus liquefie

Sed 1. ratione vnionis, quia eſt propria caro verbi cuncta viuificantis, vt loquitur Synodus Epheſina : ſeu quia λόγος fons & author vitæ, αὐτοζωὴ, in ſeſe vita, in ea non tantùm ἐνεργητικῶς, vt in ſuis dicitur habitare, ſed σωματικῶς *perſonaliter* habitat: ſeu quia caro illa eſſentiali vitæ vnita eſt tam arctè, vt vnicum ὑφιστάμενον hæ duæ naturæ conſtituant : ſeu quia hic homo eſt eſſentialiter Deus, vnde fit vt carnis illi⁹ mors, quia eſt caro Filij Dei, ſatis pretioſa fuerit ad vitam nobis acquirendam [a]. Et Cyrillus ait carnem illam non in ſeſe, ſed in verbo ipſi hypoſtaticè vnito viuificam eſſe.

l. De rectâ fide ad Reginas.

c Act. 20. 28.

In Iohann m. 10. 13.

2. Ratione meriti obedientiæ, qua Chriſtus oblato in ſua carne pro nobis in crucem acta ſacrificio, omnibus credentibus acquiſiuit æternam. Ioh. 6. 51. *Caro mea eſt panis viuificus, quam ego dabo pro mundi vita.*

3. Reſpectu copulationis noſtræ cum Chriſto; quia non poſſumus ad Deum vitæ fontem & vitam illam æternam pertingere, niſi carne illa Chriſti mediante, i. niſi carni illi per fidem efficacitate Spiritus ſancti inſiti Chriſti membra facti ſimus.

Quod ergo dicitur Ioh. 6. 63. *Caro non prodeſt quicquam*, non de ipſa Chriſti carne ſimpliciter intelligendum, ſed de carnalibus opinionibus non conuenientibus cum myſterio manducationis carnis Chriſti.

CXIII. *An-ne realis & vera eſt, an verò ſola mentis apprehenſione conſtat hæc vnio noſtri cum Chriſto, ſicut res & ſubſtantias phantaſia & mente per ſpecies intelligibiles comprehendimus, & in mente habemus, nō autem quòd reipſa in nobis vnitæ ſint?*

Si res quæ vniuntur, & veritas vnionis ſpectetur, ſanè realis, vera, & eſſentialis; Si verò modus quo fit, merè eſt ſpiritualis.

1. Quia de Chriſto & Eccleſia dictum eſt, *Erunt duo in vnam carnem*, Eph. 5. 30. 31. Eſt autem realis, & ſubſtantialis vnio viri & vxoris in vnam veram carnem ratione vinculi coniugalis, quo ex Dei ordinatione deuincti ſunt etiamſi vir in foro, vxor autem domi ſit.

Priùs carni fide vnimur: deinde per carnẽ, ipſius Deitati. 1. Quia vt Scriptura Chriſtum nobis proponit priùs vt hominem, Deinde vt Deum; ſic priùs & citiùs vt hominem cognoſcimus, apprehendimus & intelligimus
a Gen. 3. 15. quàm vt Deum [a], Iſac. 7. 14. vbi primùm dicitur, *Ecce vir-*
Deut. 18. 15. *go concipiet & pariet filium*, & 2. *vocabitur* Immanuel. Sic Euangeliſtæ & Apoſtoli Chriſtum nobis prius proponũt vt hominem, deinde vt Deinde vt Deum.

2. Quia ſicut non vnimur Deo niſi per Mediatorẽ, ſic neque Deitati Chriſti, niſi per eius carnem, in qua præcipua Mediatoris officia perfecit. Nam in eius carne Redemptio facta, eſt deletum peccatum, victus Diabolus, ſuperata mors, comparata vita æterna & ſalus: & vita quæ tota fluxit ex Deitatis Chriſti plenitudine tanquam fonte, nonniſi in carne & per carnem Chriſti, ceu canalem, ſeu organum, ſed inſeparabiliter per vnitatem perſonæ à Deitate aſſumptam in nos deriuatur [a]. *Sicut per vnum &c. Sic per vnum hominem iuſtitia redundauit in multos.* Ioh. 6. 53. *Ni manducaueritis carnem filij hominis*
b Rom. 5. 10. *non habebitis vitam in vobis.* niſi quis igitur canalem hũc hunc apprehendat eique vniatur aquarum certè, quæ è fonte profluunt, particeps fieri non poteſt.

Vnde in exercitio fidei & pietatis, oculos mentis immediatè & imprimis in humanam carnẽ Ieſu Chriſti defigere nos oportet, tanquam in velum per quod in Sanctum Sanctorum, vbi gloria Dei refulgebat, fiebat ingreſſus [c]: Deinde ad contemplandam eius Deitatem, ſeu in Sanctuarium ipſum penetrare.

c Leuit. 16.
& 17.
Heb. 6. 19.
& 10. 20.

CXII. *Cùm finis, cur carni Chriſti vniamur, ſic vt per eam viuificati vitam æternam viuamus, qua ratione caro Chriſti. i. humanitas, viuifica nobis eſt?*

Non habituali gratia, vt in Scholis loquuntur, ſed ſola vnionis gratia, i. non virtute quapiam [illegible] ſiue carni ipſi inſita, quaſi vis viuificandi realiter in carnem Chriſti ſit effuſa, vel hæc illa in ſeſe prædita, vel illa vita ſit in ſeſe, vel in ſeſe viuifica: eſt enim ſolius Diuinitatis proprium incõmunicabile viuificare: Nam vt inquit Cyrill. *poſſe viuificare id quod vita indignũ eſt: ſol Deo cõuenit.*

Sed i.

longiſſimè: Non erit denique Fides donum Dei cœleſte & ὑπερφυσικὸν ex efficacitate fortis roboris ipſius [a] ſed naturale: nam conceptus mentis eſt hominis naturalis. Quæ abſurda omnia cùm ſint, falſum ſit antecedens oportet, Falſum quoque conſequens.

Nam ſi temporum ſpatia non intercludunt fidem, quin res præteritas & futuras ſpecialiter præſentes habeat; Ergo nec locorum interualla ei obſtant, quominus res locis diſſitas poſſit ſpiritualiter & præſentes habere & apprehendere. Nam fides eſt illud quod fecit vt extent quæ ſperantur, & quod demonſtrat quæ non videntur.[b] *Habemus animæ anchoram tutam ac firmam ingredientem vſque in ea quæ ſunt intra cœlum: quò præcurſor ingreſſus eſt Ieſus.*[c]

CXVI. *Quibus ſimilitudinibus illuſtratur in Scripturis hæc communio?*

Pluribus, quibus tamen non declaratur iſtius communionis natura & modus, ſed effecta potius declarantur quæ ex hac ad credentes perueniunt. Proinde non ſunt longiùs protrahendæ, quàm Spiritus Sancti ſcopus ferat.

Prima eſt coniugii, per quod Eccleſia fit caro ex carne Chriſti & os ex oſſibus eius: non κατ' οὐσίαν, ſicut Euan ex carne & oſſibus Adami fuit, ſed κατὰ ποιότητα, ſecundum qualitatem, quatenus Eccleſia eſt ſponſa Chriſti: nec quatenus homines ſed quatenus verè Chriſtiani: ſumus:[d] qua ſimilitudine declaratur, Chriſtum non tantum bona ſua Eccleſiæ ſuæ vtenda fruenda tradere, ſed etiam ſeipſum nobis donare, & noſtrum facere.

2. Eſt capitis & membrorum eodem Spiritu viuifico deuinctorum,[e] quia denotatur non ſolùm arctiſſima noſtri copulatio cum Chriſto; ſeu nos ab eo ſolo vitam, ſalutem & omne bonum accipere, & ipſum Eccleſiæ ſuæ ſupereminere.

3. Eſt plantarum & ſtirpium, vt vitis & palmitum,[f] & inſitionis, per quam truncus inſitus ſurculus in vnicam plantam reipſa coaleſcunt,[g] ſed hoc eſt diſcriminis 1. Quòd nos natura labruſcæ, ex illa vite, de qua hic agitur, minimè naſcimur: ſed illi priùs per gratiam inſerimur, ac deinceps ab agricola excolimur, vt depoſita paulatim acerbitate ſuauem fructum edamus, 2. Quòd in iſta ſpirituali inſitione ſurculos nos in ſtipitis, cui inſe

[a] Eph. 1. 19. & 3. 7.

[b] Heb. 11. 1. Ioh 8. 56 Philip. 3. 20

[c] Heb. 6. 19

[d] Pſal. 45. 11 Cantic. 1. 8. 2 Cor. 11. 2. Apoc. 21. 2.

[e] Eph. 1. 22. & 4. 12. 1. Cor. 6. 19.

[f] Ioh. 15. 1. 2

[g] Rom. 6. 5. & 1. 24 Col. 2, 7

2.Quia Chriſtus eſt caput & fundamentum Eccleſiæ: vnio autem membrorum, cum capite & inter ſe, eſt ſubſtantialis, vera, ac realis. ſicut & fundamenti cum ædificio ſuperſtructo.

3.Quia inquit Chriſtus Ioh.15.5. *Ego ſum vitis, & vos palmites* horum autem realis eſt coniunctio & incorporatio: vt etiam oleæ & ramorum illi inſitorum.

4.Quia caro Chriſti vere eſt cibus: ſicut ergo realiter & verè panis vnitur nobis corporaliter, quia cibus corporalis eſt, illum ore corporali manducantibus: ſic etiam vere & realiter; ſed ſpiritualiter, quia eſt cibus ſpiritualis nobis vnitur caro Chriſti illam manducantibus.

CXIV. *Cùm corpus Chriſti ſit in cœlo, nec inde ante extremum diem rediturum, quomodo realiter & verè nobis coniungi poteſt?*

Operante in nobis Spiritu ſancto & fide. Nam ſi viſus noſter temporis momento ipſa ſydera viſualiter contingit, inquit Auguſtinus, multò magis fides coniungit nos cum ipſo Chriſto, adeóque cum humana eius natura in cœlo collocata. *Fidem*, inquit idem *mitte in cœlum, & eum in terris tanquam præſentem tenuiſti.*

Epiſt.3.ad Voluſianum tract.50. in Ioh.

CXX. *Fides eſt tantùm conceptio & imaginatio rei abſentis: ergo corpus Chriſti non iungitur reipſa nobis, neque præſens eſt fidei noſtræ in Cœna, niſi per imaginationem aut contemplationem, vehementem cogitationem & aſſenſum?*

Falſum & impium eſt Antecedens, Nam ſi fides eſt tantum imaginario & phantaſia, & animi conceptio. Ergo non differt ab opinione, nuda mentis actione, aut ſimplici & forti cogitatione, & aſſenſu. Ergò nec differt à fide hiſtorica pleriſque reprobis communi, nec ipſis dæmonibus incognita.[c] Ergo fides, illa ſcilicet quæ promiſſiones Euangelicas in Chriſto, adeóque Chriſtum ipſum amplectitur, non erit πληροφορία, i. plena certioratio, nec certa fiducia aut πεποίθησις, non apprehenſio, à qua imaginatio imò theoria, ſeu contemplatio diſtat longiſſi-

a Iacob.2.19

declarat, non ſignificat traiectionem carnis ſuæ & ſanguinis in animam aut corpus noſtrum, vel qualitatum ſiue animæ ſiue corporis ſui in nos transfuſionem: ſed pacis conſcientiæ, ſanctæ, ſpiritualis & cœleſtis vitæ per Spiritus ſanctificationis donum, inſpirationem.

In illis igitur ſimilitudinibus, omnes ſunt metaphoricæ non autem propriæ locutiones: nec præciſe κατὰ τὸ ῥητὸν vrgendę ſed ſic vt monet Apoſtolus vt non ſpiritualia corporalibus, ſed ſpiritualia ſpiritualibus adaptemus, i. verba rebus accommodemus. 1. Cor. 2. 13.

CXVII. *Quis huius noſtræ cum Chriſto communionis finis, & fructus eſt?*

Multiplex. 1. Noſtra per Meditatoremin bo nam Patris gratiam reductio.

2. Ipſius Chriſti nobiſcum communio, qua nos vt æternus noſter Sacerdos, in corde ſuo geſtat, & pro nobis apud Patrem intercedit, & ſibi factum exiſtimat quicquid boni vel mali aduerſus fratres ſuos geritur.

3. Participatio & communio bonorum ipſius omnium, Πάντα γὰρ τὰ τῶν φίλων κοινά, & ſpiritualis cum Chriſto συμμόρφωσις, conuenientia, & conformitas. Nam quemadmodum reatusnoſter & natiua labes, omniáque quæ inde ſequntur peccata noſtra, non per realem inhæſionem & infuſionem, ſed per ſolam imputationẽ ex Euangelico fœdere ipſi Chriſto impoſita ſunt: Omnes autem miſerias (excepto peccato) & pœnas peccatis noſtris debitas, idem ille noſter ἔγγυος[a] reipſa ſubiectiuè in ſe recepit: ſic perfectiſſima ipſius iuſtitia ex obedientia illa profecta, quam abſolutiſſimã Patri in carne ſua, ad mortem vſque crucis præſtitit, & per quam tum debitorum noſtrorum omnium ſolutionem, tum ius ad ęternam vitam adipiſcendam credentibus acquiſiuit, non per realem eius infuſionem & inhęſionem, ſed per imputationem, & acceptilationem noſtra eſt.

4. In noſtram maſſam, quę ipſius maſſę per fidem ſpiritualiter inſerta eſt, per Spiritus ſancti virtutem, ſeu per realem intra nos efficacitatem traiicit viuificum ęternę vitę liquorem, ſuccum, & Spiritum i. virtutis, illius ſaluificę ab ipſius carne inſeparabilis alterum affectum in nobis profert, per quem intus nos viuificat, renouat & ſan-

[a] Heb. 7. 22.

rimur naturam tranſire oportet: non contrà, vt tamen fit in naturali inſitione. 3. Nec inde realis ipſius Chriſti ſubſtantiæ vel qualitatum transfuſio, & quædam earum interſe συνέχεια imaginanda eſt, (vt Poſtelliani & Libertini faciunt,) ſed vis, ἐνέργεια, & arcta efficacitas, qua nos Chriſtus in ſeſe iuſtificatos, per Spiritum ſanctum immutat, & ad vitam ſpiritualem renouat.

a Ioh. 4. 14 4. Eſt fontis & [a] riuorum. ſed ſic, vt cùm ſimus impuriſſima cloaca, nos imprimis oportet per gratiam infuſis puriſſimis aquis, à ſordibus repurgari.

b Eph. 2. 20 21. 5. Inhabitationis item ædificiis ex viuis lapidibus ſed artificio ἀχειροποιήτῳ cſtructi, & ἀκρογωνιαίῳ καὶ ἐντίμῳ imo
1 Cor 3 16. angulari fundamentali, viuo & pretioſo ſaxo impoſiti. [b]
1. Pet. 2. 4 Quæ ſimilitudo huc ſpectat, vt conſtet totam Eccleſiã, & eius vnumquodque membrum, vnico Ieſu Chriſto niti, cui per fidem ſpiritualiter adhæret in quo per quẽ, & cuius reſpectu Spiritus Sanctus totum fidelium cœtum huic fundamento ſuperſtruit, cuius lapides vnitate fidei & mutua charitate connectit, & ſic coniunctos aduerſus omnes mundi tempeſtates & inſultus defendit & tuetur.

6. Similitudo eſt cibi & potus, ſiue manducationis &
c Ioh. 6. 51. potionis: [c] ſed cum multiplici diſcrimine 1. Quòd cibus & potus corporali modo ſumpti vitam conferre non poſſunt, ſed vitam corporalem duntaxat, prout Deo viſum eſt conſeruant: cibus autem & potus, qui in hoc myſterio per ſimilitudinem ſignificantur, vitam habent in ſeſe, & quidem æternam. 2. Quòd cibus & potus, iſti naturales calore naturali cõcoquantur, & alterati aſſimilentur corporũ ſubſtantiis. At iſte cibus & potus ſpiritualis incorruptibiles ſunt, & nos in ſe noua, vt ita dicam, qualificatione transformant, ſicut ait Auguſtinus, *Non mutaberis in me, ſed ego mutabor in te.* 3. Cibus & potus corporales non niſi ad exiguum tempus hanc vitam fouent quam etiam niſi qua decet menſura adhibito iudicio ſumantur) offendunt ac interdum quoque perimunt. At illum ſpiritualem cibum & potum vnicum & eundem, quicunque comedit & bibit fit immortalitatis particeps. 4. Cùm Chriſtus carnem ſuam cum potu & cibo & ſanguinem confert cum potu & eorundem receptonem ſpiritualem comedendi & bibendi vocabulidecla-

Chriſto, hoc eſt nos ſpiritualiter paſci & ſuſtentari beneficio corporis & ſanguinis Chriſti, iuxta promiſſionẽ, *Edite, bibite, hoc eſt corpus meum*: qui finis ſuperiori affinis eſt.

CXIX. *Quis quintus finis Cœnæ Dominicæ?*

Obſignatio ſiue ſigillum noui fœderis inter Deum & homines, i. promiſſionis Euangelij de remiſſione peccatorum, quo teſtatur Deus ſe recipere in gratiam & remittere peccata propter meritum mortis & paſſionis Chriſti; omnibus qui vera & viua fide vtuntur hoc Sacramento: ſicut ipſe dixit, *Hic calix*, &c.

Atque ita Cœna dulciſſima σπονδὴ, fœdus & confederatio eſt, in qua Filius Dei facit fœdus nobiſcum, quòd nos clementer recipiat; & nos viciſſim cum eo fœdus facimus, quod ei credamus, eius beneficia gratia accipiamus, omniaque eius obedientiæ poſtponere velimus.

CXX. *Quis eſt ſextus finis?*

Vt ſit ſymbolum & pignus reſurrectionis noſtrę, tum ſpiritualis in hac vita, quæ prior reſurrectio dicitur, & animorum eſt[a], in qua qui partem habuerint, ſecunda mors in eos poteſtatem non habebit[b]; tum etiam ex cõſequente corporalis in extremo die, quæ carnis eſt & poſterior, & quæ à prima morte liberat[c]: adeóque vitæ æternæ & ſalutis virtute corporis Chriſti reſuſcitati adipiſcendæ: iuxta dictum Chriſti Ioh. 6.54. *Qui edit carnem meam & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam, & ego eum excitabo in nouiſſimo die.*

a Rom. 6. 4. 5 11. Apoc. 20. 5. 6.
b verſ. 16.
c verſ. 13.

CXXI. *Quis ſeptimus finis?*

Vt ſit ſymbolum & arrha ſpiritualis coalitionis, communionis ſeu conſociationis, qua in vnum quaſi corpus Spiritu Chriſti vnimur, qui vnà hoc Sacramentum participamus, & quotquot ad eandem menſam accedimus, eundem cibum & potum ſumimus, vt eiuſdem familiæ membra & veluti commenſales, atque ὁμόσπονδοι. i. eiuſdem ſacri conſortes & confœderati, ſicut vetuſtas confirmare ſolebat fœdera ſua ſacrorum ſocietate: vnde σπονδαὶ i. συνθῆκαι ſeu fœdera dicebantur. Hinc Paulus 1. Cor. 10.

ctificat, tum in mente noſtra, tum in voluntate, & affecti bus, ſuæque humanæ naturæ *συμμόρφους conformes* reddit: & ſic ſpiritualem vitam & iuſtitiam inhærentem ſubiectiuè in nobis inchoat, vltimo demum die conſummandam: adeóque omnes ſalutares gratias nobis ad vitam æternam conſequendam & fruendam neceſſarias, vt ſenſum amoris Dei, certitudinem electionis, iuſtificationis & υἱοθεσίας, ſeu regenerationis donum, fidem & bona opera nobis communicat, aliáque Spiritus ſui χαρίσματα, ſingulis priuatim diſtribuit, ſicut vult,[a] donec in cœlis æternùm cum ipſo viuamus.

a 1.Cor.12.1

Iuxta dicta Ioh.15.5. *Qui manet in me, & in quo ego maneo, is fert fructum multum. De plenitudine eius omnes accepimus*, Ioh.1.16. Adhæremus Domino, ſimus vnus cum ipſo Spiritus, nimirum intelligentiæ, voluntatis, & affectuum *συμμορφώσει*, & illa intra nos imaginis Dei per Spiritum ſanctum renouatione.[b] Item, *transformamur in eandem imaginem*, 2.Cor.3.18. *Erimus ſimiles ei*. 1.Ioh.3.2. *Corpora noſtra reddet σύμμορφα corpori ſuo glorioſo*, Philipp.3.21. Hinc Chriſtus in nobis eſſe & viuere dicitur, & nos viciſſim eſſe & viuere in illo dicimus. Vnde Paulus, *viuo iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus*, Gal.2.20. Quibus verbis rurſum non ſignificatur eſſentiæ ſiue ſubſtantiæ inexiſtentia, vel qualitatum ex Ieſu Chriſti anima vel corpore in animas, noſtras emanatio, ſicut fanatici imaginantur: ſed communionis iſtius ἐνέργεια & virtus multò potentior & firmior ad nos tam iuſtificandos, quàm ſanctificandos, quàm ſit ipſius animæ noſtræ virtus cum corpore noſtro coniunctæ, ad corpus noſtrum viuificandum.

b 1.Cor.6. 17.

5. Denique ex hac inter Chriſtum & credentes communione naſcitur credentium inter ſe coniunctio, non mutua quadam animarum & corporum inſinuatione & quaſi contiguitate, ac ferruminatione: ſed fidei & ſpei vnitate, & veræ ac ſanctæ mutuæ charitatis vinculo, vſque adeò vt omnium illorum cor vnum & anima vna eſſe videatur[c], & quæ propterea dicitur ſanctorum communio.

c Act.4.32.

CXVIII. *Quis quartus finis?*

Vt ſit teſtimonium dum ea iuxta ipſius inſtitutionem vtimur noſtræ ſpiritualis educationis ſiue nutritionis in

Turcis, Iudæis, Pontificiis, & ab omnibus ſectis alienis à Chriſti vera agnitione.

3. Stipulatio & obligatio quædam conſtantiæ in fide ac profeſsione Euangelij, quæcunque fortuna ferenda ſit.

4. Publicorum Eccleſiæ conuentuum neruus & cõſeruatio.

5. Exercitium & ſubſidium pietatis, & incitamentũ ad cauendum ne nos inquinemus mundi ſordibus, à quibus Chriſti ſanguine abluti ſumus.

6. Denique ſolatium eſt in tentationibus.

CXXIII. *An efficacia ſeu fructus Euchariſtiæ æqualiter ſe habet quoad omnes?*

Minimè: ſed vt Origenes ait, pro ratione, quantitate & proportione fidei communicantium. *in 5. Mat.*

CXXIV. *Quæ eſt recta Cœnam adminiſtrandi ratio?*

Vt adminiſtretur. 1. Ritu qui ad ſimplicitatem primæ inſtitutionis quàm proximè accedat, & à ſuperſtitione & faſtu quàm longiſsimè abſit. Aurum enim Sacramenta non quærunt, neque auro placent quæ auro non emuntur, inquit Ambroſius. A piis & legitimis Eccleſiæ Miniſtris. Nam quod nonnulli exiſtimant ſic olim etiam fuiſſe adminiſtratã in familiis Domi, vt non eſſet neceſſum Miniſtris verbi adeſſe, (quemadmodum in Agni Paſchalis celebratione nõ legimus Sacerdotes ſingulis adfuiſſe familiis,) non fuit inſtitutioni Chriſti conſentaneum. Miniſtri autem honeſtè & decenter miniſterium obeãt, preces ſacras concipiant: verba inſtitutionis clarè recitẽt & exponant: populum ad menſam myſticam inuitent, & ſuo exemplo excitent, & moneant, vt ordinatè accedat, vt cum reuerentia accipiat quod datur, nec in ſignis tãtùm hæreat, ſed ſurſum corda erigat.

2. Ad Chriſtianæ ἀγάπης ſeu beneficentiæ exercitiũ eundem hortentur: Hinc enim ipſa Cœna ἀγάπη dicta eſt, quia dilectionis argumenta dabant conferendo liberaliter in vſum pauperum.

3. Annuntiationẽ mortis Domini adhibeant: nec enim cõuenit vt actio ſit muta, ſed vel legatur hiſtoria Paſsio-

17. *quoniam vnus eſt panis*, (vnus inquam communi notione Sacramenti, non autem neceſſariò vnus numero) *vnū corpus nos illi multi ſumus*, myſticum ſcilicet in Chriſto: Nā omnes ex vno illo pane participamus.

Ex quo rurſum ſequitur non eſſe corporalem & naturalem noſtri cum Chriſto coalitionem, cum nec noſtri i. Eccleſiæ communio ſit corporalis, ſed myſtica & mere ſpiritualis.

Quemadmodum enim panis ex multis granis compactus eſt, & vinum, ex multorum acinorum ſucco cōſtat, ita multi credentes ſcilicet in vnum corpus myſticum, cuius caput Chriſtus eſt, ſpiritualiter coaleſcimus, Rom. 12.4.5. *Quemadmodum in vno corpore membra multa habemus, membra verò omnia eandem non habent actionem: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſingulatim autem alij aliorum membra ſiue concorpores*, Græcè σύσσωμα [a], ſiue vnus i. vnius hominis inſtar in Chriſto Ieſu.

[a] Eph.3.6.

Quæ communio ab illa ſuperiore, quam cum ipſo Chriſto capite habemus, tanquam effectus à cauſa manat, & eam neceſſariò ſequitur voluntatem conſenſus: inde mutua inter communicantes dilectio, concordia, cor vnum, vna anima, quippe inter eiuſdem corporis myſtici membra: quàm dilectionem qui nō ſentit in ſuo corde, tutiùs abſtinet à Cœna.

Eſt etiam Cœna exemplum, quo diſcamus offerre corpora & exponere vitam noſtram ad Dei gloriam, & proximi defenſionem, ſi opus ſit, tùm & bona omnia quę accepimus à Deo, ſimili aſſueſcamus liberalitate aliis egentibus diſtribuere, & ſimili charitate in alios effūdere: vt ſit quędam ad colendam fraternam charitatem incitatio ex præſtantiſſimo Diuinæ in nos miſerrimos peccatores charitatis pignore orta. Sed adſit, vt vel præcipuum hunc finem eſſe exiſtimemus, vel hæc ſacra myſteria pro imitationis exemplo & myſtica tantùm cōmonefactione cum Anabaptiſtis habeamus.

CXXII. *Quis Octauus?*

Vt ſit 1. Teſtimonium profeſſionis noſtræ publicum & teſtificatio conſenſus in doctrina, cultu, & fide Chriſti.

2. Teſſera ſeiunctionis à caſtris Satanæ, à Gentibus, Turcis,

quotieſcunque, à Paulo bis vſurpata, 1. Cor. 11.25. vt nimirum frequenti memoria paſſionem Chriſti repetant, eâque recordatione fidem ſuam roborent, & ſeſe ad confeſſionem laudis Deo conandam, bonitatemque eius prędicandam componant, & denique in mutua charitate proficiant, cuius copulam in vnitate corporis Chriſti vident.

Auguſtinus, *quotidie*: inquit, *Euchariſtiam accipere nec laudo nec vitupero: omnibus tamen Dominicis diebus communicandum hortor: ſi verò non frequentiùs, ſaltem ter in anno homines cõmunicent.* l. De Eccleſiaſticis dogm. c.53.

Neque etiam exemplum Chriſti nos obſtringit ad Cœnam noctu celebrandam: quia Chriſtus iuxta ritum legis, propter agni Paſchalis ſolẽnitatem, inter duas veſperas obſeruandam cœnam ſub noctem celebrauit. Nos verò à veteri ceremonia abſoluti ſumus.

CXXVII. *Qua ratione nos ad Cœnam Domini accedere oportet?*

Non temere, aut indignè: vt. n. medicina corporis non ſolùm non prodeſt, ſi malè vſurpetur, ſed nocet, ſi non ſuo tempore, loco, modo, menſura, ac peculiari morbo, cui deputata eſt, adhibeatur: ita Cœna Domini, quæ eſt ſalutis animæ medicina, non ſolùm non prodeſt, ſed & nocet, non rectè vſurpata. *Quiſquis enim ederit panem hunc, aut biberit poculum Domini indignè* (ἀναξίως, inquit Apoſtolus) *reus tenetur corporis & ſanguinis Domini*, 1. Cor. 11.27.

CXXVIII. *Quot genera ſunt eorum qui ad Cœnam Domini accedunt?*

Duo: alterum dignè manducantium: alterum indignè manducantium.

CXXIX. *Quinam dignè accedunt?*

Differunt hæc, Dignum aut indignum eſſe: & dignè vel indignè accedere ad Cœnam Domini. Nuſquã enim ſic loquitur Apoſtolus, alios dignos, alios indignos eſſe: ſed de dignè & indignè manducantibus loquitur. Ergo dignè manducant panem, & bibunt poculum Domini: non qui omni labe ſeu peccato carent, quales nulli ſunt in mũdo: indigni enim ſumus naturâ & omnes tanto benis, vel aliud aliquid, vel pſallatur, aut concio habeatur De morte Domini.

4. Hymno ſeu publica gratiarum actione ſacra cõmunio claudatur, vt diſcipuli vnà cum Chriſto [a] fecerũt, i. Deo patri, ἅγιος καὶ δόξα dicatur, vt Iuſtinus factũ refert. Denique proferantur omnia lingua patria & vſitata, quò & intelligere omnia & corde aſſentiri communicantes poſſint. A ſtantibus verò an à ſedentibus ſumatur, parũ refert: etſi à ſtantibus Agnus paſchalis ſumebatur.

a Matt. 26. 30.

2. Apologetic.

CXXV. *Quo loco eſt adminiſtranda?*

In cœtu publico, nõ ſingulis priuatim, nec morbo domi decumbentibus ſeu morituris, citra fidelium congregationem & comparticipationem: quia communicatio debet eſſe Eccleſiaſtica & publica, non ἴδιον δεῖπνον. [b] & Cœna ſymbolum eſt communionis ſanctorum: nec aperiri debet aditus opinioni operis operati & præpoſteræ fiduciæ, qualis eſt in communione Papiſtica.

b 1. Cor. 11. 20. 21.

c 1. Cor. 10. 17.

Deferebant quidem Iuſtini ætate Diaconi reliquias communionis, quo tẽpore Cœna Domini celebrabatur, ad abſentes propter morbum, à publico cœtu, ſiue ad aduenas & peregrinos Epiſcopos in hoſpitium, vt Romanum Epiſcopum facere ſolitum refert Euſebius, ſed ſine ſuperſtitione, nec alio ſcopo niſi in ſymbolum cõcordiæ & conſenſus in doctrina, & tota profeſſione: ſed quia nõ an illa fragmẽta miſſa ſint, ſed an meritò miſſa ſint, ſpectandum dicimus, & mos ille in ſuperſtitionem degenerauit, qua hodie ſolis morituris & ſub certo lucro & quæſtu, adde vana perſuaſione cuiuſdam viatici neceſſarij defertur, meritò mos ille deferendi Cœnam abſentibus ſublatus eſt in noſtris Eccleſiis.

Eccleſia hiſt. cap. 5. l. 14.

Cyprianus in adminiſtratione huius Sacramenti, nihil, quàm quod Chriſtus fecit, facere debemus.

Epiſt. 3. l. 2.

CXXVI. *Quo tempore & quoties Cœna celebrari debet?*

Etſi certum & ſtatutum tempus à Domino præſcriptum non eſt, ſicut præſtitutus erat in lege certus dies in menſe anni manducationi Paſchatis: tamen ipſa ratio dictat vt omnibus Chriſtianis ſit non ſemel tantũ in anno, ſed in frequenti vſu, ſicut monet particula illa ὁσάκις *quotieſcunque,* *expaueſcunt, an hi non fugiant huius Sacramenti vſum, propter priores lapſus?*

Non: ſed ſciant ideo hoc tantum pignus propoſitum eſſe, vt fides de Remiſſione peccatorum accendatur & confirmetur: & mens reconciliata Deo rurſus eũ inuocet, & ſeruiat ei in poſterum bona conſcientia. Nitatur mens, non propria dignitate, ſed vt Acolaſtus rediens ad Patrem non prædicat ſua merita & officia, ſed agnoſcit, accuſat, & deplorat ſuam culpam: ita nos noſtras ſordes agnoſcamus, accuſemus, & confugiamus ad miſericordiam propter Chriſtum promiſſam. Cuius miſericordiæ pignus eſt ipſa Cœna, in qua Chriſtus teſtatur, donari nobis remiſſionem peccatorum gratis, hoc eſt, non propter dignitatem noſtram, ſed quia ipſe pro nobis factus eſt victima, & ſciamus ægrotis, i. infirmitatem ſuam agnoſcentibus, hanc medicinam paratam eſſe: *nam qui validi ſunt, non egent medico,* Matth. 9. 11.

CXXXI. *Quid ergo conſilij dat Apoſtolus accedentibus ad Cœnam?*

Probet quiſque ſeipſum, & ita (vbi ſcilicet ſe probauerit, & compererit idoneum, ex Dei gratia) *de pane illo edat, & de poculo bibat,* 1. Cor. 11. 28.

CXXXII. *Quid probare oportet?*

Hoc Paulus. 2. Cor. 13. 5. explicat, dicens, *Vos ipſos πειράζετε, tẽtate, an ſitis in fide: ἑαυτοὺς δοκιμάζετε, Vos ipſos probate, annon cognoſcitis vos ipſos, quod Chriſtus in vobis eſt? niſi fortè reiectanei eſtis.* Neque tamen ſtatim cẽſendi ſunt reprobi, quicunque nondum efficaciter vocati ſunt: vel quicunque etiam poſt vocationem, in graues lapſus incidunt.

Quare iuſta probatio & exploratio in hoc conſiſtit, vt in ſe deſcendat, penitus exploret, atque examinet, vnuſquiſque ſe, 1. An verè doleat ob admiſſa peccata. 2. An verè credat in Chriſtum peccatorum expiatorem. 3. An ſerium propoſitum habeat peccata, odium, libidinem, ingurgitationem, & ſimilia poſthac fugiendi, & iuſtè ſanctéque viuendi, vt ita ſe gratum Deo oſtendat.

CXXXIII. *Quis Examen hoc inſtituere debet?*

neſcio,& non idonei ad tanta myſteria percipienda:ſed quòd idonei ſumus,ex Deo eſt,2.Cor.3.5 [a]

[a] Col.1.12. Sed.1.Qui indignitatem ſuam agnoſcunt,& deplorãt, & dignitate Chriſti nituntur, i.qui verè expaueſcunt agnitione ingentis iræ Dei aduerſus peccata, & toto pectore dolent,quod Deum offenderint,agnoſcunt, & fatentur ſe multipliciter pœnas meritos eſſe ſuis peccatis: & illam Danielis confeſſionem in corde, & in ore habent, *Tibi, Domine, iuſtitia, nobis autem confuſio faciei noſtra*. Qui motus excitatur in nobis ex conſideratione legis diuinæ,pœnarum æternalium,& temporalium:maximè verò ex cogitatione Filij Dei proſtrati in Horto,& pendentis inter duos latrones.

2. Qui pectora habent famelica,& ſitientia Dei gratiam,& confugiunt ad vnicum portum ſalutis,i.ad miſericordiam Dei propter Chriſtum Mediatorem: & huius fiducia eriguntur,firmáque aſſenſione ſtatuunt, ſe propter eum recipi à Deo in gratiam, & exhiberi ſibi bona in Euangelio promiſſa,videlicet κοινωνίαν corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, & participationem meriti & efficaciæ ipſius.Remiſſionem peccatorum,Renouationem,& vitam æternam[b].

[b] Mat.5.6. 3. Quibus ſtudiũ emendandæ vitæ,ſeu nouæ obedientiæ propoſitum eſt,i. quibus nihil eſt deliberatius, quàm omnia conſilia & conatus ad celebrandum Deum referre:qui iras & inimicitias omnes remiſerunt, vt dicitur Mat.5.24.*Relinque munus tuum ad altare, & vade ac reconciliare fratri tuo*.Et omnia membra Chriſti diligere,iuuare,& pro eis,ad exemplum Chriſti, ſe impendere parati ſunt.

4. Qui miſſionem filij Dei, paſſionem eius,redemptioniſque beneficium vniuerſum recolunt, & pro eo gratias Deo agunt.

5. Qui confeſſionem Chriſti nominis imuori apud ſemetipſos conſtituunt.Συλλήβδην, fides etiam inchoata cum Pœnitentia,ex indignis dignos facit.Sed hæc dignitas non eſt recipienda de perfectione, qualis non cadit,ne in ſanctiſſimos quidem : ſed de initiis conuerſionis & fidei,quæ & in nobis ipſis ſentiri,& ad aliis agnoci poſſunt,non obſcuris ſignis & indiciis.

CXXX. *Qui verò agunt Pœnitentiam & ſeriò expaueſcunt,* *ſubeas tectum meum*, Matth.8.8. Sed qui, quid hoc rei ſit, ignorant, & qui ſunt expertes omnino timoris Dei, ſeu Pœnitentiæ & fidei perſeuerant in delictis contra conſcientiam. Item qui fiduciam propriarum virtutum, ſuperſtitionem, & hypocriſim, falſóſque cultus alunt, tuentur manifeſtos errores, aut diſſidiis laborant, malum propoſitum indulgendi iracundiæ, libidini aut aliis prauis affectibus retinent: aut pauperes contemnunt: aut non tanquam ad myſticam, ſed tanquam ad communẽ ſeu profanam menſam accedunt.

CXXXVI. *Quæ eſt pœna indignè manducantium?*

Vt diuerſi ſunt indignitatis gradus, ita diſpar eſt pœna ſeu iudicium. Præcipuus indignitatis ἀποτόμως ſic dictæ gradus, eſt ſine fide & Pœnitentia vlla accedere ad myſteria fidei, quod eſt infidelium reiectitiorum, hypocritarum, & impiorum. Qui igitur ſic accedunt, rei ſunt corporis & ſanguinis Domini, imputare illis culpa mortis, i. mors Chriſti, ad mortem, non ad vitam cedit: & vt Baſilius loquitur, *ſuſtinent culpam Chriſti interfecti*: ſicut & illi qui ipſum corporaliter, ex infidelitate crucifixerũt: hi enim Chriſti ſanguinem profanum ducũt, & nõ alio loco habent quàm facinoroſi [a]. De his dicitur. Qui non credit, κατακριθήσεται, condemnabitur, Mar.16.16. Hi igitur κατάκριμα i. Iudicium damnationis ad æternos cruciatus ſubeunt[b].

Alius indignitatis ἐπιεικέστερον ſumptæ gradus, eſt credentium: qui corpus Domini οὐ διακρίνουσι, non diſcernunt, ſeu diiudicant, hoc eſt, qui etſi fide non ſunt prorſus vacui, fidem tamen admodum languidam & infirmam habent, ac proinde non admodum efficacem per charitatem & Pœnitentiam, nec diſcernunt panem Domini myſticum à cibo communi, ſed irreuerenter hunc tractant, nec eo modo quo Dominus inſtituit. His interminatur κρίμα, iudicium, Paulus, 1.Cor.11.29. dicens, *Qui edit & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit*, i. edendo ac bibendo attrahit & accerſit.

Eſt autem hoc iudicium, non damnationis æternæ, ſed pœnæ temporalis, quam Dominus irrogat in hoc ſeculo, etiam ſuis fidelibus peccantibus: vt patet ex ſe-

[a] Heb. 10. 29.

[b] 1.Cor.11.32.

Probet *ἑαυτὸν*, ſeipſum homo, inquit Paulus: nemo enim. 1. Meliùs & certiùs iudicare poteſt, an ſit in fide, quàm quiſque de ſeipſo. 2. Nec aliorum: ſed noſtra nos condemnat indignitas. 3. Nec nouit quiſquã, quid ſit in corde noſtro, aut quales ſint in Deũ affectus noſtri, magis quàm nos ipſi, 1. Cor. 2.11. Denique dictum Apoſtoli emphaticum eſt, vt ſinguli ſciant, hoc ſibi faciendũ: nequis fidem, quam vocant implicitam, requiri ſomniet, aut ab aliena fide pendeat.

Et quidem *ſeipſum*, non autem proximum, *quiſque probet*, ait Apoſtolus; nequis in iudicando proximo occupetur, aut alterius indignitatem, ſibi fraudi eſſe poſſe putet, Nam vnuſquiſque pro ſe reddet rationem Deo, Rom. 14.12.

Quod tamen non impedit examen ſeu inſtitutionem Paſtorum, quo à Paſtoribus exploratur profectus auditorum ſuorum, in pietatis doctrina: & inſtitutione familiari, conſilio, & conſolatione, ſi opus ſit, iuuantur. Nã hoc poſterius Examen, illi priori ſubſeruit. Profiteri autem fidem, & oſtendere quid ſentiamus de doctrina apud Paſtores, ſinguli tenemur: ſicut præcipit Petrus, vt *parati ſimus cuilibet petenti reddere rationem eius ſpei, quæ in nobis eſt. 1. Pet. 3.15.*

CXXXIV. *Anne ex hoc Pronomine, ἑαυτὸν, colligitur, vnumquemque ſuo priuato iudicio relinquẽdum, nec cuiquam ad menſam Domini accedenti recuſandum Sacramentum?*

Non: quia non omne ad ſeſe probandos ſufficiũt: nec de omnibus conſtat, ſintne, an non ſint ex Eccleſia: neq. iis ſufficit, qui legitima præeunte cognitione, iudicati fuerint impœnitentes: ideóque abſtenti, vt eſſe idonei, & verè reſipuiſſe cenſeantur, ſi ſeſe ad menſam Domini quoquo modo ſtiterint.

CXXXV. *Qui indignè accedunt ad Cœnam Domini?*

Non qui peccatis ſimpliciter obnoxij ſunt, aut infirmi in fide: cùm propter infirmos potiſſimùm ſit inſtituta Cœna: Et rectè dixerit Centurio, *Domine non ſum dignus, vt*

ſubeas

non per ſe,ſed per accidens militiæ & Iudiciis accidunt.

CXXXIX. *Quid eſt diſcernere corpus Domini?*

Διακρίνειν eſt diſcernere aliquam rem, & quaſi à communi ordine eximere,& præ cæteris honorificentiùs habere & tractare, vt in Epiſtola Iudæ 22. iubemur διακρίνεσθαι id eſt diſcernere peccatores ſanabiles à præfractis. Et 1.Corinth. 4.7. *Quis te* διακρίνει, id eſt *excellentiorem reddit?* Ergo, diſcernere corpus Domini, eſt Panem illum tanquam pretioſiſſimũ corporis Chriſti ſymbolum à cæteris rebus diſtinguere,& conueniente religione ac proinde cum fide, reſipiſcentia,& ſumma reuerentia tractare nec tanquam ad communem cibũ & potum:ſed tanquam ad myſterium rei omnium pretioſiſſimæ accedere.

CXL. *Anne primi gradus indigni, id eſt impij,ad iudicium condemnationis ſuæ,* ὄντως *edunt carnem Chriſti,& bibunt eiuſdem ſanguinem, & non reſpuendo, ſed recipiendo, fiunt rei corporis Chriſti?*

Nequaquam. 1. Quia iudicium edere,ſiue ſibi accerſere,non eſt Chriſtum edere,qui nobis factus eſt iuſtitia & vita.

2. Quia ſolis fidelib.promiſſio gratiæ ipſiuſmet Chriſti participationẽ pollicetur,& Sacramenta nonniſi fidelibus Sacramenta ſunt:infidelibus autem nequaquam: *nulla enim pars fideli cum infideli,nulla communio luci cum tenebris*,vitæ cum morte,2.Cor.6.15. *Nec dicendum* eſt,inquit Auguſtinus, *eum manducare corpus Chriſti, qui non eſt in corpore Chriſti*,& proinde illorum incredulitas Fidem Dei & Inſtitutionem Cœnæ irritam facere non poteſt.

3. Quia *nullus poteſt*, inquit Apoſtolus, *menſæ Domini* i.cibi qui in menſa Domini apponitur, *particeps fieri, & menſæ Dæmoniorum*,i.cum dæmoniis & impuris Spiritibus quicquam habere commune,1.Cor.10.21.

4. Quia corde non ore,res ſignata ſumitur:Chriſtus enim reuera, nõ per Inſtrumenta corporis,ſed per ſolã fidem percipitur [a],qua carent impii.

[a] Eph.3.17.

quentibus verbis Apoſtoli, quibus huius iudicij exempla commemorat, morbos & mortem corporis; *Propter hoc inter vos multi debiles & inualidi* i. ægroti ſunt, *& obdormiunt multi* tum maximè ex verſ. 32. vbi ait nos, ideo iudicari, *ne cum impiis condemnemur, ſed erudiamur à Domino.* Et hoc eſt κρίμα παιδείας iudicium corruptionis & diſciplinæ.

CXXXVII. *Quibus ergo eſt exhibenda Cœna Domini?*

Fidelibus omnibus Eccleſiæ membris, qui ſeipſos explorare poſſunt, & in fidei myſterio edocti ſunt, & mortem Domini annuntiare poſſunt: ad hoc enim myſterium, requiritur ſui probatio, & mortis Domini annuntiatio.

Et proinde non infidelibus, non infantibus, non mente captis, non myſteriorum ignaris, aut ignorantibus quid agatur, non impœnitentibus, non Excommunicatis legitimo Eccleſiæ iudicio, non pollutis, vel erroribus manifeſtis, vel ſcelere aliquo notorio, (niſi priùs Eccleſiæ ſatisfecerint, & de Reſipiſcentia ſua teſtati ſint) non denique mortuis, nec pro mortuis. Nā oblationes panis & vini, quæ offerebantur olim ab amicis defunctorum (Ethnico more) cedebant in vſum pauperum. Item, ſacrificia & oblationes, quas Cyprianus offerri ait, pro martyribus, intelligit laudes & gratiarum actiones ad Deum, quod eiuſmodi lumina Eccleſiæ dediſſet.

CXXXVIII. *Anne pij & honeſti, propter militiam, aut litem pendentem in iudicio à Cœna Domini arcendi ſunt?*

Non: quia Iudicia, & bella legitima, ſunt pars ordinis politici, quem non abolet Euangelium. Et rectè admiſſi fuerunt ad Cœnam Domini Conſtantinus, & alij milites iam in acie trucidaturi ingentem Licinij exercitum. Et Melchiſedech redeuntem ex prælio Abrahamum excepit, eíque benedixit [a]. Et boni, de hæreditate, de contractibus, & aliis negotiis diſſentire poſſunt: ſine odij acerbitate, & cupiditate nocendi. Sed tamē militantes & litigātes acceſſuri ad Cœnam Domini, moneantur, vt deponant odia, ſimultates, & alia vitia, quæ

[a] Gen. 14. 18. & ſeq.

non pec

tus, redundat in Principem, qui illum legauit. Et qui imaginem aut literas Regis conſpuit , lacerat, vel pedibus conculcat, reus tenetur lęſæ maieſtatis. Denique reus eſt indignè ſumens, quòd Chriſti corpus ſibi oblatum, ſpiritualiter non recipit, nec manducat.

CXLII. *Anne Miniſter, cùm non poßit ſcire qui ſint digni aut indigni, ſine periculo conſcientiæ, admittere quoſuis ad Cœnam Domini?*

Vt de occultis non iudicat Eccleſia, i. non inſpicit latebras pectoris, ſed iudicat externa facta, & normam habet Decalogum rectè intellectum: Sic Miniſtri eſt, relinquere Deo iudicium de cordibus ſingulorum: ἀνεγκλήτους, i. prorſus inculpatos, ſed crimine vacantes admittet: faſcinatos autem erroribus pugnantibus cum fundamēto doctrinæ, blaſphemos, hæreticos, idolorum cultores, ebrioſos, defraudatores, raptores, tyrannos, adulteros, maledicos, obſcœnos, aut alioqui inhoneſte, & non vt dignum eſt Euangelio viuentes, qui nulla ſigna Pœnitentiæ edūt præeunte Synedrij Eccleſiaſtici cognitione, arcere debet. Ad illos, enim pertinet.

Procul hinc, procul eſte profani.

Quia grauis eſt Chriſti prohibitio, & ſeria, *Nolite dare Sanctum canibus*, Matth. 7.6. *nec alienis peccatis communicandum eſt*, 1 Tim. 5.22. Ideo Chyſoſtomus dicit , ſe potius corpus ſuum daturum lacerandum turpiſſimis modis, quàm vt ſciens & volens, velit corpus & ſanguinem Domini porrigere flagitioſo homini, qui viuit abſque Pœnitentia. Et propter huiuſmodi abuſum , Paulus teſtatur Corinthios magna plroa percuſſos, ac multos concidiſſe, & obdormiuiſſe. 1. Cor. 11.30.

CXLIII. *Eſt-ne ἀδιάφορον ſeu arbitrarium vti Cœna, aut abſtinere ab ea?*

Non eſt. Quin peccant contemptores menſæ Domini grauiſſimè: contemnunt enim 1. non humanū, ſed diuinum illud edictum, Hoc facite. 2. Mortis Chriſti, qua redempti ſumus, memoriam. 3, Communicationem corporis & ſanguinis Chriſti negligunt. 4 Oſtendunt denique, non eſſe ſe inter diſcipulos Chriſti habendos.

15. Quia τὸ ἅγιον, Sanctum non datur à Deo canibus, cùm id facere, Dominus prohibeat, Matth. 7. 6.

6. Quia participati & communicati corporis & sanguinis Christi, contrarij non ſunt effectus: & vis viuificandi, à communione corporis Christi ſeparari nequit. Impij autem non habent vitam æternam, ſed iam condemnati ſunt, Ioh. 3. 18. *Qui verò edit carnem meam*, inquit Christus, *& bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam*. Ioh. 6. 51.

7. Quia corpus Christi manducatum, vitam, ſpretum autem, repudiatum, & abiectum, mortem ſeu condemnationem (ſed hoc accidentaliter, non participationis, ſed priuationis reſpectu) operatur.

8. Quia Christus Iudicis munere fungi poteſt, etiamſi infideles non manducent oraliter corpus eius. Edūt ergo panem domini, ſed non panem Dominum. Quò facit Augustini celebre dictum *Si carnaliter accipis, ſpirituale eſſe non deſinit: ſed tibi non eſt*. Item, *Bonus accipit Sacramentum, & rem Sacramenti, malus verò, Sacramētum, & non rem*. Et idem, *Qui diſcordat à Chriſto, nec carnē Chriſti manducat, nec ſanguinē bibit: etſi tantæ rei Sacramentum, ad Iudicium ſui quotidie accipiat.*

Tract. in Ioh 25.

Quòd ergo apud Patres, & præſertim Auguſtinū, corpus Domini interdum dicitur ſumi etiam ab impiis: voce corporis, non res Sacramenti ſignificata, ſed ſignum ſignificans intelligitur: & corpus Domini, id eſt ſymbolicum, à corpore Domino, i. ab ipſa re Sacramenti, diſtinguitur.

Poſtremò, ridicula eſt hæc Aduerſariorum conſecutio, Datur ſeu offertur corpus Chriſti, Ergo accipitur. Non accipitur, ergo non datur.

CXLI. *Anne poteſt aliquis reus fieri corporis & ſanguinis Chriſti, qui eſſentialiter illud non ederit, hunc autem non biberit?*

Poteſt, propter ſignorum ſacrorum abuſum, qui contumelioſus eſt in rem ſignificatam. Non ſecus ac ii, qui Chriſti ſeruos aſpernantur, rei fiunt contemptus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ipſius etiam Patris, Luc. 10. 16. ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς ἐμὲ ἀθετεῖ. Et contumelia qua afficitur, legatus,

teme. Atque hoc nomine eos præferunt Beatæ Mariæ Virgini quòd hæc ſemel tantùm Chriſtũ cõceperit: illi verò, quoties velint, creare ipſum poſſint. 12. Cœnæ Sacramentum, quam vocant Miſſam, in ſacrificium verum proprium, & propitiatorium, ſeu piaculare, incruentum pro peccatis viuorum, & mortuorum, proquibus celebratur, quæſtus cauſa conuertunt. 13. Applicationem huius Sacrificij dicunt fieri pro aliis ex opere operato. 14. Hoc Sacrificium, non tantum viuentibus mereri docẽt, vt liberẽtur à peccatis & pœnis & quibuſcunque neceſſitatibus ſed etiam valere aiunt pro defunctis ex fictitio Purgatorio liberandis. 15. Sacerdotem fingunt offerre Chriſtum
æterno Patri, eúmque inter Chriſtũ & Patrem, Mediato Durandus
rem conſtituunt: qua ratione Sacrificium crucis Chriſti l.4 parte
prorſus euacuatur, vnicum & perpetuum ipſius Sacerdo a Heb.5.6.
tium negatur, mortis eius meritum obruitur, Chriſtus & 7.24.&
rurſus occiditur [a]. 9.12.& 10.
12.

Sicut Agnus Paſchalis ſacrificandus fuit, ſic Chriſtus Matth. 26.
dicunt in Euchariſtia ſacrificari, qui tamen ſemel in cru 28.
ce ſacrificandus fuit [b]. b 1.Cor.5.7.

Quę Malachias 1.11. more Prophetarum, in genere de cultu rationali, interiore ſpirituali, ſeu de ſpiritualibus hoſtiis acceptis Deo Eccleſiæ noui Teſtamenti, ſub inuolucris cultus ceremonialis (vt incenſi, & oblationis mundæ) in veteri Teſtamento vſitati, metaphoricè vel allegoricè dixit, (In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda) propriè de ſpeciali, reali, & externa oblatione corporis Chriſti in Cœna, perperam accipiunt.

Quæ de Sacerdotibus Leuiticis, per enallagen temporis præſentis dicit Apoſtolus Heb.5.1. (*Omnis Pontifex conſtituitur ex hominibus, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis*) de Miniſtris Euangelii imperitè exponunt.

Melchiſedechum Sacerdotem Altiſſimi, qui fuit typus Chriſti, panem & vinum Deo in Sacrificiũ obtuliſſe ſtatuunt, (vt euincant Chriſti Sacerdotium conſiſtere in oblatione panis & vini) Quæ tamen vt Rex munificus protulit, *Hotſi*, id eſt fecit egredi, ideſt deprompſit, protulit cibos ſcilicet cuiuſque modi, ad refectionem ſeu alimoniam Abrahæ, & ſeruorum ipſius qui fatigati reuertebãtur ex prelio, cui ita voluit gratulari de parta victoria: &

CXLIV. *Anne in vita æterna vllis corporis & ſanguinis Chriſti ſignis Sacramentalibus nobis opus erit?*

Non erit quia cum Domino Ieſu erimus corporali quoque præſentia:nullus enim Sacramento locus erit, vbi reſtituta fuerit Eccleſiæ corporalis illa præſentia Chriſti,& eadem Eccleſia per viam fidei ad aſpectum & faciem Chriſti adducta [a].

[a] Rom.8.24 1.Cor.13.12. 2.Cor.4.18. & 5 7. 1.Ioh 3.2.

CXLIV. *Quæ Repugnantia?*

1. Error *Aquariorum*,qui ſobrietatis prætextu, non vino,ſed aqua vtebantur ad calicem Domini.

Cyprian Epiſt. ad Pompeium.

2. *Pontificiorum* errores,qui Cœnam Domini horribiliter profanant,eiúſque nomen dedignantes.1.Miſſæ nomen à Sacris Iſidis ſunt mutuati.2.Miſſam, qualis inter ipſos retinetur,a Iacobo fratre Domini vel ab aliis Apoſtolis celebratam fuiſſe fabulantur.3.Eam tanquam Thaidem,vt amatores plures alliciat,auro,argento,&gemmis ornant.4.Panem præciſè azymum ſuperſtitioſe adhibẽt 5.Aquam vino neceſſariò immiſcent. 6. Verba Cœnæ Dominicæ in Epheſias literas trãsformant,ſeu in conſecrationem talem quæ nihil differt ab incantationibus Magicis.7 Verba Euchariſtiæ ſubmiſſa voce flando crucem ſuper elementa, auerſa à populo facie, murmurãt, vt maiore religione ea populus veneretur.8. Conſecrationem tantum ad illas quinque voces referunt, *Hoc eſt enim corpus meum.* Et,*Hic eſt ſanguis meus.* 9. Externa ſimbola dicunt euaneſcere,& in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti conuerti : aut vi conſecrationis factæ à Sacrifico,corpus Chriſti ſuccedere in locum ſubſtantiæ panis manentibus & pendentibus in aëre ſine ſubiecto nudis ancidentibus: Et Chriſtum in manu Sacerdotis corporaliter cõtineri fingũt.10.Fractionem panis ſuſtulerũt introductis panibus numularibus inſignitis imagine crucifixi,ad fouendam ſuperſtitionem , retenta vmbra fractionis.in Miſſa Sacerdotis.11. Sacrificulos Creatores Creatoris dicũt:vnde illa ſunt quæ extant in illorũ libris *Eſt cibus,ex pane caro, Deus ex Elemento.* Itẽ *Iſte qui creauit me,dedit mihi creare ſe.Et qui creauit me ſine me creatur mediã-*

te me

tis Domini annuntiatione,(quam adhiberi vult Paulus) celebrant.23 Auditione,aut potiùs inſpectione Miſſæ,ſe aduerſus Deum armatos, & ceu amuleto & alexipharmaco,ab omni periculo tutos putant.24. Populo ſemel in anno Sacramentum porrigendum,ſeu communicādum.25.Auricularem confeſſionem; communicantibus neceſſariam eſſe volunt.26.Miſſam peregrina,atque incognita lingua celebrant. 27. In Canone Miſſæ præter Sacrificij ſui oblationem,Sanctorum mortuorum inuocationem adhibent,& merita imaginaria miſcent.28. Miſſas celebrant in honorem Sanctorum,& pro illorum interceſſione obtinenda apud Deum; qua Chriſti memoria & Interceſſio obſcuratur & obruitur. 29. Cœnæ vſum moribundis abſolutè neceſſarium putant.30.Pane conſecrato ad reſtinguenda incendia,& ſedandas tempeſtates,vtuntur.31. Armariis & cibariis eundem ſuperſtitiosè includunt.32. Accendunt coràm eo candelas.33. Cùm libet,(prorſus vt olim Perſæ ignem) adorandum in pompa circungeſtant.

3. Errores *Conſubſtantiatorum*, qui veram Doctrinam de litera & ſpiritu non admittunt, ſed locutiones Sacramentales, iuxta τὸ ῥητὸν, non iuxta διάνοιαν, interpretandas cenſent. 2. Corporaliter, vel ὑπαρκτικῶς,vel περιεκτικῶς, vel admirando modo, & ineffabili, miniſtri tamen manu offerri. 3. In ora etiam Impiorum ingeri corpus Chriſti dicunt. 4. Berengarij palinodiam à Nicolao Papa dictatam laudant,profitentem non ſolùm Sacramentum, ſed & verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſenſualiter, & in veritate manibus Sacerdotum tractari, & frangi,& dentibus fidelium atteri 5.Realem ipſius corporis Chriſti in terris,in multis locis, imò vbique παρουσίαν docent.6. Plures carni Chriſti eſſendi modos tribuunt.7. Communionem fieri mutuo,reali,& actuali ſubſtantiarum contractu exiſtimant. 8. Præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti πνευματικὴν,ſpiritualem duntaxat, non agnoſcunt. 9. Eleuationem Papiſticam inter ἀδιάφορα recenſent. 10. Duplicem manducationem, vnam videlicet panis externam,alteram corporis Chriſti internam,perperam in vnicam & eandem conflant, ſiue confundunt.

præterea ei, vt Sacerdos benedixit, & decimas ab eo accepit, Gen. 14. 19.

Chriſtum intelligunt Sacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedech nominari, præcipuè propter iuge Sacrificium, quod offeratur Deo in ſpecie panis & vini. Quod tamen non eſt (quia eius non meminit Apoſtolus, collationem inſtituens inter Melchiſedech & Chriſtum) ſed quia eſt Sacerdos longè ſuperior Leuiticis omnibus, & æternus, & Sacerdotium eius ἀπαράβατον, ſine ſucceſſione: ſicut Melchiſedech à Moſe introducitur tanquam ἀπάτωρ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος, (quò ad noſtram cognitionem attinet, inquit Chryſoſtomus;) ac ſi repentè è cœlis delapſus eſſet, & mox eò ſe recepiſſet, nulla ipſius maiorum, nec mortis mentione facta. Item, quia eius ſacrificium ſemel in cruce peractum, vim perpetuam habet: Heb. 7. 3. 24.

16. Adhæc partem alterã. id eſt calicem, non obſtante (inquit Concilium Conſtantienſe) inſtitutione Chriſti, & praxi veteris Eccleſiæ, impiè Laicis ſuffurantur. 17. Quæ Chriſtus reipſa diſtinxit & ſeparauit, per fictam Cõcomitantiam ſimul ſignificari, & ineſſe volunt. 18. Panem magicè incantatum attollunt, agitant, & vt Deum adorant, eundémque mox deglutiunt: Parum memores dicti Ciceronis, *Quem tam amentem eſſe putas, qui illud quo veſcatur, Deum eſſe credat?* 19. Fingunt ſeparationem corporis Chriſti & noſtri, cùm tam citò in cœlum recipi Chriſtum dicunt, quàm citò ſpecies dentibus teruntur. 20. Communicationem, quæ plurium eſt, abolent, & μονοφαγίαν ſtatuunt; dum in ea vnus ſeorſim in vno angulo, ad vnum altare, ſuum ἴδιον & priuatum habet epulum. Ideo etſi nulli ex populo aut Clero communicantes adſint, tamen priuatas Miſſas, eaſque in vno Templo, plures in diuerſis locis ſimul & quotidie celebrandas docent, vt fiat oblatio Sacrificij Chriſti, & vt Sacerdos ſeipſum communicet: quod perinde eſt ac ſi ſeipſum quis baptizaret, & aliis qui non baptizantur, prodeſſe diceret. 21. Miſſam ad quæſtum, tanquam χαμαιτύπην, in fornicibus ſuis proſtituunt. 22. Scenico & hiſtrionico ornatu, geſtu, boatu, murmure, ſibilis, gemitibus, cantu, & aliis modis, tanquam Orgia Sacra, aut Bacchanalia, ſine concione, ſeu mor-

& fide ſumptam, tranſire imaginatur, ſeu vim quandam à Chriſti carne manantem, mirabili modo & ineffabili ſeſe in panem infundentem, alere carnem Chriſtiani ſomniat: contra expreſſa verba Chriſti. Quod traditur, & Qui effunditur: quæ clarè teſtantur verum illud corpus Chriſti, & verum illum ipſum ſanguinem Chriſti ſignificari, & ſpiritualiter credentibus exhiberi.

LOCVS XLIX.

De Politica adminiſtratione, ſiue de Magiſtratu.

I. *Eſt-ne in Eccleſia, tradenda Doctrina de vita Politica & Magiſtratu?*

EST: quia Politiæ ſunt hoſpitia Eccleſiæ, & piorum, ſiue Magiſtratuum, ſiue ſubditorum, conſcientiæ, aduerſus Fanaticos erudiendæ ſunt.

II. *Vnde dicta eſt* Πολιτεία?

Ἀπὸ τῆς πόλεως: Ciuitas autem, (dicta tanquam Ciuium vnitas) ſunt non tantum ædificia, communi foſſa, vallo, & iiſdem mœnibus comprehenſa: ſed ipſe cœtus hominũ in iis ædificiis inhabitans. Πολιτεία verò, illius cœtus & populi regimen & ordo, Latinis Reſpublica dicitur. Inde πολιτική, ciuilis Scientia, ars illa quæ iuſtam politiam ſeu Rempublicam inſtituere & cõſeruare docet, & πολίτευμα Regimen, ſeu Municipatus, aut Ius Municipale[a]. Et πολιτεύεσθαι, dicuntur qui publico aliquo munere funguntur, vel in iis verſantur, quæ in communi ad omnes ſpectant: vnde ἡ κατὰ τὸν θεὸν, καὶ τὸ εὐαγγέλιον πολιτεία. i. λειτουργία, & Politia Eccleſiaſtica dicitur, apud Baſilium.

[a] Philip 3. 20.

4. Error *eorum*, qui fractionem panis in Cœna Domini ſuſtulerunt, & pro fracto pane, totidem numero integros & ſeparatos paruulos panes, ſeu orbiculares & tenues offulas ſingulis accedentibus diſtribuunt. 2. Signorum in manus traditionem, & eorum per manus prehẽſionem aboleuerunt.

5. Error *eorum*, qui raro mentionem faciunt Sacramentalis mutationis panis & vini. 2. Solum Chriſti obedientiæ meritum, pro re ſignificata in Sancta Domini Cœna, habendum docent, & tantùm in ea commemorationem mortis Chriſti & beneficiorum eius inſtitutam putant, nec vrgent nos per communionem Chriſto incorporari.

6. Errores *eorum*, qui 1. Negant præſentiam Chriſti in Cœna. 2. Vulgaria ſigna exiſtimant, quæ efficaciter & potenter non permoueant. 3. Sacramentalia ſigna pro nudis quaſi picturis & ſpectaculis habent, quibus duntaxat ad recolendam Chriſti mortis memoriam excitẽtur. 4. Et ſacra hæc myſteria pro externis tãtùm notis ac teſſeris quibus qui Chriſtianos ſe profitentur, à profanis aliis Gentibus diſcernuntur, habent.

7. Error *eorum*, qui ſacras has actiones irreuerenter, & non aliter quàm res communes & quotidianas tractant. 2. Qui liberum ſibi eſſe putant ad Cœnam Domini accedere, vel ab ea abſtinere: & ideo infrequenter admodum ea vtuntur, cùm ſit diuini cultus pars nõ minima diuinitus mandata.

8. *Quorundam*, qui Cœnam non Agno Paſchali, ſed Mannæ; (quæ non fuit ordinarium & perpetuum Sacramentum, nec tempore cum Cœna coniunctum; nec habuit ſymbolum meriti Chriſti, quod primarium eſt in Cœna Domini) contra manifeſtiſſimam Domini inſtitutionem[a] ſucceſſiue volunt. 9. Cuiuſdam Libertini *Iodoci Harchy* Montenſis Belgæ ſomnium, qui non ipſiſſimum corpus illud Chriſti crucifixum, à nobis vel corporaliter, vel ſpiritualiter ſumi, & manducari vult: ſed duplicem carnem Chriſti faciens, vnam naturalem & è Maria Virgine ſumptam, nunc in cœlo glorioſam: alteram ſpiritualem, intelligibilem, & diuina virtute factam ex pane & vino, mente potiſſimum deguſtandam, hanc in alimoniam corporis myſtici, *i.* omnium fideliũ quotidie, ore, & fide

[a] Luc. 22. 19.

V. *An-ne in ſtatu, quem vocant, innocentiæ ſi perſtitiſſet, fuiſſet regimen Politicum?*

Fuiſſet: & quidem à domeſtico planè diſtinctum, ne plures diuerſæque familiæ manerent ſine capite, ſed æquitate, & iuſtitia, & clementia ordinatiſſimum, perinde vt politia, & aliquis in Angelorum beatorum cœtu ordo exiſtit: & proinde ab his Imperiis, quæ poſt peccatum habemus, longè diſcretum.

VI. *Vtrum ſubditi præceſſerunt, conſtituerúntve ſibi Principes? An verò Principes ſubditos præceſſerunt, eóſque ſibi crearunt?*

Thomas 1. parte 1. Summæ Theolog. q. 9. Art. 3. & 4.

Quamquam principes & ſubditi ſunt ex numero τῶν πρός τι, tamen naturæ & temporis ratione, priùs fuerunt inſtituti ſubditi. Principes verò, niſi qui tyrannidem vſurparint) non naturâ, vt Patres, ſed ſuffragio ſubditorum & conſenſu, certis conditionibus, Subditorum gratiâ, conſtituti ſunt. Inde illud Domini apud Danielem 4.32. *Scias quod dominetur Altiſſimus in Regno hominum, & cui voluerit dabit illud.* Ex quo ſequitur, non Regnum cauſa ſubditos naſci, ſed Reges ſiue Principes commodis ſubditorum inſeruire debere.

VII. *Quotuplex eſt Politicum Regimen?*

Duplex: Legitimum, quod verbi diuini authoritate & humani generis ſummo conſenſu, conſtitutum & approbatum eſt. Et Illegitimum, quod Dei verbo, & publica hominum voce condemnatur.

VIII. *Quot ſunt formæ legitimi Regiminis?*

Tres: Prima qua vnus ſumma [illegible] iuſtis legibus imperat, quæ dicitur *Monarchia*. Re[illegible] vnius principatus, Secunda qua plures optimates ſumma authoritate, & bonis legibus regunt, quæ dicitur *Ariſtocratia*, i. optimatum Potentatus, Latinis ſpecialiter Reſpublica, & Politia dicitur. Tertia, qua omnes, i. Populus ipſe vniuerſus tenet per ſeſe imperium, & dicitur *Democratia*, ſeu popularis ſtatus.

III. *Quid eſt Reſpublica?*

Eſt cœtus multitudinis hominum, qui communibus legibus vtuntur & quidem communi conſenſu, ſiue vnã duntaxat, ſiue plures ciuitates incolant.

IV. *Quæ eſt Cauſa principalis & origo Politiarum?*

Deus ipſe, humani generis author, qui inter Adamum
aGen. 1.27. & Euam primum ſocietatis, i. coniugij vinculum inſti-
& 2. 18. tuit[a]: ex quo mox Deo benedicente. & illam ſuam vocẽ,
Creſcite & multiplicamini, reipſa confirmãte, domus, οἶκος,
ſeu priuatus cœtus, mox ex eodem femore nati, & familiæ propagatæ fuerunt, apparuerúntque plures & diſtinctæ: quarum Dux & Princeps generis, Pater ſeu Mater familiæ vocabatur.

Hæc cùm vicinis inter ſe locis; tum propter hominis ingenium naturâ ſociabile, tum propter ſuam commoditatem habitarent, facti ſunt ex pluribus illis familiis ſimul collectis, Vici, à via; ſeu Pagi, à Græco πηγὴ, Doricè παγὴ, qui fons eſt Latinis, vnde Pagani dicti, eodem & cõmuni fonte vtentes, ſed in agris abſque muro extructi.

Pòſt, multiplicato humano genere, propter metum tũ hominum, tum ferarum vrbes (ſic dictæ, quòd olim in orbem circunducerent aratrum, dum mœnium vrbis prima deſignatio fieret, vt inquit Varro) cœperunt ædificari, & muris & foſſa circuncingi[b]. Ex quibus ſiue vna, ſi-
bGen. 4.17. ue pluribus, Reſpublica conſtituta eſt.

Gens verò ſeu ἔθνος, dictæ ſunt plures Vrbes, in vnam & eandem adminiſtrationis formam conſentientes.

Prima verò Monarchia (Herilis potiùs quàm Regia)
poſt diluuium & linguarũ diuiſionẽ demũ extructa Ba-
bylone, in Chaldæa cõdita eſt[c], à Nimrodo robuſtiſſimo
cGen. 10.8. homine, Chami ex filio Cuth nepote, abutente potentia
9. ſua in hominibus tanquam mancipiis infeſtandis. & cõ-
parãda ſibi tyrannidis amplitudine: quem Belum poſtea
dictum fuiſſe exiſtimant. Hæc & Chaldæorum & Baby-
loniorum & Aſſyriorum fuit. Nam à Nino ad Aſſyrios
tranſlata, qui ſedem Regni Niniuem eſſe maluit, ab Aſ-
dGen. 10.11. ſur filio Sem, filij Noë primum ædificatam[d]: quam Per-
ſica, Græcorum, & Romana ſecutæ ſunt.

abſtinuiſſe. Quanuis autem plura ſunt Magiſtcorum genera, vſus tamen obtinuit, vt ea tantum poteſtas, quæ gladium gerit, *Magiſtratus* vocetur. Magiſtratus autem, tum concretè pro eo qui dignitatem gerit, tum abſtractè pro ipſamet dignitate ſumitur.

XIII. *Quid eſt Magiſtratus?*

Eſt officium politicum à Deo inſtitutum, quo certa perſona, vel plures, cum dignitate & poteſtate legitimè accepta, totam Remp. vel eius partem, quoad τὰ βιωτικά, i. res quæ ad huius vitæ vſum pertinent, honeſtis Legibus regunt & gubernant, vt pax & tranquillitas inter homines conſeruetur, & gloria Dei illuſtretur. Ariſtoteles eru- *l.5. Ethic.* ditiſſimè ſic, ἔστιν ὁ ἄρχων φύλαξ τοῦ δικαίου, εἰ δὲ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ *c.6.* ἴσου, i. *Magiſtratus ſeu Princeps, eſt cuſtos eius quod iuſtum eſt, atque ita etiam illius quod æquale eſt.* Paulus verò omnium optimè definit, qui cauſam efficientem, ſimul & finalem exprimit, Rom. 13.4. *Magiſtratus eſt Miniſter Dei, nobis ad bonum, i. index ad defendenda rectè facta, & punienda delicta gladio,* i. pœnis corporalibus.

XIV. *Quid differunt officiales à Magiſtratibus?*

Quòd Magiſtratibus tum iuriſdictio, ſeu cauſæ cognitio data eſt, tum ſimul poteſtas exequendi adiuncta. *Officiales* verò ſunt Miniſtri Magiſtratuum, quibus ſola rerum iudicatarum executio demandata eſt. Quales olim Romæ Viatores, qui apud Gallos *Sergens*, quaſi ſeruientes dicuntur: Miniſtri verò Reip. ſunt qui duntaxat cognoſcunt de re aliqua, velut qui publice operi faciundo præſunt, vt. Architecti Latomi, Aeditui Reip. alicuius, vel qui munera publica à Republica habent, vt Tribuni ærarij, Aediles, &c.

XV. *Quotuplex eſt Magiſtratus?*

Multiplex Et 1. quidem ratione Iuriſdictionis, eſt vel Summus, vel Inferior *Summus* qui à nemine in ea Republica ſed à ſolo Deo delegatur & pendet, vt Cæſar, Dictator, Rex Imperator Senatus populus, qui habet merum imperium.[a] *Inferior* verò Magiſtratus eſt, qui à ſummo delegatur & pendet vt Præſides Prouincarum & alij qui grauiores cauſas ad cognitionem ſuperioris referũt.

a Rom. 13.1. 1. Pet. 2.13. 14.

IX. *Quænam forma legitima Regiminis præstantior est?*

Quæ vel ex omnibus illis tribus composita est, vel ſaltem ex duabus: qualis fuiſſe Iſraelitici populi politia ex ſacris hiſtoriis colligitur. Adfert enim vna alteri temperamentum quoddam, ne videlicet vnus ille Dominus, vel plures, vel populus ipſe, illo ſuo imperio abutātur ad tyrannidem. Illa tamen optima cuique vel populo vel Genti, quæ maximè illius populi aut Gentis moribus, ingenio, loco commerciis, cæteriſque circunſtantiis cōuenit, aut conſentire poteſt.

X. *Quæ ſunt tribus illis formis oppoſitæ?*

Itidem tres. 1. Monarchiæ *Tyrannis*. Eſt autem hæc, cùm vnus iniuſtè, & præter ſanctarum legum præſcriptum, imperat. 2. Ariſtocratiæ *Oligarchia*, i. paucorū potentatus, & dicitur factio, & Duumuiratus, Triumuiratus. Eſt autem cùm iniuſte pauci diuites dominantur, & præter leges. 3. Democratiæ, i. vniuerſo populo iuſtè gubernanti: *ὀχλοκρατία*, i. *turbæ poteſtas* ſeu confuſio quę plerúmque tumultum & ſeditionem parit, dum nemo alteri cedere vult. Eſt autem cùm iniuſtè populus imperat.

XI. *Quænam ſunt partes Politicæ adminiſtrationis?*

Tres: Magiſtratus, Leges, & Populus ſiue ſubditi.

XII. *Vnde dicitur Magiſtratus?*

Vel à Magiſtro: Magiſter verò ab aduerbio Magis, vt docet Sextus Pompeius. Vnde Magiſteria dicutur in omnibus rebus, (ait idem) quæ magis cæteris præſunt: vt Magiſterium equitum, vicorum, pagorum, ciuium. Vndē Burgimagiſter, & Magiſterare apud Feſtū, pro regere, & moderari ſumptum. Sicut Suetonius in Auguſto, *Magiſteria municipiorum*, i. ἀρχὰς municipales vocat. Vel à Græca voce μέγιστος: vnde Græcis dicti μεγιστᾶνες, qui Latinis ſunt Magiſtratus, eidē Suetonio retenta voce Græca Megiſtanes (i. Proceres, quaſi Maximates dicas) in Caligulæ vita, vbi dicit, Germanicum coniunctu Megiſtanū abſtinuiſſe.

narium iudicem ſeu Magiſtratum, qui certo ordine tollat reum, & iudicium Dei adminiſtret. Cùm autem Magiſtratui tribuatur adminiſtratio iudicii capitalis in homicidas, certum eſt ſimul etiam cœteros gradus cauſarũ & pœnarum ſanciri & confirmari hoc dicto.

Exod. 18. 21. Inſtituuntur Magiſtratus à Moſe, quod conſilium quamuis à Iethro ortum ſit, tamen Dominus approbat Deut. 16. 18. *Iudices & Magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populũ iuſto iudicio.* Et Deut. 16. 13. 19. 2. Conſtituit idem (nempe Deus) poteſtates iudicia, & pœnas, ſeueriſſima hac voce addita, *Non miserearis eius ſed auferas malum de medio tui, vt audientes cœteri timeãt.* Moralia autem & naturalia Legis Moſis pertinent in genere ad omnes ætates mundi. Prou. 8. 15. *Per me,* inquit Sapientia, (quæ eſt Filius Dei) *Reges regnant, & legum conditores iuſtè decernunt, Per me Principes imperant.* i A me eſt omnis authoritas. 2. Paralip. 19. 6. Ioſaphat Rex Iuda iudicibus à ſe conſtitutis ait, *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium ſed Dei.* Dan. 2. 21. *Deus conſtituit reges, & transfert regna.*

In nouo Teſtamento Chriſtus Magiſtratum confirmat, cùm ait Matth. 22. 21. *Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris.* Et Pilato reſpondit, Ioh. 19. 11. *Non haberes poteſtatem aduerſus me illam, niſi hoc tibi datum eſſet deſuper.* Et Paulus Rom. 13. 1. *Non eſt ἐξουσία, poteſtas, niſi à Deo: quæ autem ſunt poteſtates, ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι, ſunt à Deo ordinatæ,* ſeu ordine diſtributæ: vbi etiam imperia nominat, διαταγὴν τοῦ θεοῦ, i. *ordinationem Dei,* à cauſa efficiente. Et v. 4. 6. Magiſtratum vocat διάκονον θεοῦ, λειτουργὸν θεοῦ. Quod Ethnici etiam agnouerunt, vt Heſiodus, cùm ait. Ἐκ δὲ Διὸς οἱ βασιλῆες.

3. Moſes, Ioſue, Iudices, Dauid, Ezechias, Ioſias, & tales plurimi, frequenter ab ipſo Deo, excitati ſunt, quãdo populum ab hoſtibus oppreſſum vindicare voluit. Et teſtatur ſacra hiſtoria, populi Iſraelitici conditionem nũquam miſeriorẽ fuiſſe, quàm cùm Iudice & Magiſtratu legitimo caruit, cùm fuit sub ἀναρχίᾳ tum enim ſuperſtitionem, quam voluit quiſque, ſibi finxit, & in moribus omnia diſſoluta & impunita fuerũt. Vnde tum publicarum, tum priuatarũ calamitatum ilias & lerna extitit [a].

Quòd verò Petrus, 1. Pet. 2. 13. Magiſtratum vocat ἀνθρωπίνην κτίσιν, i. τάξιν καὶ πολιτείαν, id facit non quòd hu-

[a] Iudic. 2. 19. & 4. 1. & 13. 1. & 17. 6. & 19. 1. & 21. 25.

2. Ratione Religionis, eſt vel *fidelis*, vt Dauid: vel *infidelis*. Et hic quidem, vel Perſecutor veræ Religionis, vt Herodes [a]: vel illius tolerator, qui etiam laudandus eſt: nam qui non eſt aduerſum Chriſtum, pro Chriſto eſt [b]. Qualis fuit Imperator Traianus.

a *Act.* 10.1 *& ſeq.*
b *Luc.* 9.50

3. Ratione obiectorum, Magiſtratus alij ſunt *Togati*, ſeu pacati: alij verò *Armati*, ſeu Militares & Bellici.

4. Ratione negotiorum, alij ſunt *Senatores*, à quibus fiunt publicorum negotiorum deliberationes: alij *Iudices*, qui priuatorum lites diſceptant, & diiudicant, iique vel ciuilium cauſarum, vel capitalium ſunt Iudices.

5. Ratione officii, alii ſunt νομοθέται, *Legumlatores*: alii νομοφύλακες, i. legum Cuſtodes, ſeu *Cenſores*, & ἔφοροι, i. *Inſpectores*.

Rurſum ratione adiunctorum, alii Legitimi, & iuſti, ſeu *Boni*, qui poteſtatem quam habent, legitimè, ſiue electiuo ſeu hæreditario iure aſſequuti ſunt, & bene exercent. Alii Illegitimi iniuſti: ſeu *Mali*, qui eam dignitatem malis artibus adepti ſunt: vel eam malè, nempe crudeliter aut auare exercent.

Poſtremò, ratione dignitatis, alii *Reges* βασιλεῖς, quaſi βάσεις τοῦ λαοῦ, fulcra ſeu fundamenta populi: alii ἄρχοντες *Principes*: alii Duces, Comites, Gubernatores, Domini, Prætores, Præſides, Præfecti, Capita familiarum, ſeniores & ratione ordinum in Republica, alius Dictator, alius Conſul, alius Senator, Quæſitor, Tribunus, Quæſtor, Aedilis.

XVI. *Quis Author Magiſtratus?*

Deus ipſe: primum enim lucem quandam accēdit in hominum mentibus, qua intelligunt ſe abſque ductore & rectore viuere non poſſe. Apes quoque Regem agnoſcunt, & ſequuntur. Grues ordinis ductorem habent, & noctu excubias agunt, diſpoſitis ordinibus. Quæ ſimilia ex natura deſumpta: declarant inſtitutum de Magiſtratibus diuino & naturali iure introductum.

Deinde, Gen. 9. 6. Deus ſanciuit, vt *qui effuderit ſanguinem hominis, per hominem eius ſanguis effundatur*: non ſanè temere, ac per quemuis, ſed legitimè ad officium vocatum, ſeu authoritate Dei, inſtructum. Ergo per ordi

narium

dum vt res mala ſtabiliatur. 5. Sunt etiam Exempla eorum qui Magiſtratum geſſerunt, & Chriſti fuerunt diſcipuli fideliſſimi: quales Ioſephum Arimatheum, Nicodemum, Paulum Sergium, Eraſtum, & plures alios, vt Centuriones, fuiſſe legimus [a]: vt iam nihil dicam de Sanctiſſimis Imperatoribus, Conſtantino, Theodoſio, & aliis ſimilibus, qui Eccleſiam publica authoritate & armis victricibus defenderunt.

[a] Marc. 15. 4 3
Ioh. 3. 1.
Act. 13. 7. 12.
Rom. 16. 23.

XIX. *An quia Satan vocatur Princeps mundi, Ioh. 12. 31. & 16. 11. Et ipſe dicit, Matt. 4. 8. 9. Omnia Regna huius mundi ſuæ poteſtati eſſe ſubiecta, ſeque ea dare quibus voluerit, Ideo poteſtates ſeu potentatus ſunt à Satana?*

Minimè: nam non iure, nec abſolute, ſeu ſimpliciter: ſed perfidia, malitia, vſurpatione, abuſiue, & κατά τι, id eſt relatiue ad eos qui ipſi ſubiiciuntur, vocatur Princeps. Poſterius autem illud mentitur, tanquam Spiritus mendax.

XX. *An-ne quia diſplicet Deo poſtulatio populi de rege conſtituendo in Iſraele, 1. Sam. 8. 6. 7. Status Regius ei propterea improbatur?*

Non: ſed 1. Diffidentia populi, qui plus fiduciæ in hominibus quàm in Deo ponebat. 2. Audacia in noua forma Regiminis conſtituenda. 3. Contemptus diuinæ gubernationis, quòd ſpreto Rege Deo, Regem certum, exemplo aliarum Gentium peteret. 4. Tędium fidei & ſpei, qua ex Deo pendere, a ſola eius voluntate expectare Iudices debebant. Nam Iſraelitæ inde à Moſe, vſque ad tempora Samuelis, Iudices habuerant, qui ex alia atque alia tribu, extraordinario plerunque Dei opere, præficiebantur Gubernationi. Ideo Deus Samueli dicit iratus, *Auſculta voci populi huius: nam non te ſolum, ſed me ſpreuerunt, ne regnem ſuper eos*, 1. Sam. 8. 7. Sicut Oſeæ 13. 11. dicit Dominus, *Dedi tibi Regem in furore meo, & in indignatione mea ſuſtuli illum.*

manitus ſit excogitata : (Eſt enim hæc quoque donum Dei præclarum,) ſed quòd hominum ſit propria: vel ratione finis cui, quia ad hominum vtilitatem ſit conſtituta.

Ex quibus colligitur Papam Romanum Aduerſariũ eſſe Dei, eò quòd ſibi arrogare audet, ſuum eſſe Reges transferre, & extollere, & deprimere quem velit.

XVII. *Eſt-ne neceſſariò complectenda hæc particula in definitione Magiſtratus, Quod ſit à Deo inſtitutus?*

Eſt. 1. Vt agnoſcamus eius Deum authorem eſſe. 2. Vt huic diuinæ ordinationi obediamus. 3. Vt ſciat Magiſtratus, ſe fideliter Deo ſeruientem, gratum ei laborem præſtare. 4. Vt Magiſtratus ipſi & ſubditi habeãt, cõſolationem, quòd Deus pericula huius ciuilis vitę gubernet: tyrannos verò & rebelles puniat.

XVIII. *Licétne diuino iure & bona conſcientia, homini Chriſtiano, cùm legitimè vocatur, Magiſtratum gerere?*

a Rom.13.1. 1.Pet.2.13. Sanè 1. quia bona eſt Dei ordinatio & diſpoſitio [a]. 2. Quia Euangelium non abrogat politias, & politicam iuſtitiam, ſicut nec Medicinam, aut Architectonicã: ſed concionatur de ſpirituali iuſtitia, quæ eſt per fidem in Chriſtum. 3. Quia à Magiſtratu requiritur, vt Domino ſeruiat in timore, & Filium Dei oſculetur, i. hoc veluti ſubiectionis ſymbolo eum Dominum agnoſcat & profi-

b Psa. 2.11. 12. teatur [b]. Quod nemo præſtabit meliùs, quàm verè Christianus, cognitione Dei, fide, ac timore Dei imbutus pręaliis. 4. Præcipit Deus precationes pro Magiſtratu fieri, Ier. 29.7. *Orate pro Regno Babylonico, quia in pace illius & vobis pax erit:* ſicut pro Rege Abimelecho precatur Abraham [c]: Iacob benedixit Regi Aegyptio [d]. Et 1. Tim. *Adhortor vos*, ait Apoſtolus, *vt deprecationes, preces poſtula-*

c Gen. 20. 17. *tiones, & gratiarum actiones fiant pro quibuſuis hominibus,*

d Gen. 47. 10. *pro Regibus, & quibuſuis in eminentia conſtitutis*, qui tamen tum erant infideles. Neceſſe eſt igitur Magiſtratum, rem bonam eſſe, & Deo acceptam: Non eſt enim orandum

& ego retribuam: Deus enim iuſtus Iudex punit peccata, vel ſine ope humana, vt cùm delet Sodomam: vel ſuppliciis ordinariis, quæ Magiſtratibus commendauit.

Altera vindicta eſt *inordinata*, ſeu priuata, ex affectu malo profecta, tendens in malum ſeu perniciem eius de quo petitur vindicta: cùm ſiue Magiſtratus ipſe contra ordinem legum, priuata cupiditate, gladio abutitur, & innocentes lædit, vt cùm Saul Dauidem tollere conatur: ſiue priuatus, incenſus odio, vel æmulatione, & liuore, iniuriam perſequitur, nec tam ſui defenſionem, quàm oppreſſionem aduerſarij quærit, aut ſine legitima cognitione, ſummus ipſius Iudex & vindex eſſe vult: vt Ioab interficiens Abnerũ.[a] De qua dicitur, *At vindicta bonum, vita iucundius ipſa.*

Hanc prohibet Euangelium, Rom. 12. 17. *Nulli malum pro malo reddite.* Et Matt. 5. 36. *Ne reſiſtatis malo.* Et Deut. 32. 35. *Mea eſt vltio*, inquit *Dominus, & ego retribuã tempore.* Sic Prou. 24. 29. *Ne dicas, Quo modo fecit mihi: ſic faciam ei.* Huc pertinet præceptum, *Non occidas*, ſcilicet priuato affectu & arbitro, & extra ordinem à Deo inſtitutum ſeu approbatum: ſed Magiſtratus iuxta leges, tollat ſontes.

Quod autem Elias fecit ignem deſcendere ſuper eos, qui venerant ad ipſum capiendum, 2. Reg. 1. 10. Et Elizæus maledixit pueris eum irridentibus, cap. 2. 24. heroicum fuit, iniuriæ non priuatæ, ſed in Deum & Eccleſiam redundantis effectum.

Falsò igitur calumniati ſunt Euangelium Celſus, Iulianus, & alii, qui ſcripſerunt Euangelium, prohibitione vindictæ, tollere Magiſtratum. Ex his apparet, vindictã omnem non prohiberi doctrina Euangelij.

XXIII. *Cur Magiſtratus ſumit pœnas de ſontibus?*

1. Quia Deus vult ex his exemplis intelligi, eſſe Deũ diſcernentem iuſta & iniuſta, & verè iraſcentem peccato. 2. Quia vult has breues pœnas in paucis, commonefactiones eſſe de futuro Iudicio, & pœnis æternis. 3. Quia conſulitur vtilitati aliorum, cùm contumaces tolluntur, ne plures lædant. 4. In Pœnitentiæ commonefactionem: Exemplum enim oſtenditur ne alii delinquant.

[a] 2. Sam. 3. 27.

XXI. *An cùm multi ſint improbi, & tyranni, qui officio Magiſtratus funguntur, & multa fiant iniuſta, in imperiis, multæ in iudiciis impoſturæ, illorum & officia à Deo ſunt?*

Sunt: quia ſunt bona Dei ordinatio, Rom. 13. 1. Abuſus autem & vitia, ſunt perſonarum, quæ funguntur officio Magiſtratus: Nec ſunt à Deo, ſed aliunde accedunt, & à diabolo, & hominum malitia, vel infirmitate oriuntur. Ideóque diſtinguendum eſt inter officium & perſonas, quę ſunt in officio, vitiis laborantes. Eſt enim fallacia accidentis, cùm propter improbitatem quorundam Gubernatorum, & multiplices confuſiones vitæ humanæ, ipſa gubernatio politica damnatur.

2. Nec tantum quid mali ſit in imperiis, ſed etiam quid boni inſit ſpectandum eſt. Et quidem bona ornanda vt ſunt conſociatio generis humani, coniugia: & in his generatio & educatio ſobolis: contractus, dominorum diſtinctio, iudicia, pœnæ ſceleratorum, defenſio bonorum, Scholarum, & Eccleſiarum hoſpitia: & ſimilia. Mala verò ſapienter tegenda, & amplificatione bonorum obruenda ſunt.

Denique vitia in imperiis ſæpe ſunt pœna & carcer, quibus Deus humana delicta punit. Sicut dicitur Eccleſiaſtici 10. 8. *Regnum de gente ad gentem transfertur, propter hominum iniuſtitiam & dolos.* Et ſæpe hoc dictum verum eſt.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

XXII. *An-ne Euangelium reipſa abolet ordinem politicum, cùm prohibet vindictam?*

Minimè: nam duplex eſt *vindicta*: vna *ordinata* ſiue Publica, quæ fit per Magiſtratum certo ordine, certiſque legibus, bono fine, abſque perſonæ odio: quam non prohibet Euangelium, imò pars eſt functionis Magiſtratus. Sicut Paulus Rom. 13. 4. disertè Magiſtratum vocat *ἔκδικον, vindicem ad iram.* Et legi naturæ conſentanea eſt: Et congruit cum dicto Deut. 32. 35. *Mihi vindicta*

& ego

Aut Magiſtratus ipſimet, qui vel inferiores Magiſtra-
tus debent ſubditis vel ſucceſſores. Sic Moſes elegit ſibi a Exo.18.25
inferiores Magiſtratus, [a] ex conſilio ſoceri ſui. Et idem 26.
70 è ſenioribus, ad gubernationem totius populi ſibi ad- b Num. 11.
iunxit.[b] Et tandem moriturus ex Dei tamen edicto, Io- 24.
ſuam ſucceſſorem ſibi ſuffecit.[c] c Num. 27.

Aut ipſi ſubditi, qui ſibi creant bono & vtili fine Ma- 22.
giſtratum. Sic Populus & Equites Romæ creabant Magiſtratus: Et milites olim ſibi deligebant Imperatorem.

In Regno hæreditario autem, poteſt eſſe electio Regis, ſi vel plures ſunt filii eiuſdem Regis moribus inæquales, vel plures eiuſdem Regiæ familiæ ſtirpes. Et poteſt fieri electio, vel ab ipſo Rege ſuperſtite, vel ab ipſis Regni primoribus ſeu Ordinibus, prout leges primæ & fundamentales in Regno condendo ſtatutæ inter
Regem & populum id fieri permittũt: vt videre eſt in d.1.Reg.1.3
Solomonis & Azariæ inauguratione:[d] Cui ſi accedat 2.Reg.14.22
conſenſus & vox populi, plurimum authoritatis Regi e 1.Reg.12.1
nouo conciliat, vt Roboamo accidit,[e] & Solomoni.[f] f 1. Paral.
Huius enim eſt tueri Regiam ſtirpem, & legitimum Re- 28.1.
gni ſucceſſorem ſeruare, & iuuare aduerſus Regni occupatorem. Quinetiam huic conſilio Paſtores Eccleſiarum, quantum in ſe eſt, fauere debent, vt opera Iehoſabæ filiæ Regis Ioram, & Iehoiadæ Sacerdotis mariti eius, Ioas puer adhuc conſeruatus à cæde, & Rex conſtitutus eſt [g].

XXVII. *Quomodo eligi debent Magiſtratus?*

Primò, liberè & incorruptè ſine ambitu. 2. Religiosè & ſanctè, i. inuocato priùs, & quidem ſeriò, Dei nomine, & veluti Deo conſulto, vt factum eſt Iudic. 1.1. Et Num.
27.16. ait Moſes, *Præficiat Iehoua Deus Spirituum omnis car-*
nis virum huic cœtui. Circunſpectè. 1. Exploratè. g 2.Reg.11
2,4.& 2.
Paral.23.4.

XXVIII. *Quales Magiſtratus eſſe, eligi, creari-ve debent?*

Hoc docet Moſes, Deut. 1.13. *Eligite* inquiens, *è vobis homines ſapientes, prudentes, & cognitos, è tribubus veſtris, vt præficiam illos vobis*, Et Exo. 11.21. eos breuiter depingit Iethro

XXIV. *An-ne quia Ioh. Baptiſta, Luc. 3. 13. recentibus ſuis Auditoribus conceſsit fungi officiis vitæ Politicæ, cæteris Chriſtianis, quos perfectiores eſſe decet, concedi non debet?*

Debet. 1. Quia Deus in Baptiſmo Chriſti, illuſtri teſtimonio, Baptiſtæ vocationem & doctrinam confirmauit. 2. Quia opera politica, ſunt res à Deo propoſitæ, vt innoteſcat Deus in ſocietate hominum: & vt nos habeamus exercitia confeſſionis, patientiæ, dilectionis, & fidei.

Hec igitur exercitia fugere eſt potiùs infirmitas, quàm perfectio, ſicut dici ſolet, Magiſtratus oſtendit virum. Et Chriſtus non vt conſilium, ſed vt mandatum vniuerſale, tradit omnibus hominibus hoc præceptum, Date Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei.

XXV. *An ne cùm Chriſtus, Ioh. 8. 11. noluit ad ſupplicium capitis damnare Adulteram, facto ipſo, pœnarum politicarum ſeueritatem improbauit?*

Non magis certè, quàm diuiſionem hæreditatum, quando noluit eas diuidere duobus fratribus dicens, *Quis me vobis* Iudicem *aut Partitorem præfecit?* Luc. 12. 11. Sed eo docuit, ſe non veniſſe in mundum, vt vel Magiſtratum gereret, vel Iudicem ageret, ſed vt peccatores vocaret ad Pœnitentiam, & verè Pœnitentes ſaluos faceret.

Nec eam ſimpliciter abſoluit quoad iudicium politicum, ſed quoad conſcientiam, & peculiare teſtimonium miſericordiæ ſuæ condonationis gratuitæ, eo exemplo propoſuit. Magiſtratui verò ſuum officium reliquit de quo dicitur, Non fruſtra gerit gladium, Rom. 13. 4.

Denique Miniſterium Euangelicum à munere politico planè diſparauit.

XXVI. *Quinam habent ius creandi & eligendi Magiſtratus?*

Aut

tranſlato: nam vt nauis in turbulento mari iactata, ad portum incolumis peruenire non poteſt ſine Gubernatoris induſtria: Sic Reſpublica euertitur prorſus, niſi peritum habeat Nauclerum. Et Εὐεργέται, vt teſtatur Chriſtus Luc.22.28. Vnde apud Euripidem, Rex placidus & bonus, dicitur Εὐεργέτης βροτοῖσι καὶ μέγας φίλος: & nominatim inter Ægypti Reges, numerantur duo Euergetæ.

XXX. *Quodnam eſt officium Magiſtratus?*

1. In genere, vt ſit cuſtos & obſeruator vtriuſque tabulæ legis[a], ac proinde vt in primis oſculetur filium, eique cum debito ſeruitio, veróque cultu homagium præ- a*Deut.* 17.
ſtet. 17.19

2. Inſtituat ex Dei verbo, ac tueatur purum Dei cul- b*Deut.* 13.
tũ, falſum prohibeat[b]: & quicquid veræ religioni obſta- 5.6.
culo eſſe videtur, tollat. Exẽplo Ezechiæ[c], Ioſiæ[d], & Na- c2.*Reg.*18.
bucodnoſoris[e]. 4.
d2.*Reg.*23.
2.4

3. Conſiliis & facultatibus Eccleſiam iuuet, ac Mi- e*Dan.*3.29.
niſterium Verbi promoueat: Pſal.12.29. *Propter domũ Dei noſtri, procurabo bona tibi.* Et Iſa.49.23. *Erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ.*

Deinde in humanis, vt faciat Iudicium & Iuſtitiam, hoc eſt, vt malos puniat, bonos tueatur, & præmiis ornet, eripiat afflictos de manu improborum, ſubueniat orphano, iuſtè iudicet tenui, pupillo, & egenti, cui non eſt ad-
iutor[f]. Sit cuſtos Pacis: Quinetiam ſi neceſſitas ita poſtu- f*Gen.*9.6.
let, armis tueatur ſubditos, & ditiones fidei ſuæ commiſ- *Pſal.*82.3.
ſas bello defendat, pacis infractores compeſcat, à latro- 4.
ciniis, aliíſque vexationibus Prouinciam ſuam liberet, & & 72.2.12.
recuperet per iniuriam ablata. Sicut Alphõſus Rex Neapolitanus habuit Symbolum, Pelicanum roſtro elicientẽ ex pectore ſanguinem ad pullos paſcendos, cum hac Inſcriptione. *Pro lege, & pro grege* Sit & γεώργιος, & τροφὸς, ſeu τρόφιμος, i. paterno animo proſpiciat de victu & annona
Subditorum, vt Ioſeph.[g] g*Gen.*41.
48.

Denique honeſtis legibus, & rationi congruentibus, Remp. & iudicia exerceat.

1. *Vt ſint timentes Dei*, id eſt pij & religioſi. 2. *Veraces*, i veritatis, iuſtitiæ, & ſynceritatis amantes. 3. *Oſores turpis lucri* auaritiæ, & munerum. *Munera enim excæcant oculos ſapientum, & peruertunt verba iuſtorum*, Exo. 23. 8. Et Deut. 16. 19 Sed ſint amantes boni publici. 4. *Viri roboris*, id eſt ſtrenui potentes, ſeu fortes. hoc eſt, authoritate, fortitudine & animi conſtantia præditi non variis affectibus ferantur, ſed virtutum omnium, imprimis autem ſobrietatis, caſtitatis, honeſtæque conuerſationis ſtudioſi, Huc referre poſſumus, quod Act. 6. 3. dicitur de electione Diaconorum, *Conſiderate, fratres, viros ex vobis, boni teſtimonij ſeptem, plenos Spirituſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus*.

XXIX. *Quibus Epithetis ornantur Magiſtratus in diuinis literis?*

a Exo. 22. 28 Pſa. 82. 1. 6. Vocantur Elohim, id eſt *Dij & filij Excelſi*, [a] non na-
b Eſa. 49. tura, ſed officio & dignitate, i. quaſi Vicarij, & imagines
23. Dei ipſius. 2. *Nutricij & Nutrices* [b] 3. *Diaconi* ſeu Miniſtri
c Rom. 13. 4. & λειτυργοὶ τῦ θεοῦ. [c] 4. *Paſtores*: [d] ſicut Homerus Agamem-
6. nonem ſuum vocat Ποιμένα λαῶν 5. *Patres* vt apud eundẽ
d Pſal. 78. Homerum Rex, ἤπιος πατὴρ, blandus, mitis, benignus Pa-
71. ter. Et Senatores apud Romanos, vocabantur Patres Con-
Ezech. 34. 23 ſcripti. Neque maior aut antiquior fuit honos in Reſpublica, quàm appellari Patrem patriæ. Vnde Xenophon Παιδείας 8. Οὐδὲν ἄρχων ἀγαθὸς, ἀγαθοῦ πατρὸς διαφέρει. Quare Principes debent ſubditis paternam dilectionem & στοργὴν. Et ſicut Paſtor ouibus præſtat, ita illi qui Magiſtratu funguntur, populo meliores & præſtantiores eſſe debent: alioquin non ſunt digni qui illi imperent.

Apud exteros Scriptores dicuntur Ἡγέμονες (qua voce Scriptura etiam ſæpe vtitur) & ἡγήτορες, *Ductores*, quia virtute aliis præire debent. 2. Κοσμήτορες, id eſt ornatores, ſeu *ordinatores*, quia multitudini ordinem præfigunt, quo nihil pulchrius eſt. 3. Epiſcopi, *Speculatores* & Ἔφοροι id eſt *obſeruatores*: quia diligenter inſpicere debent, quid ſinguli ciues agant. Dicuntur etiam in genere φύλακες, *Cuſtodes*, & Ἐπίκουροι, id eſt *auxiliatores*: &
e Iudic. 3. 4. Σωτῆρες: Quo titulo etiam ornantur in veteri Teſtamen-
5. to[e]. Et κυβερνῆται, *Gubernatores*, vocabulo à nauibus
tranſla-

las in quibus bonæ literæ & artes Eccleſiæ neceſſariæ doceãtur; Nutrire commodè pios Doctores, fouere Eccleſias,vt dicitur Eſa.49.23.*Erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* Item pietatis & virtutis Exemplaria eſſe: quale ſe fore Dauid profitetur, vbi in Regale ſolium euectus fuerit a. Rectè enim à Claudiano dictum eſt, qui ſic principem alloquitur. a Pſal.101.

In commune iubes ſi quid censéſque tenendum,
Primus iuſſa ſibi: tunc obſeruantior æqui.
Fit populus, nec ferre vetat, quum viderit ipſum,
Auctorem parere ſibi: componitur orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis,
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.

XXXII. *Vtrũ Magiſtratus ſolã verã Religionẽ in ſua Republica tolerare debet, an plures?*

Veram tantùm: quia virtutum omnium fons, & publicæ priuatæque iuſtitiæ,& fœlicitatis cauſa eſt. Vnde Auguſtinus, in hoc Reges, ſicut diuinitus præcipiuntur: Deo ſeruiunt, ſi in ſuo Regno bona iubeant, mala prohibeant, non ſolùm quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verùm etiam, quæ ad diuinam religionem. Et expreſſum eſt Dei mandatũ, *Nõ habebis Deos alienos corã me.* l.3. contra Creſcent. c.51.

Incidunt tamen tempora, quibus pij Reges & Magiſtratus, pacis publicæ retinendæ cauſa, vitandarúmque inteſtinarum ſeditionum neceſſitate adducti, coguntur exemplo peritorum Nauclerorum, veluti tempeſtati cedere,& ſuperſtitioſos, errantéſque ferre, vt potius aliqua & Reſpublica & Religio habeatur, quàm nulla.

XXXIII. *An Magiſtratus debet quenquam cogere ad credendum?*

Non poteſt quidem indere fidem, aut cogere mentẽ; ſed cogere locomotiuam, vt audiat veram Doctrinam & media quibus excitatur fides, promouere debet, impeditis ſcandalis,& poſt diligentem inquiſitionem & cognitionem, eiectis hæreſibus & erroribus publicis labefactãtibus fidem. Sic 2.Chron.34.33. amouit Ioſias omnes abominationes ex omnibus regionibus quæ erant Iſraelitarum,& addixit quemque inuentum in Iſraele ad colen-

XXXI. *An Religionis cura ad Magiſtratum pertinet?*

Epiſt. 50. ad Bonif. Maximè: Auguſtinus enim ait, *In hoc ſeruiunt Domino Reges, in quantum ſunt Reges, cùm ea faciunt illi, quæ non poſſunt facere niſi Reges*: hoc eſt, cùm Edicta pro vera Religione promulgant. Et ſi Religionis cura ad Patremfamiliâs pertinet[a], multò magis ad magiſtratum, qui eſt Pater.

Sed cura inſtituendæ ſeu inſtaurandæ ad Præſcriptũ Verbi Dei, ac tuẽdæ Religionis, ad Magiſtrum pertinet, præſertim ceſſantibus Epiſcopis, aut aduerſantib. Euãgelio: adminiſtrandæ verò, ad Verbi Miniſtros. Illud Scriptura exigit à Magiſtratu, Pſalm. 2. 12. *Oſculamini Filium, & ſeruite Domino in timore.* Et Pſalm. 24. 7. *Attollite, ô Portæ, capita veſtra, & eleuamini Portæ mundi*, i. Aperite portas veſtras, ô Principes, vt ingrediatur Rex gloriæ, Portas enim nominat ipſa Imperia, adeóque ipſos Reges, Principes, & Magiſtratus quia olim exercebantur Iudicia in Portis. Ideo Regi Ioas, cùm inauguraretur, datus eſt Codex legis Dei in manus[b], vt mandatur Deut. 17. 18. Et ob id præcipuè Magiſtratus διάκονος, & λειτουργὸς Dei vocatur à Paulo[c]. Huc faciunt Exempla Moſis, Dauidis, Ioſiæ, Ezechiæ, Theodoſij, & aliorum. Et hæc præcepta pertinent ad totam Eccleſiam & ſingula eius membra, Matt. 7. 15. *Cauete à Pſeudoprophetis*, ſeu falſis Doctoribus 1. Cor. 5. 13. *Auferte malum* ſeu improbum *è medio veſtri*. Gal. 1. 8. *Siquis aliud Euangelium docuerit, ſit anathema.*

[a] Eph. 6. 4.

[b] 2. Reg. 11. 21.

[c] Rom. 13. 2. 4. 6.

Deinde proſpicere quoque debet, vt ex conſilio & ſententia bonorum præpoſitorum Eccleſiæ in cultu externo celebrando fiant omnia decenter & ordine: & vt ordo ille Eccleſiaſticus ſemel rectè conſtitutus conſeruetur. 1. Paral. 13. 5. Dauid de conſilio ordinum Arcam Domini de Chiriatiarim abducit, vt Ieroſolymã deportet. Et 23. 2. & ſeq. Leuitas recenſet, & ad ſua officia diſtribuit. Et 2. Paral. 29. 5. Ezechias Rex conſtitutus, illico Dei cultum reſtituit, & Sacerdotibus imperauit ipſorum ſanctificationem, templíque purgationem.

3. Ad Principum officium etiã pertinet curare ſcholas,

Sanè: ſi Patri familias in ſua domo licet liberos diſciplina regere, caſtigare contumaces, bonos præmio afficere, iis largiri præmia: id Magiſtratus in tota Republica facere debet. Sicut docet Apoſtolus, inquiens, Magiſtratum honore afficere bona opera, & mala punire[a].

Dictum autem Matth.7.1. *Nolite iudicare, vt nō iudicemini*, non prohibet publica, ſiue politica, ſiue Eccleſiaſtica iudicia: ſed prohibet iudicium temerarium de rebus, vel incertis, vt ait Auguſtinus, vel diuinis, quæ ſunt ſupra nos, vt dicit Hilarius: vel ex animi amaritudine profectum: vt vult Chryſoſtomus: & de contrariis & malignis rerum vel perſonarum Cenſoribus agit.

Illud autem, *Tu verò quis es qui iudicas alienum ſeruum?* Rom.14.4. Immodicum eorum faſtum dānat, qui Chriſtianæ libertatis cognitione tumidi, infirmiores ne pili quidem faciunt.

Et illud, *Nolite ante tempus iudicare*, 1. Cor.4.5. ex leuſibus indiciis & ſuſpicionibus nata, non autem priuata Charitatis iudicia, multò minùs politicam, vel Eccleſiaſticam politiam reiicit.

Denique illud Heb.13.4. *Scortatores & adulteros puniet Deus*, comprehendit officium Magiſtratus. Deus enim puniet vel immediatè ſine miniſterio humano, vel mediatè per Magiſtratum.

XXXVI. *Anne Paulus 1. Cor.6.7. inquiens, iam quidem omnino ἥττημα, id eſt, delictum eſt in vobis quod iudicia ſeu lites habetis inter vos iudiciorum ordinem improbat, & diſceptationem forenſem?*

Non: neque enim ſimpliciter negat licere coram Magiſtratu iure experiri, ſed in Chriſtianis inter ſe litigantibus, hoc ἥττημα (quod mollius eſt quàm ἁμάρτημα, & ſignificat: imbecillitatem, ſeu defectum, & impatientiam animi) obiurgat.

1. Quòd cupiditati & dolori incumbant, atque odiis: aut auaritia etiam de rebus inutilibus, futilibus negotiis,

[a] Rom.13.3.

41

dum Iehouam Deum ipſorum.

XXXIV. *An Magiſtratui licet in Hæreticos gladio ciuili animaduertere?*

Licet: præſertim in Seductores pertinaces & impios
euerſores Eccleſiæ & Reipublicæ, poſtquam Scripturis
euicti incorrigibiles apparent. Ratio, quia lex diuina id
a *Leuit.*24. 16. iubet in Blaſphemos & falſos Prophetas facere[a]. Et id fecit laudabiliter Ioſias[b]. 2. Quia ſi Nebucadnezar Rex
*Deut.*13. 5. 6. 7. & 17. 5. & 18. 20. Gentilis ferre noluit blaſphemos in Deũ Iſraelis[c]: multò minùs tolerare debet Chriſtianus Magiſtratus.

b 2. *Reg.*23. 20. Hæreticos autem ſeductos prudenter, ſi doceri renuant, coërcebit, vel proſcriptione vel carcere, donec reuerſi
c *Dan.*6.23. ad ſe reſipiſcant, & hæreſim abnegent: *Ne oues morbidæ reliquum gregem inficiant, néve modicum fermenti totam maſſam corrumpat*, 1. Cor. 5. 6. Gal. 5. 9.

Neque putandum eſt, quod de poteſtate ciuili, quoad religionis conſeruationem attinet per Euangelium aliquid ſit detractum. Petrus enim extraordinaria poteſtate
d *Act.* 5. 5. vſus, Ananiam interfecit, propter hypocriſim ſaltem, & impudens mendacium[d]. Paulus Elymam Magum & erroneum, quòd vias Domini rectas inuerteret, excæca-
e *Act.*13.11. uit[e].

Conſilium autem Gamalielis hominis moderati, Act. 5.38. de ferendis Apoſtolis, non efficit nullum ius eſſe Magiſtratui in Hæreticos, & Eccleſiæ perturbatores, ſed Iudices quos videbat paratos rapere Apoſtolos ad cædẽ, ab hoc facinore ſtudet reuocare.

Sic quod dicitur, 2. Cor. 10. 4. *Arma militiæ noſtræ, non carnalia ſunt*, Magiſtratus gladio non exarmat.

Et quod ad Tit. 3 10. Hæreticum poſt vnam aut alteram commonefactionem, reiiciendum monet Paulus, non præſcribit officium Magiſtratus, ſed de priuata, vel in Preſbyterio facta commonefactione, iſtud accipiendum eſt.

XXXV. *Anne Magiſtratui Chriſtiano iudicia ciuilia aut criminalia exercere licet?*

impediet, quin integra in ſuos Aduerſarios amicitia, ſine odij acerbitate & cupiditate nocēdi, remedio ſibi à Deo conceſſo, id eſt Magiſtratus ope, ad rerum ſuarum cōſeruationem vtantur; & ſic certent cauſæ, vt non certent pectora. (Nam vt dici ſolet,

Diſsidere bonos etiam de rebus ijſdem,
Incolumi licuit ſemper amicitia.

) Aut publici boni ſtudio, puróque ac vero zelo, ſontem, contumacē, ac peſtilentem hominem, ad Magiſtratum deferāt, & ad pœnam poſtulent: modò recta conſcientia & animus adferatur ab omni dolo & affectu prauo alienus, ad emēdationem, vel ſaltem cohibitionem peccantis, quietem aliorum, iuſtitiæ conſeruationem, & Dei honorem cōparatus.

XXXVIII. *Dictum autem illud, Prou. 10.12. Vniuerſa delicta operit dilectio, num præcipit Magiſtratui parcere ſontibus, aut priuatis nullas querelas de iis à quibus læſi ſunt, ad Magiſtratus afferre?*

Non: ſed docet priuatas offenſiones, quales plurimæ accidunt in conſuetudine hominum, commodè interpretandas, remittendas, & obliuione obruendas eſſe: iuxta dictum, *Remitte, & remittetur vobis*: ſicut & Paulus, *Charitas ſuffert omnia*, ſcilicet quæ non ſunt enormia, & quæ poſſunt tolerari, & mitigari, ſalua diſciplina, aut pietate, 1. Cor. 13.7.

XXXIX. *Qualiter Iudicia exerceri debent?*

Hoc docet etiam Scriptura, Deut. 1.16. 1. *Audite inter fratres veſtros.* 2. *Et iudicate iuſtè inter virum, & fratrem ſuum, & peregrinum.* 3. *Non agnoſcetis faciem*, ſeu non ſuſcipietis perſonam *in ipſo iudicio. Sicut paruum ſic & magnum audietis, Non timebitis à facie cuiuſquam, quia Iudicium Dei eſt.* 4. Et cap. 17.4 *Quod renuntiatum tibi fuerit, atque audieris, inquires diligenter, an res illa vera & certa ſit.*

Sic Leuit. 19.15. *Non facies iniquitatem in Iudicio*, inquit Dominus, *Non ſuſcipies faciem pauperis, Non honorabis faciem magni, in iuſtitia iudicabis proximum tuum.* Prou. 17.13. *Qui iu-*

& leuiſſimis iniuriis certent in foro, & pertinacia vlciſcendi, præſtigiis ſophiſmatum & Sycophantiarum agant.

2. Propter ſcandalum, quòd coràm Ethnicis, & infidelibus Iudicibus litigabant, non ſine infamia in totam Eccleſiam redundante. Non ſecus ac ſi hodie Chriſtiani lites ſuas deferrent apud Turcicos Præſides.

3. Quòd vltrò iniuriam facerent, & damno afficerent alij alios, ídque fratres, & eiuſdem Chriſtianæ Religionis ſocij. Denique quòd negligerent lites ſuas componere ex arbitrio fidelium in Eccleſia.

Licere verò coram impiis quoque iudicibus ſuam innocentiam, etiam prouocando, tueri aduerſus improborum iniurias, oſtendit nô verbis modò, ſed & reipſa Paulus, qui ad Leges Romanas confugit, quando virgis cædebatur: & aduerſus Iudæos Sicarios Tribuni Romani opem petiit: & ab iniquo Iudice ad Cæſaris tribunal prouocauit[a]. Ex quibus ſequitur, litigare per ſe non eſſe malum, ſed vitiari abuſu.

[a] Act. 16. 37. & 23. 17. & 25. 10. 11.

XXXVII. *Quid igitur vult Chriſtus, Matth. 5. 39. cùm reſiſtere malo prohibet, & tunicam exigenti pallium quoque dare, & dextram maxillam obuertere præcipit, ei qui alapam in ſiniſtram impegerit?*

Non eſt conſilium perfectioribus datum, (vt quidam dicunt) ſed manifeſtum præceptum, quo non abſolutè præcipit, vt percutienti alteram obuertas maxillam: (id enim non præſtitit Chriſtus ipſe percuſſori, ſed potiùs illius petulantiam reprehendit Ioh. 8. 22. Sic Paulus, *Percutiat te Deus, Paries dealbate*, Act. 23. 3.) Sed vult ſuorum animos à retaliandi cupidine tantopere alienos eſſe, vt citiùs duplicari in ſe iniuriam ferant, quàm eam rependant: malíntque iniurias perferre, quàm inferre, aut referre. At aliud eſt, ſe & ſua legitimè tueri, quod piis licet: aliud verò alium lædere, quod piis non licet.

Neque tamen hæc Patientia, quam præſcribit Chriſtus, Luc. 21. 19. ſeu animorum & æquitas & moderatio impediet, *puniri ſontes, niſi ab his qui ſunt iuſti, & immunes à peccato?*

Licet: quia non perſonæ vitium, ſed ad officium publicum reſpiciendum eſt, & ad legum ordinem, quem iudex, etiam labe aliqua pollutus, in ſententia de aliis ferenda, ſequi debet. Etſi verum eſt, ſcandalum præberi non exiguum, ſi iudex eiuſdem culpæ reus ſit, de qua alium, eſt damnaturus.

Reſpõſum autem illud Chriſti, eſt particulare ad Phariſæos inſidiatores accommodatum, quo ipſorum hypocriſim arguit, qui cùm aliorum ſeueriſſimi eſſent Cenſores, in propriis delictis cæcutiebant, ſibíque ipſis turpiter blandiebantur.

XLII. *Vtrum ſceleratis legitimè conuictis Magiſtratus ſummus, bona conſcientia, dare gratiam, aut prorſus condonare poteſt?*

Quatenus ſcelera vel directè in ipſum Deum ſpectãt & committuntur, vt Blaſphemia, Idololatria, Magia, Sacrilegium, ſiue ars Sorciaria, (in quibus Deus contumelia afficitur, aut abnegatur) vel in ipſam naturam humanam, qualis eſt *S*odomia: vel in pecora bruta coardeſcẽs hominum libido, vel latrocinium: non poteſt; Hæc enim ſcelera generis humani fontem extinguũt. Hîc igitur cauendum eſt, ne cum damno & periculo honoris Dei, & ſocietatis humanæ, parcatur Reo[a]: Tunc enim *melius* eſt, inquit Bernardus, *vt pereat vnus quàm vnitas.*

[a] Deut. 13. 8. 9.

Quatenus autem ſcelera perpetrata, ſunt duntaxat in aliquos homines directe cõmiſſa ex magna cauſa, & prudẽti cauſæ cognitione, remittere poteſt: quatenus ſalus, ratióque Reipublicæ id fieri ſumma æquitate & ἐπιείκεια ſuadet & patitur. Nam vt licet Principi augere pœnas legibus conſtitutas ex iuſta cauſa, ſicut Dauid 2. Sam 12. 5. de Diuite, qui viri pauperis furatus erat ouiculam interrogatus, eum morte dignum pronuntiauit: ita poſt idẽ ſtificat, id eſt abſoluit, *impium, & condemnat iuſtum, vterque eſt abominati Domino.* Et 24.24. *Eum qui dicit impio, Iuſtus es, maledicent populi, & deteſtabuntur nationes.* Ioh. 7.24. *Nolite*, inquit Chriſtus, *iudicate ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate*: quaſi diceret, factum per ſe expendite & iudicate, nullo habito perſonæ reſpectu. Et 2. Paral. 19. 5 dixit Ioſaphat Iudicibus, *Videte quid vos faciatis, non enim pro homine iudicaturi eſtis, ſed pro Iehoua*, (i. non tam vllius hominis quàm Dei vices in iudicando geritis) qui vobiſcum futurus in negotiis iudiciariis: *Nunc igitur ſit pauor Iehouæ ſuper vos, obſeruate quid faciatis, quoniam non eſt cum Iehoua Deo noſtro iniquitas, & acceptio perſonarum, & acceptio munerum.*

Et lex Attica dicebat, Δεῖ ἀμφοῖν ὁμοίως ἀκροᾶσθαι. Et Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς quod vulgò ſonat, *Audiatur altera pars.*

XL. *Anne quia lege Dei occidere Chriſtiani prohibentur, & de Eccleſia prædictum eſt Iſa. 11. 9. & 65. 25. Non erit qui affligat, aut noceat in toto monte Sanctitatis meæ, Magiſtratus peccat, ſceleratos morte plectendo?*

Non: quia iudicia Dei exequitur, vnáque eſt è regiis eius virtutibus, piorum afflictiones Domini mandato vlciſci, perimere impios terræ, & efficere vt omnes operarij iniquitatis profligentur ex Vrbe Dei [a]. *Nec fruſtra gladium gerit*, inquit Paulus, Rom. 13.4 *Nam Dei Miniſter eſt ad iram, vltor malè agentibus.* Faceſſat autem abſciſſa ſæuáque aſperitas, & tribunal illud Caſſij, quod reorum ſcopulus dicebatur: & Princeps ſanguinẽ ſuorũ pretioſum ducat[b].

[a] Pſ. 10.18.

[b] Pſ. 72.14.

Dicta autem illa Prophetica ſignificant, Nihil Eccleſiæ damnoſum eſſe poſſe, quia diligentibus Deum, omnia ſint ſimul adiumento ad bonum. Rom. 8.28.

XLI. *Cùm Chriſtus Ioh. 8. 7. reſpondeat accuſatoribus mulieris adulteræ, Qui veſtrûm immunis eſt à peccato, primus in illam lapidem proijciat: Annon licet condemnari, aut* *puniri ſontes, niſi ab his qui ſunt iuſti, & immunes à peccato?*

Licet: quia non perſonæ vitium, ſed ad officium publicum reſpiciendum eſt, & ad legum ordinem, quem iudex, etiam labe aliqua pollutus, in ſententia de aliis ferenda, ſequi debet. Etſi verum eſt, ſcandalum præberi non exiguum, ſi iudex eiuſdem culpæ reus ſit, de qua alium, eſt damnaturus.

Reſpõſum autem illud Chriſti, eſt particulare ad Phariſæos inſidiatores accommodatum, quo ipſorum hypocriſim arguit, qui cùm aliorum ſeueriſſimi eſſent Cenſores, in propriis delictis cæcutiebant, ſibíque ipſis turpiter blandiebantur.

XLII. *Vtrum ſceleratis legitimè conuictis Magiſtratus ſummus, bona conſcientia, dare gratiam, aut prorſus condonare poteſt?*

Quatenus ſcelera vel directè in ipſum Deum ſpectãt & committuntur, vt Blaſphemia, Idololatria, Magia, Sacrilegium, ſiue ars Sorciaria, (in quibus Deus contumelia afficitur, aut abnegatur) vel in ipſam naturam humanam, qualis eſt Sodomia: vel in pecora bruta coardeſcẽs hominum libido, vel latrocinium: non poteſt, Hæc enim ſcelera generis humani fontem extinguũt: Hic igitur cauendum eſt, ne cum damno & periculo honoris Dei, & ſocietatis humanæ, parcatur Reo[a]: Tunc enim *melius* eſt, inquit Bernardus, *vt pereat vnus quàm vnitas.* a Deut. 13, 8. 9.

Quatenus autem ſcelera perpetrata, ſunt duntaxat in aliquos homines directe cõmiſſa ex magna cauſa, & prudẽti cauſæ cognitione, remittere poteſt: quatenus ſalus, ratióque Reipublicæ id fieri ſumma æquitate & ἐπιεικείᾳ ſuadet & patitur. Nam vt licet Principi augere pœnas legibus conſtitutas ex iuſta cauſa, ſicut Dauid 2. Sam. 12. 5. de Diuite, qui viri pauperis furatus erat ouiculam interrogatus, eum morte dignum pronuntiauit: ita poſt idẽ *ſtificat*, id eſt abſoluit, *impium, & condemnat iuſtum, vterque eſt abominati Domino*. Et 24.24. *Eum qui dicit impio, Iuſtus es, maledicent populi, & deteſtabuntur nationes*. Ioh. 7.24. *Nolite*, inquit Chriſtus, *iudicate ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate*, quaſi diceret, factum per ſe expendite & iudicare, nullo habito perſonæ reſpectu. Et 2. Paral. 19. 5 dixit Ioſaphat Iudicibus, *Videte quid vos faciatis, non enim pro homine iudicaturi eſtis, ſed pro Iehoua*, (i. non tam vllius hominis quàm Dei vices in iudicando geritis) qui vobiſcum futurus in negotiis iudiciariis: *Nunc igitur ſit pauor Iehouæ ſuper vos, obſeruate quid faciatis, quoniam non eſt cum Iehoua Deo noſtro iniquitas, & acceptio perſonarum, & acceptio munerum*.

Et lex Attica dicebat, Δεῖ ἀμφοῖν ὁμοίως ἀκροᾶσθαι. Et Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς quod vulgò ſonat, *Audiatur altera pars*.

XL. *Anne quia lege Dei occidere Chriſtiani prohibentur, & de Eccleſia prædictum eſt Iſa. 11. 9. & 65. 25. Non erit qui affligat, aut noceat in toto monte Sanctitatis meæ, Magiſtratus peccat, ſceleratos morte plectendo?*

Non; quia iudicia Dei exequitur, vnáque eſt è regiis eius virtutibus, piorum afflictiones Domini mandato vlciſci, perimere impios terræ, & efficere vt omnes operarij iniquitatis profligentur ex Vrbe Dei [a]. *Nec fruſtra gladium gerit*, inquit Paulus, Rom. 13.4 *Nam Dei Miniſter eſt ad iram, vltor malè agentibus*. Faceſſat autem abſciſſa ſæuáque aſperitas, & tribunal illud Caſſij, quod reorum ſcopulus dicebatur: & Princeps ſanguinẽ ſuorũ pretioſum ducat[b].

Dictaautem illa Prophetica ſignificant, Nihil Eccleſiæ damnoſum eſſe poſſe, quia diligentibus Deum, omnia ſint ſimul adiumento ad bonum. Rom. 8.28.

[a] Pſ. 10.18.

[b] Pſ. 72.14.

XLI. *Cùm Chriſtus Ioh. 8. 7. reſpondeat accuſatoribus mulieris adulteræ, Qui veſtrûm immunis eſt à peccato, primus in illam lapidem proyciat: Annon licet condemnari, aut puniri* approbat: Nam approbatione exēpli in ſubiecto, approbatur res in genere.

3. Quia ſi iure eos latrones plectit Magiſtratus, quorum iniuriæ in paucos tantùm progreſſæ ſunt, multò minùs totam regionem latrociniis impunè affligi, vaſtarique ſinet. Nam *non fruſtra gerit gladium, ſed vindex eſt ad iram, maleficienti*, Rom. 13. 4. Et legitima bella, (de quibus 1. Sam. 25. 28. Abigail ad Dauidem inquit, *Prælia Domini præliaris*) ſunt pars vindictæ publicæ.

4. Et verè pios viros bella, atque etiã ex fide geſſiſſe, & hoſtes fudiſſe, ſcribitur Heb. 11. 34. Sed illius meminiſſe oportet, Omnia priùs experiri, quàm armis decernere, ſapientem decet. Et cauendum ne cupiditatibus, aut affectu prauo Magiſtratus ducatur, ſed miſereatur etiã communem in eo naturam, vt Auguſtinus loquitur, in quo punit proprium delictum. Denique, iuſta bella ſint oportet.

Illud autem Matth. 26. 52. *Qui acceperit gladium, gladio peribit*: de eo dicitur, cui à Domino non traditur, i qui nulla ſuperiori & legitima poteſtate iubente, vel concedente, feriendi cauſa gladium vſurpat. Et Petro, vt Paſtori animarum, & Euangelij præconi dictum eſt, *Conuerte gladium tuum in locum ſuum*. Sicut illud Miniſtris dictum eſt. 2. Tim. 2. 4. *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus*: niſi quòd iuſtè pugnantibus, ſuis hortationibus & precibus adeſſe poſſunt. Sicut Ioſue 6. 8. mandabatur vt Sacerdotes ſacris buccinis in bello clangerent.

Denique dictum de Chriſti regno vaticinantis Micheæ 1. 4. 3. *Succident gladios ſuos in ligones & lanceas ſuas in falces, nec feret gens contra gentem gladium, neque vltra velle aſſueſcent*: de Chriſtianis intelligitur & eo oſtenditur qui ipſorum mores atque ſtudia inter hos futura ſint, atque eſſe debeant: nimirum vt charitatem & pacem, atque concordiam colant, quod faciunt quotquot principem pacis Ieſum Chriſtum vera fide ſunt amplexi: non aũt externa protectio omniũ aduerſus nefarios homines aboletur.

XLIV. *Quotuplex eſt Bellum?*

Duplex: Spirituale, & Carnale, *Spirituale*, quod pars illa animi noſtri, quæ eſt regenita à Deo, gerit aduer-

Princeps eaſdem criminum pœnas legibus ſancitas ex iuſta quoque cauſa mitigare.

Deinde, voluntas & propoſitum diſtinguũt maleficia: Et variæ & diſſimiles circunſtantiæ perſonarum, ſexus, ætatis, vitæ anteactæ, faciunt ne in eodem facto eiuſdẽ ſceleris correorum hominum par crimen ſit, ac proinde par quoque pœna illis ſit imponenda.

Sed fiat remiſſio. 1. Ex iuſta & Reipublicæ neceſſaria cauſa, nõ ex ſolo Principis in aliquem fauore. 2. Et non à tota ſed à tanta duntaxat pœna reus criminis, emendationis ſpe ſine duriori pœna, liberetur. Exemplo Solomonis in Abiatharem Sacerdotem, qui partes Adoniæ Regnum affectãtis ſequebatur: & Semei, qui Dauidi maledixerat. a. 3. Cauendum ne lenitatis exemplum pariat peccato patrocinium, & populus reddatur deterior exẽplo: Impunitas enim ſcelerum multos inuitat ad peccandum.

a 1.Reg.2. 26.36.

Debet quidem Magiſtratus facinoroſorũ miſericordia tangi, & quoad fieri poteſt, ab exquiſitis ſuppliciorũ tormentis abſtinere: Prorſus autem abſoluere eos qui capitis pœnam merentur, non debet. Ad illum enim in primis pertinet illud, quod in lege inculcatur, *Excindes malum è medio tui*, Deut. 19. 19. Item, *Quia dimiſiſti virum quem ego excindere iuſſeram, erit anima tua loco animæ illius.* 1.Reg 28. 42.

XLIII. *Anne quia nullum exemplum, aut præceptum extat in nouo Teſtamento, de bello inferendo, propterea Bellum Chriſtianis illicitum eſt?*

Non. 1. Quia non propoſitum fuit Chriſto in Euangelio Politiam formare, ſed ſpirituale Regnum inſtituere.

2. Quia, vt inquit Auguſtinus, quibus Iohannes Baptiſta proprium ſtipendium ſufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit. Vſitatum autem eſt argumentari à concretis ad abſtracta. Et Conſequentia valet, vbi non eſt ambiguitas, vt, Iohãnes Baptiſta recipit & approbat milites manẽtes in officio: Igitur & militiã

Epiſt. 5. ad Marcell.
Marcell. 14.

approbat

bis cōfœderati ſunt, aut in præſidiis diſpoſiti de ſumma rerum periclitantur.

XLVIII. *Licétne Religionem veram armis defendere?*

Licet, aduerſus Externos, quibus nullum in nos ius eſt, Quinetiam, ſi publico conſenſu ordinum Reipublicæ recepta eſt, aduerſus eam Reipublicæ partem, quæ eã vult euertere [a]. Sic Conſtantino licuit aduerſus Liciniũ collegam Chriſtianos tueri. Si enim Deus in Lege, Deut. 13. 14. iubet vrbem quæ noſtræ ditionis eſt, excindere, ſi Deos alienos colat, & in impietate contumaciter perſeueret, multò iuſtius & magis neceſſarium eſt iis reſiſtere, qui nobis Deos alienos & nefarias ſuperſtitiones obtrudere volunt & ſalutarem Dei verbi Doctrinam eripere vel humanarum Traditionũ toxico inficere. Hoc probat Lex naturæ, quæ nos omnia noſtra Deo debere docet, & per quam olim Athenienſes illuminati, ciues Iuramento publicè obſtringebant, vt pro Diis ſuis & ſacris, & ſolis & cum aliis pugnarent.

a Ioſue 22. 10. 11. 12. 2. Reg. 23. 15.

At Dominus non præcepit ſuis, vt alios fines inuaderent, aut bella inferrent propter idololatriam, ſed ſuę terræ iuſſit euertere altaria. [b] Religionis autem propagandæ cauſa, bellum inferre exteris qui nobis ſubiecti non ſunt, Chriſtus non iuſſit, ſed docere, & Euangelium prædicare; & vbi non admittitur, fugere, & cedere, Matth. 10 23.

b Deut. 7. 1. 5.

XLIX. *Súntne iuſtæ bellum concomitantes actiones velut prædationes, inſidiæ, obſidiones, cædes, ereptiones facultatum, cæteraque calamitates, quæ in Bello hoſtibus inferuntur?*

Sunt, ſi belli primùm ſuſcipiẽdi cauſa iuſta eſt: ſi iniuſta, iniuſtæ. Sed & monet Auguſtinus, *Non ſatis eſt bellum iuſtum eſſe, niſi etiam bellum iuſtè geratur.* Quod vt fiat, ſequentes Cautiones ſunt obſeruandæ.

Epiſt. 105. ad Boniſ.

1. Incendia, aut demolitiones Pagorum, aut Caſtrorum, Arborum quę fructus ferunt, & ſegetum exciſiones & vaſtationes niſi iis ad perniciem noſtram abutantur

a Gal. 5. 17. ſus carnem, Satanam & mundum [a]. In quo fides in Chri
ſtum, verbum Dei iuſtitiæ ſtudium, & zelus, & cæteræ
b Eph. 6. 13. huiuſmodi virtutes, ſunt arma nobis neceſſaria, ſed ſpiri
2. Cor. 10. 4. tualia, [b]*Carnale*, quod armis carnalibus geritur prælium
1. Theſſ. 5. 8. autem eſt ipſa pugna & conflictus diſſidentium inter ſe
Hæc Græcis dicitur μάχην. Illud verò Πόλεμος.

XLV. *Quid eſt Politicum ſeu carnale Bellum?*

Eſt legitima defenſio, aut recuperatio legitima eorũ quæ per iniuriam ablata ſunt: aut iuſta pœna, quæ fit vi, & armis corporalibus per ſuum Magiſtratum.

XLVI. *Quænam ſunt iuſta Bella?*

Quæ abſque manifeſto Reip. totius, & ſalutis publicæ
periculo non poſſunt intermitti. 2. Et à ſummo Magi-
ſtratu, cui cura Reipublicæ commiſſa eſt, aut eo qui ab
ipſo ius eiuſmodi habet, indicuntur. Priuatus autem de-
bet ius ſuum apud ſuum ſuperiorem Magiſtratum per-
ſequi: Eſt enim hæc belli actio, ſummæ poteſtatis pars
potiſſima. 3. Et ex iuſta & neceſſaria, atque Dei Verbo
conſentanea cauſa ſuſpiciuntur. 4. Et priùs hoſtibus pro
nuntiata, & rebus priùs repetitis geruntur, id eſt, in qui-
bus nulla hoſtilis actio ſit, niſi priùs per Feciales id eſt pu
blicos armorum & belli nuntios, illa indicta hoſti, &
c Deut. 20. pacis condiciones oblatæ fuerint [c]. 5. Quæ recta inten-
10. tiones fiunt, non cupiditate nocendi, aut crudelitate, ſed
Iud. 11. 12. pacis ſtudio geruntur, vt mali coerceantur, & boni ſuble
uentur. Non enim quæritur pax, vt ait Auguſtinus, vt bel
l. 5. de Verbis Domini. lum geratur: ſed bellum geritur, vt pax acquiratur.

XLVII. *Quæ ſunt iuſtæ & neceſſariæ belli cauſæ?*

d Matt. 5. Remotæ: Pax in poſterum, & emendatio hoſtium, con-
9. 23. tra quos pugnamus, & à quibus iniuſtè læſi, laceſſitique
fuimus [d]: propinquæ verò, Rei iniuſte nobis ereptæ, &
e Iudic. 19. non reſtitutæ repetitio, vel iniuriæ ſeu contumeliæ, ſed
25. & 20. 1. ſceleris in primis in nos perpetrati, repulſio, vltio, & vin
22. Sam. dicta [e]. Defenſio denique neceſſaria eorum, qui aut no-
10. 4. 7.

bis con-

Cyrus iuſtè factus eſt Dominus Regni Babylonici.[a] Quod confirmat Abrahami exemplum,[b] Dauidis,[c] & Iſraelitarum.[d]

7. Sit etiam in defendendis locis obſeſſis defenſionis modus, ne cum natura pugnetur, ſed cum hoſtibus: vt de Anaxilao, tradit Xenophon, lib. 1. De rebus Græciæ, qui accuſatus in iudicio Spartano, quòd vrbem Byzantij ſibi commendatam tradidiſſet hoſtibus, cùm iam videret multos fame mori, reſpondit, Se defendiſſe donec cum hoſtibus bellum eſſet. poſtquam verò vidiſſet bellũ eſſe cum natura, & perire eos quibus in bello parci ſolet, iudicaſſe ſe finem belli eſſe. Qua honeſta excuſatione audita, iudices eum abſoluerunt. Habent enim officia bellica ſuas metas, lege diuina, & lege naturæ ſancitas.

8. Militibus autem Gregariis vel Præſidiariis, vel per ſociorum, aut innocentum agros iter facientibus, hæ leges à Ioh. Baptiſta poſitæ ſunt, Luc. 3. 14. *Neminem concutite, Neminem dolo opprimite, & cõtenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Et multa laude digniſſima Aureliani Imperatoris ſententia apud Vopiſcum, qui Tribuno Vicario ſuo eiuſmodi mandata dedit, *Si vis Tribunus eſſe imò ſi vis viuere, manus militum contine, Nemo pullum alienum rapiat: Ouem nemo contingat: vuam nullus auferat: Segetem non deterat: Oleum, ſal, ligna nemo exigat: Annona ſua quiſque contentus ſit: de præda hoſtis non de lachrymis Prouincialium habeat, &c,*

a Iſa. 45. 1. & ſeq.
b Gen. 14. 21
c 1. Sam. 30. 20.
d Ioſue 12. 8.

L. *Cùm plerunque Principes ex prauo affectu bella excitent, quo modo conſulendũ eſt conſcientiis militantium ſubditorum?*

His perſuaſum eſſe debet, Bellum iuſta de cauſa geri, neque contra Verbum Dei ſuſceptum eſſe. Quod eò dicitur, ne ſubditi ſe patiantur cogi prudentes & ſcientes, vt veras ac iuſtas cauſas oppugnent. Quia verò ſubditi non ſemper poſſũt intelligere veras cauſas & conſilia Principium, hic in dubitatione regula ſequenda eſt, Te*ne certum, & Relinque incertum.* Eſt autem certum, Obtemperandum eſſe Poteſtati, non manifeſtè iniuſta præcipienti. Et vt in Lege Moſis, Exo. 21. 13. pro eo qui

a *Deut.* 20. hoſtes verbo Dei non probantur.[a]
19.

2. In iuſtis bellis, exploratoribus, inſidiis, dolo, & ſtratagemate (in quo tamen data fides non violetur: nam etiam hoſti data fides ſeruanda eſt, quandiu ipſe prior
b *Pſ.* 15.4. datam non frangit[b]) licet fasque eſt vti aduerſus hoſtes.
l. quæſt. qu. Vnde Auguſtinus, *Cùm iuſtè bellum ſuſcipitur, vt apertè*
83. *pugnet aliquis an ex inſidiis nihil intereſt.* Et hoc probat authoritate Domini, qui mandauit Ioſue, vt inſidias po-
c *Ioſue* 8. 2. neret ciuitati Hai.[c] Et Dauidi vt diuerteret à Philiſtæis,
d 2. *Sam.* 5. & eos ex aduerſo aggrederetur.[d] Vera enim eſt in bello
23. illa ſententia, *Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?* Exploratores etiam iuſſu Dei ex exercitu Iſraelitarum in promiſſam terram promiſſi ſunt: & quidem viri boni, vt Caleb & Ioſue.[e]

e *Num.* 13. 3. Quando hoſtis pacem petit, ſeruandum eſt ius ſup-
27. & *ſeq.* plicium, & dedititiorum:[f] qua ratione parcitum Gabao-
f *Deut.* 20. nitis.[g]
11.
g *Ioſue* 9. 3. 4. In expugnatis verò vi oppidis, à ſanguine ciuium captorum poſtquàm certò conſtat tibi victoria, temperandum eſt à ſæuitia in ſexum muliebrē, in infantes, & ſenes decrepitos, & imprimis à pudicitia mulierū captarum abſtinendum. Nec enim Dei lex vnquam concedit adulteria, aut raptus Virginū ſeu matronarū, ſed ſeueriſſimè damnat, & donec viuit hoſtis, manet vinculum Coniugij diuinum, *Quos Deus coniunxit, homo non ſeiungat,* Matt. 19. 6.

5. Moderatè vtendum victoria: & diſcernendæ ſunt cauſæ Ducum, ab errore populi: & dediti exercitus, aut
h 2. *Paral.* populi, non ſunt crudeliter interficiendi.[h] Nam, ait ad
28. 11. Bonifacium ſcribens Auguſtinus, *Sicut bellanti & reſiſtenti violentia redditur, ita à victore miſericordia capto debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timetur.* Ideo laudantur Romani quòd ſcirent, *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.* Et niſi peculiare Dei mandatum obſtet: in vniuerſum maior laus eſt clementiæ, quàm nimiæ ſeueritatis. Nec enim temere dictum eſt. In lenitate & miſericordia, victoriæ partem eſſe maximam.

6. Manubiæ & ſpolia in bello iure cedunt victori, eiuſque bona iure ſunt, & quidem ipſo iure belli, inquit Ambroſius: fit enim iuſta rerū tranſlatio, quando gerens bellum legitimum, occupat res eorum qui ſontes ſūt: vt

ad tuitionem, defenſionem, & iuris adminiſtrationem legitimam attinet. Quod confirmatur hiſtoria impij Achabi, qui à Deo punitus eſt propter occupatā per vim vineam Nabothi.[a] a 1. Reg. 21. 2. & ſeq.

4. Habet ius exigendi φόρους, ordinaria tributa, ſeu taleam de capitibus, ſolo, & bonis immobilibus & portoria aut vectigalia, de mercibus, quæ importantur, aut exportantur: & cenſus ex agris, & indictiones ex æſtimatione bonorum omnium. Et ordinaria quidem illa ſemper ad publicam muneris ſui onera ſuſtinenda, & ad ſplēdorem ſuum domeſticum, & dignitatem ſuam tenendam, Matth 17.25. & 22.21. *Reddite Cæſari, quæ Cæſaris ſunt.* Rom. 13.6 7. *Reddite omnibus, quod debetis, cui tributū, tributum: Cui vectigal, vectigal.*[b] Extraordinaria verò, quando hoc poſtulat aliqua ingruens neceſſitas, non autem ad profuſionem & luxum. b 1. Sam. 8. 11. Gen. 41. 34. & 47.2.6. Dan. 2.4 8.

Sunt igitur moderatæ exactiones, ne iis immodicis populum ſuum obruat, exhauriat, & exedat [c]. Et meminerint Principes quicquid tributorum & vectigalium à populo habent, publicum eſſe bonum, non priuatę libidinis aut tyrannidis inſtrumētum. Scitum eſt Tiberij dictum *Boni Paſtoris eſt tondere, non deglubere pecus.* Ideo fingitur Rex in Daniele, vt Arbor, ſub qua multi fructus legunt, paſcuntur, & ſunt in vmbra [d]. Publicanis autem & officialibus Principum concionatur Iohannes, *Nihil amplius quàm quod vobis conſtitutum eſt, exigite*, Luc. 3.13. c Pſal 53.5. 1. Reg. 12.11 d Dan. 4. 7.12.

5. Ius habet controuerſias omnes definiendi ex legibus, & leges & edicta condendi, quę ad ciuilem politiam rectè inſtituendam requiruntur: vt de Iudiciis, de pœnis delictorum, de Contractibus, de ſucceſſionibus & ſimilibus rebus; iuxta varias loci, temporis, & perſonarum circunſtantias. Leges tamen Regni, aut Reip. fundamentales tollere, niſi ex omnium ordinum libero conſenſu, non poteſt.

LIII. *Anne, quia* 1. *Sam.* 8. 11. *inquit Samuel, Hoc erit ius Regis qui regnabit ſuper vos,* 1. *Tollet filios & filias veſtras, vt ipſi miniſtrent.* 2. *Agros etiam veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis.*

non volens,ſeu non ex propoſito interfecerat alium,cõſtitutum erat Aſylum : ſic meritò excuſantur ſubditi, dum in cauſa dubia principi ſuo parent.

L I. *Súntne probandi milites Mercenarij,qui pretio conducti,quauis caſtra ſequuntur?*

Minimè.1.Quia plerique illorum non ſuo Magiſtratui,ſed exteris Principibus militant.

Deinde,quia vocationem,quam à Deo habent, turpiter deſerunt:& relictis parentibus,vxoribus,liberis, artificiis,aut agricultura,vitæ genus ſequuntur,quo vix vllũ hodie ſceleratius excogitari poteſt.

3.Finem non alium ſibi propoſitum habent,quàm prædam:vel vt ſit,quod ipſorum libidini ſufficiat: ſúntque ferè ex eorum numero,qui pro pretio fundunt ſanguinem innoxium:quos Deus execratione & exitio dignos pronuntiauit, Deut.27.25.

L I I. *Quod & quale eſt Ius Magiſtratus?*

In diuinis rebus plenè cancellis verbi Dei circunſcriptum eſt, Deut.12.8. *Ne faciat quiſque , quicquid rectum videtur in oculis eius.* Et Matth. 15. 9. *Fruſtra me colunt* &c.In Regimine autem externo Eccleſiæ, Eccleſiaſticę Synodi à ſe indictæ decreta confirmare debet,1.Paral.23. 2.& ſeq.

In humanis verò longè alatius ſe extendit. Nã ius Magiſtratus eſt.1.Imperare ſubditis neceſſaria officia, cùm ad publicam incolumitatem , tum ad ſingulorum commoda facientia.

2. Cogere quemlibet in ſuo ordine & ſtatu Eccleſiaſtico,ſiue Politico, vt officium faciat: & punire eos qui contumaces inueniuntur.

3. In bona etiam ſubditorum ius habet , ſúntque omnia Regum,vt dicitur,non ſimpliciter,ſeu quantum ad occupationem , & poſſeſſionem.(Nam Gen.47.20.24. Ioſeph totum agrum Aegypti Pharaoni emit, & poſtea Aegyptiis locauit,vt eius eſſent Emphyteutæ,i.perpetuarij Coloni, & de quinta Regi tenerentur) ſed quantum adtui-

præter vel contra leges receptas, de negotio definiendi?

Habet, ex iuſta cauſa, & ex magna & prudenti cauſæ cognitione, nam eſt ipſe viuum ius, νόμος ἔμψυχος, lex animata, quæ leges iam poſitas ex æquo & bono interpretari & moderari debet, vbi id & conſcientia ipſius ſummi Magiſtratus, & facti ratio poſtulat. Quamobrem in multis ἐπιείκεια ſeu æquitas, moderatióque legum ſcriptarum, eſt admittenda.

LV. *Quid eſt* Ἐπιείκεια?

Dicta eſt quaſi ἐπί τινος εἴκουσα τῷ δικαίῳ νομικῷ, quia cedit ob cauſæ circũſtantias, ſeueræ iuſtitiæ, & moderatur & temperat ſummum Ius, quod ἀκριβοδίκαιον vocant. Eſtque duplex.

Publica, Iudicis perſonam ſuſtinentis, qua flectit legem ad cauſam, i. non ſpectat ἀκριβοδίκαιον: ſed mentem & voluntatem Legis accommodat rationi, cauſæ. Contrà, cauſa ad legem flectitur, quando retinetur in iudicando τὸ ἀκριβοδίκαιον, & nulla ἐπιείκεια propter circunſtantias admittitur. Et tunc Summum ius, fit ſumma iniuria. Hinc illud Eccleſiaſtici 7.14. *Noli eſſe nimium iuſtus, ne plus ſapias, quàm neceſſe eſt.* Et Prou. 30.33. *Qui emungit nimium, elicit ſanguinem.* Quin Deus ipſe ſummo iuri addit exceptiones certorum caſuum, vt Legi de homicidio. Et Leges ſunt vniuerſales Regulæ. quæ non ſtatim omnibus indiuiduis & caſibus congruunt. Ideo induſtria iudicis commodè interpretandæ ſunt. Hinc Chriſtus defendit ſuos diſcipulos, quòd ſpicas in Sabbatho vellicarent. Et Dauid, contra legem veſcitur panibus Propoſitionis[a]. Et hæc eſt publica Ἐπιείκεια.

Priuata Ἐπιείκεια hominis cuiuſuis priuati, eſt quæ tolerat infirmitatẽ proximi. 2. Tegit arcana errata. 3. Ambigua facta, aut dicta, nõ in deteriorem, ſed potiùs in meliorem partem interpretatur, vbi nõ apparent manifeſta alicuius malitiæ indicia, nõ traducit: ſed ſanat arcana delicta, doctrina, cõſilio, admonitione, & fraterna obiurgatione. De qua Philip. 4.5. τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν, *moderatio veſtra, æquitas, leuitas, & candor, innoteſcat omnibus hominibus.*

Sed ſumma eſt Ἐπιείκεια Chriſti, quòd pœnas peccato-

[a] 1. Sam. 21 6. Mat. 12.3.

Præterea de ſatione veſtra, & de vineis accipiet decimas, & dabit ſeruis ſuis. 4. Seruos porro & ancillas veſtras, & lectiſſimos Iuuenes veſtros tollet, & operi ſuo adhibebit, 5. De gregibus veſtris tollet decimas: denique vos eritis ipſius ſerui: propterea armat Reges infinita potentia ſeu abſoluta, & nullis legibus circunſcripta in corpora, & facultates ſubditorum?

Non. 1. Quia de ſolo Deo dictum, & verum eſt, *Quæcumque voluit fecit*, Pſal. 115. 3. Solus enim Deus verè eſt αὐτεξούσιος, i. ſuæ ac propriæ poteſtatis & iuris, & ἀνυπεύθυνος liber & immunis à reddendis rationibus, nulli obſtrictus & obligatus, vt fatetur Nebucadnezar. Dan. 4, 35. *Neminē eſſe qui dicat ei, quid facis?* Et nimiùm ſuperda illa eſt cuiuſquam hominis mortalis vox, *Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.* Et tyrannus dicitur eſſe ἀνυπεύθυνος, ab Ariſtotele Polit. 4.

2. Quia Deut. 17. 18. & ſeq. & 22. 37. præceptū eſt, vt Rex diſcat Legem, & eam ſequatur in tota gubernatione. Et punitus eſt Achab. quòd diſtinctionem dominiorum in Lege ſancitam tollere voluit, cùm Nabotho inuito eripuiſſet vineam, 1. Reg. 21. 18 Et aiunt ipſi Imperatores: *Digna vox eſt maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe profiteri: adeo de authoritate iuris noſtra pendet authoritas.*

l. 1. C. d. Iuſtinia tit. 14 b. 4.

Sed Samuel eo loco. 1. Comminatur diminutionem libertatis, & immunitatum earū, quibus populus Iſraeliticus antè ſub Iudicibus vſus fuerat. 2. Et admonet de aſperiore ſtatu futuro, nec tamen excutiendo ſub Monarchia quàm ſub Ariſtocratia: quia vix eueniet quin Reges extra metas circunſcriptas euagentur, & potentia ſua abutantur. Ius autem ſeu Miſpath, vocat morem ſeu rationem regnandi, cui parere ipſis neceſſe eſſet, nec obſiſtere liceret.

LIV. *Vtrum ſummus Magiſtratus liberam poteſtatem habet in cauſis ſubditorum ſuorum*

præter

mentis à lege naturæ,& communi conſuetudine hominum ſumptis,dicens, *Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? aut quis plantat vineam,& de fructu eius non edit?* Et confirmat Chriſtus,Matth.10.10. *Dignus eſt operarius mercede ſua.* Sed determinatio certæ partis , putà decimæ potiùs quàm ſeptimæ,nonæ,vndecimæ,aut duodecimæ,fuit præcepti Iudicialis , quod poteſt obſeruari abſque peccato & debet,ſi authoritate Magiſtratus ſtatuatur.

LX. *Quid ſubditorum nomine intelligitur?*

Multitudo hominum quæ regitur: éſtque generalius ſubditi nomen quàm ciuis:nam omnis quidem ciuis ſubditus eſt ſummo Magiſtratui;non autem omnis ſubditus ciuis eſt.Nam qui onerum tantùm,non etiam honorum, id eſt munerum & dignitatum publicarum particeps eſt, ille in ea Rep.in qua degit,nō eſt ciuis,ſed ſubditus. Qui verò in ea Rep.in qua degit,& munerum, ſeu dignitatū, & onerum,vel omnium,vel nonnullorum cum cœteris qui eodem iuris vinculo continentur,particeps eſt,ciuis eſt.Sed & ciuis dicitur reſpectu patriæ,ſeu Reip. ſuæ, in qua vel natus,vel adſcriptus eſt:ſubditus verò Magiſtratus reſpectu.

LXI. *Quinam ſunt Magiſtratus ſubditi?*

Omnes & ſinguli qui ſunt in ea regione cui pręeſt,cuiuſcunque ſint conditionis,ſiue proceres , ſiue nobiles, ſiue plebeii,ſiue Politici,ſiue Eccleſiaſtici. Sicut & Aaron Pontifex debuit obedire Moſi, ciuili Magiſtratui[a]. Similiter Prophetæ , qui cùm Spiritu Dei regerentur, fortiter quidem & conſtanter munus reprehēſionis ſibi à Deo impoſitum obierunt:ſed Regibus tamen,ac Principibus,quos arguebant,ſicuti par erat,honorem habuerunt. Et Chriſtus ſummus Sacerdos,& Pręceptor noſter Magiſtratum agnouit,& ei obediuit in ciuilibus [b]. Idem Paulus præſtitit,& faciendum pręcepit,Rom.13 2. *Omnis anima* (ἐμφατικῶς,id eſt omnis homo,nullo prorſus excepto) *ſit ſubdita poteſtatibus ſuperioribus.*

Vnde Chryſoſtomus,Omnibus hæc præcipi,Sacerdotibus quoque ac Monachis,non autem iis ſolis qui huius

[a] *Exod.* 4. 15. & 32.21.

[b] *Matt.*17. 24.27.

rum noſtrorum in ſe tranſtulit, pro hoſtibus orauit, & peccatoribus omnibus Reſipiſcentibus, omnibus horis paratam veniam relinquit.

Denique priuata ἐπιείκεια remittit offẽſas, cedit de iure ſuo, cùm in bonis defendendis ac retinendis, tũ in malis propulſandis, ac iniuriis vlciſcendis, pacis retinẽdę cauſa.

LVI. *Quænam leges politicæ probandæ ſunt?*

Quæ Legi naturæ (cuius Decalogus eſt Epitome) conſentaneæ ſunt, & ad ſalutem populi comparatæ, ſiue quę ab æterna honorandi Dei, & diligendi proximi norma, non deflectunt, & à legitimo Magiſtratu feruntur. Quæ verò ſecus fiunt, tyrannica ſunt vincula, Iſa. 10. 1.

LVII. *Quænam Legibus pondus & firmamentum addunt?*

1. Exemplum Magiſtratus, ſi ſit viua lex, i. ſi vita exprimat, quod legibus ipſe ſtatuit: nam, *Regis ad Exemplum totus componitur orbis.* 2. Cura earum obſeruandarum, ne fiant ſimiles aranearum telis. 3. Æquitas in earum obſeruatione, ne *det veniam coruis, vexet cenſura columbas.* 4. Matura earum executio.

LVIII. *An-ne Iudicialis lex à Moſe lata Magiſtratum Chriſtianum obligat?*

Non quidem præcisè, quatenus populo Iudaico, durante politia Moſaica, propriè accommodata fuit. Lex enim, vt habet regula, obligat tantùm eos quibus eſt lata. Et, Lex data ad certum tempus, non retinet authoritatẽ poſt illud tempus. Sed quatenus æquitatem præcipit, & ſceleribus pœnas decernit, non pœnæ peculiarem modũ, pro temporum, loci, Gentis conditione temperandum, Proinde Chriſtianis licet vti ſuarum Gentium legibus, quæ ſunt rationi conſentaneæ.

LIX. *An-ne Decimarum ſolutio, propter Ceremoniarum abolitionem, tolli debet?*

Non: quia præceptum de Decimis non fuit ſimpliciter ceremoniale, ſed partim morale, inditũ rationali naturæ, quæ dictat his qui communi vtilitati inuigilant, ſtipendia deberi. Quod probat Apoſtolus 1. Cor. 9. 7. argumentis

Deo quàm hominibus. Secundum quam rectè Sidrach, Miſach, Abdenago, Daniel non paruerunt, ſed abſque deliberatione, conſtanter & ſyncerè, quaſi aduerſa fronte obniſi ſunt impio edicto, de adoranda ſtatua, & inuocādo Rege.*a* Ex oppoſito, damnantur Iſraelitæ qui impio Regis Ieroboami edicto, de vitulo aureo colendo, morigeri fuerunt.*b*

a *Dan.* 3. 18. *&* 6. 11
b 1. *Reg.* 12. 30.

LXIV. *Quid ſi legiſlatores aliqui præſcribant iuſta vel iniuſta, eáne ſunt à Ciuibus piis pro Legibus habenda, ſicut iis obſtricti teneantur?*

Non quidem ſimpliciter ad vtrumque legis terminū, (quia omnis lex obligat vel ad obedientiam, qui vnus eſt terminus vel ad pœnam qui alter eſt) ſed eatenus pro Legibus habere debent, & iis obſtricti ſunt, quatenus ipſi, aut patria vel illa Republica in qua degunt, cedant: vel pœnas ſi in ea Rep. manſerint, illiſque legibus non fuerint obſequuti, ſtatutas libenter ſuſtineant. Neque enim eſt priuati hominis publicis legibus & receptis vim facere: ſed vel iis obſequi, vel, ſi bona conſcientia non poteſt, pœnis ſe ſubiicere vel ex earum imperio ſe ſubducere. Ab ordinibus autem Chriſtianæ Reip. eiuſmodi leges ſunt abrogandæ, aut iis curandum eſt vt abrogentur.

LXV. *An-ne dicto illo, Lex Iuſto poſita non eſt, 1. Tim. 1. 9. Paulus fideles ab obedientia Legum eximit?*

Non: ſed oſtendit non eſſe latam legem aduerſus eū qui ad ipſius normam mores ſuos componet: qualis eſt is ſolus quem Dominus vera Doctrina & ſpiritu ſancto imbuit: In quem etiam Lex iudicium damnationis pronuntiare non poteſt, cùm ſit Iuſtificatus: quem etiā non tractat vt hoſtem, ſed vt ſibi aſſentientem regit, docet, & delectat: ſed aduerſus eum qui fructus Spiritus in ſe nō habet quos recenſet Gal. 5. 13. Illúdque confirmat quod dicitur. Magiſtratus nō ſunt terrori bene agentibus, ſed fac bene & non timebis Regem.*c*

c *Rom.* 13.

vitę negotiis occupantur, ſtatim in ipſo prooemio declarat Apoſtolus, cùm ſic dicit, *Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubiecta eſto: Etiamſi Apoſtolus, etiamſi Euangeliſta, etiãſi Propheta*, vel *alius quiuis fuerit: Subiectio enim iſta pietatem non euertit.* Et 2. Petr. 2. 10. Petrus eos damnat qui dominatum deſpiciunt nec horrent dignitates conuitiis inceſſere. Quod in quos dicatur, manifeſtum eſt.

Nec licuit Principibus & poteſtatibus cedere de iure ſuo, & Clericos eximere ab imperio Magiſtratus: neque enim ſpectandum quid illi fecerint hac in re, ſed quid facere debuerint: quia illorum non eſt, nec fuit, reſcindere mandata Dei.

LXII. *Quodnam eſt Ciuis boni & Subditi officium erga ſuam Rempublicam?*

a 2. Sam. 20. 16.22. Sic Heb. 11. 22 23.34.3. b Pſ.122.7. Ier.29.7.

1. In genere ei in Domino prodeſſe, tum in pace, tum in bello, pro vocationis ſuæ ratione[a]. 2. Pro ea eiúſque ſalute precari[b]. 3. Eam adiuuare, ſed in iuſta cauſa; ex præcepto Chriſti, Matt. 20. 27. In ſumma, eſt inter Chriſtianos in vniuerſum idem viri boni, & boni Ciuis officium.

LXIII. *Quod eſt officium Subditorum erga Magiſtratum?*

c 1. Sam. 8. 11 Ier.27.8.17 & 29.7. Act.24.10. Tit.3.1. 1.Pet.2.13. 18. Rom 13 1. d Ezech. 29.19. Dan. 2.21. 37.& 5.18.

1. Obedientia: vt illi, ſi eſt legitimus, omnes pareant, ſiue ſit fidelis ſiue infidelis: ſiue iuſtè, ſiue auarè aut durè imperet[c]. Quia non ſine ſingulari Dei prouidentia, ad punienda populi ſcelera excitantur etiam qui iniuſtè & impotenter dominantur[d], Rom. 13. 1. *Nulla poteſtas eſt niſi à Deo*, imò neceſſe eſt ſubiici, & æquiſſimum: neque eſt res media, aut ἀδιάφορος, ſed eiuſmodi vt hominis etiam conſcientiam obliget, Rom 13. 5. quia nemo poteſt bona conſcientia ei reſiſtere, cuius poteſtati Deus eum ſubiecit.

Et parere quidem ſubditi debent in omnibus, ſed vſque ad aras, & quatenus Magiſtratus nihil imperant impoſſibile, & ſupra vires noſtras, & pugnãs cũ iure naturę vel eorum quæ Deus prohibet: vel prohibent quæ Deus imperat, Iuxta regulã Chriſti, Matt. 22. 21. *Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & Deo, quæ ſũt Dei.* Et Act. 5. 29. *Præſtat obedire*

Deo,

defenſionem [a]. Notandi ſunt igitur verſus Ioannis Fūcij euntis ad ſupplicium, a 2. Sam. 4 4. 2.Reg.6.26 & 8.3.

Diſce meo Exemplo, mandato munere fungi,
Et fuge, ceu peſtem, τὴν πολυπραγμοσύνην.

LXX. *Quod Sextum?*

Amor, ſeu Gratitudo, & beneuolentia, omni officiorū genere declaranda [b]. b Gen. 47. 7. 10. 2. Sam.14. 4. 2.Reg.19.2. 6. & 20.7.

LXXI. *Quod eſt Septimum?*

Subuentio ἐκ τῶν ἐνόντων, ſeu ex eo quod habemus, & dare poſſumus, ſeu tributorum, ſenſuum, decimarum, & vectigalium ſolutio, & quidem non moroſa [c]. Nam ſoluit ipſe Chriſtus [d], & ſoluendum docuit [e]: Abraham Melchiſedecho ſoluit decimas, Ioſeph & Maria [f] in nouo Teſtamento, cenſumq; Nec ſine tributis conſiſtere & adminiſtrari Reſp. poteſt. Sed & *operarius dignus eſt mercede.* Luc.10.7. Et hoc naturæ legi conuenit: qua fit vt mos iſte iam inde ab origine rerum, apud omnes Gentes receptus fuerit quotquot aliqua Reip. forma ſunt vſæ. c 1. Sam.8. 11. Prou. 13. 7. d Matt.17. 27. e Matt. 22 21. f Gen. 14. 20. g Luc.2.4.5

Tributa enim & vectigalia, & ſimilia dantur, vel vt ſe homines teſtentur Principibus ſuis addictos eſſe; vel mercedis loco, vt graues illos labores quos obeunt pro Rep. aliquo modo compenſemus, ipſique publicas impenſas queant ſuſtinere. Et ſi ciues vitam Reip. impendere, cùm opus eſt, debent: etiam ad communem defenſionem, facultates conferre.

LXXII. *An Clerici ſeu Eccleſiaſtici, quos vocant, exempti ſunt ab omnibus Tributis & vectigalibus?*

Certè Chriſtus vſus non eſt hoc priuilegio: is enim curauit vt tributum perſolueretur, & pro ſeipſo, & pro Petro. Neque lex Charitatis patitur, vt cùm ipſi agros proprios & alia multa poſſideant, ſeſe ciuilibus oneribus ſubtrahant, & vniuerſum pondus reiiciant in alios: vt, cùm aliis omnibus ſit anguſtia, ipſis ſolis ſit remiſſio [h]. h 2 Cor.8.13

Quod verò Gen. 47. 26. ſcribitur, Agros Sacerdotū Ægyptiorum immunes fuiſſe à penſione quintæ partis, ideo factum eſt, quia illorum agri non fuerant venditi

LXVI. *Quod eſt ſecundum officium ſubditorum erga Magiſtratum?*

Honor, ſeu timor, ſeu reuerentia, hoc eſt, vt ſuſpiciãt, re-
uereantur ex animo, corde, verbo, geſtibus. (Cuiuſmodi
fuit illa reuerentia Q. Fabij Maximi filium Conſulem
reuerentis: quanuis Chriſtianos multò altiùs aſſurgere
a 1. Reg. 1. oporteat) & timeant tanquam Vicarium Dei: candide de
23.31. ipſo ſtatu iudicent, & honorificè cenſeant: [a] Errata in
meliorem partem accipiant; vel pia *ἀμνηστίᾳ* tegant: vel
prudenti diſſimulatione prætereant: vel moderatis con-
ſiliis & admonitionibus corrigant, eius ſententiam æquo
animo ſubeant: [b] condonent iniurias: à vi ſibi temperent,
b 2. Sam. Denique ei non detrahant. [c] Sed Cui timor, timorem;
19.19 cui honor, honorem exhibeant [d].
c Exod. 22.
28.

Act. 23. 5. LXVII. *Quod Tertium?*

1 Pet. 2.17. Fidelitas, ſeu *στοργὴ*: vt ſubditi, quantũ poſſunt, omnibus
d Rom. 13. modis honeſtis, & à Deo cõceſſis, ſalutẽ, vitam, ius digni-
7. tatem, cauſam, perſonã, & familiam Magiſtratus ſui ſum-
mi tueantur, cuſtodiant, defendãt, aduerſus quoſcunque
e 2. Sam. in eum coniurantes [e]. Nam ſi debemus vitam pro fratri-
16.9. & 20 bus ponere, quantò magis pro patribus? 1. Ioh. 3. 16.
2.22.
2. Reg 11.2.

4. & ſeq. LXVIII. *Quod eſt Quartum?*

Pietas: Orare pro Magiſtratu, & eius ſalute & guberna-
f Ier. 29. 7. tione [f]. 1. Tim. 2. 2. *Adhortor*, inquit Paulus, *vt fiant de-*
Dan. 6. 21. *precationes, obſecrationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro*
quibuſuis hominibus, pro Regibus & omnibus in eminentia con-
ſtitutis, vt placidam & quietam vitam degamus cum omni pie-
tate & honeſtate. Sic precati ſunt veteres Chriſtiani pro
Ethnicis Imperatoribus, exoptantes ipſis vitam proli-
Tertull. in xam, Imperium ſecurum, domum tutã, Exercitus for-
Apolog. c. tes, Senatum fidelem, Populum probum, Orbem quie-
30. tum. Iulianus tamen Imperator Apoſtata, vnus fuit ex
g 2. Io. 5. 16. eorum numero pro quibus precandum non erat [g].

Gal. 5.12. LXIX. *Quod Quintum?*

Ἀπολυπραγμοσύνη, non irrumpere in partes Magiſtratus
ſed ad eius cognitionem deferre, ſiquid ad Reipublicæ ſa-
lutem pertinere videatur, & petere ab eo auxilium, aut
defen-

& Abironem cum ſuis omnibus, viuos abſorbuit [a]. Abſalon etiam propiis Capillis ſuſpēſus, impiæ ſeditionis in Patrem excitatæ pœnas luit [b]. Nec Zebæ, Adoniæ, & Zabri melior ſors ſuit [c]. Prou. 24.21. *Time Deum, & Regem, & cum ſeditioſis ne commiſcearis, quia citò eorum veniet interitus.* Et Chriſtus inquit, *Qui gladium accipit, gladio peribit.* Matth. 29.52.

a Num.16. 12.31.
b 2. Sam.18 9.
c 2 Sam. 20 1 2.22. 1.Reg.2.10. 25.& 16.16

LXXV. *Rectène Naboth, 1. Reg. 21.3. Regi Achab vineam petēti, & pretium offerenti denegauit?*

Rectè. 1. Quia Regi non licuit eam petere: nam iura diuina non ſunt violanda. Diſtinctio autem Dominiorum, & proprietas poſſeſſionum, eſt iuris diuini: iuxta mandatum, Non furtum facies. Et diſtinctæ ſunt res Principum & Ciuium. Ideo Baptiſta dixit, *Nō plus quàm vobis conſtitutum eſt, exigite. & contenti eſtote ſtipēdiis veſtris* Luc. 3. 13. 14. Sicut non licet vlli Regi poſtulare alternis coniugem.

2. Quia lex erat diuinitùs ſancita peculiaris iſtius politiæ, vt auita bona, ſeu prædia, non auerterentur à tribu vna ad alteram, ſeu retinerentur in ſingulis tribubus, iūctis inter ſe connubiis [d]: quia Deus ſciri volebat ſtirpem ex qua Meſſiam naſci decreuerat.

d Levit.25. 23.
e Num. 36. 7.9.

LXXVI. *Quid ſi iniuſtè Magiſtratus indicat tributa: rectène ſubditi detrectabunt obedientiam?*

Non quidem priuati: quia alia eſt quæſtio de eo quod iuſtè vel iniuſtè fit à Magiſtratu: alia quid fieri debeat à Subditis. Quanquam igitur actio immoderata, ſiue expilatio iniuſta eſt, tamen paſſio eſt iuſta. Sicut Solomon dixit prouer. 28. 2. *Propter peccata populi, mutantur principatus,* Et Dan. 9.7.8. *Tibi, Domine, iuſtitia: nos verò iuſtè punimur.* Itaque toleranda; & pœnitentia agenda, auxilium verò Dei implorandum: iniuriæ acceptæ in ipſius ſinum deponendæ: & preces concipiendæ, vt Deus mitiget publicas calamitates. Nec ſtatim propter Magiſtratuum ἁμαρτήματα, publica tranquillitas ſeditioſis clamoribus, aut molitionibus turbanda & labefactanda eſt:

Regi cùm ingenti penuria laboraretur, quia, annonã à Rege habebant.

Sacerdotes autem Iſraelitici, meritò erant exempti, quia illi agros non poſſidebant inter filios Iſrael, ſed tãtùm ex oblationibus viuebant.

Iuſtinianus tamẽ voluit, vt Eccleſiaſtici à perſonalibus muneribus, quæ obeuntur tãtùm induſtria, & opera adhibita immunes eſſent; quia ſi ad illa adſtringerẽtur, fieri non poſſet quin abſtraherentur à munere ſuo.

Neque etiã negamus licerę Principibus remittere illis aliquid de tributis, modò ne id cedat in aliorum damnum, & ad alendum eorũ luxum. Sed contendimus Eccleſiaſticos, quos vocant, huiuſmodi immunitatem nõ poſſe ſibi vllo diuino iure arrogare, nec illos per conſcientiam tributum negare poſſe Principibus, ſi petatur. Quare Bonifacij 8. decretum, quo grauiter interdicit Eccleſiaſticis, nequid iniuſſu Romani Pontificis auſint ſoluere profanis Principibus, iniuſtiſſimum eſſe dicimus.

LXXIII. *Cur ſubiectio & obedientia à Subditis præſtanda eſt Magiſtratui?*

Propter ordinationem & mandatum Dei. Deinde, ad cauendas pœnas, quia qui ei reſiſtunt, pœnam ſibi adſciſcunt, Rom. 13. 2. Et oportet ſubiici, non ſolùm propter iram i. metu pœnę temporalis: ſed propter conſcientiam i. metu Dei, ne Deum offendas, ſed bonam conſcientiam retineas corã Deo. ſeu. non tantùm vt caueantur pœnę, ſed quia id eſt gratum Deo: & rea fit conſcientia, & obnoxia pœnis æternis, non propter violatum Principis mandatum, quod interdum iniquum eſſe poteſt, ſed propter violatam Dei ordinationem, quæ præcipit obedientiam erga Magiſtratum, & leges politicas: quia non humanũ, ſed diuinum mandatum obſtringit conſcientiam, & reã facit mortis æternæ.

LXXIV. *Licétne Subditis in Magiſtratus ſuos inſurgere?*

Non: nam Deus olim ſeditionum authores puniuit, vt in deſerto contra Moſem, Coré & alij murmurantes, igne abſumpti ſunt [a]: & terra domeſticos Coré, Dathanũ, & Abiro-

a Num. 16. 4. 49.

pulit Antiochum idola,coli mandantem, quantum tunc eius populi Dominus erat.a a 1. Machab. 1. 22. & 2. 4. & ſeq.

Et Dauid potuiſſet iuſtè Saulem interficere, [b] quia coniugem eius alteri dederat:ipſum,ac parentes eius patria expulerat: Sacerdotes propter ipſum interfecerat: & magno exercitu eum perſequebatur: Sed non vſus eſt ſummo iure,ſed Sauli ideo pepercit,imò Amalecitam illum iuſſit interfici,qui iactabat ſe Saulem interfeciſſe: [c] ne in populo Dei author eſſet exempli interficiendorũ Regum,quod alij poſtea, per ambitionem imitarentur: Et reipſa voluit refutare calumniã qua grauabatur,quaſi ſtudio,hoc ſemper egiſſet,vt per occaſionẽ excuteret Dominum ex Regno:vitauit præterea ſcandalum, quia cœteræ Gentes dixiſſent falsò gloriari Iſraelitas,diuinitus ſibi Reges dari,cùm Regnum per ſeditionem & neces Dominorum rapi viderent.Illud etiam cogitans,Omnia licent,ſed non omnia expediunt,1. Cor. 6.12.Et ſatius eſt inſidiatoris ſui ſacroſanctum habere caput. Et Tertullianus ait,*magis proprium eſſe Chriſtianis occidi quàm occidere.*

b 1. Sam. 24

c 2. Sam. 1 15.

In Apolog.

Sed tamen ſubditis,ſi ſit publica & manifeſta ſæuitia, licet fieri ſupplices,implorare auxilia ab aliis,&ſuſcipere eorum defenſionem aliis Regibus licet:Sicut Conſtantinus Chriſtianos implorantes ab ipſo auxilium, aduerſus Licinium Collegam,& affinem,& quidem fœdere coniunctum, iuuit.

LXXVIII. *Quis finis generalis Politicæ adminiſtrationis & Magiſtratuum?*

Pax publica,& conſeruatio τῆς εὐσεβείας,Religionis.ſeu iuſti ac legitimi cultus diuini.Ad quæ duo capita omnes leges ciuiles referuntur.Hinc naſcitur vindicta malorũ defenſio bonorum,tutamen facultatum, præmia virtutum,diſciplina morum,pœna ſcelerum & latrociniorũ, tranquillitas vitæ;Hoc denique medio, omnium rerum ipſiúſque adeò religionis εὐταξία conſeruatur; vel quemadmodum Agapetus ad Iuſtinianũ ſcribit,vt omnes Dei verbo inſtructi,verã illius juſtitiã colere,& tutò retinere exercerêque ſimul collecti poſſint.Sicut habent etiam præclari verſus Stigelij.

Non enim rectè decem tribus Iſrael à Roboamo Rege defecerunt.

Qui tamen ſunt in parte aliqua adminiſtrationis Reipublicæ participes, vt Cuſtodes, Senatores, Conſules, Ordines vel tribus, moderari Principum impetus debent a.

a 1.Reg.11.7 &c.2.Reg.11 4.

LXXVII. *Quid faciendum, ſi Magiſtratus ſæuus te afficiat atroci & manifeſta iniuria?*

Nulla vis ipſi intentanda eſt, niſi quis fortè priuatus extraordinarium mandatum à Deo acceperit, ſed patienter potiùs ferenda iniuria grauis, vt in caſu ambiguo, & in negotiis politicis, quàm aduerſus Deum peccandum. Hic enim iubet Chriſtus, vt obuertas & alteram maxillã id eſt vt hanc quoque iniuriam Magiſtratus tui toleres, propter Deum: & ſcias te propter acceptam iniuriã non eſſe abiectum à Deo.

Deinde omnia priùs experiri ſapientes, quàm armis docet.

3. Contra inferiores Magiſtratus, imploranda eſt defenſio ſuperioris: & contra hũc quoque in libera Republica lege potiùs quàm vi agendum eſt. Piis denique Chriſtus concedit fugã, qua declinent pericula imminentia.

Verum vbi hæc locum non habent, ſeu in caſu inculpatæ tutelæ, id eſt iuſtæ & ordinatæ defenſionis, cedunt iuri naturæ cœtera pacta, Vt Subdito aduerſus Dominũ graſſatorem conceſſa eſt defenſio ſui corporis, coniugis, & liberorum, verè, & non ſophiſticè, ſeu ſycophanticè iniuria notoria i. atrox & manifeſta: cùm non aboleantur in Euangelio leges naturæ, & videamus omnes beſtias, imò & gallinas pro natis pugnare.

Ideo Traianus conſtituens Præfectum Prætorij, dedit ei enſem cum his mandatis, *Hoc enſe vtaris pro me, iuſta faciente: contra me vtaris, ſi iniuſta fecero*: videlicet in defenſione proprij corporis, aut eorum quorum commendata eſt defenſio.

Sic Heluetii iuſtè excuſſerunt Auſtriacos, inuſitatam crudelitatem exercentes. Et populus Iudaicus iuſte expulit veritatis,armis iuſtitiæ.à dextris & ſiniſtris virtute Dei inſtructis,2.Cor.6.7.nō de Magiſtratibus politicis loquatur.4.Dignitates ſuperiores conuitiis inceſſunt.[a]

a Iudæ 8.

3. Seditioſa *Rebellio Papæ*,& totius *Cleri Papiſtici*, qui ementitis quibuſdam immunitatibus, auſus eſt collum ſubducere a iugo Magiſtratus.& ſibi Magiſtratum ſubiicere.cùm tamen Petrus manifeſtè præcipiat Epiſcopis, *ne dominatum in Clerum ſibi vſurpent.*[b]

b 1.Pet.5.3.

4. Adulatio *eorum*,qui Principum potentiam in immenſum extollunt.& Dei ipſius Imperio opponunt.

5. Mores,ritus,Edicta,& Conſtitutiones,quæ ab æterna honorandi Dei.& diligendi proximi norma deflectūt & vel furta,vel latrocinia,vel vagos concubitus , aut alia id genus monſtra permittunt.

6.. Ἀνταναστασία,ſeu tumultuatio,& rebellantium aduerſus Magiſtratum ſeditio,

7. Ἀναρχία , ſublatio Principatus,quouis Magiſtratus exceſſu,vel defectu deterior. [c] Vnde Chryſoſtomus in Homilia ad Populum Antiochenum,*Præſtat*,ait, *Regem tyrannum habere,quàm nullum.* Et Cornelius Tacitus lib.1.hiſtoria.*Præſtat ſub malo Principe eſſe,quàm ſub nullo.*

c Iudic.17.6.& 21.25.

FINIS.

Vtque alios alij de Religione docerent,
Contiguas Pietas iuſsit habere domos.

Sic 1.Tim.2.2. *Orate pro Regibus & omnibus in eminentia conſtitutis*: Conſtitutis, inquam, *Vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & honeſtate.*

LXXIX. *Quis vſus Doctrinæ de Magiſtratu?*

Reſpectu quidem Magiſtratuum. 1. Vt Dignitatem ſuam agnoſcere, ea bona conſcientia fungi, & eam maxima cum pietate, integritate, æquitate, cura, ſedulitate, conſtanter tueri & ornare ſtudeant, [a] tanquam Deo rationem redditури. 2. Vt ſe conſolentur, & opem Dei ſperent, dum ſecum reputant ſe verſari in laborioſiſſimo quidem, ſed tamen ſanctiſſimo munere, quippe qui Dei legatione funguntur in his terris: & ſe curæ eſſe Deo iuxta dictum, Deus canticum nouum canam tibi, qui das ſalutem Regibus, Pſal.144.10.

Reſpectu verò ſubditorum, vt grati tantũ Dei beneficium agnoſcant, & bona conſcientia ordinationi diuinæ ſeſe ſubiiciant.

LXXX. *Quæ ſunt* ἀντίθετα *ſiue Repugnantia?*

1. Hæreſis *Donatiſtarum*, qui Magiſtratuum authoritatem tollebant, & iſtius ordinis odio, varias perſecutiones à Magiſtratibus contra Dei Eccleſiam factas recenſebant.

2. Error *Anabaptiſtarum*, & *Libertinorum*, (qui ſic dicti ſunt, quia libertatem in rebus externis quærunt: & armarunt ruſticam plebem patrum memoria contra ſuos Magiſtratus) qui 1. Negant inter Chriſtianos ſpiritualéſque homines, quos veritas, nempe Chriſtus, in libertatem vindicauit, [b] licere Magiſtratus vſum. 2. Actiones forenſes & Iudicia omnémque ſui defenſionem damnant: cùm interna animi libertas, quã Deus virtute Spiritus ſui in ſuorum conſcientiis efficit, externam corporis ſubiectionem Magiſtratibus debitã non tollat. [c] 3. Bella omnia Chriſtianis omnibus interdicta à Deo putant, quoniam ait Paulus 2.Cor.10.7. *Arma militiæ noſtræ nõ carnalia ſunt*: cùm de Paſtoribus Eccleſiaſticis, ſermone verita-

[a] Deut.1.16. 2.Par.19.6. 7. & ſeq.

[b] Ioh. 8. 32.

[c] Gal 5.1. 1.Cor.7. 21.

INDEX LOCORVM COMMVNIVM QVI IN HOC LIBRO CONTINENTVR; CVM Appendicibus.

Locus I. De Deo. pag. 1.
De Adoranda Trinitate 7
II. De Christo 13
De eius persona 18
De Phrasibus 20
De eius officio 23
III. De Spiritu sancto 27
De proprietatibus personalibus 33
IV. De Scriptura Sacra 37
V. De Creatione Mundi, & partium eius 48
VI. De Angelis in genere 63
De Angelis Beatis 66
VII. De malis angelis siue Dæmonibus 78
VIII. De Homine 88
De Anima Hominis 90
IX. De Imagine Dei in Homine 100
X. De Iustitia Originali 105
XI. De libero Hominis Arbitrio ante lapsum 10
De statu Hominis ante lapsum 112
XII. De coniugio à Deo instituto ante hominis lapsum & deinceps confirmato 114
De gradibus Consanguinitatis & Affinitatis. 124
XIII. De Diuortiis & Repudiis 136
XIV. De Mundi Gubernatione, siue Dei prouidentia. 149
XV. De Peccato in genere 163
De peccato Originis 170
XVI. De Peccato Actuali 179
XVII. De Peccato in Spiritum sanctum 183
XVIII. De libero Arbitrio post lapsum 189
De Causis Conuersionis 193
XIX. De Lege 198
XX. De Euangelio 211
XXI. De conuenientia & Discrimine Legis & Euangelij 217
XXII. De Discrimine Veteris & Noui Testamenti 221
XXIII. De Passione & Morte Christi 232
XXIV. De Sepultura Christi 245
XXV. De Descensu Christi ad Inferos 252
De Limbo 254
XXVI. De Resurrectione Christi 259
XXVII. De Ascensione Christi 270
De Cœlo 272

LOCORVM S. SCRIPTVRÆ QVÆ TOTO HOC OPERE CITANTVR ET EXPLICANTUR.

INDEX AMPLISSIMVS.

Numerus proximè ſequens particulam coniunctiuam &, verſiculum capitis libri Scriptura, ſequens vel ſequentes numeri paginam huius operis Theologici demonſtrant.

GENESEOS.

CAP. I. verſ. 1 pag. 2.7.48.49.
51.& 2.30.668.& 3.2.52.& 6.
52.53.& 7.5.& 8.53.& 9.54.&
10 54.& 11 55.& 12 56.& 13.
56.& 14-ibid.& 15.56 .& 16. i-
bid.& 17.56.114.118 & 18.56.
& 19.ibid.& 20.57.& 21.48.
57.& 22.57 58.& 23.57.& 24.
58.& 25. ibid. & 26.7.34.89.
98.101.103 429.& 27.89.160
105.107.117.130 804.& 28 3.
115.124.132 596. 608 715. &
29.55.113.453.584.& 30.51. &
31.2.62.65.103.106.
C. II. v. 1. 628 & 2.60.97.248.
& 3.60.715.& 7.89.90.91.93.
94.95.& 8.275.& 9.55.113.611
& 11.114 & 12.628.& 15.3.61.
& 16.113.114. 474. & 17. 59.
112.114.168.169.177.240.267
380.451.466. 483. 486. 611.
& 18.114.115.116.118.121.132.
135. 804 & 19.61. 103.& 20.
61. 103. 104. 115.135 & 21.114
115.135.& 22.89 115.123.130.&
23. 96. 102.478.& 24.117.131
135. 142.& 25.106.424
III. v.1.68.78.164.429.& 2.
113.429 & 3.114.611.& 4.78.
164.169.391. & 5.78.164.&
6.165.& 7.360.454.& 8.3.&
9.3.& 15.24.41.42 59.84.87.
212.230.233.243.260.268.352
445.533. 734.778. & 19.90.
112.177.475. & 22.113.611.&
24.67.680.
IV. v 3.519.& 4 167.350.362 519
& 8.167.& 11.576.& 13.313. &
17.804.& 19.117.& 20 576
V. v. 1.418.& 3.100.171.& 22.519.
& 24.277.474.& 28.448
VI. v. 1.321.& 2.126.& 3.176. &
5.181.& 6.158.& 7.51 & 9.362
& 13 3.519.& 14.491.519
VII. v. 1. 3 & 6 611.& 13 502.&
21.466
VIII. v.15.3.& 16.119.& 21.110.
176.181
IX. v 1. 3.115.& 4.628. & 6.102.
808.817.& 9. 638. 613. & 10.
613.& 12.604.& 13 613.& 22.
55.394
X. v.8.904.& 9.ibid.& 11.804
XI. v.29.126.
XII. v.1. 3. 491. & 3.212. 224.250

INDEX LOCORVM.

xxviii. De Seſſione Chriſti ad dextram Patris 281
xxix. De Fide 292
xxx. De Pœnitentia 312
De Regeneratione 319
De Pœnitentia Eccleſiaſtica 324
De Confeſſione & Satisfactione 325
xxxi. De Iuſtificatione Hominis coram Deo 329
De Diſcrimine Regenerationis, & iuſtificationis 343
xxii. De bonis operibus 357
De Meritis 363
xxxiii. De Libertate Chriſtiana 376
De Adiaphoris 382
De traditionibus 384
xxxiv. De Scandalo 387
xxxv. De Oratione 395
De Interceſſione Sanctorum 401
xxxvi. De Prædeſtinatione 414
De Electione 430
De Reprobatione 432
xxxvii. De Reſurrectione finali 443
xxxviii. De Extremo Iudicio 457
xxxix. De vita æterna 472
xl. De morte æterna 483
De Inferno 487
xli. De Eccleſia 489
xlii. De Eccleſiæ Miniſterio, Verbique Miniſtris, & eorum vocatione 516
De manuum Impoſitione 539
xliii. De poteſtate & Authoritate Eccleſiæ, atque Synodis. 556
xliv. De Diſciplina & iuriſdictione Eccleſiæ 571
De Excommunicatione 575
De Anathemate 580
De ieiunio 583
xlv. De Votis 589
xlvi. De Sacramentis in genere. 598
De Circunciſione 613
De Paſchate 620
De Sacrificiis Veteris & Noui Teſtamenti 631
xlvii. De Baptiſmo 651
De Baptiſmo Iohannis 656
De Pædobaptiſmo 673
De Exorciſmo 688
De Impoſitione Nominum 690
xlviii. De Cœna Domini 698
De Miſſa 700
De Priuatione Calicis 706
De Sacrificio in Cœna 719
De Miraculis 743
De Omnipotentia Dei 745
De Circunſcriptione corporis Chriſti 750
De communione noſtri cum Chriſto 770
xlix. De Politica Adminiſtratione, ſiue De Magiſtratu 803
De vindicta 811
De iudiciis 821
De bello 826
De Epiikeia 835
De legibus 836
De Subditis 837

Finis Indicis Locorum.

&24.3.619.649.687.&25.617 660
VI v.13.&11.614.&13.519.&20 126
VII.v.1.5.&3.152.435.&12 85.& 22.390.435.&23.435
VIII.v.7.85.&15 435.&17.35.& 18.83.&19.83
IX.v.12.132.&16.432.437.&27. 435
XI.v.12.621.&14.621.&21. 815
XII.v.3.613 622.&4.622 & 11. 621.638 740.&13.637.&14. 623.626.648.&15.710.&21. 613.&22.ibidem &26.679. &27.638.735.740 & 46. 736
XIII.v.9.648 & 12.632.&14.622 &20.603.&21.499 611
XIV.v.14 603.&15 411.&16.159. &19.63.&21.2.43.&22.2. 262.611.&28.262
XV.v.1.408.&13.54
XVI v.4.2.& 14.2.611.&15.2 611 &33.629
XVII.v.6 603 611.740.&11.410 &15.15
XVIII. v.2.617.&21 809.&25. 630.815.&.26.564.815
XIX.v.3.200.&6.512.520.&20. 200
XX v.2.2.201.&5.173.365.&6. 107.674.687.&17.175.181. 201
XXI.v.13.831
XXII.v.28.5.816.840.&29.632. &30.616
XXIII. v.8.816.&12.628.&13. 622.&15.722.&20.401
XXIV v.4.44.223.& 8.737.738. &18.583
XXV.v.8 408.&10.629.&18.67 &22.629.630
XXVI.v.27.769 &59.126
XXVIII.v.1.540.& 6.520.&9.400 & 20.44.&36.680.&38.680 &41.632
XXIX. v.1.520.632 &4.680.&5. 680.&6.ibid.&7.520.&22 532.&24.769.&36.164
XXX.v.13.532
XXXI v.13.629.&16.619.&18.44 &27.629
XXXII.v.4 543.&15.200.&16.200 &2..404.521.543.837.&32. 418.440
XXXIII. v.2.73.&11.477.&17. 416.&19.419.433.&20.63.& 23.477
XXXIV.v.1.182.&6.4.&7.ibid.& 28.159.&29.200.&34.583
XXXIX. v.7.400.&14.ibid.&[illegible]. 453
xl.v.2.408
xlii.v.41.520

LEVITICI.

Cap.I.v.1.3.632.&4.539.&5. 632.&9.239.&13.239.&14. 632.&16.632
II.v.1 &c. 631
III.x.1.632
IV.v.11.238.&13.632.&22.632. &27.ibid.
V.v.1.&c.576.&2.580.&6.580. &17.180
VI.v.30.238
VII.v.1.&c.632.&2.575.&6.632. &11.ibid.&20.580
VIII.v.2.520.632.&15.164

580.&7.3.506.519. &10.583.
xiii. v. 14.3. &18.491.506.519.&
19.245
xiv.v.16.576 &18 519.720.794.
&19 720.800.&20.720.841.
& 21.831
xv v 1 3.227 &5.55 & 6.213.224
308.339.352.491 &13.42 &14
ibid &15 ibid &17.603 & 18.
229
xvi.v.7.73
xvii v.1.3 225.363.614.& 4.230 &
5.130.& 7.173.222. 223 225.
229. 601. 604. 619. 627.669.
670.674. &10 222. 613.614.
615.617.638.740.&11 222.637
&12.674.&13 614.619.740.
&14 575.614.684 687.&19.
230. &22 . 271. &23.491.519.
617.645
xviii v.1.3.& 2.67.&13.522.&18
212.533.&19. 533. & 21.159. &
23.404. & 24. 404. & 25.
457
xix. v. 1. 72.&10.73. &24.7.12.
466.&25.466. &30.394. &
31.394
xx. v. 3. 158 & 7.ibid.&13.519 &
17.519.810
xxi v.12 3.148.&31.123
xxii.v.1.3 & 6.25.238 & 8.161. &
9.25.261 &10.519. 630. & 11.
3.263 &15 3.&17.212 &18.16.
24. 212. 224. 230. 274. 345.
352
xxiii. v. 4. 245.449.&15.245. &
19.449
xxiv v.3.,23.& 4.123 14.115.&50.
115.&57.122.&64.127
xxv.v.1.121
xxvi.v.2.3.&3.212.& 4.212.&12.
54.&24.3.&25.506.&34.123
&35.123
xxvii.v.15 341.& 38.320
xxviii.v.1.123.& 2.123.&12.68.&
13.3.&14 212.&15.212.&20.
591 593.594
xxix v 10.134.& 12 ibid.&16.126
& 21.129.&22 131
xxxi v.1. 3 &3.3.&11.3.&13.591.
& 24.161
xxxii. v. 6.161 &10.406.&28.
534.& 30.3
xxxiii v.4 161.&20.505.519
xxxiv. v.4.123
xxxv. v 7.519
xxxvii.v.9.604.&10.ibid.
xxxviii.v 8.125
xxxix. v. 20. 261. 378. & 21.
378
xli.v 26 732.&34.833.&42.261.
& 48 817.&53.583
xlii.v.10 262.&38 252.487
xlv.v.5.161.& 8.154
xlvi.v 2 3.519.833 & 6.833
xlvii.v.7.841.& 9.225.&10.810.
841 & 20 832. & 24. 832.&
26. 841.&29. 225.&30.225.
449
xlviii. v.14. 539. 630. &16. 63.
76
xlix. v.1.519.&8.42. &10.208.
212.237.&18.225 &29.245
l.v.13.245.&20.150.161.339.&25
225.&26.245

Exodi.

Cap. ii. v.1 126. &2.3.519.603.
& 14.457 & 21
iii.v 2.764.&21.16
iv. v. 2. 603.&3.603.742.&14.
540 &15 837.& 19.3.& 21.152
&

9.ibid.& 14.829
XIV.V.1.149.& 6.203.& 12.ibid.
& 21.205.& 28.532
XVI.V.10.700.& 19.809.816
XVII.V.4.823.& 5.820.& 8.564.
& 9.37.& 10.ibid & 18.38.818
834.& 27.817.& 29.ibid.
XVIII.V.1.372.& 9.56.& 15.212.
522.778.& 18.23.20.820
XIX.V.19.826
XX.V.10.828.& 11.830.& 19.ibi.
XXI.V.23.239.& 12.129
XXII.V.5.205.& 6 ibi.& 10.ibi.&
11.ibid.& 20.139.& 21.ibid.&
22.140.23.121.128.& 37.834
XXIII.V.21.120.591.595.597
XXIV.V.1.136.140.141.& 2.149.&
8.556
XXV.V.4.152.& 5.125
XXVII.V.25.832.& 26.201.218
XXVII.V.26.466
XXVIII.V.25.373
XXIX.V.25.558.& 4.196.219.& 5.
113
XXX.V.6.191.604.614.644.& 11.
196.& 14.ibid.& 20.151
XXXII.V.8.229.417.& 35.813.813.
& 15.586

IOSVE.

Cap.I.V.7.& 8.37.38.569
II.V.23.224
III.V.15.& 16.43.159
V.V.3.& 503.613.617.619.687
VI.V.5.630.& 7.594.& 10.593
VII.V.7.581.& 24.555.& 25.581
VIII.V.2.830.& 3.ibid.
X.V.13.2.43.55.603.& 26.157
XV.V.8.486.831
XXI.V.10.&.829

IVDICVM.

Cap.I.V.1.815.& 6.695
II.V.19.809
III.V.4.& 5.816
IV.V.1.809.& 4.523
V.V.1.408
VI.V.11.& 14
VII.V.7.466
X.V.3.261
XI.V.12.828.& 30.592
XIII.V.1 809.& 6.67
XIV.V.1.& 459
XV.V.1.& 459
XVII.V 3.593.& 6.809.847
XIX.V.1.809.& 25.828
XX.V.1.228.584.& 26.583.584
XXI.V.25.809.847

RVTHAE

Cap.III.V.9.127.& 12.17.& 13.17

I. SAMVELIS.

Cap.I.V.5.145.& 11.591.593.594.
& 13.411.& 20.145
II.V.2.4.& 6.151.253.& 17.390.&
21.151.& 25.442.& 27.521
VII.V.5.& 6.583.584.& 9.549
VIII.V.6.& 7.811.& 9.522.& 11.
833.838.841
X.V.29.321
XV.V.3.594.& 11.158.& 30.313.&
32.404
XVI.V.1.187.405
XVII.V.26.618
XIX.V.10.551
XXI.V.6.835
XXIV.V.1.& 845
XXV.V.22.596.& 28.827.& 38
596
XXVIII.V.12.& 19.505
XXX.V.20.831
XXXI.V.4.313

xx.v.7.520.
x.v.9.119.& 15.769
xii.v.3.616
xiii v.2.576.& 40.ibid.& 46.146
xiv.v.3.556.& 7.630.& 8.ibid.
xv.v.15.718
xvi.v.2.280.520.778,& 6.520.& 17.206.520.778.& 18.520.& 21.322.& 25.584.& 27.238.& 29.584.& 32.584
xvii.v.7.78.& 10.739.& 12.205
xviii.v.3.592.& 5.201.218.267.343.& 6.124.& 7.124 & 8.125 & 9.125.& 10.124.& 11.124.& 12.124.& 14.125.& 15.125.& 16.ibid.& 17.125.& 18.ibi.& 20.118 & 22.ibid.& 23.ibi.& 24.125 & 26.ibid.
xix.v.14 388.& 15.823.& 19.205.& 23.205
xx.v.10.118 121.& 11.118,& 12.ibid.& 13.ibid.& 23.125
xxi.v.3.149.& 12.119
xxiii.v.5.623.& 14.621.& 27.585
xxiv.v.16.820
xxv v.23.843
xxvi.v 3.372.& 12.225.& 14.373
xxvii.v.4.592

Nvmerorvm.

Cap.iii.v.6.521
v.v.1.& 576.580
vi.v.2.591.& 3.595.& 24.520.715
viii.v.7.521.& 10.539
ix.v.2.623 & 6 580.& 11.580.& 12.ibid.680
x.v.3.680.& 35.629
xi.v.24.815
xii.v.1.543.& 6.44.519.522.& 8.44.& 14.580.& 16.522.& 20.ibid.& 36.ibid.
xiii.v 27.830
xv.v.39 375.& 16.25
xvi.v.4.842.& 12.843.& 15.406 & 22.404.& 26.521.581.& 30.252.487.& 31.843.& 33.487.& 49.842
xvii v.8.629
xviii.v.6.521
xix.v.1.576.& 12.682
xx.v.10.711.& 12.294
xxi v.2.594 & 8.630
xxii.v.5.82 & 7.505.& 10.226 & 12.156 & 19 111
xxiv.v.3.505.& 17.82
xxvii.v.16.815 & 22.ibid.
xxviii.v.4 718
xxx.v.4.& 592.& 6.123
xxxvi.v.7.8.843

Devteronomii.

Cap.i.v.13.815.& 16.823.846.& 39.675.ii.v.30.153
iv.v.2.359.360.561.& 6.& 43.& 37.417
v.v.5.200.& 6.201
vi.v.1.200.4.4.10.& 5.201.228.& 13.397.398
vii.v.1.829.& 3.123.126.& 5.829
viii.v.2.154.& 3.2.& 17.224
ix.v.17 403.& 5.224
x.v.5.629.& 14.417.& 15.604.& 16.175 614.& 17.591
xi.v 8.385.& 19.134 & 38.770
xii v 8 385.832.& 23.734.756.& 27 219 & 32.37.561.665
xiii.v 1 85 309.& 2.505.569.& 3.82.85.154.& 4.569.& 5.817 & 6.147.& 7.820.& 8.825.& 9.ibid.

xiii v.5.818
xxiii.v.2.818.832.&35.521
xxiv.2.&3.520.&5.ibid.
xxviii.v.1.815
xxxv.v 36.623

II. CHRONIC.

Cap.xv.v.13.558
xvi.v.12.161
xviii.v.21.74
xix.v.5.824.&6.809.&17.846.
&8.531.&9 556.&10.&11.556
xx.v.3.583.&26.469
xxii.v 5 818
xxiii.v.4.815
xxviii.v.3.486.&11.830
xxxiii.v.12.&13.187
xxxiv.v.33.819
xxxvi.v.13.435

EZRAE.

Cap.i.v.2.143
iii.v.1.396.&10.11.396
vii.v.27.396
viii.v.21.586
x.v.17.143

NEHEMIAE.

Cap.i.v.4.324.585
viii.v 8.564
ix.v.1.583

ESTHERAE.

Cap.i v.8.131
iv.v.1.585.&5.384.&16.583
ix.v.3.324.&21.585

IOBI.

Cap.i.v.6.67.101.&9.78.&11.
78.&12.74.83.&19.83.&21.
161.251.397
ii.v.1.101.&4.78.402.&6.83.&
7.83.&10.161
iii.v.7.&8.67.
iv.v.17.&18.75.355
v.v.22.53
ix. v.5.&6.150.&7.ibid.&8.
49
x.v.8.&9.&10.&11.&18.151
xii.v.7.&8.1.58
xiii.v.15.305
xiv.v.4.171.360.429.&5.151.&7
449.&12.444
xv.v.14.171.&16.110
xvii.v.12.449
xviii.v.1.&c.49
xix.v 21.76.&25.226.269.393.
445
xxii.v.2.365
xxiii.v.10.309
xxviii.v.9.10.&11.55
xxix.v.26.&27.136
xxxiii.v.4.31
xxxviii.v.7.67.&31.55.&32.55.
&33.56

PSALMORVM.

i.v.1.374.&2.203.308.381.&3.
374.&6.416.&7.580
ii.v.6.13.25.212.511.512.701.&
7.9.&8.212.243.499.510.&
9.25.624.&11.810.&12.13.
810.810
v.v.5.155 373.&6.373.&10.314.
&11.405.&19.314.&24.
591
vi.v.6.252.&7.314.&8.629.&
9.479
vii.v.8.362.&9.496.&10.598
viii.v.6.212.&7.61.103
ix.v.8.459.&13.412
x.v.11.3.&10.18.&17.412
xii.v.29.817
xiv. v.1.3.310.511.&3.190.425.
&4.282.727.&7.511.&8.
282
xv.v.1.511.&4.830
xvi. v.2.365.&3.308.&4.506.

INDEX.

II. SAMVELIS.
Cap.I.v.12.584.& 15.845
III.v.27.813.& 35.584
IV.v.4.841
V.v.19.160.& 23.830.& 24.160
VII.v.12.& 14.16
X.v.4.& 7.828
XI.v.2.84.165.166.394.& 3.394.& 4.166.& 15.394
XII.v.1.203.& 5.825.& 7.521.& 11.135 & 13.204.323.& 14.373.& 16.585.& 17.585
XIII.v.32.405
XIV.v.4.841
XV.v.12.645
XVI.v.9.840.& 10.153.& 21.22.155
XVII.v.23.313
XVIII.v.9.843.& 12.389
XIX.v.19.339.840
XX.v.1.843.& 2.ibid.& 16.838.& 22.838.840.843
XXII.v.13.314
XXIII.v.2.2
XXIV.v.10.314

I. REGVM.
Cap.I.v.3.815.& 21.818 & 23.840 & 30.282.& 31.840
II.v.10.843.& 25.ibid.& 26.826.& 36 ibid.
III.v.2.506
V.v.4.78.& 12.221
VI.v.1.408.& 17.69
VIII.v.27.275.& 35.159.& 39.275.& 41.396 & 46.202.350
XI.v.1.& 2.126.& 4.ibidem.& 7.844
XII.v.1.&c.134.415.& 11.833.& 15.154.& 16 ibid.& 30.839
XIII.v.2.42.& 16.843
XVII.v.1.& 7.152 & 22.2.43.444
XVIII.v.2.583.& 18.393.& 24.566 & 38.522
XIX.v.8.159.584.& 10.496.& 10.496
XX.v.11.43
XXI.v.2.833.& 3.843.& 18.834.& 27.320.& 29.320
XXII.v.9.568.& 21.78.& 22.78.83.390.568
XXV.v.18.520
XXVIII.v.4.663.& 42.826

II. REGVM.
Cap.I.v.2.79.& 3.73,& 10.813.& 15.73
II.v.1.&c.67 & 8.159.& 9.28 & 11.277.448.474.& 12.271.& 15.523.& 24.813
IV.v.33.2.43.444.& 38.506
V.v.10.631.& 11.616.& 14.642
VI.v.6.159.& 16.77.& 17.73.& 18.72.& 26.841
VII.v.6.72
VIII.v.3.841
IX.v.10.245
XI.v.2.& 4.815.840.844
XIII.v.20.245.& 21.2.43.247.444
XIV.v.22.815
XVIII.v.4.566.817
XIX.v.2.& 6.841.& 35.71.73
XX.v.7.841.& 11.2.55.159
XXI.v.6.187
XXII.v.14.42
XXIII.v.2.& 4.817.& 5.57.& 13.486.& 15.42.829.& 20.820.& 22.613
XXIV.v.4.187

I. CHRONICORVM.
Cap.I.v.5.520
II.v.55.521
VIII.v.10.519

xc.v.4.468.& 8.373
xci. v.1. 114.& 11.73.& 12.ibid.
159
xciv.v.8.9.10.150
ci.v.2.& 8.9
cii.v.27.& 28.463
ciii. v.19.51 & 20.71.72.499.&
22.409
civ. v.1. & 151.& 2.1. & 3.53.274.
& 4.64.72.& 6.53 & 7.53 54.
& 8 ibid.& 9 ibid.& 10. ibid.
& 15.710.712. & 20.55. & 22.
55.& 23.53.55 & 29.66
cv. v.6.417
cvi.v.31.363
cvii.v.13.412
cix. v.7.407.& 24.586.& 28.
580
cx.v.1.284.285.212.&.2.215 & 4.
9.13.25.212.229.401.500
cxiv.v.8.159
cxv.v 3.150.428.834
cxvi.v.3.253.& 12.397.& 14. 593.
& 15.226.380.& 17.395.& 18.
593
cxix.v.1.363.& 2.374.& 4.359.&
13.458.& 14.203 & 30.458.&
39.433. & 62.408.& 105. 45.
205.& 111.42
cxxi.v 3.& 5 113.& 6.113.479.&
7.113 & 8 ibid.
cxxii.v.7.838
cxxvii.v.3.134
cxxviii.v.2.160
cxxx.v.3.356.& 4.315
cxxxii. v.8 594.629.& 14.619
cxxxvi v.4.85
cxxxix. v 5.151.& 7.30.& 8.150.
271 & 16.418
cxli v.2.395
cxlii.v.5 282.& 9.58
cxliii v.2.202.349.407
cxliv.v.10 846
cxlv.v.18.397.599.& 19.412
cxlvii.v.8.158.& 9.152.et 16.158
cxlviii v 2.73.& 51

PROVERBIORVM.

Cap.1.v 22.434
II. v.14.192
III v.12.152
VI.v.6 58.& 30.182
VIII.v 15.809.& 24.950
X.v.12.327
XIII.v 7.841
XVI v.4.2 43.61.432.442
XVII.v.13.823 & 15.330
XVIII v 10.397.510
XIX.v.14.115
XX.v.8 282.& 9.202
XXI.v.1.72.152
XXII v.6 319
XXIV.v.16 322.813.824.843
XXVII.v.1 56
XXVIII v.2.843
XXIX v.18 45
XXX.v 5.304.& 33.835
XXXI v.6 & 7.240

ECCLESIASTIS.

Cap.I.v. 2.47.& 7.53
III.v.19.47
VII.v 2.380.& 3.47.& 10.379.&
21.202.& 29.429.& 30.105.
110.165.634
VIII.v.12.47
IX.v.5.& 6. 402
XI v 9 47
XII.v.1.& 47.& 7.60.& 9.90.96.
481

CANTICI CANTICORVM.

Cap.1.v.1.781
II v.14.512
IV.v.5.& 7.512.& 8.ibid.

690.& 5.227.&8.283.& 9.250 & 10.250.252.260.& 11.282. 474.513.& 21.479
XVII.V.7.479.& 15.337.479
XVIII. V.5. 235.& 6.235.257.& 8. 253.& 11.67.69 & 31.304
XIX. V. I.I. 49.& 5.631.& 8.2.38. 205. & 9. 43. 205. 458. & 10. 487.& 13.180.323
XX.V.7.25
XXII.V.10.99.151.& 17.238.& 19. 240.& 15.412.& 26.593
XXIII V.4.305.553.& 6.195.510
XXIV. V.3 511.& 7.279.818.& 8. 15.& 21.398
XXV.V.I.410.& 7.508
XXVI.V 6.407
XXVII.V.4.& 8.506
XXVIII.V.I,256.& 6.488
XXXI.V.6.27.& 20.475. & 22.48
XXXII. V.I. 339. 349.352 374.379. & 2.305.325.330. 343.352. & 3. 305.& 5.322.& 6.9.58.60.751
XXXIII. V.3.398.& 6.31.& 9.49 & 11.195.& 13.150.& 15.150.& 16 759
XXXIV.V.8.69.73.74.& 15.319.& 16. 159.399.& 17.150. & 21. 452.& 22.485
XXXV.V.13.585.586.& 14.585.& 19 348.35.95
XXXVI V.7.152.& 2.479
XXXVII. V. 9. 51. & 23.195.& 29. 478 & 36.2
XXXVIII.V.5.313
XXXIX.V.6.& 7 226 & 8.226.297 & 13.226.& 14.408
XL.V.7.& 8 & 9.253.236
xlI. V.7.212
xlI. V. & 5.506.& 6 305
xlIV.V.3 282.& 18.222.& 21 398
xlV.V.2.521.& 7.25.267.& 8.13. 35.267.& 10.282,283.512.& 11. 781.& 15.496
xlVI.V.5.510.& 6.514
xlVII.V.5 629.& 6.271.& 7.629
xlIX.V.10.631.& 16.98.& 21.631
l.V.I.459.& 3.464.& 11.& 12.365 & 14.511.590. & 15.397.398. 400.408.412.& 23.767.& 33. 365
lI.V.3.314.& 4.96.& 6.407.& 7. 96.97.170.172.429.676.& 9. 624.& 12.36.319.358.& 13.194 & 14.319.381.& 21.192
lIII.V.3.190.& 5.833.& 18.408
lV.V.23.161
lVI. V.6. & 7.392.& 9.418.& 13. 593
lVIII.V.11.2
lIX.V.11.195
lXI V.3.397
lXII.V.13.368
lXVI.V.13.590.& 19.296
lXVIII.V.5.277.& 10.624.& 19. 271.275.277.& 21.151. & 29. 299
lXIX.V.22.240.& 29.440
lXXII. V. 11. 15. & 12.817. & 14. 824.& 18.85
lXXIII V.2.& 3.309.393.& 16.393 & 26.227
lXXVI.V 12.596
lXXVIII.V 25.72.& 71.816
lXXIX.V.3.241.& 6.72
lXXX.V.5.408.& 9.511
lXXXII.V.I.816.& 3.4.817.& 6.5. 103.816
lXXXIV V.I.506.& 12.366
lXXXV.V.11.510
lXXXVIII. V. 5.& 6.256.& 7.ibid.
lXXXIX.V.6.568

lxi. v.1.13.23.220.356.& 24.
397
lxiii v.16.399
lxiv.v.4.475.478.& 5.407.& 6.
350.& 8.422
lxv.v.16.482.& 17.463 & 18.478
& 19.ibid.& 20 ibi & 24.399
& 25.824
lxvi.v.1.409.& 2.314.& 12.226.
& 15.459.& 22.463 & 23.629.
& 24.485.485.488

IEREMIAE.

Cap.i.v.4.522.& 5.416.419.&
7.550.& 8.542.& 10.542.& 11.
44.& 19.542
iii.v.1.328
iv.v.1.312.& 4.317.614
v.v.22 55
vi.v.13.568.& 14.408.& 26.324.
& 30.417.442
vii.v.4.509.& 17.57.& 22.661.
& 31.486
viii.v.7.58.& 9.521
ix.v.4.43
x.v.23.151.425
xi.v.13.522
xii.v.1.309.& 15.42
xiii.v.23.442
xiv.v.12.585.& 16.245
xvii.v.9.166.& 13.419
xviii.v.1.&c.422.& 8.321.& 18.
509
xix.v.1.531
xxi.v.19.245
xxiii.v.6.14.& 16.569.& 21.535.
542.& 24.4.272.& 28.558.&
29.317
xxv.v.11.& 12.42
xxvi.v.11.522
xxvii.v.8.838.& 15.542.& 17.
838
xxix.v.1.522.& 6.123.& 7.810.
838.840.& 9.542
xxxi. v.15.675.& 18.317.& 25.
276.& 31.223.227.738.& 32.
48.223.227.& 33.191.198.219.
465.& 34.229.325.533
xxxii. v.8.17.& 11.521.& 40
738
xxxiii v 16 15
xxxiv.v.15.378
xxxv.v.8.595
xlii.v.2.404
xliv.v.19.57

LAMENTATIONVM.

Cap.iii.v.8.408.& 37.442
v.v.21.317.196

EZECHIELIS.

Cap.i.v.1.&c.521.522
iii.v.2.&c.631.& 17.549.& 27.
358
ix.v.4.643
xi.v.19.455
xii.v.25.& 28.37.& 46.717
xiii.v.3.&c.662.& 9.419
xiv.v.14.47
xv.v.6 42
xvi.v.15.&c.662.& 20.672.& 49
165
xviii.v.4.672.& 20.173.672.&
21.188.189.323.& 23.432.
433.& 24.450.& 30.317.& 31.
ibid.
xx.v.9.384.& 18.334.360.384.
504.& 19.205.504
xxii.v.25.568
xxiii.v.4.672
xxix.v.19.838
xxxiii.v.7.549

vi.v.8.491.512

ESAIAE.

Cap.I.v.I.&c.522.& 9.498.& 15
407.413.& 16.319.& 17.412.
&19.372.& 21.510.& 22.712
II.v.2.720.& 3.198
III.v.8.542
IV.v.I.127
V.v.2.511.& 3.153.355.& 5.153.&
6.159.336.& 14.355.
VI.v.I.477.522.542.& 2.62.542
&3.31. 73.542. 6.631.&9.
30.154.614.& 10.154.& 46.
361
VII.v.14.17.19.212.522.778
VIII.v.14.388.392.& 15.388.&
20.37
IX.v.I.418.485.& 5.19.522.& 6
25.418.522.& 20.37
X.v.I.836.& 5.104.153.& 6.154.
& 7.ibid & 15.153.& 20.498.
& 21.ibid.
XI.v.2.28.& 9.229.534.824.&
10.15
XIII.v.3.153
XIV.v.12.69.79.& 15.256.& 27.
31
XVI.v.5.282
XIX.v.14.28.78.155
XX.v.2.522
XXII.v.I.42.& 13.99.& 15.251.&
16.ibid.& 17.ibid.& 22.556.&
25.26.55
XXV.v.8.24.475.478.& 9.24
XXVII.v.I.83
XXVIII.v.16.501
XXIX.v.10.28.& 13.402.& 16
445
XXX.v.2.310.& 33.486.487
XXXII.v.20.549
XXXIII.v.5.276
XXXV.v.5.& 6.15
XXXVI.v.9.584
XXXVII.v.16.413
XXXVIII.v.I.& 5.151.158.& 13.204
214
xl.v.15.23
xli.v.4.4.& 20.48.& 23.81
xlii.v.3.307.& 10.508
xliii.v.7.479.& 15.333.& 25.325.
407
xliv.v.3.35.& 6.4.& 22.325
xlv v.I.13.42.831.& 2.42.& 5.
439.& 7.59.& 8.442.& 9.433
& 22.42
xlviii.v.20.506.& 21.496.& 23.
816.817.819
l.v.3.238
li.v.6.226
lii.v.7.212.& 11.662
liii.v.I.&c.nempe toto capite,
213.522.& I.41.215.299.302.
427.464.& 2.239.& 3.258.&
4.24.258.329.& 5.24.256.
325.329.& 6.238.& 7.24.233.
237.336.621.& 8.252.& 9.
250.& 10.261.735.& 12.
624
liv.v.5.536.& 8.686.& 13.229.
563
lv.v.I.668.& 3.294.& 11.
503
lvi.v.7.409.& 10.568.& 15.
314
lvii.v.16.96.298
lviii.v.I.550.& 3.585.& 5.ibid.
& 6.ibi.& 7.699.& 8.585.& 14
37
lix.v.2.363.& 20.321.467.& 21.
738
lx.v.8.506.512.& 15.478.& 16.
ibid.

MATTHÆI.

Cap.I.v.1 pag.418.&4.5.6.115.&
18.129.&20.67.&129.&21.15
242
II. v.4.520.& 9.467 &11.654.
&13.67.72.&14.26.&16.675.
&17.675.&20.705
III. v.2.315.&6.323.670.671.&
7.92.315.649.&8.326.& 9.
748.&10.489.&11.35.635.655.
656.644.663.688.697.&12.
418.&13.635.&15 335.15.&16
655.15.679.&16 7.11.32. &17.
19.32.655.680
IV.v.2.17.583.& 4.5.160.&10.75
&6.85.& 8.9.811.& 9.85.&10
78.398.&11.73.&12.412.&18
53.&19.550
V.v.3.28.314.&6.790.&8.476.
&9.534.&9.23.828.&11.580
&12.366.&13.133.549.&14.
496.511.549.&16.375.394.&
17.24.278.335.585.&17.18.207
&19.109.&19.20.512.&21.22
182.&22,556.&23.407.&23
24.323.&24.407.790& 25.4
&28.165.175.182.&29.147.
&31.136.&32.141.143.149.&36
348.813.&38.220.&44.404.
415.&45.55.151.&46.364
VI.v.1.360,364.&5.410.413.&6
402.409. &7.413.&9.399.
406.&12.163.&13.78.371.&
26.275 &26.28.1.&30.55.151.
&31.220.&32.397.399.&33.
398
VII. v. 1.821.&6.579.582.704
796.797.&7.397 400.&12
294.&13.504.&14.476 &15
561.818. &16.542.&17 308.
372.&18.328.360.&20.505.
541 &21.474.478.&23.416.
504.&29.521.542
VIII.v.2.28.81.&8.161.&11.226
474.478.493.&12.486.487.
&13.308.&16.78 &16.32.83.
&21.476.&22.485.&28.68.
&31.83
IX. v.4.15.et 6.15.et 9.71.et 10
573.et 11 791.et 13.356.et 15.583
586.588.et 25.2.444.448.et
33.403.et 36.17.et 37.549.et
38.404.533
X. v.1.78.547.&5.6.229.& 6.7
524.&8.15.&10.532.552.837.&
15.466 488 &16.58.& 2032.
&23.551 829.&28.91.98.452
&29.30.151.&30.159.&42.
366
XI.v.3.392.& 4.5.15.&11.212.&
13.199.208.210.702.&14.746
&19.573.&20.362.&22.480.
488.&22.24.182.&23.256.&
24.480.488.&25.435.&26.
441 &28.227.356.427.435.
&29.217.429.464
XII.v.1.31.&2.392.&3.330.&18
458.&24.79.186.&27.41.
458.&28.29.83.&29.79.83.
&31.80.183.183 184.184.186.
&34.92.&35.466.&36.37.
445.&40.248.261.&42.458
&45 80 379
XIII.v.3 302.&8.54.&11.41.430
&13.599 &14.441.&16.40
765.&16 17.214 et 19.78.et
23.360.et 23.46 599.et 24.513
509.et 25.85.et 29.509.et 31
549.599.et 33.625.et 37.215.
et 38 732.et 39.79.et 41.73.et
43.454.479.et 47.424.509

XXXIV V.23.816
XXXVI. V.25.695.& 26.193.317.& 27.159
XXXVII.V.7.448.& 12.445
XLIV.V.11 521

DANIELIS.

Cap.I. V.3.522.& 21.838 & 37.19. 838
II.V 4 & 8.833.& 44.26
III. V.18.839 & 21.159.& 26.159. & 27.413.& 29.817.& 92.157 & 94.ibi.
IV.V.7.&12.833.& 13 67.& 27.326 & 33.805 & 35.834
V.V.18.838.& 24.25.522
VI. V.2.& 3.584.& 3.820.& 10. 408.410.& 11.839.& 21.840. & 22.413 & 17.378 & 23.ibid. & 27.223.224
VII. V.9.460.461 & 10.69.418. 460.& 13 461.& 17.42.& 21.ib.
VIII.V 16.70
IX.V 3.585.& 4.406.& 5.ibi.407. & 7.208.338.843.& 8 843.& 12.508.& 17.24.& 18 407.& 21 70 & 22.ibi.& 23.333 & 24.42 261.332.702.& 25.42.& 26.ib. 209.& 27.42.209.702
X.V.13.70.74.& 20.74.& 21.ibi.
XI.V 1.74.& 2.42
XII.V.1.74.419.& 2.226.446.474 488.450.& 3.330.454.479. 480& 11.720

OSEAE.

Ca.II.V.17.690.& 19.686.& 21.56
III. V.9.435
IV. V.12.28.78
VI.V.2.262.511
XIII. V.9.436.& 11.811.& 14.243. 258.268.434.484
XIV.V.2.325.& 3.395.511

IOELIS.

Cap.I V.14.411.583.584
II. V 12.324.& 13.320.327.585.& 15.411.583.& 17.584.& 18.505.& 28.35.229.& 32.400.403.514
III.V.2.462.469

AMOSI.

Cap.III.V.6.519.161.442
V.V.8.55.& 7.14.43.522

ABDIAE.

Cap.I V.17.514 21

IONAE

Cap.I.V.4.& 12.151.& 140.150.& 15.249.& 17.151
II. V.2.248
III.V.5 & 6.324.& 4.158.& 7.584 & 10.158
IV.V.6.& 7.151.& 11.224

MICHEAE.

Cap.I.V.3.& 4.827
V.V.2.9 15.122

HABACVCI.

Cap.II.V.3.407.& 4 308.349.352 645

SOPHONIAE.

Cap.I.V.15.465

ZACHARIAE.

Cap.I.V.3.196.& 8.67.522.& 11. 401.& 20.522
II. V.3.68
VII.V.5.588
IX.V.10.23
XII. V.1.92.93.95.96.& 10.33.397
XIII.V.1.695.& 2.78

MALACHIAE.

Cap.I.V.2.417.& 3.419.425.& 11. 395.720.& 18.172
II.V.6.558.& 7.37.64.548.558. 564 & 10.49.& 19.136.& 17.309
III.V.1.63.64.548.& 6.66.111.429 & 16.418.& 17.381

442 799.& 29.711.740.741. & 30.788 & 37.17.93.234. & 39.242.& 41.243.298.& 52. 827.& 53.69.& 61.236.& 63. 688.& 64.287.& 69.166 & 69. 184. & 72. 394. & 74. 394.& 75.314
XVII.v.1.158 & 3.4.313.& 3.4.5. 313. & 5.313. & 45.241.& 46. 235.255.257.& 50.14 17.& 51. 208 & 52.254. & 52.53. 444. & 54.242. & 55. 443. & 58. 246.& 60.245
XVIII.v.1.263.524.& 2.255.263. & 6.444. & 9.265. & 10.15. 276 & 11.263~~.& 13~~.263. & 15. 428. & 16.265.634. & 18.25. 274.284 564.& 19.29.& 19. 31.4 .214.493.502 & 530.590 635.645. 654. 655.659.666. 667.670.676.677 .& 19.20. 503.524. & 20.500.558.562. 704.758.& 28.643.& 52.843

M ARCI.

CAP.I.v.1.214.& 3 550.& 4.328 652.677 695.& 14.215 .& 15. 211.& 34 82
II.v.14.635.685 & 7.333.550.560 et 8.15.et 9.31.et 18.585
III.v.14.488.& 29.549
IV.v.36.234
V.v.22.577
VI.v.12.216.& 13.631.635.& 46. 396
VII. v.4.652. & 13.566.& 18.19. 727
IX. v.29.411.& 42.389.& 43. 47. 486
X.v.16.674.& 77.401
XII.v 2.549.& 18.521.& 24.37. & 32.4.& 42 577
XIII.v.7.467.& 7.8 467.& 10. 466.& 24 467.& 26.445.& 31.467 & 32.469
XIV.v.13.15 & 18.705.& 22.701 715 & 23.715
XV.v.4.3.811.& 21.238. & 28. 339.& 44.246
XVI.v.1.246.& 1.2.9.263. & 2. 577. & 6 264.& 9. 264. & 14.265. ~~& 15~~.208. 212.214. 229. 499. 503.524.530.533.& 16.216. 428.434.499.670. & 17.688.& 17 18.603. & 18. 539. & 19.270 271.281.283. 287.& 20.298.& 26.666

LVCAE.

CAP. I. v.3.656.& 6.362.363. 403. & 7.372. & 19.70. & 15. 41.675. & 19.26.73. & 23. 517.& 26.68.& 31.14.17 497. & 32.35. 534.& 33.25.26.& 35. 14.19.52.172. & 37.447. & 42.715. & 44.431. & 54.590. & 59.616.617.693.& 63.617. & 69.715. & 70 44. & 75. 372.& 77.16.& 78.560.& 79 263
II. v.1 54.& 4.5.841. & 7.21.17. & 10.212.212. & 14.73.& 17. 232. & 21.232 616. & 34.392. & 37.411.585.586. & 46.532. 568
III. v.1. 617. & 2.520. & 2.3. 654.& 3.328.635.685.& 9.318. & 10.323. & 13.814 833. 843. & 14.831.843. & 17.494.512. & 23.172.679
IV.v.7.532. & 16,628. & 17.45. 45.& 18.220.& 18.22.542

513.et 52.531
XIV.v.3 603.et 7.593.et 23.406
et 31.294
XV. v.3.566. et 5.123. et 6.360.
564.597.709. et 9.119. 205.
384.592.832 &11.586.& 12.
392.& 14.229.383.393. & 15.
564.& 18.19.94.& 19.176.&
24.401 518.& 25.26.558
XVI. v.2 56.& 6.137.384.385.
625 662.& 11. 662. & 11.12.
625.& 12.662. & 16.15. & 16.
502.& 18. 159. 266. 458. 437.
502.& 19.513.556.549.559.559
564 570.& 23 389.& 26.160.
635.& 27.26.368
XVII. v.3.78.& 3.4.478.& 3.14.
478.& 5.8.23.565.701.& 15.18
83.& 19.20.294.& 21.411.586
& 24.27.837.& 25.377.833.&
27.841
XVIII. v.4.675.& 6.303.391 & 6.
7.389.& 7.157.387.& 7.390 391
& 8.9.149. & 10.66.70.73.
477.& 11 23.219.& 12.328.& 14
422.675.& 15.324 & 15.16.148
& 16.439.& 16.17.324. & 16.
558.& 17. 148 503.556.570.
575.577.577 578.581.587. &
18.495 499.502.513.546.570
580.& 19.675.683.684.& 20.
15.409.495.568.758 & 21.328
& 22.189
XIX. v.2.149.& 5.117.& 6.118.
129.131.134.139.146.830.& 8.
117.136.141.146.& 9.121.128.
141.143.& 11.119.596.& 11.12
220.& 12.119.140.& 13.674.
& 15.539.& 17.16.218.228.357.
& 20.209.& 21.220.597.& 24
26.748.& 28.290.443.458.461
464.480. & 29.147.371.386.
480
XX v.1.219.& 15.421.& 21.282
& 22.652.& 23.290.& 26.545
& 26.27.516.& 27.838.& 28.
16.24.24.340.365.486.518
XXI. v.9.275.& 13.409.& 14.
732.& 22.397.407.& 25.652.
654.655.& 33.511
XXII v.8.516.& 13.486.& 14.
427.& 21. 559. 809. 833 838.
841.& 23.446.& 24.535.& 29
568.747.& 30.65.101.115 140
454 454. 482.& 31. 46.& 32.
98.225.674. & 37.200.220.
310.360.& 39.200.310
XXIII. v.2.385.& 2.521.564.
569.& 4.566. & 8.562.& 14.
488.413.& 37.434
XXIV. v.2.42.& 4.5 603. & 10.
467.& 11. 467. et 15. 209. et
23.276 et 24 85.439.466.508
744.et 26 596.et 30.187.445
461.467.& 31.73.445.450 453
& 36 64 453 467.& 37.38.466
& 44.468 & 45.510. 510.&
47.509
XXV. v.3.422 & 13.318.& 14.15.
552.& 15.694.& 21 474 & 29
366.& 30.445.& 31.460 469
& 31.32.26. & 32.450.450.&
33.290.459.& 34.351.368.374
439.475.478.& 35.374.& 41.
79.86.88.369.485.486.487.
& 46.474 485.486.488.& 51
287
XXVI. v.6.564.& 10.250.& 11.
245.& 13.214. & 14.167. & 15
233.& 15.16.167. & 17.710.&
24.736.& 26.635.701.704.
715.& 27.715.& 28.229.427.
442.

461.500. 770. & 4.113.761.
& 5. 7. 32. & 7.243. & 12.
438. & 13.31.172.498. & 14.
19.213.771. & 16. 428.693.
& 17.199.208 218.619. & 18.
3.10.23.212. 218.521. 565. &
20.412. & 29.36.24. & 29.
176.235.621 746. & 32. 7.
& 33.669. & 38.654. & 45.
512
II. v.1.2.131. & 2. 176. 254. &
3.186. & 7.131. & 8.131. & 9.
19. & 9.742. & 11.115. & 17.
17. & 18.452. & 19.452. & 23.
301
III. v 1.534.811. & 2.245. &
3.172 373.676.729. & 5.35.
177.676. & 6.8.31. & 6.28.
676. & 8.27.30.166.243. &
13.21. 271. 277.288. 753. &
14.239.242. & 14. 15. 630.
& 15.16.308. & 16. 182.233.
424.475.478.512. & 17. 24.
63.457. & 18. 36.308. & 18.
405.428.434.796. & 19.457.
& 23.664. & 24.457. & 29.
512. & 31.15. & 32.23. & 33.
36.645. & 34.267. & 36 465.
473
IV. v 1.652. & 1.2.654. 655. &
8.4.150. & 10.424. & 14.35.
303.782. & 16. 4. & 21 23.
409. & 23.270.596. & 24.5.
29.281. & 26 4. & 35.525. & 38.
549
V. v.3.362. & 4.71.308. & 7.
654. & 14.308.480 & 16.405.
& 17 15.26.58. 60. 97. 149.
151. & 17.19.34. & 20. 469.
& 21.15.449. 506. & 22. 27.
457. & 22.15. 284.460.460.
& 24.182.184. & 26.12. & 27.
460. & 28.446.450 452. &
29.455. & 30.457. & 39 37.41.
48.541.561. & 43. 44.43. &
46.40
VI. v.1.53. & 2.550. & 3.439. &
5.7.500. & 9.11.159. & 11.715.
& 12.159. & 26.301. & 29.
298. & 31.611. & 32.644. & 35.
629.725.727.728.733. & 37.
423.425.685. & 39.422.439.
& 40.311.476.478. & 39.40.
466. & 41.392. & 44.193.423.
426.499. & 45.194.228.229.
& 47.295. & 51 98. 704.726.
735.745.761. 779. 782.796.
& 51.54 728. & 53.727.728.
778. & 54.728.745.785. &
55.625.645.706. 728. & 56.
625.727.728.745.770.772.
& 57.392. & 60.392. & 62.
274. 729.746. & 63. 728
746.779. & 64.192. & 70.
417
VII. v.1.551. & 8 35. & 16.469. &
18.43. & 22.218. & 24.824. &
28.186. & 37.668. & 38.668.
229. & 39.36.229. 279. 659.
668
VIII v.2.846. & 5.121. & 7.824.
& 11.814. & 29.335. & 34.110.
164.192. & 35.510. & 36.192.
378. & 65.70.78.78 78.79.
80.85.483.486. & 47.302.425
503. & 49.50.43. & 56.224.
641.781
IX. v.3 355. & 3.355. & 6.91 & 7.
631. & 16.515. & 22.577. & 28.
575. & 31.407.413. & 56.771

V. v.8.314
VI.v.7.372,&13.417,&32.364.
&38.366
VII.v.15.2.444.&26.212.&29
330.&34.573.&37.315.&38.
653. &41.219.334.&47.374
574. & 48. 50. 220. & 50.
308
VIII.v.2.78.&10.41.408.&13
293.302.&17.459.&22.512.&
30.74.80.&31.80.83 486.487
487
IX. v.1. 547. & 6. 216. &50
808
X.vii. 546.&2.3.543.&7 841.&
15.252.&16.375.385.507.550
560.608.796.&18. 487.&19
79.&20.78.419.419.&27.228
& 42.309
XI.v.2.406 &13.397.399.&20.35
&22.268.&26.28.&31.462 &
42.457
XII.v.1.561.&6.407.&6.7.150.&
11.814.&14.556.&24.58.&32
476 512. & 42.309.549. & 46
488.&50.562
XIII.v.23.438.&32.732.
XIV.v.26.147
XV.v.7.10.318.&10.70.&11.219
&20.344
XVI.v.3.22.458.& 6.340.&10.
309.&15.330.&16.208.&20
22.378.&22.73.474.488.&
23 80.252.&23.11.458.&23.
488.&25.481.&26.487.&
29.38.38.41.503.&32.451
XVII.v.1.319.&2.647.&5.299
305. & 9.365. & 9.10.365. &
10.370. 372. & 20. 496. & 30.
466
XVIII. v.1.407. & 10.356.& 11.
401.573. & 11. 12.310. &12.
585. & 13.323.407. & 14.322.
& 15. 410.674. & 16.670.&
37.447
XIX. v.9.394
XX.v.1.526.& 24.100 &36.112.
450.479
XXI.v.1.532.&5.580.&9 467.
467.&10. 467. & 12. 467 &
15.161 &16.542. &18.452.&
19 822.&23.467.&25.55.467
& 28.470 &34.413.470.&
36.407
XXII v.7. 8 621. &12 723.&
14.702 704.705. &17.701.
&19 648.702 718 735.766.&
20.222.229 230 236 442.&
25.518.&26 518.& 27.518.&
28.817.& 29.222 &30.458.
461.&31. 84. & 32.184.306.
508 &39 44.274.&41.410.
& 43.257.& 44.235
XXIII. v. 2. 83. & 28.377.&
34. 180. & 43. 255. 275. 451.
474.481 & 46.91. 255. & 48.
242
XXIV.v.4 67.& 4.5 6. 264.&
10.273.&13.31. 265.& 16.752
& 25.157. & 26.265. 287. &
27.522 & 31. 746. & 32.298.
& 34.265. & 35.699. & 36.
752.754. & 38.39.745. & 39.
17.267. & 43. 91. & 44.199.
& 45. 45. 298.302. & 46.
216.216.& 47.214 215.216.&
49.282.524. & 50 265.270.
& 51.271.& 52.286

IOHANNIS.

Cap.I. v.1. 15.15.49. 62. & 3.15.
461

INDEX.

9.11 17.& 9.270.271. 754. &
10.67.& 11.73.464.760.& 12
273.& 14.396.407.494.& 16
524.& 22.524.& 24.398.524.
537.& 25.420
II. v.1 254.279.657. & 3.765.
& 7.10.43. & 7. 8. 69. & 9.
10.69. & 11. 43.45. & 17
229.505. & 18.505. & 21.
395. & 22. 43. 366. & 23.
415.416.419. 422. & 24.252.
257. & 27.31. 250. & 30.
204. & 31.487. & 33.282.
273 & 37. 204. 214 & 38.
314. 328.560.635.666. 674.
692. & 39.491 670. & 41.
186. 654.670.676. & 42.
503.698.717.772. & 46.531.
699
III. v.1. 408. & 2.43. & 6.
266. & 8.9.186. & 19. 475.
& 21.463. 746. 377. & 22.
451
IV. v.4.31.266. & 12.15.628.
& 13. 43. & 27. 154. & 27.
28.158. & 28.150.153.155. &
29. 405. & 32. 492. 512.
784
V. v.3.30.78.840. & 5.10. 530.
& 5.558.820. & 19.71. & 20.
345.& 21.274.287 & 29.330.
384. 393. 838. & 30.273. &
37. 516. & 38. 820. & 55.
266
VI. v.1.532. & 1.2.531. & 2.3.4.
523.& 2.532.699. & 3.518.537.
816.& 4.407.516. & 6.537.537
538.539.& 8.532.& 10. 186.&
21.551
VII. v.6.7. 42.& 8.222.614. &
9.519.& 11.37.& 20.43.& 38.
200.200. & 42. 435. & 48.
409. & 51.572.618. & 53.73.
200 & 55. 283. 413. & 55.56.
289.& 56.288.401.& 59.15.27
91.93.451.& 60 410
VIII. v.4.5.14.541.& 5.532.&
9.10.11.85 & 12.659 & 12.17.
669.& 12.37.676. & 13.293.
302.645. & 13.20.21.669.&
13.37. 670. & 14.545.659.&
15.659. & 16.659. & 16.17.
539.& 17.659.& 20.530.& 22
23.669.& 26.540.& 27.408.
& 31.35.45.& 37.649.667.672
& 38 39.664.& 38.696.& 39.
71.653
IX. v.3. 43.266.416.& 3.15.524.
& 4.511.& 9. 583.& 10.11.540
& 17.539.749.& 37.682.& 40
410.444
X. v. 1.808. & 2.3.4.647.& 3.
407. & 4.71.361.395. & 4.5.
73.& 9.396.408.& 14.15.508.
& 15.230.586. & 20. 503. &
30.584.585.& 34. 660. & 34.
35.230.& 41.648 & 42.460.
& 43.213.225.230.308 352. &
44.298.647.& 45.309 & 46.
47.670.& 47.670.676.& 48
660.669.691
XI.v.2 505.& 4.545.& 12..9 508
& 16.659. & 16.18.317.& 17.
670. & 18.317. & 20. 21.22.
541.& 26.495.& 27.530.& 28
526
XII.v.5.396 & 7.8.71.& 8.11.73
& 11.543.& 15.73.& 16.692.&
23 73
XIII. v.2. 32. 423. 517. 584.
& 2.3.31.537. & 3.411. 538.539.
583. & 7.12.811. & 10.572.

X. v.2.549.& 3.69.662. & 4.59.
300. 491. 503. 561. 662. & 5.
300.491. 503. 506. 662. & 7.
133.733.& 7.12. 439. & 9. 133.
733. & 11.23.151. & 15 242.736.
& 16. 233. 492. 493. 500. 512.
518. & 19.515. & 25.15. & 27.300
503 505.662. & 28.422. 439.
474. & 30.7
XI. v.15.481. & 7.704. & 18.481.
& 25.449. & 33.17. & 35 17.
& 43. 2. 444. & 44. 2. 252.
& 47. 568. & 49.82. & 51.
505
XII. v.6.167. & 8.270 276. &
14.459 & 15.427. & 27.517. &
31.79.811. & 39.441.442. & 40
154. & 43.43. & 44. 666. & 45.
101. & 48. 165
XIII. v.1.404. & 3.25. & 4.518. &
5 535 & 13.518. 545. & 18. 420.
430.438. & 23.723. & 34. 231.
& 35.310
XIV. v. 1. 15. & 2.275.276.286.
474 & 3.279.287. 474. & 5.
475. & 6.80.133.400.499.701
733. & 8.286.735. & 9.3 9.101.
477.666. & 10 666. & 11.666
& 13.400. & 14.15. & 16. 32.34.
276. & 17. 41. & 23. 35. & 25.
510 565. & 26.9.32.34
XV. v.1.133.500.511 638.712.746.
781. & 2.500.781. & 5.106. 111.
358. 431. 780. 784. & 6.776.
& 7. 712. & 15.38. & 16.291.
423.425.428. & 18.550. & 26.
9. 32.32.32. 34. 34. & 27.
549
XVI. v.2. 365. & 7.34. 279.
& 8.460. & 9.434. & 11. 87.
811. & 13.9.34.45 62. 507 565.
& 14.32 & 17.735. & 22.479. &
23.291 400.403.404.412. & 33
87
XVII. v.3.1.99. 473.553. & 5.15.
279. & 6.418. 427. & 9.214.
223. 242. & 12. 420. 442.
& 13.475. & 17.507. & 19.233.
236.427. 442. & 20. 216. &
21. 18. 287.772. & 22. 500.
& 23. 492. & 24. 290. 474.
475
XVIII. v.16.425. & 18.560 & 19.
242. & 22. 822. & 36. 26.560.
380. & 37.80
XIX. verſ. 11. 182.809. & 25.
455. & 29. 17. & 30. 255 633.
& 33.717. & 34.17. 89. & 36.
156.717. 736. & 38. 245. & 39.
246
XX. v.1 246. & 5.263. & 6.263.
& 7. 263. & 12. 264. & 14.
264. & 15. 752. & 19. 265. &
21. 502. 502. 524. 525. 546.
547.564.565. & 22.32.546.556
765. 481. & 23. 513.546. 550.
553. 559. 560. 560. 560. 570.
580. 655. & 25. 238. & 26.
265. & 27. 745. & 28.15. 265.
& 29. 266. & 31. 44. 295.
308
XXI. v.1.265. & 2. 265. & 15.
328.550.551 & 16.328. & 17.328
502 & 22.56

ACTORUM.

Cap. I. verſ. 1. 211. & 2.530. &
5.652.659. & 6. 12. 265. & 7.
56.467.471. & 8. 229. 549. &
9.11.

333. & 22.167.337.347. & 23.
215.354.475.& 24.16.180.215.
219.228.228.243.333.334.348
630.720.739.& 25.347.668.
& 26.27.343.352.353. & 27.
199 & 27.28.347.& 28.199.
345.346.348. & 29.230. &
30 342.& 31.218.367.& 35.307
& 38.307.& 39.199

IV.v.2.368.& 2.3.349. & 3. 213.
& 3.9.338. & 3.23.368. & 4.
364.365.365.367. & 5.218. 333.
337.354. & 6.339.348.349.
426.& 7.330.& 9.347. & 10.
338. & 11. 346. 352. 601.614.
618.634.636. 637. 639. & 12.
343. & 12.13.378. & 13.352.
384.451. & 14.378. & 14.
25.352.& 15.164.165.200.204
209 216 349 352.& 16.333.353.
425.& 17.447.534.& 18.229.
308.& 20.21.296. & 20.301.
304. 309. & 21. 304. 447.
& 23.338. & 24.224. & 25.
214. 242. 243. 268. 337.
430

V. v 1.343.& 2.355.378.480.&
5.307.480.& 8.229 & 9.333.
336.738.& 10.336.778. & 12.
59.97 112 114.168.170.170.
171.177.343.486.676. & 12.
17.484. & 13.339. & 14.170.
172.181.429.676.& 15. 177.
& 16.170.& 17.17.177.& 18.
17.170. 243.331 339. 335.340.
353.354.424.& 20.165.188.
& 23.174. & 29.218. & 57.
451

VI. v.2.180.484.511. 685 & 3.
216.645. 648. & 3.4.5. 654.
& 4.5.667. & 3.4.668. &
3.5.691. & 4.266.267.268.
319.635 693. & 4.5.668. &
4.5.11.785. & 5.781. & 6.
176.176. 243.320. 379.695.
& 8.484. & 9.267. 500. 653.
& 10.11. 181. & 12.101.181
379. 695. & 13.181. 668. &
14. 181. 199. 203. 207. 379.
380. & 17.110. & 18. 376.
590. & 19.345. & 21.550. &
21.22.355. & 22.332.352.355.
365. 376. & 23. 168. 182.
182. 365. 371. 376. 484. 486.
811

VII. toto capite. 28.352.693
& 2.128.140. & 2.3.121. &
3.4.140. & 4.320.484. & 5.
155.200. 204. 484. & 6.376.
484. & 7.175.204.349. & 7.
8.165. & 8.176. & 8.9 484.
& 9.180. & 10.200.424. &
12.200.& 14.169.201. & 15.
110. 386. & 16. 110. 169. 295.
& 17.18.19. 110. & 17.169.174.
176.176.320. 695. & 18.175.
344.695. & 19.175.180.194.
362.& 20.174.176.& 21.174.
178.202. & 22.203. & 23.175.
176.199.361.& 24.320.345.&
25.5.169

VIII. v. 1. 182. 207. 260.
511.695.& 1.2,362.378. & 2.
199. 335.377. & 3.5. & 3.4.
342. & 3.7.218. & 4.207.&
6.176. & 7.174.190.354. &
9.9.31.32.774. & 11. 35.447
450. & 12.365.372. & 13.387.
& 14.502. & 14.15.438. &
15.34.228. 308. 381. & 16.

& 10.11 530 & 11. 558. 820. &
22.42. & 15.532 & 26.345. &
27.154. & 39.308. & 48. 302.
420 421.432.439
XIV. v.9.294 & 15.16.17.1. & 22
476. & 23.204.411. 527. 530.
538.583.584
XV. v.2 9.567. & 2.22.568. & 3.
495 & 5.545. & 6 208. & 9.
08.360.505. & 10. 200. 203.
227.566. & 20.628. & 23.568.
& 24.542.619. & 28.32.568. &
29.565
XVI. v.3. 383.526. 620. & 14.
298. 302. & 15. 678. & 16.
79. & 17.81. & 18.82. & 37.
822
XVII. v.2.37 & 10.541. & 11.38.
564. & 14.551. & 18. 20. 445.
& 23.1. & 24.49.63. & 26.89.
& 27.1. & 28.92.92.111.151.155.
& 30.302.318. & 31.430. 460.
& 32.471
XVIII. v.8.678. & 18.595. & 25.
652.657
XIX. v. 3.4. 652. 657. & 3.4.5.
644 & 4.656. & 6.539. & 7.
36. & 13.688. & 15.81. & 23.
529
XX. v.4.548. & 7.531.698.698.
717. & 10.93.444. & 17.530.
& 17.28.490. & 17. 28.547.
& 20.343. & 20.27.38. & 21.
315. & 28.15. 20.20. 234.499
527.549.779
XXI. v 8.526.532. & 9.525 & 10.
530. & 10.11.525 & 20.508. &
23.589 et 26.595
XXII. v.16.6 42.667
XXIII. v.3.822. & 5.840. & 61.
447. & 11.591.749. & 12.592. &
17.822
XXIV. v.10.838. & 15.450. & 21.
447. & 23.537
XXV. v 10 822. & 11.822
XXVI. v.17.317. & 19.193.749. &
20.316. & 24.445
XXVII. v.21.24.160. & 21.33.583
& 23.24.73 & 30.31.160. & 35.
699
XXVIII. v.8.539. & 25.30

ROMANORVM.

Cap. I. v.1.212 518.549. & 4.29.
34.259.260.268. & 4.16. 647.
& 5. 318. & 6.7.534. & 8.293.
& 9.414.414. & 16.215. 230.
299.345.359.503 559.641.740
770 & 16. 17.346. & 17. 219.
300.301.333 & 18.164.168. &
19.20.1. & 20.49. 61.477. &
24.155.781. & 24.26. 155. &
25.441. & 26.166. & 26.27.
118. & 27.363. & 28.154. & 32
95
II. v.1.142. & 4.469 & 5.465.469
& 5.6.448. & 7.448. & 8.
486 & 13.331. & 14.95.191. &
15.1.94.191.218.466. & 16.
213. 459. 460. 463. 465
466. & 17.614. & 24.373.
579. & 26.613.647. & 27.29.
458. & 28.618. & 29.494.
614
III. toto capite.308. & 2 38. &
3.293.673.685. & 4.507.673.
& 4.5.332. & 8.662. & 10.
352. & 11.190. & 19.210. &
19.25.353. & 20.165.204.217.
219.313.331.349. & 21.199.
218.219.224.352. & 21.22.

333

XVI. v.1.518. & 5.490. & 6.302.
& 7.526.578. & 14.516. & 17.
476.541.578. & 18.414. & 19.
301. & 20. 87.479. & 25.599.
& 25 26.44

I. AD CORINTH.

CAP. I. v.2.395 404.513.534.
707. & 4.410. & 6.214. & 8.
495. & 9 512.771.771. & 10.
515. & 11. 12.515. & 1. 37.
607.666. & 14.525. & 16.
532. 660.678. & 17.691. &
18.215. & 21.1. & 23.218 392.
615 & 27 29.645. & 29 32.
525. & 30 15. 16 336.430.
776
II. v.4.42. & 6. 203.546. &
7.218.475. & 8 20. & 9.
475. 478. 480. 485. & 10.
31. 229. & 11. 71. 494. 792.
& 13. 783. & 14. 190. 472.
& 14.15.301. & 15.41.295
III. v.2.572. & 3.515. & 3.298.
& 6 563 657. & 7.55.299. &
9.513.549. 704. & 9.10.550.
& 10.479. & 11.501. & 11. 12.
505. & 13.463.505. & 16.31.
31.511. 782. & 16.17.30.452. &
19.47
IV. v.1. 549. 643. 645.704. &
4.350 365. & 5.821. & 7.365.
795. & 9.639. & 15.317.509.
550.645.655
V. v.1.125. & 1.2 579. & 1.2.3.
576. & 2.582.588. & 3.4.780.
& 3.4.5.574. et 4.576.577.
580.587. et 4.5.558.576. et 5.
503.575.579. et 6.579.580.
625.820. et 7.621.702.773.
799. & 7.8.634. & 8.164.
625.728. & 10.448. & 11.
506.576 577.578.578. & 13.
818
VI. v.1.386.394. & 2.462. & 2.
3.290. & 3.78.557. & 7.164.
& 10.373. & 11.31.329.346.
513.645.654.683. 695.708. &
12.387.845. & 15.772. & 16.
142.563. & 17.774.784. & 19.
36 250.372.781. & 19. 20.30.
& 20.337
VII. v.1. 116. & 2.118.132. & 3.
134 & 4.131.147. & 5.119.
411.413.586. & 7.119.596. &
9.116 121.121.596. & 10.121.
148.216. & 11.121. & 14.118.
172.491.670.675. & 14.16.
134. & 15.121.128.143. & 10.
534 & 21.387.534.846. & 22.
376.376.378.534. & 23.386.
597. & 25.425. & 26.116. &
28.116. & 31.463. & 32.116. &
33.116. & 34.116. & 35.591. &
37.38.123. & 38.116. & 39.121.
126.140. & 40.117
XII. v.4.4 & 5 5.528. & 6.49.
565. & 8.583. & 9.387.388. &
11.383 & 21.530
IX. v.5.119. & 7.836. & 9.152.
532. & 12.387. & 14.212.552.
& 17 586. & 20.595. & 27.
378.386.593
X. toto capite & 2.533.612.632
654.677.684. & 2.3.224.636
& 3.612.729.740. & 3.4.639. &
502.621.636.711.746.755. & 4
5.30. & 5.621. & 9.63 & 11.40
& 13.146. et 14.740. et 16.601.
645. 648. 698. 716.731.740.
757.760.770.785. et 16. 17.

305.381.675. & 17.695. & 18.
342.365.365. & 19.377. & 20.
59.355.450.470. & 20.21.377.
& 21.377. 441. 450. & 22.
463. & 23.377. & 24.310.377.
798. & 25.397. & 25.26.34.
& 26.307. 396. & 27. 155.161.
380. & 28 415.417 420 441.
442.509 694 & 28. 29. 30.
419. & 29.4 6.416. 431. 475.
693.725. & 29.30. 417. 439.
& 30.26.338.354 426.431.437.
437.535. & 31.439 & 32.470.
776. & 33 24.331.333.338. 401.
& 33.34.345. & 34.283.290.
296. & 35.353.422. 419. &
36.359. & 38.67.305. 439.
441
IX. v.3.440.581. & 4.201. 450.
& 5.19. & 8.339. & 10.493. &
11.95.416 425. 425. 442 493.
& 11.12.416. & 13. 422.416.
& 15.18.420. & 16.424. 424.
& 17.421 432. & 17.18. 436.
& 18.153.422.426. 442. &
20. 111. 420 422 425 433.
& 21. 192. 421. & 22 421.
421.423.442. & 23.421. 431.
432. & 32.308. & 32.33.388. &
33. 437
X. v.3 348. & 3.4.5. 331. &
4.24.203. 218.336.352.367.
619. & 5.218 343. & 8.346.
438 & 9.308. & 10. 94.
296.302. & 13.403. & 14.
308.397.399. 407. 421. 503.
535. & 15. 503.550. & 17.39.
193.295. 298.302. 346.647.
675
XI. v.1.419 & 3.497. & 5.20.
417. & 6.333.365 368. & 7.
426.478. & 16.172. 672. &
17.431. & 18.441 & 24.308.
& 25.467 & 26.467. & 29.
306.312.355.685. & 32.425.
& 32. 33 422. & 33. 426.
433. & 35. 2.365. & 36.
34
XII toto capite. 214.511. & 1.
102 174. & 1.5.722. & 2.358.
633. & 3.298. & 3.6.300. &
4.5.786. & 5.510. & 5.13.512.
& 6. 45. 46.527.562. & 6.
7.523. & 7.517 527. 527.528.
& 7. 8.308. & 8.527.527.530.
531.532. & 10.407. & 17.813. &
22 214
XIII. toto capite 839. & 2.
807.809.810. 812. 838 838.
& 2.837.842. & 2.4.6.818.
& 3 4.5.558. & 4.516. 807.
812.814.824. 827. & 4.6.
517.816 & 5 385.838. & 5.41.
821. & 6. 7. 833. & 7.840. &
14.584
XIV. v.1.572 & 1.3.307. & 2.
383.1 & 4.386 821. & 5.382.
662. & 5.6.328. & 9 446. &
11 15. & 12. 463.792. & 13.
388. & 14.382. 586. & 15.
383.387.388. & 16.387. & 17.
26.307.378. 479.583. 741. &
21.368. 588. & 22. 23. 382.
& 23.360. 192. 405. 592.645.
662
XV. v.4.46. & 8 518.618. & 12.
15 & 16. 511.517.549.633.720.
& 18.19. 542. & 20 499. &
25.517. & 26.772. & 27.517.
516. & 30.404

III. v. 3. 542. et 5. 110. 190. 425. 790. & 6. 29. 221. 229. 655. & 6. 7. 200. & 7. 204. 216. & 7. 8. 219. & 8. 215. 550 & 8. 6. 11. 228. & 9. 200. 219. & 9. 7. 228. & 13. 18. 40. & 14. 221. & 17. 109. 376. 378. 381. & 18. 104

IV. v. 3. 213. & 3., 4. 45. & 4. 67. 75. 101. & 7. 545. 562. & 12. 352. & 13. 28. 226. 298. 308. & 16. 693. & 18. 511. 798. & 24. 443

V. v. 1. 2. 484. & 4. 568. & 6. 7. 760. & 4. 635. 798. & 10. 452. 455. 462. 463. 470. & 15. 24. & 16. 760 & 18. 333. 345. 550. & 18. 19. 215. 224. 512. 550. & 20. 546. 549. & 21. 16. 164. 337. 339. 340. 346

VI. toto capite. 52. & 3. 516. & 7. 767. 847. & 14. 126. 143. 662. & 15. 78. 506. 608. 795. & 16. 30. 502. 662. 671. 673. & 17. 506

VII. v. 8. 312. & 10. 313. 314. 318. & 11. 319. 329. 558

IIX. v. 4. 491. 772. & 13. 841. & 18. 211. & 19. 538. & 23, 526. 526

IX. v. 1. 533. & 2. 533. & 3. 533. & 4. 297. & 7. 589. & 12. 13. 375. 517. & 11. 375

X. toto capite. 557. & 3. 542. & 3. 4. 550. & 4. 26. 531. 820. 828. & 6. 530. & 7. 846. & 8. 569. 640

XI v 2. 512. 512. 781 & 4. 28. & 9. 194. & 10. 555. & 12. 387. & 14. 84. 505. & 17. 297. & 28. 530

XII. toto capite. 86. & 2. 51. 275. 481. & 4. 275. 474. 481. & 7. 84. & 9. 197. 307. 413. & 19. 157

XIII. v. 4. 260. & 5. 301. 791. & 10. 569 & 13. 31. 36. 774

Ep. ad Galatas.

Cap. I. v. 1. 540. & 4. 335. & 6. 508. & 8. 64. 72. 73. 505. 545. 565. 581. 662. 818. et 9. 384. 706. et 10. 43. et 12. 701. et 14. 379. et 15. 416. et 22. 358

II. v. 1. 524. et 3. 293. et 4. 5. 382. 383. et 5. 11. 393. et 9. 501. 772. et 10. 772. et 11. 383. et 11. 13. 508. et 11. 14. 545. 574. et 12. 392. et 14. 393. et 16. 346. 348. 484. et 17. 354. et 19. 484. et 20. 308. 472. 511. 649. et 21. 202. 352. 588

III. v. 1. 572. 648. 720. 759. et 2. 219. 348. et 2. 7. 648. et 4. 5. 378 et 5. 775. et 10. 182. 199. 201. 218. 349. 352. 466. et 12. 201. 228. 267. 295. 349. et 13. 16. 24. 207. 235. 238. 257. 380. et 14. 369. et 15. 706. et 16. 213. 510. et 22. 2. 352. 738. et 18. 17. 199. 352. et 19. 73. 220 et 199. et 23. 24. 200. et 24. 206. 227. 702. et 25. 382. et 26. 17. 308. 310. et 26. 27. 693. et 27. 332. 664. 691. et 27. 28. 431. et 27. 654. 686. et 28. 214. 268. 378. 491. 493

IV. v. 1. 2. 227. et 1. 2. 3. 493. et 3. 227. et 3. 5. 210. et 4. 19. 207. 342. 620. 623. 702. et

692,741,& 17,499, 634,648, 710,711,7 7,740,771,788, & 20.78,& 21,699,795, & 23, 387,394 428,& 25,586,& 28 29,569,et 31,43,360 et 33,428

XI, toto capite,645, 706,& 3, 132, 286,536, & 4,5,525, & 4,7,34,565,& 5,10,127,& 7, 100 101,103.& 8,9,103, & 10 71,& 16,495,& 18,508,& 18, 30,649, & 19,309,39[illegible],459, & 20,503,531,698, & 20, 21, 699,788, & 21,699,711. & 21,22,506,& 23,346,503, 513, 601, 601,635, 644,701, 701, 702,704,709,& 24,438,717 735,766,& 24,25,718, & 25, 706, 789, & 26,208 ,276, 634,740,741,& 27,741,789 & 28,301,325,707, 741, 791, & 28,22,490, & 29. 793, & 30,797,& 31,319,593, & 32, 318,327,458,793.& 34,722, & 39,394

XII,toto capite,309, 576, & 1, 784, & 3,190, & 4,121, & 6, 162, 298, & 7,103, & 8,529, & 9,186,294 & 9, 10,530, et 11,32,533,et 12,499,510,774 et 13,510, 601 ,635. 636,667, 693,686,774,et 14,174,et 17 94,et 28,530. 533, 533, et 29, 526

XIII, v,1, 72,et 5,527,et 7 , 823, et 8,310,523, et 8,10,306 et 9, 194,494,508, & 9,10,3, et 9, 12,773, et 10, 306, et 11, 455, 553.et 12, 194, 369,798, et 13, 309

XIV, toto capite, 410,et 1,552, et 3,46,et 4,35,45,et 8,648,et 15,402,414,414 et 15,16,407, et 16 ,397,411,667, et 19,411, 644,et 23,578,et 26, 527,531, et 29,301,522,527,529,et 30, 562,et 32,525,562,et 34,490, 659,et 40,130, 384, 408,545, 665,684

XV, toto capite 410,et 1,446 et 2,526,et 3,4,41,et 4,245,446, et 5, 265, 265. 265,446, et 6, 265,et 7,34 265, et 8,266, et 9,454,et 10,299,et 11, 446.et 12,446,505,et 13, 446, et 14, 98 260,447,et 15,447,et 17, 268,et 19,447,474,et 20,262 269,446,450,525. et 21,59, 112.114.446.486,et 21.22,17, et 22,428,446.676.762, et 24,470,et 25,284.447.484. et 26.381. et 26. 27. 447. et 27. 461. et 28.428. et 29. 680. et 30. 447. et 31. 32. 444.et 32.99.et 36.249.449. et 38.479.et 40.454. et 41.480 et 42.43. 249.453. et 43. 251. et 44. 472. et 45.602. et 46. 472.et 47.89.et 49.475.et 50 676.et 51.114.et 52. 277.453. et 53.452.453.et 54.478.et 56 200.379

XVI.v.1.611.et 2 611 et 3.611. et 5.516.et 15.535.et 19.495.et 22 581

II. AD CORINTHIOS.

Cap. I. v.5.6.232. et 10.11.443.et 19.747,et 20,367,et 21,643,et 22.34,

II, v,5,579,et 6,324,325,575,577 et 6,7,580.et 7,328,558,574, et 8,580,et 16.215, 559, 645, et 18,784.

771.772.779. & 32.132.133.
136 599.760.773
VI.v.1 123. & 4.134.818. & 5.
376.387. & 11.13.87. & 12.
79. 81.81.83.258.481. 487.
& 13. 494. 494 828. &
15.215 & 17.297. & 18.407.
408

EP. AD PHILIPPENSES.

Cap. I. v.1.523.525. & 5.775.
& 6.195.306.439.466. &
9.43. & 9.10.289. & 10.11.
394. & 21.380. & 23.98.380.
481.484. & 25.307. & 29.
298
II. toto capite. & 1.531. & 6.
4. & 7.100. & 33.242 & 7.
9.22. & 8 335. & 8.9.285.
& 9.278. & 10.15.255. & 10
11.285. & 12.203. & 13.66
110.190.193.194.195.358 &
15.215. & 17.511.517.633.720
& 21.484.552. & 25 517. &
25.10.517
III.toto capite.199. & 2,774.
& 3,16. & 6.204. & 7.8,348
& 8.485. & 9.337.347. & 10
725. & 12.202,513.775. &
15.203. & 16.38, & 19,5,774
& 20,77,269,558,745,
781,803, & 20,21,291, &
21,15,17.450,475,479,748,
784
IV.v.3,419, & 5,835, & 6,412
& 8,359, & 8,9,130, & 11,308,
& 13,195,308, & 18,511,517,
633
EP. AD COLLOSSENSES.
Cap. I. v.4,511, & 7,527, & 10
455, & 12,790, & 12,13,432,
& 14,200,326,335,378, &
9, 101, & 16,15,49,49,51.64
67,91, & 17,111, & 17,18,499
& 18,446,499.499, & 20,
493,624, & 22,243, & 20,87
738, & 20,25,442, & 24,232
& 26,218,599, & 27,133
II.v.5,565, & 7,781. & 9,18, &
10,500, & 11,644, & 11,12,620
635,674. & 12,260, 445,633,
& 13,180,192.451, 667, & 13,
14,208, & 14,243, & 14,16,
382, & 15,79,87,258,279, &
16,328,614, & 16,18,566, &
17,206, & 18,75,77, & 21,
589, & 23,586
III.v.1, 280,287,443,745,760,
768, & 1,2,90, & 2,3,558, &
3,472, & 4.492 & 5,345, &
5,8,320, & 9,103,316, 664, &
9,10,320, & 10,16,101,101.102
& 11 512, & 16,410,411, & 17,
360, & 18,135, & 19,134, & 20
123, & 24,374
IV. v,3,404

I. AD THESSAL.

Cap.I.v,5,542, & 5,21,568, & 10
15
II. v,2,84, & 4,11,568, & 19
480
III.v,4,550,577. & 10,407,408
IV. v,3,134,371, & 4,119,134,
& 10,7,454, & 13,251, & 14,
269,446,450, & 15,16,453,
& 16,445,760, & 17,287,
277,465
V.toto capite 527, & 2,468, &
8,828, & 9,423. & 17,407, &
21,302, & 22,662, & 23,89,
93,95,174, & 25,404

5.16.& 6.8.32.32.34.302.307.
397.438.& 8.1.624 & 9.100
& 10 684.& 10.11. 328.& 19.
550. & 22.36.134. & 24.
200.223.228.638.& 26.509
512
V. v. 1. 200.378.5 66.846.& 1.
2.382. & 2. 208.352. 614.619.
& 3.614.& 6.303.373.& 9.579
820. & 9.2 625. & 12. 581.
840. & 13.382. 534. 839. &
16.329.& 17.28.110.377.828.
& 19.176.176. & 21.373. &
22.354.668.& 23.24.379
VI.v.1.28.577.& 6.552.& 7.188
& 10.531.& 14.239.485.& 17.
22.176

EPIST. AD EPHESIOS.

Cap. I. v 1. 309.377.& 3.4.426.
& 3.1.9. 441. & 4. 410. 420.
422.423. 423.425. 426.430.
431.431. 440. 441. 498. & 4.
10.374. & 4.5. 417.419.424.
438. & 5.417.476. & 6. 218.
343.424.431.431 479.& 6 18.
353.& 7.376.379.& 9.333.415.
415.424. 599. & 10. 75.493.
641.701.& 10. 22. 243. & 11.
419.422. & 12. 431. & 13.34.
41.215.346. 369. 433.643. &
13.14.306.344 476.& 14.447
& 15.565.& 17.28.& 18. 558.
& 19. 781. & 20. 260.282.
285.287 & 20.21.287.& 20.
21.22. 289. & 21. 278. 284.
& 22. 536. 781. & 23. 500.
510
II. v. 1. 110.192.& 2.79.81 82.
83.84. 85.166 166.230. 424.
481. 487. & 3.165. 170.172.
174.177.268. 424. 429.619.
679. & 4. 168. & 5.180. 476.
485. & 6.171. 279. 290. & 8.
228.346.352.& 8.9.352.365.&
9.365.& 10.317..344.417.424
431.440.& 11.12. 615.& 12.6.
573.& 13.495 & 13. 14.615.&
14.243.493. & 15.382. & 19.
510. 510.& 20.47 501.782. &
21.501 782
III.v.3.599.& 3.6.133.& 4.542.
& 5.16.34.& 6. 431. 511. 786.
& 7.781. & 9. 692. & 10.61.
67. 70. 156. 230. 513. & 11.
308.& 12.395.& 14.410.410.
& 17.308.608.727. 743.775.
795
IV. v. 1.375. 572.& 3.505.& 4.
491 512. 553. & 5.298. 648.
654. & 6. 4. & 7.694. & 8.
271. & 9.252. 255.272.& 10.
19.253.256.272. 278.279. &
10.11.23. & 11.23.503.506.523.
524.533. 528.546. & 12. 500.
516.781.& 13.492.513.513.772.
& 14.107.& 14. 23.455. & 16.
300.775. & 17.18.174. & 18.
472. & 22.23.320. & 23.174.
190.302.316. 321. & 24.103.
106. 320. & 30. 373. 377.
643
V. v. 3. 368. & 8. 333.& 11.308
& 18.167.& 19.410. & 22.135.
& 23 115. 134. 512. 536. 615. &
24.500.135. & 25.442. & 25.
26 89.513.& 26.642.654.655.
655.663.667.676.693. & 26.
27.320 513. 590. & 27.479.
493.500 509.et 28.132.& 28.
29 134. et 30.342.565.754.

371

Ep. ad Philemonem.
Cap.I.toto capite.643.& 1.518.
547.& 8.447.& 10.339 & 11.
443 & 12.492.& 13.492 & 14.
492.& 21.447

Ep. ad Hebraeos.

Cap.I.v.1.44.77.213.521.636.
& 2.3.15 & 3 9.16.101.151 287
287.297.& 4.278 & 5.9. &
6.499 & 7.67.517.& 9.164.
& 13.281.286.& 14.27.65.68.
72.72.73
II. v.4.14 484.& 6.14.& 9.10.
23.& 10.18.& 11.629 & 14.14.
17.17.85.234.748.& 14.16.771
& 15.243.484. & 16.17.18.
499.& 17.14 24
III. v.1.518.701.& 2.522.& 4.
120.121.& 13.415.& 14.297.
762
IV. v.2.& 11.481.& 12.42.95.
560 & 13.70.150.280.& 14.
271.& 15.14.17.24.624.748.
291
V.v.1.799.& 1.8.5 631.& 4.535.
660.704.& 6.520.719.799.
& 7.235.252.257.396.& 14.
723
VI. toto capite.321.& 1.671.&
4.81.185.302.685.& 4.6.188.
& 5.215. & 6.685. & 5.418.
& 18.748. & 19.745.778.
781
VII. v.1.519.721.& 2.25.& 3.
25.& 3.24. 800.& 5 9.& 9.
170.& 9.10.97.& 12.199.
636.& 17.500.& 19.639.&
21 520.& 22.221.& 22.783.
& 24.24.720.799.& 25.24.
289.401.& 26.736.758
VIII.v.1.287.291.& 1.2.228
& 5.9.104.& 6.19.& 13.223
639
IX. toto capite.& 2.481.&
2.27.327.& 4.629.& 5.
241.& 7.8.228.& 7.9.
500.& 8.534.& 9.11.228.&
10 141.611.639.639.651.&
11 500.520.& 12.365.799.&
12.3.633.& 14 24.29.30.378
513.632.& 15.379.738 & 15
16.222.738 & 17.222.231.&
22.240.& 22.28.719.& 24
280.& 25.720.& 26.627.&
27.453.459.484.720
X. v.1.40.104.199.206.228
229.& 2.695.& 4.233.& 5
14.& 7.14.336.& 10.336.&
11.517.& 12.799.& 12 14
719.& 14.208.244.442.627
633.& 17.465.& 18.632.719
& 20.778.& 21.401.& 22
407.& 23.663.& 25.490
506.& 26.81.188.295.442
& 29.793.& 32.296.653.&
35.506.& 39.506
XI. toto capite.224.226.&
1.296.296.300.445.628
641.781.& 2 495.&
2.6.372.& 3.50.51.& 4.
213.250.359.& 5.277.362
448.474.& 6.348.361.368
645.675.& 7.213.519 & 9.10
225.& 10.51.& 13.225.294
449.& 17.229.& 34.827
838
XII. v.1.176.& 2.298.&
9.92.96.et 10.152.et 16.14.et

II. THESSALONICENSES.

Cap.I. v.5.9.486.& 6.7.448.&
7.8.67. & 8.464.486. & 9.
487.& 10.370
II. v.2.468.544.& 3.466.468.
498.& 4 85.508.673.& 7.498
599.& 8.542.544.& 9.85.85.
505.744. & 9.10 390. & 10.
85 597. & 11.166.390. & 13.
495 & 13.14 432.& 15.565
III.v.2.302.396.426 & 5 78. &
6.565. & 10.578.677. & 14.
8.576.578.579

I. AD TIMOTH.

Cap.I. v.3.548. & 3.18 19.551.&
5.202.303.344. & 9.203. 839.
& 13.165.184. & 17. 4.43.
& 19.300.372. & 20. 575.
376
II. v.1.396.404. & 2.840. 846.
& 4. 295. 300. & 5.4.19.24.
75. 291. & 6.325.400. & 8.
270.409.410. & 12.659. & 15.
136
III. v.1.533.352. & 2.118.523.&
2.3.537. & 2.9.532. & 6.544.
& 8.523. & 8.9.537. & 8.12.
531. & 15.490. 507 510.511.
565. & 16.15.16.18.29.271.
599
IV. toto capite. & 1.77.466.
498.& 1.2.117. & 3.453.& 3.4.
117. & 4.586. & 4 5.118. & 4.
6.537. & 5.412. & 8.480.&
10.159 & 12.551.& 14.531.490
530.538.539.556. 577. & 16.
246.550
V. v1.548. & 6.485.672. & 8.
135.144. & 9.532.& 9.10.518.
& 10.532. & 14.121. & 16.101.
& 17.530.530.& 20.574 & 21.
66.& 22.538.539.662.797.&
23.586
VI.v.3.4.5.541.& 7.251.& 10.167
& 16.156.477

II. AD TIMOTH.

Cap. I. v.1.365.& 6.538.539.&
7.28. & 9.420.424. & 12.
447
II. v.4.827.& 8.269.& 13.747.
& 15.220 537.& 16.440 & 18.
456. & 19.164.416.438.442.
494.643.& 21.442 & 22.395
406 & 25.317. & 25.26.579.
& 26.83.317.373
III. v.1.2.3.466. & 6.541.& 12.
505.509.& 13.46.& 16.37.38.
537.& 20.510
IV. v.1.460. & 2.527.& 5.526.
715.& 6.447.& 8.481.& 11.
12.526. & 14 405.581. & 16.
339

EP. AD TITUM.

Cap.I.v.1.300.549.& 2.748.& 4
526.& 5.538.& 5.9.527.& 6.
118.& 6.7.8 537.& 7.549.& 8
532.& 9.550.& 10.517.& 13.
293.& 15.360.383
II.v.8.215.372.& 11.12.378.& 12.
13.470.& 14.16
III.v.1.838.& 4.34.333.& 4.5.14.
& 5.317.345.346.424.426.638
642.645.654.667.668.669.
693.& 6.693.& 7.353.354.473
& 10.147.527.572.821.& 11.
577.& 14.375

181.355.372.379. & 14.439.
480. & 16. 840. & 18. 466.
& 21.353.439 & 22.407.& 24
774
IV.v.1.38.541 569.& 7 310
V.v.3.203 & 4.397.& 4.5.362.&
6.654. & 7.8.& 11 476.761.
& 14.404.407.& 16.80.187.
188.& 17.183.184. & 19.439.
& 20.15.439.473
II. IOHANNIS.
Cap.1.v 10.578
III. IOHANNIS.
Cap.I. v.10.587
IVDAE.
Cap.I.v.1.518.& 4 423. & 6. 65.
78 78.80. 81.462. 487.& 8.
847.& 12.531 541. 699.& 14.
453.462.519. & 16.69. & 20.
397
APOCALYPSIS.
Cap.I.toto capite.& 4.31.& 5.23
686.& 6.500 512.& 7.464. &
8.4 & 10.263. & 11.44. & 16.
686.& 20.512 548
II. v.7.175.474 & 11.485
III. v.1.485.& 4.5.479.& 12.
512 & 21.287.290
IV.v.8.73.& 9.73.& 11.61
V.v.1.25.& 9.16.& 13.73
VI. v.1.469.& 9.98.481.& 11.
479
VII.v.2.83.& 3.83.& 3.643.& 9.
98.& 13.479.& 14 332.& 16.
475.& 17.475
VIII.v.3.401
IX.v.11.79 486.487.487
XII.v.6 496.497.& 7.80.& 8.
79.& 9.78.79.502
XIII.v.3.498.& 7.498.& 8.24.
24.213.224.254.627.637.6
& 16.17 643
XIV. toto capite. 76. 455. & 4.
477.496.& 6.69.& 9.215.&
13.482
XVII.v 8.420.432.487
XVIII.v.3.346.& 4.506.& 7.7
& 8.72.& 11.346
XIX.toto capite 486.& 8.479.
& 10.75.& 11.15
XX.v.3.487.& 4 456.462. & 5.
443.785.& 6.785. & 7.83. &
10.479.462.485. & 12.418.
463.465.& 13.443. & 14 486.
& 15.486
XXI.v.1.482.& 2.781. & 2.10.
510.& 4.475 & 8.485.486.&
10 475.& 11.330.& 13.493.&
14.501.& 21.463.& 23.479.
& 27.419.479.676
XXII.v.4.478.& 5.479.& 9.75
& 11.343.& 12.378. & 14.366.
& 18.37.561.& 19.561

Finis huius indicis.

17.320.et 19.67.et 22.69.493. et 23.451.493

XIII. v.4.118.118.134.821.et 5. 295. et 8.24.213. 224.628.637. 640. et 10.632. et 11.238. et 14.474.475. et 15. 325. 632. 395.720. et 16.722.772. et 17.5.3.569.et 21.110. et 23.499

IACOBI.

Cap.I.v.1.518.et 6.397.399.404 407. et 6.7.8.413. et 11.565 et 12.390. et 14.192. et 14. 15.165. et 15.59.179. et 17.4. 429

II. v.2.490.et 10.167.181.199. 350. et 17.372. et 19.81.293. 780.et 21.330.350.et 22.304.& 24.293

III.v.2.361

IV. v.2.3.413.et 8.327.et 14.56 et 15.594.et 17.179

V.v.8.468.et 11.47.et 13.14.405 et 14.631. 635.689. et 15.168. et 16.322.402.404

I. PETRI.

Cap.I.v.2.30.416.418.624.692. et 3.262. et 3.23.550. et 4 513. 475.et 5.195.310.et 7.309.630. et 8.307. et 9.215.308. 476. et 10.213. et 11.522. et 12.630. et 18.16.334.335.378.624. et 19.337.et 20.24.430 et 20.21. 23.23.438.et 21.268.295.et 23. 98.216.645.675.675

II. v.2.299.675. et 3.307. et 5. 26,363.372. 501 511.633.633. et 5.9.512.et 7.392.442.499. et 8.388.392 421.423.496. et 9.354.513. et 12.372. et 13. 209.809.810. et 13.15.807. et 16.376. et 17.38.699. 840. et 24.24.243

III. v.1.6.135.et 3.6.268 et 4. 94.et 6.614.et 7.136.413.478 et 9.534.et 15.792 et 18.29.et 19 98.254.254 519.et 20.491. 502.et 21.590.612. 638.652. 654.667.671.694.et 22.289

IV.toto capite.579.et 1.234. et 6.254.519.et 7.468.468.et 11.523.562. et 17,458.458.et 19.96

V.v.2.527.547.et 3.510.518.529. 551.847.et 4.500.et 7.161. et 8.78.78. 82.83.398.584. et 9. 87.699

II. PETRI.

Cap.I.v 1.518.et 4 479.777.et 5 301.441.et 10.300.372.375.420 et 19.45.507.et 20.45.46.et 21 37.405 522.522

II. v.4.78.80.81.462 487.et 5. 519.et 9.481. et 10.838. et 14. 541.et 19.110.192 et 20.379

III. v.3.471.et 4.309.et 8.468. 469 et 9.428.469.469. et 10. 468. et 11.14.470. et 13.377, 451.463.482

I. IOHANNIS.

Cap. I. toto capite,329.et 3.431. 512.775. et 7.336. 513. 631. 653. 668.et 8.166,181.322.et 9.322. 352.407

II.v.1.280.400.et 2.494.512.630 et 8.379.et 16.165.165.175. et 18.498.et 19.440.494.et 20. 635 et 20.27.41.229.et 25.474. et 27.35.534

III. v.2. 164.304.355.377.476. 477. 478. 479. 784. 798. et 6.181.379.et 7.343. et 8.78. 81. 268. 445. et 9.33.81.166.

De baptiſmo & eius efficacia 688.695.
De communione S. Cœnæ 714
De conſecratione 716
Anabaptiſtarum errores de Spiritu S. 36
De coniugio 135
De lege 210
De pœnitentia 329
De libertate 386.387
De Eccleſia 515
De miniſterio Eccl. 553
De excommunicatione 587
De Sacramentis 649
De Baptiſmo 698
Anathema quid ſit 580
Angeli, quid ſignificent 63. vnde nam, an ſint materiati. & quando conditi 64. quid ſint, quales creati, an mutabiles vel, immutabiles 65. cur alij defecerunt, alij menimè, & qua libertate fruantur 66
Angelorum nomina & apparitiones 67. corpora motus 68. numerus, ordines, gradus 69. appellationes, cognitio 70. affectus & vires 71. loquutio, officia 72. præfecturæ 73 cuſtodiæ 74.
Angeli qui non peccauerunt aut an opus habuerint Chriſto mediatore 75
an inuocandi & religioſo aliquo cultu colendi ſint ibid. quali miniſterio functi ſint ſub lege 76. quid nos doceant 77. an ſint pars veræ Eccleſiæ.
Angeli mali. Vide dæmones.
Anima Chriſti quid paſſa ſit, & quomodo naturæ diuinæ vnita cũ corpore permanſerit. 241
Animæ brutorum & hominis varia productio 59
Anima hominis, vnde dicitur, & & quid ſit 90. quomodo creata 91. vnde. cur in faciem & in nares hominis, & à quo inſpirata 92
an duæ vel plures in homine 93
quid ſit, & quando infūditur 94
quam ſedem habeat in homine, an tota in toto corpore, & in qualibet parte corporis tota, quas item facultates habeat 94. an ſit extra duce 65. 96. anima Euæ an ex Adamo condita fuit nécne ibid. Animæ humanæ immortalitas 98
animæ humanæ quid differunt ab angelis. ibid.
Animantia terreſtria quid 57
vnde & quomodo producta 58
vſus eorundem ibid.
cur ſexto die creata 59
Animantia bruta non reſurgent 451
Animarum piarum poſt reſurrectionem corporum qualis erit conditio 455
Animæ piæ à corporibus ſeparatæ an perfecta & conſummata beatitudine fruuntur. 481
Annuntiare mortem domini, quid 768
Antichriſti præcurſor 501
Antinomorum error de lege 209
Apoſtaſia à fide 498
Apoſtoli quid fuerunt in Eccleſia 524.525
qui propriè & impropriè dicti 526
quid peculiare habuerunt 529. 530

RERVM, NOMINVM, VERBORVM, QVÆSTIONVM, QVAE IN HOC OPERE OCcurrunt & dilucidè explicantur,

INDEX ACCVRATVS.

Numerus paginam demonſtrat.

ABlutiones legales quid Significabant 630
Abraham quo Senſu dicatur iuſtificatus eſſe operibus 350.351
Abſtractum & Concretum in diſputatione de Chriſto, quid 13
Abyßinorum error de baptiſmo 697
Academicorum err. de Eccleſia 515
Accipere, in Cœna, quid ſignificat 723
Acoluthi 529
Adamus quali arbitrio libero præditus ante lapſum 110. cur mutabilis creatus 111. mortali ne an immortali corpore à Deo donatus 112. Vnde habuit vt eſſet mortale & immortale illud corpus ibid. de eius ſtatu in terris, ſi non peccaſſet 114
Adami lapſus quis & qualis 169
Adiaphora 382.383
Adminiſtratio politica. Vide Politia & Magiſtratus
Adoratio Chriſti quæ 285.286
Adulterium quid 141. cauſa iuſtiſſima diuortij ibid. an in cauſa adulterij omnibus in caſibus diuortium concedendum ſit 142
Adulti an vt infantes baptiſandi 671
Aerarium Eccleſiaſticum 532
Aërius, an hæreticus quod inter epiſcopum & presbyterum diſcrimen nullum eſſe dixerit. 547
Agape veterum 531. Agape, quid 699
Agnus paſche cur per ſingulas domos mactatus 627. eiuſdem ſanguis cur non edebatur aut bibebatur 628
Aliud & aliud in Chriſto, non alius & alius 20
Ambroſius, de perfectione legis 203
contra inuocationem ſanctorum 401
de ſucceßione 504
de presbyterio 531
de gradibus miniſtrorũ Eccl. 547
de

de Baptiſmo 686
de conſecratione 715.716
de duplici manducatione 726
de mãducatione ſpirituali 727 729
de manducatione ſacramentali 729
de omnipotentia Dei 747
de omnipræſentia Dei 752.753
de præſentia & manduc. ſacram. 754
de ſacramentis, an ſint miraculoſa 756
de manducatione corp. Chriſti, ab indignis & dignis 796
Auium vſus 58

E

Baptiſmus vnde dicitur & quotupliciter ſumitur 651.652
quid, quotuplex, à quo inſtitutus 653.654
à quo adminiſtrandus 655
baptiſmus Domini & miniſtrorum Eccleſiæ quid differat 656
baptiſmus mulierum an locum habere debeat in Eccleſia 659
baptiſmus laicorum an admittendus 660
Baptiſmus ab hæreticis aut Pontificijs adminiſtratus, an ratus haberi debeat 661.663
an baptiſmus per ludum adminiſtratus iure pro rato habitus ſit 663
Baptiſmi materia, ceremonia ſeu actio ſignum, nœui, verba, materia interna, forma, analogia, mutatio. 663.664.665.666.667.668.
Baptiſmus quomodo percipiendus, & quibus miniſtrandus 670
an rebus mortuis 680.681
an reb. inanimatis, vt campanis, &c. 682
quo tempore 683
an repetendus 684
an ſit neceſſarius, an vero res indifferens 686.687
an citra exorciſmum adminiſtrãdus 688
Baptiſmus & S. Cœna quid commune habeant 691
an ſit S. Cœnâ præſtantior ibidẽ.
quos fines habeat 692.693
quæ effecta 694
eiuſd, vſus, fructus & repugnantia 695.696
Baptizari pro mortuis, quid 680. 681
Baſilidis error de creatione rerum 62
Beda, de communione ſub vtraque ſpecie 714
Bellarmini error de manducatione orali 729
Bellum, Chriſtianis an illicitum 826
quotuplex ſit, & quodnam ſit iuſtum 827.828
eiuſd. iuſtæ & neceſſariæ cauſæ 828
belli iniuſti actiones quales 829 830
Benedictio Sacramentorum vnde 608
Bernardi ſententiæ de Inuocatione 404
De miniſterio Eccleſ. 518
De vita æterna 477.478
De ſacramentorum participatione 646

Apollinaris error de carne Christi 22
Arbitrium liberum quid 108
quibus tribuatur 109
quæ vires eius ante Adami lapſum 110
Vſus doctrinæ de lib. arbitrio ante lapſum 112
Arbitrium liberum poſt lapſum quale ſit in homine ante conuerſionem 189. 190
quale ſit arbitrium hominis renati 194
an vires eius ſubſequenti gratiæ cooperantur 177
an obiurgationes, &c. inutiles reddat 195
quem vſum habeat hæc doctrina 197
eiuſdem oppoſita ibidem.
Arbor vitæ quid & quomodo homini proderat 113
Arca fœderis myſteria 424. 425
Ariſtotelis error de creatione mundi 62
de creatione hominis 100
de voluntate humana 197
dictũ ſapiens de magiſtratu 807
Arrij error de æterno Dei filio 11
Aquariorum error de poculo Cœnæ Dominicæ 798
Aquarum moles quando & quomodo creata 52 partes eius 53
Aſcenſio Christi 270
quid ſignificet 271
cui tribuatur 272
huius cauſa efficiens, certitudo, tempus locus ex quo, modus, locus in quem 274
an tollat Chriſti præſentiam in Eccleſia 276
aſcenſionis teſtes & præ nũtij 277
aſcenſionis Eliæ & Christi diſcrimen 277
aſcenſionis Chriſti finis, effectus, fructus, vſus 278. 279. 280
Aſtra an ſint ſignificata 56
Aſtrologia iudiciaria 56
in mundo qui cum Dei prouidentia conueniat 152
Atanaſius de pœnitentia Dei 318
Atheorum error de reſurrectione 456
Auerrois error de mundo 63
de anima humana 100
Auguſtini ſentẽtiæ de Scriptura 46
de Angelis 73
de operatione Dei in cordib. impiorum 152
de peccato originali 174
de libero arbitrio 177
de circumſcriptione 275
de corpore Chriſti 276. 286
de pœnitentia Dei 318
de interceſſione Chriſti 402
de exauditione precum 412
de prædeſtinationis arcano 427
de reſurrectione carnis 448
de iudicio extremo 460. 469
de ſinu Abrahæ 474
de Eccleſia viſibili & inuiſibili 495
de ſacrificio Eliæ 522
de fuga in perſecutione 552
de authoritate ſcripturæ 561
de excommunicatione 580
de ſign. ſacramental. 706
de verbo ſacramentorum 709
de manna 612
de ſacramentis veterum 637
de loquutionib. ſacrament. 638
de pædobaptiſmo 677

de

1

minister Circunciſionis 518
Propthetarum Caput 522
cur circunciſus 620
cur baptizari voluit 679
cur agno paſch. S. Cœnam ſubrogauit 626
Cur agnus iam olim mactatus vocatur 627
Chriſtus an hodie ſacrificandus ſit, vt eius ſacrificium ſemel in cruce peractum nobis applicetur 633
eodem ne modo in baptiſmo vt Cœna adſit 670
an participauit in Cœna de iiſdē ſymbolis 740
an in pane Cœna ſit adorādus 768
quid dixerit, fecerit, & fieri iuſſerit in S. Cœna 717. 718
an ſeipſum ſub ſpecie panis & vini deo Patri obtulit 719
cur magiſtratus officio non functus eſt 814
Ciceronis error de voluntate humana 197
Circuitio ſeptidua Ierichentina quid ſignificauit 630
Circunciſio quid fuit 613
que fuerunt circunciſionis cauſæ 614
circunciſionis ſignificatio, modus, miniſter, locus, inſtrumentum, adiunctum, vſus, fines 616. 617. 618
quandiu durare circunciſio debuit 619. circunciſio cordis 317
Circunſcriptio corporis Chriſti 749. &c.
Claues Eccleſiæ 559
Cleri & Clerici 529
Clericorum immunitates 841
Cœna Domini quo ſenſu ſacrificium dicta ſit 517
varijs nominibus deſignata 698. &c. quid ſit, à quo inſtituta, & quo tempore 760. &c.
mane an legitimè celebrari poſsit 702
an poſt lationem pedum 703
quibus inſtituta 704
quot partibus conſtat 705
an ſit duplex Sacramentum, cum duplici ſigno conſtet 705
Cœna S. quibus Signis adminiſtranda, ſi panis & vinum deſint 712
quibus ritibus celebranda 715
quomodo à Chriſto celebrata 716
cur ſacrificium dicta ſit à veteribus 721
ſignorum ſacrorum in Cœna ſumptio, manducatio, bibitio, in corpus noſtrum traductio, quid ſignificat 724
Cœnâ S. quid opus eſt, cùm Chriſtus quotidie in verbo à pijs commedatur 728
ad quid eam facere iuſsit Dom. 766.
quis finis & fructus eiuſdem 783. 784. &c.
eiuſdem adminiſtratio recta 787
adminiſtrationis locus & tempus 788
quos conuiuas habeat 789. quomodo exhibenda & quibus 794
an eius vſus ſit indifferens 797
Collectæ, quid 532
Commemoratio mortis Domini S. Cœna 767
Communicare Chriſto & Chriſti carni quid 772
Cōmunicatio proprietatū in Chriſto num verbalis tantū, an realis 21

de principium clementia 825
Bona à deo petenda 403
Bona Eccleſiaſtica 532
Bruta an intelligendi & ratiocinandi facultate prædita 60

C.

CAcodæmones, Vide dæmones 78
Cælum in quod Chriſtus aſcendit 275
an ſupra cælos non ſit locus ibidem.
Campani error de Spiritu S. 36
Caput Eccleſiæ 499
Carbo ignitus ori Eſaiæ admotus quid ſignificauit 631
Caro Chriſti quomodo deificata 19
huic quomodo coniungimur 777
quomodo ſit nobis viuifica 778
Catholica. Vide Eccleſia 389
Cenſus populi 532
Ceremoniarum à Chriſto inſtitutarum conſideratio 385
Cereus paſchalis vnde 653
Cherubin arcæ operculo inſidentes quid ſignificabant 630
Chiliaſtarum error de iudicio extremo & de reſurrectione 456 471
Chriſoſtomus de miniſtris Eccleſiæ 517
de communione ſub vtraque ſpecie 709
De viuo puro in Cœna Domini 711
De Clericorum ſubiectione 837
Chriſtus quid ſignificat, & an ſit nomen naturæ vel perſonæ 13
quid ſit, & quæ in eius perſona conſider. 14
quibus teſtimoniis probetur Deus 14.15
cur redemptor eſſe debuit 15. 16
cur λόγος imago Dei, & verus homo 16
Chriſtus filius Dei, quare ſolus incarnatus 17
quomodo Deus homo in vna perſona 18
cur oportuit eſſe Deum hominem in vna perſ. 19
Duplex eius ſtatus 22
triplici officio fungitur 23
quomodo mediator, ſacerdos, rex 24
à peccato immunis 172
Chriſtus quo tempore crucifixus 240
cur & quando ſepultus 245
quanto tempore & quomodo iacuit in ſepulc. 248
quomodo deſcendit ad inferos 253. &c.
cruciatus ſummos cur expertus 258
quando, qualis & quibus reſurrexit 261.267
eius aſcenſio in cælum 273
Seſsio eius ad dextram Patris 281 &c.
Chriſtus quo ſenſu omnia implere dicatur 276
Duplici nomine inuocandus 400 401
quomodo iudex mundi 460 461

miniſter

monijs probatur 49. cur ſoli patri tributa quando, vnde 49. 50
an rationibus humanis demonſtratiuè probari poßit 50
quid, quando, quomodo facta 51. 52
in ea quæ generatim potißimum ſpectanda ſint 60
eiuſdem finis 61
Crux, Eccleſiæ conditio & nota 509
Curioſi circa doctrinam de reſurrectione 456
Cyprianus de conſuetudine 503
de electione paſtorum 538
de conſecratione 716
de præſentia Sacramentali 754
Cyrillus de viuificatione Carnis Chr. 776.778

D.

DÆmones, ſeu mali Angeli, an ſint, & quibus nominibus appellantur 79
vnde originem ducant 79
quodnam fuit eorum primum peccatum 79
an magno numero ſint 80
qua pœna coerceantur 80
an futura præſcire & certo prædicere poßint 81
an cordium cogitationes cognoſcant quàm ſint potentes 82. 83
an æqualem potentiam obtineant in reprobos & electos 84
an vera, an præſtigioſa edant miracula 85
quo affecte ducantur 85
an aſſumant interdum vera corpora 86
quibus tormentis afficiuntur ibid.
ad quos fines ordinati ſint ibid.
an aliquando ſeruandi 87
quid nos doceant ibid.
Damaſceni ſententia de communicatio[illegible] proprietatum 20. de Angelis 63
Damnati an perpetuis pœnis torquebuntur, & an eorum conditio æqualis ſit futura 448. 449
Debitum quid 364
Decimæ 532.836
Democriti & aliorum error de mũdo 62
Deſcenſus Chriſti ad inferos, an fidei articulus, & quid vocabulum ſignificet 149
huius articuli variæ expoſitiones 254.255.256
fructus & vſus 258
Deſertio quid, & eiuſdem caſus varij 144.145
Deus eſſe probatur ex libro Naturæ & Scripturæ 1. 2. quid ſit 3. vnus ne an plures, & qui vnus Deus dicitur 4
vocabuli huius multiplex acceptio 5
in Deo non ſunt partes, cauſæ accidens ibid.
Dei attributa, effecta, & repugnantia doctrinæ de Deo 6
vſus doctrinæ de Deo 7
Dei requies 60
quid faciebat Deus ante mun

INDEX.

Communio ſub vna ſpecie tantum refellitur 206. &c.

Communio noſtra cum Chriſto quibus ſimilibus illuſtratur 781.782

eiuſdem finis & fructus 785

Compenſatio quid 363

Concomitătiæ dogma an admittendum 713

Concilium Laodicenum de electione paſtorum Eccleſiæ 538

Concupiſcentia in regeneratis an ſit peccatum 175.181, quomodo tollitur in baptiſmo 694. &c.

Confeßio peccatorum 323.324

Confuſiones cur in mundo 152

Coniugium qualis res ſit 114

a quo inſtitutum 115 an virginitati longè poſtponendum 116

Coniugij hoſtes 117

Coniugium cui licitum, & an miniſtris Eccleſiæ 118

Coniugium repetere mortua aut legitima vxorẽ delicta, an liceat 121

coniugium inire quibus & quomodo liceat 122 &c.

coniugium illegitimum multiplex 124

coniugij gradus 125. quid ſit & quotuplex coniugium 127.128

huius conſecratio, forma, fines & pugnantia 130.131.132

Coniugum officia 133

Coniunctio quotuplex in vſu Cœnæ Domini, & qualis ſit ſignorum ac rei ſignatæ coniunctio 763.764.765

coniunctio noſtra cum Chriſto 772

Conſecratio coniugij, vnde ſumpta 130

Conſecratio myſtica 715. &c. Vide Sacramenta.

Conſenſus legitimus in coniugio 122

Conſiſtorium Eccl. vide Presbyterium

Conſtantinus magnus ſuperſtitioſus circa baptiſmum & malè inſtitutus 683

Conſtitutiones humanæ de coniugio an obligent Chriſtianos 127

Conſubſtantiationis error refellitur 744.745.746.747. &c.

Contingentium rerum conſideratio 156.157

Contractus quis iniuſtus 139

Contritio in veteri puriore Eccleſia, quid 324. Vide Pœnitentia.

Conuerſio hominis ad Deum, & eiuſdem cauſæ 194.316

Conuiuium nuptiale 130

Copula coniugalis 127

Corpora reſurgentium qualia erunt 453

Corporaliter, in doctrina Sacramentaria quid 607

Corpus Domini glorificatum, an diuellatur à natura Diuina, quia non ſit vbique 752

Corpus Domini quomodo verè ac ſubſtentialiter in S. Cœna adſit 758

quomodo dici poßit cum pane exhiberi 763

Correctionis Eccleſiaſticæ gradus 574

Corruptio hominis primi qualis & quotuplex 169.170

Creare, quot modis ſumitur 48

Creatio quid, & quibus teſtimonijs

beat 513
quid nos doceat articulus de Eccleſia, & quæ ei repugnent 514. 515
Eccleſiæ authoritas circa doctrinam quomodo conſideranda 561.562. 563.&c.
Eccleſiæ poteſtas vide Poteſtas.
Electi quomodo ſedebunt ad dexteram Chriſti 290
an de ſua electione gloriari poſſint 439
an perire poſſint, & de libro vitæ deleri 440
non abutuntur gratia Dei ibid.
Electio quid 417
quam cauſam principem & impulſiuam habeat 423
à quo pendeat 424
an communis ſeu vniuerſalis ſit 426
qualium ſit ibid.
eiuſdem finis & notæ 431.432
Electorum Dei an certus numerus 438
eorundem errores 507.508
Eligendi ad miniſterium Eccl. qui 536
qualiter, quomodo, à quibus 537
Enthuſiaſtarum error de conuerſione hom. 198
Epycureorum errores de animarum immortalitate 99
de prouidentia Dei 162
de bonis operibus 375
de libertate Chriſtiana 386.387
de pœnis æternis 489
Epieikeia publica, priuata, Chriſt. 835
Epiphanius ad inuocationem ſanctorum 399
Epiſcopi qui dicuntur 527
Epitheta Eccleſiæ. Vide Eccleſia
Eſſæorum error de cibis 589
Eſſentia quid differt à perſona in diuinis 8
Ethnicorum quorundam præſtantia quid nos doceat 191
Ethnicorum error de iudicio extremo 471
Euangeliſtæ qui, ſub nouo Teſt. 525
quid peculiare habuerunt 526
Euangelium quid ſignificat 210
quid eſt, & à quo 211.212
per quos mundo patefit 212
an à mundi initio 213
quod ſubiectum habeat, circa quid verſetur, ad quos pertineat, quem finem reſpiciat 214
eiuſdem effecta, efficacia, partes, munus 214
in quibus conueniat cum lege & ab ea diſcrepet 217.218.219
an tollat politias 812
Eunomij error de Chriſto 22
Eutychetis error de naturis & perſona Chriſti 23
Eutychianorum error de reſurrectione Chriſti 246
Exauditionis duplex modus 412
Excommunicatio quid ſit 575
eiuſdem ius penes quem 576
in quos ſtringi debeat 577
quandiu durat 578
quia finis ac ſcopus eius 579
quem effectum & quæ exempla habeat 580
an ſub magiſtratu Chriſtiano locum habere poſſit 581
Exorciſmus & exorciſare 688
Exorciſtæ 529
Expanſio, quid 52

dicreationem 62
quibus modis mundum adminiſtrat 159
cur interdum mediis non vtitur ibidem
an author mali 153
non vult iniquitatem 155
an ſui diſsimilis videri poſsit in vetere & nouo fœdere ſanciendo 230
Deus quo ſenſu pœnitere dicatur 318
an rectè faciat impium iuſtificãs 337
ſolus cur inuocandus 398
cur differt dare quæ daturus eſt 413
an ſit perſonarum acceptor 427
quomodo velit omnes homines ſaluos fieri 428
quomodo videtur à nobis inpræſenti vita 477
Dextra quid ſignificat 281
Diaconi 517.527.531
Diaconia quid ſub nouo Teſtamento 513
Diaconiſſæ 518.533
Diſciplina Eccleſiaſtica quid, & quotuplex 572
qualis adhibenda in lapſibus contra doctrinam & mores ibidem.
communis extraordinaria 582
peculiaris, Eccleſiæ ſeruis propria 586
eiuſdem vſus & contraria 586. 587
Diſtinctio rerum 54
Diuortium quid, & in quo differat à repudio 136 diuortij cauſæ 142. 145.147. quando petendum, & à quib 147
Doctores, qui 528
Donatio Conſtantini 500
Donatiſtarmus errores de lapſis 188 de Eccleſia 515 de miniſterio Eccleſiaſtico 552 de excommunicatione 575 de Sacramentis 650 de Baptiſmo 698

E.

Eccleſia vnde dicta 489
quotupliciter hæc vox vſurpatur 490
quid & quotuplex ſit Eccleſia 491.492
cur dicitur Catholica 493
quomodo diſtinguitur 494
viſibilis & inuiſibilis 495.496
quomodo fuit in papatu 497
an Eccl. Catholica deficere poteſt ibid.
quando cœpit Eccl. deficere à veritate 498
Eccleſia vbi fuit, quæ eius cauſæ & partes ibid.
an habeat caput & quale 499
an aliquod habeat fundamentum 501
Eccleſiæ proprietates veræ & internæ 502 notæ conſpicuæ viſibilis Eccleſiæ 503
Eccleſia an propter næuos deſinat eſſe eccleſia 505
an à veritate aberrare, aut ab ea excidere poteſt 507
Eccleſiarum errores 508
Eccleſiæ militantis conditiones 509
epitheta, ſeu nomina illuſtria 510. 511.512
Eccleſia cur ſancta nominetur, cur collecta ſit, & quid præſtare debeat

Gregorius de Aſcenſione Eliæ 278
de Antichriſto 501
de electione paſtorum Eccleſ. 538
de conſecratione 716

H

Hierarchia Papiſtica 554
Hieronymi dictum de Lege 203
de reſurrectione carnis 454
de inferno 489
de veris ſucceſſoribus 504
de æquali poteſtate miniſtrorum Eccl. 547
de baptiſmo & pænitentia 986
de manducatione Spirituali 729
de perceptione ſymbolorum S. à Chriſto facta 741
Hiſtoriæ tripartitæ locus de electione Ambroſii 538
Homo quid ſignificat, & cur vltimum opus Dei 88
à quo, quotuplex, cur diſtinctè creatus, quot partibus conſtat 89
corpus eius vnde ſumptum, eſſentialis forma, anima 90
in quem finem conditus 99
an ad imaginem Dei, an ſolus imago, & cur ita vocetur 100
cur ad imaginem Dei conditus, & an totus, tam anima quam corpore 101
cur ratione ſubſtantiæ, donorum dignitatis & dominij imago Dei dicitur 102
in quos fines ita creatus 104
an in originali iuſtitia primum conditus 105
an ſi in iuſtitia illa præſtitiſſet, opus habuiſſet mediatore 107
Honor parentibus debitus 123
Hoſtes Eccleſiæ 514
Hymenæi & Philetæ err. de reſurrectione 456

I

Ieiunium orationi coniunctum 411
Ieiunium quid, & quotuplex 583 584
quibus cautionibus muniendum 585
quem finem habeat 586
Ieſus Chriſtus. Vide Chriſtus.
Ignatius, de vera antiquitate 504
de communione ſub vtraque ſpecie 709
Illuminatio, quid 653
Illyrici error de imagine Dei 105
de Iuſtitia originali 108
de peccato originis 178
Imago Dei in homine, quid 100
Imago & ſimilitudo quid differunt ibidem
quid fuit in homine, & quot eius partes 102

Exſufflatio in Baptiſmo 588
Ezechiel volumen comedens quid docet. 631

F

Facere, gignere, creare, differunt 48
Facere quid ſignificat in actione S. Cœnæ 718
Fideles quo ſenſu electi Dei dicuntur 309
Fideli an infidelem vxorem ducere liceat 126
Fides prima à viduis Deo data, quid. 120
Fides vnde dicitur, quid differt ab opinione & ſcientia 292
fidei ſignificata varia 293
nomen fidei an abſolutum, an relatum, & quod ſit obiectum fidei 294
partes integrales fidem conſtituentes 295
Fides quid, & cur hypoſtaſis & elenchus nominatur 296
quotuplex ſit, atque eiuſdem cauſa efficiens & formalis 298
fidem plenam & perfectam an vno momento creat Deus in cordibus noſtris 299
an eadem menſura credentibus omnibus fides datur 300
Fidei obiectum & ſubiectum ibid.
quibus datur fides 302
fides inform & formata 303
per charitatem agens ibidem
fidei iuſtificantis forma, adiuncta proprietates certitudo 304
an electorum fides nulla incertitudine & diffidentia impetitur 305
an deficere poſſit, & quando deſinet ibidem
Fides languida in Chriſtum, an vera fides 306
vnde dicitur viua & efficax fides 307
fidei effecta & fructus 308
finis, experimentum, vſus 308 309
Cognata, contraria 309.310
Fides vtrum pœnitentiam præcedat, nécne 316
Fide iuſtificari quomodo dicimur 346
quomodo fides dicitur in iuſtitiam imputari 347
fide ſola iuſtificamur ibidem
fidei iuſtitia quomodo adſtruitur 352
Fides an ſit de ſubſtantia & integritate Sacramentorum 608
Fides quid ſit 708
Filij æterni proprietas 943
Fines S. Cœnæ 767.770
Flatus Dei quid 91
Fortuitò nihil accidit 157

G

Gazophylacium 532
Gelaſius de communione ſub vtraque ſpecie 709
Generatio & proceſſio in Diuinis, quid differant 33
Gerſonis cautiones pro mutilatione S. Cœnæ refelluntur 708.709
Gloria Dei duplex 353
Gradus inter miniſtros Eccl. 445
Græcorum err. de proceſſione Spiritus S. 36

quo authore nitatur 576
Ius magiſtratus 832
Iuſtificare & Iuſtificari, quid 329. 330
Iuſtificari operibus, quid: & fide 331
quomodo iuſtificamur 334
Iuſtificari gratis quo ſenſu dicimur, ſi propter Chriſti meritum iuſtificamur 337
quinam iuſtificantur 338
an eodem modo iuſtificentur ibidem.
quo ſenſu fide iuſtificari dicimur 346
ſola fide quomodo iuſtificamur 347
Iuſtificationis ſubiectum 337
iuſtificationis diſtinctio & forma 338
iuſtificatio an ſit imaginarium quippiam ſeu fictio iuris, quòd imputatione meriti Chriſti iuſtificemur 340
an abſurdum ſit, nos aliena iuſtitia iuſtificari ibidem
Iuſtificationis cognata 343
Iuſtificatio an ſeparabilis ſit à regeneratione 343
an conueniat cum ſanctificatione 344
num ſit diſcrimen inter iuſtificationem & donationem Spiritus S. ibidem
inſtrumenta ſeu media iuſtificationis 345
quæſtionis de iuſtificatione ſtatus tempore Pauli 351
iuſtificationis noſtræ fines, adiuncta, effecta, perfectio, vſus, neceſſitas & diſſentanea 353.354.355.
356
Iuſtitia Chriſti, quid 335
Iuſtitia legalis & Euangelica 342
Iuſtitia originalis an & quid fuerit in Adamo 105
cur originalis dicta, & quot bona conſequutus fuiſſet ſi in gratia perſeueraſſet Adamus 106. 107
quem vſum habeat 108
eiuſdem priuatio an ſit peccatum 175
Iuſtitiariorum error de iuſtificatione 357

L.

Lapſus in Eccleſia circa doctrinam & mores 572
Lapſis reſipiſcentibus non eſt interdicendum Eccleſiæ communione 327
Lectores 529
Leges Eccleſiaſticæ 565.566
Leges politicæ, quænam probandæ 836
Leo Rom. de electione paſt. Eccl. 538
Leuitæ, quid ſub lege 521
Lex quid ſignificet 198
eiuſdem variæ acceptiones 199
epitheta, autor, adminiſtri, obiectum, partes 200
Lex moralis in quo differat à legibus humanis de moribus & lege naturæ: cur item promulgata in monte Sina 201. 202
finis legis moralis, & num eam

an omnes illas partes Adam per peccatum amiſit 103
quomodo lucet in hominis corpore 104
Impij quomodo ſint inſtrumenta Dei, ſeu quomodo Deus impiorũ actionibus vtitur 152.&c.
quomodo fiunt rei corporis & ſanguinis Chriſti 795. 796. 797
Impoſitio manuum 539
Impoßibilia quæ Deo dicantur 747. 748
Imputare quid ſignificat 239
Imputatio quotuplex ſit 240
realis ne an gratuita liberemur ibid.
Incarnatio filij Dei quale opus Trinitatis 33
Infantes an fidem actu habent 302
octauo die non circumciſi, cur excindendi 518
an & qui baptizandi 671. 672 673.
an S. Cœnæ ſigna diſtribuenda, quòd baptiſati ſunt 678
Infernus quid & vbinam 259. 487
Inferni pœnæ 487
finis, vſus doctrinæ & repugnantia 486
Infideles adulti, petẽtes baptiſmum, an admittendi 671
Infidelium error circa ſepulturam defunctorum 251
Iniuſtitia nulla in Deo 433
Inſtrumenta externa vnionis noſtræ cum Chriſto 775
Intentio bona 385
Inuocatio Dei cur toties repetenda 399
Inuocationis forma 406 Vide Oratio.
Ioannis xxii. Papæ error de vita æterna 483
Irenæi error de vita æterna 483
eiuſdem de Euchariſtia dictum 766
De vnione noſtra cum Chriſto 774
Iſaaci immolatio quid ſignificauit 630
Irriſores, iudicij extremi doctrinam repudiantes refelluntur 471
Iudæorum error de regno Meſſiæ 27
de reſurrectione Chriſti 269
de libertate 386
Iudicia qualiter exerceri debeant 823
Iudiciorum ordinem an Paulus improbet 821
Iudicium quid, & quotuplex Dei iudicium 457
iudicium vniuerſale futurum demonſtratur 458
quid ſit, & eius cauſæ efficientes 459
iudicij extremi præſes, aſſeſſores 460.461
iudicandi, & quomodo 462
iudicij forma, notæ, propria epitheta 463.465
iudicij præmonitiones & ſigna 466
coniuncta, tempus, dies an filio Dei ignotus, & cur dilatus 467. 468
Locus, finis, vſus, diſſentanea 469 470.471
Iudicium Eccleſiaſticum 574

quo

an quenquam cogere ad credendum, & in hæreticos gladio materiali animaduertere 820
Magiſtratus Chriſtianus an iudicia ciuilia aut criminalia exercere poſsit 821
an parcere ſontibus iure debeat 823 an ſceleratos mortis ſupplicio non afficere 824
an ſceleratos in gratiam recipere 285. an bellum neceſſarium omittere 826. quali iure gaudeat. 832.
eiuſdem moderatio 834
Legi iudiciali Moſaicæ an ſit obligatus 836. adminiſtrationis Magiſt. finis 845
Mahumediſtarum error de religione 456
Mali Deus non eſt author, & ſi malis vtatur 153
Malo reſiſtere, quid 822
Manducatio carnis Chriſti, an ſit oralis 726. quid eſt manducare corpus & bibere ſanguinem Chriſti 727 manducationis Chriſti modi 728. manducatio illa realis, ſed non corporalis 763
Mãducãtes dignè & indignè 789 quomodo & à quibus probandi 790 &c. qua pœna puniantur indignè manducates 793. qui & quomodo rei fiant corporis Chriſti 795
Manichæorum error de ſcriptura 47
de creatione mundi 62
de malis Angelis 88
de animæ creatione 99
de imagine Dei 108
de peccato 178
de Lege 209
de morte Chriſti 244
de ſacramentis 630
Marcionitarum err. de morte Chriſti 244. de Baptiſmo 698
Maris conſideratio 53
Materia mundi quomodo informata 52
Matrimonium non eſt ſacramentũ noui fœderis 635. Vide Coniugiũ.
Media per quæ Deus decretum prædeſtinationis exequitur 429. &c.
Mediator noſter apud Patrem cœleſtem 400
Melchiſedeci conſideratio 720. 721
Merces & eius adiunctum 364
mercedem cur Deus promittit piorum bonis operibus 371
merces miniſtrorum Dei 552
Mercenarij ibid. 553
Meritum quid & quotuplex 363
Metonymia in S. Cœnæ verbis 732
Militum ſubditorum & mercenariorum conſideratio 831. 832
Miniſterium Eccl. vnde dictum 516
cur ita dictum, & quid ſit 518
an illud expetere liceat 552
ſpecies eiuſd. ſub nouo Teſt. 523
quem authorem habeat 533
forma finis & vſus eiuſd. 534. 552
Diſſentanea 553
Poteſtate quali gaudeat 557
Miniſtri Eccl. quid & quotuplices 518. quo ritu ordinandi & in muneris ſui poſſeſsionem mittẽdi 539 cur ex hominibus ſumpti & an gradus inter eos eſſe debeant 444. 445
Miniſtrorum Eccleſiæ noua nomina 546
an quis inter eos gradum dignitatis aut poteſtatis iure habere debeat 547. &c.

adimplere poſsimus: item an legiſlator iniuſtitiæ inſimulandus ſit, qui à nobis exigit impoſsibilia 202 203
- quos vſus habeat 203.204
- an neceſſaria regenitis 205

Lex ceremonialis quid, & quis vſus fuit ceremoniarum & ſacrificiorum 206

Lex iudicialis ſeu politica, quid: & quis vſus fuit eiuſdem 206.207

Lex moralis, ceremonialis, iudicialis, an & quatenus abrogata 207. 208
- legis diſparata & repugnantia 209
- legis & Euangelij conuenientia & diſcrepantia 217.218

Liber naturæ & Scripturæ 1.2

Liber vitæ 418

Liberi cur in peccato concepti, nec piorum parentum puritate ſanctificati 170.171
- quo ſenſu Sancti dicantur 172

Liberius epiſcopus Rom. Arianiſmo ſub Scribit 508

Libertas Chriſtiana quid ſignificat 376
- quotuplex & quid ſit 377
- quas cauſas habeat & in quib. conſiſtat 378
- libertas à peccato, à maledictione legis, à morte æterna, à iugo tenebrarum, à ceremoniis iudaicis & traditionibus humanis 379.380 381
- finis & fructus Chriſt. libertatis 386

Libertinorum ecc. de peccatis hom. 162
- peccato 178
- de lege 210
- de prædeſtinatione 443
- de bonis operibus 375
- de libertate Chriſtiana 386

Liberum. Vide Arbitrium

Libri Canonici S. Scripturæ 38.39. 40 à Deo dictati 41.42

Lignum in aquas amaras proiectum quid ſignificauit 630

Liturgia, quid 517

Lombardus de duplici manducatione 725

Loquutiones ſacramentales quomodo ſunt exponendæ 610.637.638

Loquutiones figuratæ an impropriæ 734.735

Loquutiones ſacramentales veterum de Cœna Domini 754.755

Luna cur creata 55

M.

MAcedonij error de carne Chriſti 23
- de Spiritu Sancto 36

Machabæorum libri apocryphi 405

Magiſtratus vnde dictus 806
- quid ſit & quotuplex 807
- quem authorem habet 808
- magiſtratum gerere an homini Chriſtiano liceat 810
- magiſtratus impij an à Deo 812
- cur magiſtratus ſontes variis ſupplicijs coercet 813

Magiſtratus à quibus creandi & ſumendi 814
- quomodo & quales 815
- quibus epithetis ornantur 816
- horum officium 817 an ad magiſtratus religionis cura pertineat 818 vtrum ſolam veram religionem in ſua republica tolerare debeant, an plures 819

an

an bonis operibus renatorum aliquid debeatur, ſaltem ex pacto & promiſsione 365.396. quæ beneficia eis promittuntur 366
meritum Chriſti an bonis operibus tribuat vt promereantur gratiam Dei 367
de quibus operibus Paulus loquatur 368
cur ex operibus in extremo iudicio feretur ſententia 369
cauſæ quæ nos ad opera bona prouocare debent 371
Opera mala cur fugienda 372.373
Opera bona an neceſſaria ad Salutem 373
teſtimonia Scripturæ, quibus iuſtificatio ſalus & vita æterna operibus tribuitur, expenſa 374
finis & vſus bonorum operum 375
Opinio & ſcientia, vt differant à fide 292
Orationis definitio 395
quotuplex ſit & quas partes habeat 396. cauſæ eiuſdem 397
& obiectum 398
Orationem fundere an auſimus 400. in orationibus ad Deum quis mediator noſter ibidem
orationis ſubiectum & materia 402
oratio pro quibus concipienda vel non concipienda 404.405
Orationis adiuncta & circunſtãtia, tempus, locus, geſtus, ſermo, finis, fructus ſeu effectus, oppoſita & diſſentanea 406. 407.408.409. &c.
Ordines docentium & miniſtrantium in Elcceſia 523
Ordo Eccl. non eſt ſacramentum 635
Origines de pædobaptiſmo 678
de fructu S. Cœnæ 787
Originis error de malis Angelis 88.
de reſurrectione 456
de extremo iudicio 471
Origeniſtarum error de pœnis æternis 489
Oſiandri error de Chriſto mediatore 27
de imagine Dei 105
de iuſtificatione 357
Oſtiarij 523

P

Panis Cœnæ S. cur vnus nõ plures 709
quali pane vſus eſt Chriſtus, & quare panem ſacramentum ſui corporis inſtituit 710
cur potius panem quàm carẽs 711
panis myſtici fractio an ſit ceremonia indifferens 716
panis S. Cœnæ quomodo ſit corpus Chriſti 731.732. &c. 754.
Panis in Cœna eleuatio vnde 768.769
Papa non eſt miniſteriale caput Eccleſiæ 500
Papatus non eſt Eccleſia 495
Papiſtæ. vide Pontificij
Paradiſus 474
Parentes quo honorem cōiugio cōtrahendo aliberis afficiendi 122.123
an peccata ſua in poſteros transfundant ſicut Adam 173
Paſcha quid ſignificat 620
quid ſit, & quomodo adminiſtratum 621.622

Ministrorum verbi varia elogia
Officium 548.550
Miracula an à ſatana edantur 83
ex doctrina iudicanda ſunt 504
quid differant à ſacramentis 647
Miraculum an aliquod fiat in S. Cœna 742.743
Miſſæ pontificiæ conſideratio & examen 700.719.720.721
Moderatio politica 835
Morellij err. de miniſterio Eccl. 515
Monachatus impietas & hypocriſis horrenda 596
Mors Chriſti. Vide Chriſtus. & Paßio.
Mors vndenam dicta & quotuplex 483 mors æterna quid, eius epithe ta & cauſæ 485. 486. quibus parata ſit, & quo loco ibid.
Mortificatio quid ſit 319
Mundus quando & quãdo creatus 50.51. eius exornatio 55
cur non citius creatus 61
Mutatio ſignorum Sacramentis an aliqua fiat 609
Myſterium iniquitatis 505

N

NAamanis ſeptena lotio quid ſignif. 631
Nabothi Conſtantia 843
Natura humana Chriſti definita 753
Natura noſtra quot modis cũ Chriſto coniungitur 770.771
Nazianzenus de generatione filij Dei 9. de tribus perſonis & vna eſſetia 11. de cõmunione Eccleſ. 506
Neceßitas varia 156
quid differt à fato 157
Neſtorij error de naturis & perſona Chriſti
Nomina Eccleſiæ. Vide Eccleſia
Nomina infantibus in baptiſmo impoſita 689.690
Notæ conſpicuæ viſibilis Eccleſiæ 502.503
Nouatianorum error de lapſis 188. 189
Nuptiarũ celebratio & conuiuiũ 130
Nyſſenus de effectu verbi & Sacramentorum 645

O

OBediẽtia Chriſti quotuplex 335
Oblatio, quid 699. triplex in Eccl. & quomodo cõſiderãda 722
Oculi luto illiti à Chriſto quid ſignificant 631
Officium Chriſti. Vide Chriſtus.
Officiales quid differũt à Magiſtratibus 807
Omnipotentiæ Dei in Sacra Cœna conſideratio 743.744.745.746 747.748.&c.
Opera quænam excluſa in iuſtificatione 349
Opera trinitatis ad extra & ad intra 33
Operibus cur cauſa iuſtificationis detrahitur. 351
Opera bona quid, & quibus alijs nominibus appellantur 357.358
Operum bonorum genera cauſa efficiens materia, forma 359. quid ſint, quorumnã & qualia 360.361. quo ſenſus dicuntur perfecta & vetatis facilia 362
Opera bona renatorum quomodo Deo placeant 363
an ſint apud Deũ meritoria 364

an bonis

Peccata gratis remittuntur 325
Pelagianorum errores de ſtatu hominis ante lapſum 114
de peccato originali 177
de voluntate humana 197
de lege Dei 209
de conuenientia & diſcrimine Legis & Euangelij 221
de prædeſtinatione 442
Perſonæ quot in vna Dei eſſentia 7
quid differt perſona ab eſſentia, & quotuplex ſit diſcrimen perſonarum 8
quale ſit illud diſcrimen 9 10
Perſonarum acceptio nulla in Deo 427.428
Petitiones. Vide Oratio.
Petrus quomodo Princeps Apoſtolorum 545
Phariſæorum error de Lege 209
Philoſophorum error de prouidentia Dei 162
de peccato hominis 178
de vita æterna 482
Piſcium vſus 58
Plantæ, quid 55
Platonicorum error de animæ creatione 99
de Eccleſia 515
Plinij error de mundo 63
Pneumatomachorum error de Sp. S. 36
Poculi in S. Cœna conſideratio 736. *&c.*
Pænitentia an in Deum cadat 321
Pænitentia, hominum reſpectu vnde dicta 312
quod modis hæc vox vſurpatur 313
ſynecdochicè vſurpata, quid ibid.
huius partes 314
cauſa efficiens 317
ſigna, vel effecta, aut adiuncta 318 & 319
curſus, ſubiectum, obiectum 320
Pænitentia, impropriè dicta, quid & quotuplex 322
ordinaria, extraordinaria communis, & priuata 422.423
finis & effectus pænitentiæ 327
vſus & pugnantia 327.328
Pænitentia non eſt ſacramentum fæderis 635
Politia, quid, & vnde dicta 803
politiarum cauſa pr. & origo 804
politicum regimen quotuplex 805
eius forma & partes 806
Politia. Vide Poteſtas.
Polygamia coniugium euertit 117
Pontificij quid baptiſmo addiderint 644.645
Pontificiorum errores de Chriſto mediatore, rege, propheta, ſacerdote Eccleſia 27
de ſacra ſcriptura 47.48
de Angelis 177
de iuſtitia originali 108
de coniugio 117.119.120.122.123.127.133.148
de lege diuina 209.210
de conuenientia & diſcrimine legis & Euangelij 220
de morte Chriſti 244
de ſepultura Chriſti 251
de deſcenſu Chriſti ad inferos 258.259
de reſurrectione Chriſti 270
de interceſsione Chriſti 291
de fide 311 *de pænitentia* 328
de iuſtificatione 356 357
de bonis operibus 375
de libertate Chriſtiana 386
de inuocatione Dei 413.414

in quem finem & vſum 623
Paſsio Chriſti quid ſignificat 232
quid ſit, & eius cauſæ efficientes 233
quod ſubiectum, & vtrum fuit perſonæ, an naturæ humanæ tantum 234
quas formulas cauſas habeat ib.
quæ fuit animæ paſsio ibid.
Paſsio corporis quid fuit 235
quid paſſus eſt Chriſtus in horto, in domo Caiaphæ, in prætorio, extra prætorium 236.237.&c.
Paſsionis tempus, modus, finis, fructus, ſeu efficacia 240.241.&c.
meditatio, applicatio, oppoſita 244
Paſsiones piorum, an ſatisfactiones pro peccatis 326
Paſtores qui dicuntur 527
paſtorum Eccleſiæ elogia & officium 148.149.150
quid eos animare debeat 551
an eis fugere liceat in perſequutione ibid.
an mercedem petere debeant 552
Patres ſub lege an Chriſti carnem, nondum actio corporaliter exiſtetem manducauerint 640 641
Patriarchæ quid fuerunt 519
Patris æterni proprietas 933
Pauperum cura 533
Peccata præuiſa an cauſæ decreti reprobationis 433
Peccatum in genere, quibus verbis expreſſum 163
quid ſit & eius cauſæ 164
cauſa peccati interior 165
quod modis peccatũ peccati cauſa 166
peccatum an aliquod poſitiuum & priuatiuum 167
peccati ſubiectum & partes, fructus & grauitas 168
peccatũ quotuplex 168 169.&c.
Peccatum actuale, quotupliciter diuiditur, ante & poſt cognitũ Chriſtum 179
mortale & veniale 181
remiſsibile & irremiſsibile 183
Peccatũ originale qua ratione tranſmittitur in poſteres 169.170
quid ſit, & cur deriuatur ab Adamo in poſteros, Chriſto excepto, & an iuſtè id fiat 171
quomodo, per quos, & in quos 172
an alienum, an verò cuiuſque proprium 173
an ſit ſubſtantia, an accidens ſeparabile 174
Peccati originalis ſubiectum & partes 174
definitio & deſcriptio 176
quomodo differt ab actuali ibid.
finis & effectus 177
pugnantia ſeu oppoſita 178
Peccatũ in Sp. S. quot modis exprimitur, & quodnam ſit 183.184
eiuſdem definitio 185
vnde iudicandum de hoc peccato 186
an pro peccantibus in Spiritũ S. preces ſint concipiendæ 187
cur dicitur in Spiritum S. commiſſum, & irremiſsibile ibid.
quid differat à mortali, & quæ habeat cognata & contraria 188
Peccatum publicũ quomodo coerceri debeat ab Eccleſia 573.574
Peccatum omne an in baptiſmo tollitur 694
Peccata quomodo Deus velit, cum ea damnet 155

Peccata

Pſeudonicodemitarum error 252
Pythageorum error de anima 99
  Metempſychoſis 456

R

RAbbinorum error de creatione hom. 99
  de mundi duratione 471
Ratio an planè explodenda in tractationibus theologicis 751
Realiter, in doctrina Sacramentaria quid ſignificet 607.608
Regeneratio an ſeparabilis à iuſtificatione 243
  num æqualiter in omnibus ſit 694
Regia dignitas an Deo exoſa 811. 812
Regnum Dei, Patris, cælorum 474
Regula Scripturæ S. 46
Religionem veram armis an tueri liceat 829
Reliquiæ S. Cœnæ an recondendæ, circunferendæ, vel adorandæ 769
Remiſsio peccati gratuita 325
Renaſcentia, quid 320
Reprobatio, quid 432 &c.
  an, vt electio, Dei decreto ſubiiciatur 432
  eius cauſa efficiens ibid.
  eius media communia 434
  executio an decreto Dei ſubiiciatur 435
  finis eiuſdem 437
Reproborum an certus numerus 438
Repudium, quid 136.137
  an ſit iuris diuini 140
Res noxiæ & inutiles, vnde 59.60
Res mediæ & indifferentes 382
  vſus & abuſus earum 383.384
Res ſignificata Cœnæ Domini 760. &c.
Reſipiſcentia, quid 316
  huius cauſæ 317
  Duratio 320
Reſpublica, quid 803
Reſurrectio Chriſti, quid 259
  qua virtute facta, & quibus teſtimoniis firmata 260
  quo tempore, quo die anni, mortis, hebdomadis 261.262
  qua hora, quibus ſignis, teſtibus 263
  quibus apparitionibus ratificata 264
  in quibus ab aliorum reſurr. differt 266
  finis, effectus, fructus eiuſdem 267.268
  vſus & oppoſita 269
Reſurrectio quid, vocis & rei reſpectu 443
  quotuplex ſit 444
  quibus fundamentis nititur 445
  à quo procedat 449
  cur impiis etiam tribuitur 451
  eiuſdem ſubiectum ibid.
  forma, ſeu modus 453
  tempus & ratio 453.454
  finis, vſus, oppoſita 455.456

S

SAbellii error de perſonis in deitate 11
Sacramentum quid ſignificat 598
  quid ſit 600
  in quo ſit prædicamento 602
  quodnam ſit genus ibid.
  quot partib. conſtituentibus conſtat 604
Sacramẽta in genere cõſiderata 605
  quis Sacramentorum author 601

de prædeſtinatione 442
de vita æterna 482
de Eccleſia 514.515
de miniſterio Eccl. 554.555
de poteſtate Eccl. 587.588
de excommunicatione 588
de ieiuniis & ciborum delectu 188.189
de votis 596.597
de ſacramentis 649.650.651
de Baptiſmo 696.697
de Cœna Domini 798.799 &c.
Poteſtas Eccleſiæ an aliqua ſit, & quo nomine appellatur 556
quid ſit, à quo, & quid differat à ciuili 557.558
quotuplex ſit 559
vnde pendet 560
Poteſtas Eccl. circa doctrinam 561
circa leges ferendas 564
circa iudicia 565 569
Poteſtatis humanæ conſideratio 194
Prædeſtinationis variæ acceptiones 415
an ſit, quid ſit, & quorum ſit 420
huius gradus, decretum, cauſa efficiens &c. 421 423.424
Prædeſtinationis decretũ quale, & eiuſdem ſpecies 421.422
executio decreti 429
doctrina de prædeſtinatione, quomodo à miniſtris Eccl. tradenda 437
ordo applicationis doctrinæ de prædeſtinatione 437.438.&c.
fructus & vſus huius doctrinæ 441 prædeſtinationis doctrinã qui obſcurauerint 442
Præſcientia quid 415
Preces. Vide Oratio.
Presbyteri 530.547.548.550
Presbyterium, quid & eius poteſtas 548
Principum conſtitutiones de coniugio 127
Priſcillianiſtarum error de malis Angelis 88
de animæ creatione 99
Probatio ſuiipſius 791.792
Profanorũ error de prædeſtinatione 443 de Eccleſia 516
Promiſſiones Euangelicæ quid differant à legalibus 367
legales an ſint inutiles ibid.
Promiſſio num ſit vniuerſalis 427
Prophetæ ſub nouo teſtamento in quo differunt ab Apoſtolis 524.525
in veteri teſtamento quomodo ad prophetandum imbuebantur 521.522
quid differebant à ſacerdotib. ib.
Prophetæ quinam dicti ſint ſub nouo Teſtamento 525
quid peculiare habuerunt 527
Prophetiæ donum 523
quid ſub nouo Teſtamento 525
Propitiatoriũ quid ſignificabat 630
Propoſitum, quid 415
Prouidentia Dei 149
eius nomina, partes, epitheta, gradus 150
vniuerſalis & ſpecialis 151.152
an ſcelerum autores excuſet 153
an tollat contingentiam 156
an aboleat voluntatis libertatem 158
Prouidentia peculiaris ibid.
an mediis ordinariis locum præcludat 159.160
vſus doctrinæ de prouidentia Dei, & quæ huic repugnent 161

quotuplex, & eius cauſæ 592
an vitandum & quomodo 393
Scandalū diabolicū, mixtum 394
Scandalorum finis ibid.
Scelerati quomodo tractandi 825
Sciētia ab opinione differt & à fide 292
Schiſmaticorum err. de Eccleſia 515
Scholaſtici. Vide Pontificij
Schuenkfeldij error de miniſterio Eccleſiaſtico 553.
Scribæ quid inter Iudæos 521
Scriptura S. liber Deum patefaciens variis modis 1.2
quem authorem habeat 37 quotuplex ſit 38 à quo profecta 41. &c.
cur literis conſignata 44
an linguis vernaculis proponenda populo 45
Clara ne an obſcura, & quem vſum habeat ibidem.
quæ repugnantia 46.47. an ab authoritate Eccleſiæ pendeat 562
Sedere ad dextram alicuius, quid & quo ſenſu Chriſtus dicatur ſedere ad dextram Patris 582.583
cur ſedere potius quam ſtare 287
cur ad dextram, ſi nō vbique 288
Semipelagianorum error de voluntate humana 197
de prædeſtinatione 442
Sepultura ſeu ſepilitio quid ſignificat 245. quid ſit ſepultura Chriſti ibid. eius cauſa primaria, adminiſtri, modus ſubiecta, adiuncta, locus accidentia, tempus, fines, effecta, vſus 246.247.248.249
eiuſdem ſepulturæ Chriſti ceremonia an imitanda 250
ad quem Chriſti totum ſepultura eius pertinet, & quæ huic doctri
ne ſint oppoſita 251
Serpens æneus quid ſignificauit 630
Serueti blaſphemia de filio Dei 11
de Spiritu Sancto 36
De vetere Teſtamento 231
Seſsio Chriſti ab aſcenſione diſtincta 281
quid ſit, quare & cuius 284.285
tempus, locus, partes finis, effectus fructus, vſus eiuſdem 287.288. &c.
Sibyllæ 82
Signa quotuplicia proponuntur in Scripturis 603
Signorum & rerum ſignificatarū ſumptio & vſus qualis 725
Simonia papiſtica 554
Sinus Abrahæ 474
Sol cur creatus 55
Spiritus S. Dei æterni proprietas 33
Spiritus appellatio quibus rebus tribuitur 27
quid ſignificat cùm opponitur carni & literæ: & quàm variè ſumitur, Deo tributus 28.29
Spiritus cur dicatur tertia perſona in diuinis, & quibus teſtimonijs Spiritus S. probetur eſſe Deus 30.31 quid ſit 32
à quo procedat ibid.
Spiritus ſancti nomina, effecta, epitheta 34
an habitet in credentibus ſecundum dona, vel ſecundum eſſentiam: & à quibus ſit oppugnatus 35.36
Spiritus mali, potentiſsimi 74. Vide Dæmones
Spiritualiter, in doctrina Sacramentaria quid ſignificee 607.608
Sponſalia & ſponſaliorū genera 128

cur verba adiecta ſint 601
eorum materia & forma 605
qualis ſit in eis coniunctio rerum ſignificantium & ſignificatarum 606 res & ſigna in ſacramentis
an coniunctim nobis offerantur à Deo, & quomodo recipiantur 607
Sacramentorum re an ij potiantur omnes, qui ſignis viſibilibus vtuntur 608
Sacramentorum conſecratio vnde, quando & quomodo ſit 609
quot ſunt Sacramentorum genera 610
Sacramenta quotuplicia poſt lapſum 611 fixa & ordinaria, quæ 612
quid differebant 613
an plura quàm circuncisio & agnus paſchalis ſub lege 628
Sacramenta & Sacrificia in quo conueniant & differunt 631
ſacramenta multiplicia cur instituta, cùm ſit vnus tantùm Chriſtus, & cur plura ſub lege quàm ſub euangelio 634
Sacramenta, qualia ſigna, & quæ ſint ſacramenta noui fœderis 634. 635 quot ſint ibid.
cur alia ſub lege, alia ſub euangelio 636
quomodo illa & iſta cõueniũt ib. in quibus differunt 639
Sacramenta veterum quo ſenſu dicuntur infirma, & quæ ſanctificare non poterant 640
Sacramenta an remittunt peccata, an conferunt aut cõtinent gratiam, ſeu an gratiam illigatam habeant 641 an imprimunt aliquem characterẽ in anima 642
Sacramenta à quibus adminiſtranda, vnde vim habeant, vbi & quãdo adminiſtrari debeant 643
quomodo, & quibus 644
Sacramenta & verbum in quibus conueniunt & differunt 645. 646
quid differunt à miraculis, & quẽ finem habeant 647. 648
quem vſum & quæ effecta 649
quæ repugnantia 649. 650
Sacramẽtaliter, quid ſignificet 608
Sacerdotes ſub lege 520
Sacrificia quid differant à ſacramẽtis 631
cur tot inſtituta, cùm ſit vnus tantùm Chriſtus 634
Sacrificium quo ſenſu S. Cœna & Euchariſtia dicta 721
Sacrificij incruenti examen 719. 720
Sacrificij Miſſatici refutatio 798. 799. 800
Sadducæorũ error de Angelis 77
de animarum immortalitate 99
Samoſateni error de filio Dei 11
De ſpiritu ſancto 36
Sancti in cœlis an interceſſores noſtri apud Deum 401
Sanctorum communio 491
Sãctificatio ſacramẽt. vnde 608. 609
Sanctitas Eccleſiæ 513
Saraceni vide Mahumediſtæ.
Satan quomodo ſe transfigurat in angelum lucis 84
Satanæ tradi, quid 579. 580
Satisfactio Eccleſiaſtica veterum 325. & politica 326
Scandalum quid ſignificat 387
quid ſit & quotuplex 388
ſcandali dati cauſa 389. 390
quot modis datur, qua pœna coerceatur 390
quid ſit ſcandalum acceptum 391

949

Christi, quid 737.738
Themistij error de anima 100
Theodoretus de communicatione proprietatum 20
de electione pastorum Eccl. 538
de sumptione signorum in S. Cœna 724 de S. Cœnæ symbolis 755
Thomæ Aquinatis error de prædestinatione 442
Traditionum humanarum consideratio 384
Traditiones Eccles. 564.565. &c.
Transsubstantiationis pontificiæ error refellitur 741.742.743. &c.
Trinitas personarum in Deo, quibus testimoniis probetur 7
an in S. Scriptura vocabulum illud contineatur 8
trinitatis S. opera 33
Tropus sacramentalis non in rebus, sed in verbis 637. vide Metonym.
Tritheitarum error de Deo & de tribus personis 11

V.

Valentini error de carne Christi 22
Vbiquitariorum error de natura humana Christi 23 de ascensione Christi 280 de sessione Christi ad dextram patris 291
de prædestinatione 442
Vbiquitatis error refellitur 749. 750 &c.
Verba Sacramentalia 730
Verborum S. Cœnæ expositio 731 732 &c.
Verbum Dei an factũ perfectius accedente doctrina Apostolica 40
cur literis consignatum 44
Veterum sententiæ de vnione nostra cum Christo, expenduntur 776
Vigilius de proprietate naturarum Christi 751
Vindictæ prohibitio an tollat magistratus, & quotuplex sit 812.813
Vinum quale adhibuit Christus in S. Cœna 711 quare vino sacramentũ sanguinis instituit 712
Virga Aaronis quid significabat 629
Viri officium 134
Virtutis dictio, quid 358
Virtutes ethnicorum 191
Vita æterna cur dicitur merces 370
quotupliciter accipitur, & quibus argumentis probatur 472. 473
quib. epithetis commendatur in Scriptura 474 cur æterna, & quid sit 475 causæ vitæ æternæ 746 obiectum eiusdem ibid.
an in vita æterna homines sunt se mutuò cognituri 477 quibus est destinata, & qua conditione 478 eius gloria an mensura æquali communis futura est Dei electis 480 eiusdem initium, locus, finis, effectu, vsus, dissentanea 480.481.482
Vita triplex, naturæ, gratiæ, gloriæ 472
Vitium in personis coniugatis quid efficiat 139.
Viuificatio, quid sit 322
Vnio nostra cũ Christo qualis 779
Vnctio ægrotorum non est sacramentum fœderis 635
Vnctio miraculosa Apostolorũ 631
Vnio nostra cum Christo quotuplex & qualis 771.772.773.774
Vnio personalis in Christo, quid 18
qualiter facta 19
eius effectum ibid.

Sponſaliorum obligatio qualis, cur inſtituta, & à nuptiis interuallo quodam temporis diſtincta 129
in quibus caſibus dirimi poſſint 137
Sponſores in baptiſmo 689
Stancari error de Chriſto mediatore 27
Stellæ cur conditæ 55
an animatæ 57
cur inter plantarum & animalium creationem interpoſitæ ibid.
Status Chriſti quotuplex 22
Sterilitas an dirimat coniugium 145
Stoicorum error de mundo 63
de prouidentia Dei 162
de peccatorum paritate 183
de libertate 386
Subditi qui 837
quinam ſint magiſtratus ſubditi ibid. eorum officium erga Rempub. & magiſtratus 838
an ab obedientia legum exemti 839 cur magiſtratib. obedire debeant 840 an eis liceat in ſuos magiſtratus inſurgere, vel eis reſiſtere, vel detrectare obedientiã, aut legitimis mediis ſibi conſulere 842. 843 844
Subſtantialiter, in doctrina Sacramentaria, quid ſignificet 607 608
Succeſſio doctrinalis & perſonalis 503. &c
ordinaria & viſibilis, quandiu obſeruanda 540
Synagogæ vox 490
Synaxis 599
Synodi legitimæ à quibus conuocari & iudici debeant 567
qua authoritate polleant 568
Synodorum definitiones, poteſtas, finis, vſus, & repugnantia 569

T.

Tabulæ fœderis quid ſignificabant 629
Tatianorum & aliorum err. de cibis 589
Terra quid & in quot partes diſt. 54 vſus & natura eius ibid.
Terra Chanaã quid ſignificabat 630
Tertullianus de Natura & prophetia 1
de aſcenſione Chriſti 280 de reſurrectione Carnis 445. 446. &c.
de Eccleſiis falſis 492
de Eccleſiæ habitatione 498
de vera antiquitate 504
de agapis 531 de baptiſmo 689
de omnipotentia Dei 747
de interpretatione verbor. S. Cœnæ 757
de patientia Chriſtiana 845
Tertulliani error de vita æterna 483
Teſtamenta duo, quid 223
quomodo vnum ſunt & conueniũt, cauſæ efficientis, materialis, formalis & finalis reſpectu 224. 225
in quibus differũt 226. 227. &c.
Teſtamentum vetus & nouum in quot claſſes diſtinctum 38. 39. 40
qua lingua ſcriptum 45
Teſtamentum quid, & quot partibus conſtat teſtamentum inter Deum & homines 221. 222
vetus & nouum 223
quid vtramque & cur ita dictum 226. 230
teſtator, hæredes, hæreditas, tabulæ, ſigilla 231
huius doctrinæ vſus & oppoſita ibid.
Teſtamentum nouum in ſanguine Chriſti

Vnio quotuplex in vſu S. Cænæ 763
Vnitas, quomodo nota Eccleſiæ 503. 505
Vocatio num ſit vniuerſalis 427
Vocandi ad miniſterium Eccleſiaſticum qui ſint 536
Vocatio Eccleſ. quid, quotuplex, & num ſit neceſſaria 534. 535
  quotuplex legitima, & quid mediata ſeu ordinaria 536
  ordinaria & extraordinaria 540
  vocatio miniſtrorum Eccleſiæ hoc ſeculo qualis ſit 543
  vocationes extraordinariæ an neceſſariæ & earundem notæ 444
Voluntas quid 95
Voluntates in Deo non ſunt contrariæ 156
Voluntas in homine non renato qualis reliqua 191
  quomodo habet ſe in conuerſione 192
Vota, quid 120
Votum, vnde, quid, quotuplex 589. 590
  cui nuncupatur, à quibus, quomodo 591
  quo animo & fine nuncupandum 593
Vota, an legalia, an Euangelica 594
  an vota infringere liceat 595
  vota impia & ſuperſtitioſa 596
Vrna aurea quid ſignificabat 629
Vxoris officium 135

X.

XErophagiæ Montani 589

FINIS.